BIBLIOTECA NAZ. CENTR. VITT. EMAN. II
204
17 G
5
ROMA

TRACTATVS DE CAMBIIS.

204. 17. f. 5

RAPHAEL DE TVRRI IVRIS CONSVLTVS ET EXPERT
IAM PONDVS INEST
TRACTATVS
DE CAMBIIS
AVCTORE
RAPHAELE DE TVRRI.

CHRISTIANI APOSTOLICI CVLTVS

REPARATORIBVS,

PROPVGNATORIBVS, PROPAGATORIBVSQVE

SOCIETATIS IESV SODALIBVS.

eorumdemque Reuerendiſs. P. Prępoſito Generali

MVTIO VITELLESCO

RAPHAEL DE TVRRI.

Propoſiti Tenacitatem.

VLLVM maius in tota antiquitate animo concepit quiſpiam facinus, quam ego ſim auſus hac vobis mea dicatione litterarum. Qui? Quibus? Ego vt cętera adeſſent, quæ ſępius ad ſcribendum optauiſſem præſidia; Certè in foro ſemper Aduocatus; In Reipub. adminiſtratione nunquam non implicitus, publicis, priuatisq; tertiùm Senator, obrutus negotijs; quodnam tempus ſeponerem, vel ſucciſiuum ſubtraherem, vnde tantum otij nactus, ea ſcriptitando ederem, quæ demorſos (vt ait ille) ſaperet vngues; Et Vos detineret legentes? Vos, inquam, apud quos Minerua publicauit ingenium, & litteris omnibus Chriſtianitate donatis, hac noſtra demum ætate probauit, verè ſe ex Dei capite, obſtritecantibus Vobis, progenitam, quæque Iuliani Cæſaris teterrimæ proſcriptionis exemplũ, Societate IESV incolumi, ſecura deſpiciat, & contemnat. Sed animos faciat, mihique canat excuſatorium illud Poetæ Martialis:

Alcinòo nullum poma dediſſe putas?

Inopiam conſilij quis excuſabit? In medio iamdiù poſita eſt candida illa eruditorum reiectio; qua parum habuiſſet vti, ni etiam per Aduocatum Lucilium defenderetur, Patronorum Princeps ille M. Tulius, *Hæc dodiſſimum Perſium legere nolo, Lelium decimum volo;* quod patrocinium nullus incautius adimit ſibi quam qui ſolemni operis ſui nuncupatione

viros

Viros,omni doctrinarum genere cumulatiſsimos,non oblatos recipit ad conuiuium, ſed inuitat.

Ego verò ſtomaco Plinij maioris conſentio culpantis T.Liuium non gloriæ cupiditate, cuius iam eum ſatias cepiſſet;hiſtorias P.R. proſequentem, ſed quia animus inquies opere paſcebatur; Cum (vt ille putat) maius meritum eſſet operis amore, non animi cauſa perſeueraſſe, idque Populo Gentium victori præſtitiſſe, non ſibi. Hinc ſplendida mihi quantæcumquæ audaciæ, imprudentiæq; defenſio. Videbam celeberrimum cõtractum, opus ingenij humani conſumatiſsimum, æquitatis verò tantæ, vt Gentes ferè omnes Chriſtiani Orbis, nullo comitia habente, vltrò in illius leges conſenſerint, in tenebris adhuc verſari: Et quamuis non defuerint decora plurium ingenia, tam ex Iuriſprudentiæ ſchola, quam ex Theologiæ adytis, qui magna cum laude lucem ei affundere tentauerunt.parum (pace eorum dixerim) aſſequutos,nec mirum. Iuris enim Interpretes noſtri erubeſcunt, vt profitentur, ſine lege loqui,quam verò legem ſequantur circa contractum, longè poſt æditas leges natum, nullam habent, nec habere ſperant in tanto Principum,& Rerum Publicarum diſcrimine. Theologi verò in ſpeculandis rerum cauſis, quæ in vniuerſum immutabili quodam fluxu omnia gignunt, verſati, ad leuia hæc contingentia, & mille formis obnoxia vix deſcendunt, & ſi deſcendant, vel doctrina comprehendi non poſſe ſingularia fateantur neceſſe eſt,vel ſi conentur, fallaciſsimam eſſe doctrinam. Vtrique ſubtiliſsimam, ac multiplicem praxim vix aſſequuntur,& qui vſu perſpectam habent mercatores,ignoratis rerum cauſis, nec tradere alijs quod ſatis ſit ad doctrinam valent, nec per ſe adeò ſtabilire, vt adiumento non egeant alieno. Et tamen hìc de re agitur,quæ vt vſu apud omnes ferè gentes frequentiſsima ſit, anceps tamen verſatur inter duo illa, quibus tamquam duobus carnificibus humanæ mentes miſerè torquentur, habendi amorem, & Diuinæ timorem vltionis;quorum illo nihil homines ſectantur cupidius, huius nil horrent magis. Tanti igitur operis amore ductus, quod meis viribus deſperaſſem; alienis aſſequi conſilium fuit. Vos igitur hac nuncupatione non donatos, non inuitatos, ſed excitatos volo. Vos quibus non minus facere ſcribenda, quam ſcribere legenda diuino munere datum eſt, opus ex integro capeſsite, conſumate.mihi ſatis gloriæ partum putato, occaſionem præbuiſſe docendi. Nam vt cętera adfuiſſe haud contenderim, ſi methodus, qua hæc non pauca peregi, attentius conſideretur, ea fortè erit, quam vos ſectari non dedignemini. Iuſtis etiam

exer-

exercitibus, & qui ſecum victoriam ferant, ſi incidat, qua peruadendum ſit, ſilua aliqua, ſaltuſue inuius, Montanus quiſpiam locorum gnarus aſſumitur; quo indice in aperta, armiſque poſsidenda ducantur victores. Sequimini igitur me Ducem, ſalebroſa in hac, dumiſque obſita via, vt perſpectis demum ijs, quæ difficilius eſt inueniri, quam capi, huic etiam parti, haudquaquam poſtremæ, ægris Chriſtianitatis rebus mederi ex inſtituto valeatis.

Verum enim vero, ſi & hoc, qualecumque ſit, adhuc inuidioſum eſt, haudquaquam ex meo eſt, ſed totum ex vobis. Quod meditatæ orationi Educatoris, Præceptorisque ſui ſtatim occurreret, muneris eiuſdem ſe habere ſubdole profeſſus eſt ſçuus ille, nec ſemel in vna cęde Tyrannus Ego candidiſsimè, nullo auaritiæ, crudelitatisque effugiendæ ſtudio, quarum cauſas procul habeo, ſed veritatis profitendæ, quæ mihi pro ingenti veſtro merito relationis gratiarum inſtar eſt, teſtatum omnibus volo, & ad poſteros (ſi poſteris aliqua noſtri cura) propagari, me Alumnum veſtrum in Romana Academia Tarquinium Galutium, Famianum Stratam in politioribus litteris Doctores Alexandrum Noritium, Andream Gręcum, Terentium Alciatum in grauioribus diſciplinis ſortitum, magnæ Omnes animæ, habuiſſe haud dubiè vndè puriores, vberioresq; haurirem latices, vt pudori per ea, quæ prętereo, propior ſim, quam per ea, quæ pręſto, iactantiæ. Hinc etiam mihi paratum patrocinium à vitiligatoribus illis, qui vęre laudis expertes obtrectatione alienæ ſcientiæ famam aucupantur; quorum morſus, ne meretricularum quidem, Theophraſtus ille ab eloquentia ſortitus Diuini nomen inuiolatus haudquaquam euaſit. Vos igitur, qui alienum veſtram implorantem opem fouiſſetis, non deferetis veſtrum. Quid ni veſtrum? Adeo veſtrum, vt me à vobis ſolemnis illa profeſsio ſola, non animi deſtinatio quamtumuis ſera ſeiungat. Vtinam vel in morte coniungat. Hoc enim voto finienda erat Epiſtola.

Lucubratissimi Operis

RAPHAELIS DE TVRRI

AD LECTOREM.

P. ALOYSII IVGLARIS SOCIETATIS IESV.

CENSVRA.

Rita via non est, quam ingrederis;
Raphaele tamen duce,
Quamcunque securus ingredi viam potes.
Ducet te ille, & reducet incolumem,
Et de exenteratæ Veritatis visceribus
Remedium eruet cœcitatis.
Errorum excursiones qui timeas securus in Turri?
Ire nisi per summa non possis
Tanta sublimitate fundatus.
Solum ne puta, quem sequeris;
Mercurium, Apollinem, Palladem secum trahit.
Ex omni sapientiæ Promptuario amplum habens viaticum,
Mille tibi subinde delicias
Conuiua non auarus apponet.
Insulsum ab eo nihil expecta,
Qui salem ipsum sua eruditione condiuit.
Omnem cum eo noctem ignores,
Qui serenissimo Cœlo destinatur in Solem,
Itineris tibi labor non pereat,
Cuius experientia doceare pleraque,
Nec pauciora dedoceare.
Mens oculatissima in Turri eminens,
Quidni ab alijs pleraque male visa detexerit?
Eguit hac noua specula mundus,
Qua toleratæ hactenus profundum insciticæ metiretur:
Vos in spem portus erigite,
Qui dubio fluctuatis in pelago doctrinarum.
Accendit sua Deus in Turri lumina,
Ad quæ qui dirigat iter suum,
Alterius face non egeat Cynosuræ.

TOTIVS

TOTIVS OPERIS PROLVSIO.

NVllum splendidius consilium in re litteraria tristiorem vnquam exitū habuisse deplorandum est, Iustiniani Imperatoris consilio; qui, vt Iurisprudentiam à Græcia à Romanis humanissimè exceptam hospitio, duobus librorum millibus effusam coerceret, pessimè mulctatam ad nos transmisit; laceratáque præclarissimæ disciplinæ doctrina; quæ, Seneca teste *epist.* 90. non in consultorum atrio, sed in philosophico secessu versatur ad ieiuna quædam; & malè inter se cohærentia Iurisconsultorum responsa redegit: quibus an decus addiderit dum vim legis attribuit, *l.* 1. *C. de vet. iur. enuc.* an verius detraxerit, dubito: dum dissolutis quibuscumque sermonis compagibus, illorum dicta dispergit, & tamquam scopas dissolutas, (vt ait ille) & sine calce arenam in illos suos quinquaginta digestorum libros confarcinat. Neque enim dum Iurisprudentiam loquor, iussa illa, constitutaque decernentis intelligo, quæ omnibus obsequium præstare debentibus præscribuntur: quinimò cum Platone *de leg. dial.* 1. Cretensium legem extollo, qua cauebatur, ne quis Iuuenum quærere auderet; ritè ne, rectèque Patriæ leges; an secus latæ essent, sed ijs tamquam à Deo datis obtemperandum; Et antiquissimum Romanum morem probo: quo more interpretandi legum scientia, eiusque actiones haud vulgo patebant, sed non secus ac res sacræ à Pontificum Collegio petebantur. *l.* 2. *ff. de orig. iur.* Sed ipsammet disciplinam deploro; quæ doctissimis Mutiorum, Tuberonum, Crassorum, Sulpitiorum commentarijs comprehensa; & in duas veluti acies ab Anteio Capitone, & Labeone Antistio distributa Scæuolæ Paulo Vlpiano Papiniano, & cæteris eiusdem æui viris, patebat expositа; quibus integrum fuerat à purissimis eam legum duodecim tabularum fontibus deriuatam, doctissimorum virorum exceptam canalibus haurire; haustam, præclarissimis auctam incrementis, sitientibus nobis vltrò præbere. Quitot, tantisque doctrinæ præsidijs à Iustiniano spoliati, volentes, nolentesque cogimur ad cænosas Barbarorum paludes confugere, Trebonianо, nescio quo, è Pamphilia, homine venalissimo *Alciat. disp. lib.* 4. *cap.* 7. propinâte, cui nec sermo quidem latinus, nedum mores, ac doctrina erant perspecta. Iniurius sim, ni ex ipsa totius tanti operis prolusione *in præm. digestorum* id aperit acuratius cogitanti. Iuris Romani fontes aperire professus, inter eos iuris actiones, Ædicta Prætorum, Responsa Prudentum, Ædilium Placita recensет; quæ, vt ad illud pertinebant, certè nullus eis ante Iustinianum vim legis attribuit; quæ non nisi in comitijs, siue Patritio, siue Plebeio rogante Magistratu ferebantur. Senatus Consulta absque discrimine pro legibus habet, cum vel leuiter aspersis politioribus litteris notissimum sit, nec vigente Libertate Romana, quo tempore Senatus maxima fuit potestas, quinimò nec Augusto Imperante, in amplissimo ordine id potestatis fuisse, sed tum demum Tiberio Principe Ius Comitiorum à foro in

Senatum

Senatum transferente. *Tacit. ann. lib.* Quid plura? Plebiſcita haud immeritò inter leges enumerat, ſed quæ non niſi lege lata L. Valerio, & Marco Horatio Conſſ. poſt electos Decemuiros *Liu. lib.* 3. anno ab Vrbe Condita tricenteſimo quarto, à parta verò libertate ſexageſimo, vniuerſum populum ligare cęperunt. De legibus verò ipſis, & quibus legis nomen ſuo iure debetur, Centuriatisque comitijs ab inſtituta Libertate vſque ad Tiberij tempora ferebantur, & quibus ipſæmet leges duodecim tabularum innitebantur, *Liu. vbi ſupra*, ne meminit quidem.

Et hæc quidem deploratio eò lamentabilius exequenda eſt, quo certius caremus breuitate illa, quam vnam luſtiniani infęlix conſilium ſectabatur, fruſtrà intentato contra verboſos crimine falſitatis, qui vel breuiſſimis notis additamenta centonibus illis ſuis facere attentaſſent, *l. 1. verſ. Noſtra autem, & l. 2. verſ. Hoc autem iuncto verſ. Si quid autem, C. de vet. iur. enucl.* cum experiamur illud tricies centena verſuum millia, quod horrebat imperator, compendij loco habendum eſſe, ſi ad numerum hunc conferatur, ad quem Interpretum Iuris lucubrationes hiſce temporibus excreuerunt. Quorum ego ſtudijs, quibus proficere potui, ſi non quantum debeo, fauco quantum valeo; & vt non auſim eruditiſſimi Alciati damnare cenſuram *lib 2. parad. cap. vlt.* habeam adhuc vndè laudem Deciani apologiam *in calce primi lib. reſpon.* Id verò ipſis non refragantibus eorum nomine conquerar: nimis in arctum infinitos prope eorum labores cogi. Quādoquidem Sophiſtarum imputetur ſanè ſupercilio illud de vnaquaque re pronunciatum.

,, *Nihil dictum quod dictum non fuerit prius.*

certè profiteri: erubeſcere ſe ſe ſine lege loqui, eaque tantummodo tradituros, quæ traduntur ab alijs, & eo inflatius, quo à plurimis; poſſet quidem laboris, ac modeſtiæ laude aliqua aſpergere eos, quibus in huiuſmodi comitijs fides in recenſendis, numerandisque calculis conſtet; ingenij verò, ac doctrinæ, apud ęquos rerum æſtimatores, haud qua quam magna; quinimò difficilimè poſſent Iuriſconſulti noſtri temporis ea declinare, quæ per vaniloquentiam M. Tullius iocatur in Seruium *ora. pro.*

Verumenim verò ingenij vis, qua cęteris animantibus præſtamus; doctrinæ præſtantia, qua à vulgo ſecernimur; quæque in contemplandis rerum cauſis, quoue nexu ex eis cętera fluant imperturbabili mentis complexione verſatur. *Ariſt. 1. poſt, cap. 2.* ni Iuriſprudentiæ diſciplinarum omnium Principi (ſi vitæ vſum ſpectemus) concedantur, ridendus Plato, qui tam multa de iuſto diſſeruit *in lib. de Iuſto, & de Republic.* Ariſtoteles nugator, qui tanto acumine menſuram modò in diſtribuendis honoribus *Mor. Nic. lib. 5. cap. 3.* modò in rebus commutandis *ibidem cap. 4.* in benemorigerata Ciuitate ſtabiliuit. Certè Proceres illos, quos paulò ante laudabam, qui ſuo Iure ſunt, ac dici poſſunt Iuriſconſulti, plurimum ſemper feciſſe perſuaſum habeo; nec duos & ſeptuaginta libros à Scęuola compoſitos (vt de cęteris ſileam) ex alijs, quam ex Ciuilis Philoſophiæ theſauris pretium nactos, eumdemque talem fuiſſe, qualem & Antonini, cognomento Philoſophi, Imperatoris, Præceptorem, & Conſiliarium decebat, *Alciat. lib. 2.*

para-

parado. in proem. & qualem reliquiæ ex tanto naufragio superstites in pandectis demonstrant; Quas quidem reliquias, vt sunt à reliquo corpore malè truncatas, simul cum ijs, quas ex Papiniano, Vlpiano, Paulo, alijsque eiusdem notæ viris habemus, si quis attentius considerabit, is certè nauseabit seruientis Senecæ de lege verba illa *epist. 94. Jubeat, non disputet, non disceo, sed pareo.* Cum nihil in eis non summo acumine excogitatum, nihil non summa ratione deductum cognoscat: vt nemini mirum videri possit: quæ de re tanta contentione, & non rarò armis in foro Romano certatum fuit de potestate legum condendarum, sententijs illis, tamquam è trypode aliquo effatis cum Imperatoria potestate, consentiens omnium populorum sententia, legis vim vltrò detulerit. Quid ni defferat? cum non à libidine Imperantis, sed à summa ratione, maturoque consilio Crysippo aliquo, aut Theophrasto dictantibus *l. 2. 3. 4. ff. de leg.* profecta intelligat. Certius haud dubiè intellecturi quicumque mecum ad tam multa, tam varia, tam multiplicia respexerint, quæ licet à pluribus ætate, ingenio, eruditione dissimilibus tradita sint; nullam tamen inter se continent discrepantiam, ab vno nimirum, eodemque sapientiæ Ciuilis fonte deriuata. Vt affirmare aulim: quos nodos in legibus concinnandis inexplicabiliores experimur, eos omnes quinquaginta illis nexos Nouellis constitutionibus, quibus, se circumspiciens Iustinianus, Codicem suum emendauit, *tit. de emend. Cod. Iust.* vt potè quæ ab impulsu quodam Legislatoris (indito, seù natiuo pete à Procopio) *in nouiter editis* potius, quam à vi rationis processerint.

Sed faueamus, si melius placet, Iustiniani consilio; demus litibus facilius dirimendis conduxisse ad pauciora quædam, veluti capita, quasi Artis præcepta, disciplinam redigi, dissimulemus excrescentem in dies, propè in infinitum, Interpretum cumulum; nec habeamus fastidio eorum labores, quibus non sine magno quandoque vtimur emolumento. Quid si aliquid de nouo emergat, incognitum antea, gestiente Natura nouas super alias edere semper formas; ad quas nam leges recurrendum? cum nullæ de incognitis ferri potuerint; ad quos Iuris Interpretes? quorum munus otiosum prorsus, vbi non præcessit quod interpretentur? Hic vel ego in totum desipio, vel necessaria prorsus est opera Iurisprudentiæ, quæ non in interpretandis tantummodo latis legibus insistat, sed artem nouerit, qua ex æterna illa regula iustorum, & iniustorum, quam ex Stoicorum schola deprompsit Papinianus, *l. 2. ff. de leg.* dissidentium iurgia sedare valeat. Præsertim si effugium, quod certatim aperiunt Pomponius, Celsus, Paulus, Iulianus Iurisconsulti, *l. iure, l. ex ijs, l. non ad ea, l. quoniam, l. neque leges, ff. de leg.* tradentes iura adaptari debere ad ea, quæ sæpius contingunt, præcluderet vsus, paulò frequentior. Quem quidem aditum nedum præcludit, sed obruit (vt tandem ad institutũ veniamus) Cambiorum vsus, quo nouitio adinuento nihil frequentius in vniuerso commerciorum strepitu. Qui contractus ab industria Mercatorum subtilissimè excogitatus, à summa æquitate ingenita probatus ab omnibus, ab vtilitate stabilitus, nulla tamen lege (nemine nimirum vniuersarũ gentium comitia habente) intra certos cancellos conclusus, Iurisprudentiam eò enixius flagitabat, quo certius Iuliani Iurisconsulti destituebatur consilio, *l. non potest, ff. de leg.* à similibus,

quæ de nouo emergerent, determinantis. Quis enim ex antiquioribus, &c. à Iuris Conſultis cognitis, probatisque contractibus Cambio ſimilis? ſi contrahendi modum, ſi rerum in eo deductarum genus, ſi contrahentium multiplicitatem, ſi obligationum nexus, ſi ſubſtantiam, ſi naturam, ſi quæ naturam, ſubſtantiamque concomitantur ſpectemus? In ſumma igitur Iuriſprudentiæ neceſſitate, ope Iuriſprudentiæ deſtituimur, vt factum Iuſtiniani facto vinitoris conferre ſubeat, qui ſatis lętis vindemijs, pluribus vino repletis dolijs, ad concinnandas vinarias cellas ſolum intentus, reliqua effingi iuſſerit, doliorum fabros eiecerit, vt ſi lętior aliquando vuarum prouentus contingat, dolendam ſuauiſſimi liquoris iacturam facere compellatur.

His rerum anguſtijs quid facerem? Is certè non ſum, qui auolatam in Cœlum, uel ad inferos delapſam Deam in terras reuocem. Orphei, Prometheique ſunt hæc viribus æqua conamina. Sed quid non faciam, vt in re tanta oſtendam me non ad fruges ſolum conſumendas natum? TENTABO, veneratisque veſtigijs eorum, qui ante me in eodem argumento ſumma cum laude ſcripſerunt, ijſque præteritis, rem ipſam in partes quam minutiſſimas potero mente ſecabo (quæ enim ſimpliciſſima ſunt, aptiora ſunt ad doctrinam) easque ad normam reſponſorum, quæ Iuriſconſultorum habemus reliqua, quoad potero, conformabo, & ſi aſſequar, tunc putabo me à Iuriſprudentia ipſa, quorum illi fuerunt alumni, aſſertiones meas, ex pluribus inſimul poſtea iungendis, ſtabiliuiſſe.

Ergo; cum Cambij contractus oriatur, perficiatur, duplicetur; in tres pariter Diſputationes vniuerſum de Cambio ſermonem diſtribuam: De Cambio ſcilicet ſimplici; De Cambij perfectione; De Cambij duplicatione: eumdemque ordinem ſequutus, quam libet ex illis per plures, ac plures quæſtiones examinabo, & methodo compoſitiua, tanta religione procedam, vt nihil prius dicam quod ad poſteriora non ferat; nihil poſterius, quod non pendeat à prioribus: Quarum quidem Diſputationum, & Quæſtionum ſeries hæc eſt.

Diſputatio Prima. De Cambio ſimplici.

Prologomena ad primam diſputationem. Quæſtio prima. fol. 1.
Quæſtio ſecunda. Praxis cambij ſimplicis. fol. 11.
Quæſtio tertia. De origine, progreſſu, & augmento cambij ſecundum naturam. fol. 15.
Quæſtio quarta. De origine, progreſſu, & augmento cambij ſecundum tempus. fol. 17.
Quæſtio quinta. Quotuplex ſit cambium. fol. 23.
Quæſtio ſexta. An cambium ſit contractus permutationis, & in quantum ab eo differat, & in quo conueniat. fol. 27.
Quæſtio ſeptima. An cambium ſit mutuum, & in quantum ab eo differat, vel in quo conueniat. fol. 30.
Quæſtio octaua. An cambium ſit locatio, & in quantum ab eo differat, & in quo conueniat. fol. 35.
Quæſtio nona. An cambium ſit emptio, & venditio, & in quantum ab eo differat, & in quo conueniat. fol. 39.

Quæſtio

Quæstio 10. An cambium sit contractus innominatus, & in quantum cum eo conueniat, & in quo differat. fol. 43.
Quæstio 11. Quid sit cambium. fol. 47.
Quæsto 12. An cambium inter contractus bonæ fidei sit recensendum. fol. 51.
Quæstio 13. Vtrum cambij contractus iustitiam in se contineat, & licitum sit, maximè in foro animæ. fol. 56.
Quæstio 14. An quælibet persona cum qualibet licitè contrahat cambium. fol. 78.
Quæstio 15. Quæ personarum distinctio requiratur in cambio. fol. 84.
Quæstio 16. An, & quando nuncij ministerio possit per contrahentes expediri contractus cambij. fol. 89.
Quæstio 17. Qua obligatione obstringatur is, qui subscribit litteras cambij inter alios celebrati. fol. 93.
Quæstio 18. An contractus cambij vnius solius consensu possit consistere. fol. 96.
Quæstio 19. An ex taciturnitate oriatur consensus necessarius ad celebrandum contractum cambij. fol. 98.
Quæstio 20. An, & qui error vitiet contractum cambij. fol. 99.
Quæstio 21. An quis cogi possit ad celebrandum contractum cambij. fol. 101.
Quæstio 22. Quodnam pecuniarum genus, tamquam res, sit deducibile in cambio fol. 104.
Quæstio 23. An pecuniæ, quæ tamquam res in cambio deducuntur, possint esse propriæ ipsiusmet crediteribus. fol. 107.
Quæstio 24. Quodnam sit iustum pretium in cambio. fol. 110.
Quæstio 25. An ante taxationem pretij possit cambium celebrari, certo, ac determinato pretio. fol. 120.
Quæstio 26. De cambio regulari, eiusq; iustitia, & iniustitia. fol. 123.
Quæstio 27. Quando monopolium, vel iniustitia committatur in cambio ex parte pretij. fol. 126.
Quæstio 28. An cambium regulare ex qualibet Platea, Irregulare inter quaslibet possit celebrari. fol. 133.
Quæstio 29. An distantia localis debeat formaliter seruari in cambio, an verò sufficiat per æquipollens. fol. 136.
Quæstio 30. An in electione sit cuiusquam ex contrahentibus cambium, locus, pro quo celebratur, & in quem destinatur solutio. fol. 140.
Quæstio 31. An temporis dilatio commensurari debeat distantiæ locorum in cambio. fol. 146.

Disputatio secunda. De Cambij perfectione, & ad eam transitio.

PRologomena ad secundam disputationem. Quæstio prima. fol. 153.
Quæstio 2. Praxis perfectionis cambij simplicis. fol 162.
Quæstio 3. Quidnam necessario continere debeant litteræ cambij. fol. 165.
Quæstio 4. An vltra mandatum, & substantialia alius contractus, seu distractus inesse possit in litteris cambij. fol. 158.

Quæſtio 5. Quot, & quænam mandata intercurrant in litteris cambij. fol. 173.
Quæſtio 6. Ad quemnam ſpectet tractatus, ad quem remiſſa, quæ reſultat ex litteris cambij. fol. 178.
Quæſtio 7. Quis præferatur in exequendis tractis, ſeu remiſsis: An ille, ad quem ſpectat ratione intereſſe: An ille, ad quem ratione curæ, & ſolicitudinis. fol. 183.
Quæſtio 8. Quot, & quibus modis contingat ſolutio miniſterio litterarũ cambij. fol. 191.
Quæſtio 9. Quænam obligatio oriatur præcisè ex receptione litterarum cambij facta per ſtipulatorem. fol. 197.
Quæſtio 10. Ex receptione litterarum cambij eius, ad quem dirigitur remiſſa, quæ obligatio contractus oriatur. fol. 202.
Quæſtio 11. Ex receptione litterarum cambij facta per eum, cui dirigitur tracta, quæ obligatio reſultet. fol. 207.
Quæſtio 12. Ex præſentatione, & receptione litterarum cambij quænam obligatio reſultet. fol. 213.
Quæſtio 13. Ex acceptatione litterarum cambij ſuper proteſtu, quæ obligationes oriantur. fol. 222.
Quæſtio 14. An proteſtatio, quæ fit in acceptatione litterarum cambij influat etiam in ſolutionem indè ſimpliciter factam. fol. 231.
Quæſtio 15. Quinam præferendus in acceptatione facienda ſuper proteſtu. fol. 238.
Quæſtio 16. An contra litteras cãbij admittatur exceptio non numeratæ pecuniæ. fol. 242.
Quæſtio 17. An, & quando per directionem ſcripturæ contingat ſolutio. fol. 254.
Quæſtio 18. An per bilancij præſentationem in ferijs oriatur ſolutio, ſeu probatio ſolutionis, & quomodo. fol. 269.
Quæſtio 19. Quo iure ſolutio, quæ fit per bilancij præſentationem procedat. fol. 281.
Quæſtio 20. An alijs modis, præterquam per bilancij præſentationem fiant ſolutiones in ferijs, & quibus. fol. 285.
Quæſtio 21. An, & quatenus differant ſolutiones, quæ fiunt in plateis ab eis, quæ in ferijs. fol. 289.
Quæſtio 22. Quinam effectus reſultent ex ſolutione. fol. 295.
Quæſtio 23. Quid ſentiendum de Baldi doctrina, de qua in conſ. 348. vol. 1. fol. 301.
Quæſtio 24. De doctrina Romani in conſ. 238. fol. 321.

Diſputatio tertia. De Cambij duplicatione, & ad eam tranſitio. f. 137.

Prologomena ad tertiam Diſputationem. Quæſtio prima. fol. 338.
Quæſtio 2. An cambij duplicatio ex ſe, & abſolutè conſiderata iniuſtitiam contineat. fol. 356.
Quæſtio 3. An, & quæ diuerſitas ſit, vel eſſe debeat inter quantitatem pecuniæ qua perficitur cambium, & illam, qua contrahitur recambium. fol. 360.
Quæſtio 4. Quænam ſit identitas ſubiecti, & diuerſitas formæ illius ſummæ, qua perficitur cambium, & contrahitur recambium. fol. 363.
Quæſtio 5. An recambium contrahi poſsit in pecunia numerata. fol. 367.

Quæſtio

Quæſtio 6. An in recambio poſsit perſeuerare idem debitor, qui fuerat debitor cambij, & quomodo. fol. 370.
Quæſtio 7. An perfici poſsit cambium, & contrahi recambium ſine obligatione eius, cui dirigitur tracta, ſeù remiſſa. fol. 374.
Quæſtio 8. An, & quo caſu poſsit perfici cambium, & celebrari recambium quando tracta, & remiſſa dirigitur vni, eidemque perſonæ. fol. 382.
Quæſtio 9. An, & quodnam diſcrimen interſit inter lucrum cambij, ſeù recambij, & intereſſe eiuſdem. fol. 394.
Quæſtio 10. De intereſſe cambiorum, quod in pactum deducitur. fol. 405.
Quæſtio 11. De intereſſe debito ex facultate cambiandi conceſſa creditori. fol. 416.
Quæſtio 12. De doctrina Fr. Michaelis Saloni circa cambij duplicationem. fol. 435.
Quæſtio 13. Quid ſentiat Pater Ioannes Azorius de cambij duplicatione, ſeù recambio. fol. 447.
Quæſtio 14. Quid ſentiat Pater Leonardus Leſsius de cambij duplicatione, ſeù de recambio. fol. 462.
Quæſtio poſtrema. Ad Deciſiones Rotæ Romanæ ſuper cambijs, Notæ. fol. 475.

APPRO-

APPROBATIO.

LÆtans vidi, attentus legi, admirans inſpexi, ac merito approbaui de mandato Reuerendiſsimi P. Inquiſitoris Tractatum de Cambijs in tres ordinatum, ac diſtributum, Diſputationes non minori facilitate diſpoſitum quam ſubtilitate elaboratum, opus Authorem indicans. Mirum quidem quod in Viro Patritio publicis negotijs, ideoq; grauiſsimis implicato videam quod mirer, & prudentiam in regimine, & profunditatem in doctrinis, & in euulgandis operibus ſollicitudinem, non diſcernam quid horum minus eniteat; Lector habes quod videas, vides quod laudes, reſtat, quod credas, omnia admireris. Genuæ die prima Auguſti 1639.

Ego Fr. Io: Thomas Turrius Ord. Prædicat. Sac. Theolog. Magiſter S. Off. Conſultor, & in Conuentu S. Dominici Lect. Primarius.

Imprimatur

Fr. Iuſtinianus Vagnonius de Callio
Inquiſitor Genuæ.

DE CAMBIIS
TRACTATVS
RAPHAELE DE TVRRI
AVCTORE.
DISPVTATIO PRIMA.
QVESTIO PRIMA.

Prologomena.

1 *Cambium, Cambiare quid?*
2 *Cambiatori. Cambista qui?*
3 *Feria quid?*
4 *Princeps, & Respublica vt Ciuitates, & Oppida sue ditionis frequentiores, & ditiores reddantur certis temporibus conuentus indicunt in illis, vt possit quiuis lucri irritamenta proposita consequi afferendo, & exportando.*
5 *Rainutius Farnesius Dux Placentiæ Consulibus nationis Genuensis in feriis, quæ Placentiæ celebrabantur summum, ac merum Imperium etiam in facinorosos concesserit priuatiuè ad ipsumet respectu appellationis*
6 *Platea quid?*
7 *Quatenus differat à feriis.*
8 *Scutus quid?*
9 *Scutus auri cudi iussus à Ferdinando, & Elizabetha Hispaniarum Regibus anno 1497. habebat in pondere octauam partem vnciæ vnius auri.*
10 *Scutus auri tempore Caroli V. & illius iussu cussus quanti valuerit.*
11 *Scutorum auri varietas, & differentia, vt & scuti in genere, & quod scutus marcarum in rerum natura non reperitur.*
12 *Libra quid?*
13 *Libra licet varia pro Dominiorum varietate, vbique tamen viginti solidis expletur.*
14 *Palmus est basis mensurationis Gasp. Ant. Thesaur. de augm. mon. par. prima nu. 80. impugnatur.*
15 *Libra in cambijs altera argenti, & altera auri & quæ?*
16 *Antuerpiæ pro scuto marcarum soluuntur libræ septem, cum dimidia, siue solidi centum quinquaginta grossorum.*
17 *Mediolani pro scuto Marcarum soluuntur libræ septem, & solidi quinque, siue solidi centum quadraginta quinque monetæ Imperialis.*
18 *Solidus quid?*

19 *Solidorum varietas pro varietate Dominij.*
20 *Denarius quid?* 1
21 *Marcha quid?*
22 *Scuti aurei de quinque stampis sunt omnium & quoruncunque vsualium purissimi.*
23 *Pretium quid?*
24 *Contractus omnes in quadam consistunt commutatione, vel rei ad rem, vel facti ad factum, vel rei ad factum, vel facti ad rem.*
25 *In venditione peculiare est, vt pro re pretium pacificantur contrahentes.*
26 *Pretium in venditione debet consistere in pecunia numerata ex necessitate.*
24 *Venditio contracta arguitur vbi de pretio mentio fit.*
28 *In cambio tamen, & si pretium sit necessarium non recte venditio arguitur.*
29 *Computum quid?*
30 *Pretum aliud verum, aliud conuentum.*
31 *Pretia rerum non ex affectu, & vtilitate singulorum, sed ex communi hominum æstimatione debent constitui.*
32 *Taxatio scuti marcarũ dicitur cõputum. & 34.*
33 *Pretia in non venalibus, & non necessarijs ad victum humanum, & quotidianum non constituuntur.*
35 *Remittere quid?*
36 *Scac. de camb. §. 3 glos. nu. primo caute legendum legendus.*
37 *Trahere quid?*
38 *Trahere & remittere sunt correlatiua, & vnũ sine altero in esse non ponitur.*
39 *Littera quid?*
40 *Littera Cambij quid?*
41 *Banchus, & banchery qui?*
42 *Taula pro banco vsurpatur Neapoli, ac Panormi.*
43 *Sigismond. Scac. de camb. §. 1. quæst. 7. part. 3. ampl. 3. nu. 4 & 5. caute legendus monetur*
44 *Depositum non dicitur, si depositarius ex re de posita fructum percipit.*
45 *Intellige de depósito regulari, cuius proprietas & possessio apud deponentem permanet, non de irregulari, vt sunt bancheriorum, penes quos pecunia neque clausa, neque obsignata deponitur, sed numerata traditur.*
46 *Et deposita apud bancherios, quæ fiunt pecuniæ numeratam tradendo mutuo magis accedũt.*
47 *Vsuram committeret deponens si quid consequeretur à depositario vltrà tantumdem illius, quod numerauit deponendo.*
48 *Bancherij dicuntur illi tantum Mercatores, qui in feriis dant bilancium.*
49 *Tractantes qui?*

AMBIO cambiare Quid in re, de qua acturi sumus intelligant homines harũ vocum vsurpatione, quas etiam communis loquendi vsus latinas fecit, notius est, quam vt longiori egeat explanatione: admonendi tamen sum us generaliter accipi apud nostros Italos pro quilibet cuiuscunque rei in aliam quamlibet commutationem. Hinc Bocc. fabella illa sua festiuissima *Nouell. 69.*

„ *E dal miracolo della vita, che cosi si cam-*
„ *biaua à chi sù vi montaua.*

& Dantes *in cap. 25. de Inferno.*

„ *L'vn si leuò, & l'altro cadde giuso*
„ *Non torcendo però le lucerne empie*
„ *Sotto le quai ciascun cambiaua muso.*

in verbali verò idem Bocac. *nouell. 100.*

„ *La fanciulla eraguardata daogn' huomo*
„ *& ognun diceua, che Gualtieri haueua*
„ *fatto buon cambio.*

& Petrarc. *in triumpho amoris cap. 2.*

„ *Tal ch'ella stessa lieta, e vergognosa*
„ *Parea del cambio.*

Sed in hac generaliori significatione noster nõ erit fermo, Prestius vsus idem ad quoddam negotiationis genus notionem restrinxit. Bocac. *nouell. 80.*

„ *E hauendo da suo Maestro più lettere,*
„ *che egli quelli denari cambiasse, eman-*
„ *dassegli loro.*

& Dantes *in Inferno. c. 16.*

„ *Tal fatto è Fiorentino, e cambia e merca.*

rursus & Torquatus Tassus in suo Poemate Hierosolymæ liberatæ *cant. 20. & au.*

„ *Guereggio in Asia, e non vi cãbio, ò merco.*

in verbali verò idem Bocac. *d. nouell. 80.*

„ *Ragionauano di cambij, di baratti, e di*
„ *vendite, e d'altri spacchi.*

& in re nostra frater Iacobus Passauãti in suo Specul. penitentiæ *fol. 126.*

„ *I contratti usurai esser chi li vicopre, chi*
„ *scusa con nomi di cambio, chi d'interessi,*
„ *altri di dipósito.*

In hac igitur prestiori notione intelligendi sumus, dum de cambio verba facturi sumus, à qua etiam deducitur denominatio cambiatore, illius scilicet, qui huiusmodi negotiationis genus exercet. Bocac. *nouell. 73.*

„ *E andare alle tauole de cãbiatori le quali*
„ *sapete, che stanno sempre carriche di gros-*
„ *si, e di fiorini.*

2 Et Io: Villani in ſuis hiſtorijs, *lib. 11. c. 93.*

» *Banchi de cambiatori ottanta.*

Quę denominatio cadę eſt cum Cambiſta, licet hæc vox non facilè reperiatur apud probatos auctores Italicæ linguę, vulgo tamen vſurpatur in ſignificatu eodem à viris doctis, qui de Cambijs diſputarunt, ideò nos, qui rem ſectamur cæterorum incurioſi promiſcuè ea pariter vtemur.

3 Fiera Nundinæ, ſcilicet, & mercatus, qui ſtatis temporibus, condictiſque locis à Mercatoribus pariter confluentibus celebrantur, indè increbuit apud noſtros Italos dicterium illud in tardioris ingenij homines.

» *Tu non fareſti à tempo alla fiera di*
» *Lanciano. che dura un' anno, e trè di.*

Boccacius *nouell. 90.*

» *E con Giouanni inſieme ne andò alla*
» *fiera di Bitonto.*

4 Viri namque Principes, & rerumpublicarũ adminiſtratores, vt Ciuitates, ac Oppida, quę ſui Iuris ſunt, frequẽtiores, acditiores reddant; earumq; rerum abundãtes, quarum; magis indigent, in eis locis prout libuerit conuentus certis temporibus indicunt, finiuntque, ad quæ loca, vt homines tam ſibi ſubditos, quam alieni Iuris cum expetitis mercibus faciliùs alliciant, plura proponunt lucri irritamenta; quæ vt plurimum in leuandis ſeu tollẽdis portorijs, vectigalibuſq; tàm importandarum, quam exportandarum mercium feriæ tempore, ac ipſorummet Mercatorum immunitate verſantur, &eo maiora indulgent, quo magis expetunt optata, ac plenius conſequi

5 in tantum, vt Sereniſſimus Rainutius Farneſius vt ferias, cambiorum Placentiam euocaret, ibidemque ſtabiliret, inter cæteras, non leuiora confluentibus Mercatoribus tributa, Conſulibus noſtræ gentis. (qui ferijs in illis ſummum Ius habent) tribuerit ſummum, ac merum Imperium, etiam illud, quod in animaduerſione in facinoroſos homines verſatur, denegata quacũque quoquo modo damnatis etiam ad ipſummet Principẽm prouocatione: vſque adeò concupiuit Prudentiſſimus vir ferias illas cambiorum ibi celebrari, vt illud vltrò conceſſerit in Ciuitate celeberrima, ac Nobiliſſima, ſuiq; Principatus primaria; pro quo non raro Rerumpublicarum Adminiſtratores, & Præſides ad inuicem non ſine mutua pernicie digladiantur. Sed de his hactenus: pro inſtituto ſermone, & huiuſce vocis interpretatione admoniſſe ſufficiat, cum de ferijs nobis erit ſermo, non in eo ſenſu eſſe accipiẽdos, prout apud Latinos Liuius *hiſtor. lib. 1.*

» *Creſcente in dies grege iuuenum fe-*
» *rias, ac iocos celebrare.*

Sed (pace latini ſermonis) pro nundinis; Immò nec etiam pro quibuſcumque nundinis. Sed pro illis tãtum, in quibus Mercatores conueniunt Cambia celebraturi.

6 Piazza. Nec apud Italicæ linguæ auctores facilè hanc vocem reperies, nec in eo quidẽ ſenſu, quo vulgo ſumitur, pro area ſcilicet, in quam populus ſolet conuenire; accipiẽda eſt in re, de qua agimus; ſed pro Ciuitate, ſeu loco, in quo celebrantur, ſiue ad quem diriguntur Cambia; Cum enim (vt ſuo loco dicemus) de natura ſit Cambij, vt locorum diſtantiam neceſſario exigat; loci videlicet, in quo celebratur, & illius, in quem deſtinatur ſolutio facienda per debitorem; Platea in hoc ſenſu dicitur quæcunque Ciuitas, ſiue locus, in quo celebratur Cambium; ſeu in quem deſtinatur illius ſolutio; an autem in qualibet Ciuitate, ac loco poſſit celebrari, & in quemlibet deſtinari, ſuo loco examinabimus)

7 In eo ſolum in pũcto, de quo agimus, differt Platea à ferijs, de quibus ſupra proximè, quod in ferijs ſtatis tantum temporibus Cambia celebrantur, in Plateis quotidie; in illis ſtatis pariter temporibus deſtinantur ſolutiones Cambiorum alibi initorum, in his poſſunt etiam deſtinari (exceptis ijs, quæ celebrantur in ferijs) quotiſ tempore; in illis confluunt omnes vndique ex vicinis regionibus mercatores ad cambia celebranda, & perficienda; in his ij ſolum mercatores interueniunt in Platea illa commorantes, vel exiſtentes; In illis demum certiori lege, ac certa methodo omnia ſunt circumſcripta neceſſitate inter cetera bilanciorum mercatoribus indicta (quæ cuiuſmodi ſint videbimus in prologomenis ad ſecundam diſputationẽ) in his vagè, & quodammodo pro libito cambia peraguntur; plura alia diſcrimina facile erit colligere, dum progredietur diſputatio. Illud verò commune habent, quod vtrobique pariter celebrantur, ac pariter perficiuntur Cambia ſolutionẽ, quo ſolo reſpectu feriæ Plateę denominantur.

3 Scudo-Nota, ac vulgatissima est huius vocis acceptio. Boccacius *nouell. 97.*

„ *Dal giorno, ch'io l'uidi e scudo, e lanza.*

Petrarc. *canzon. 49.*

„ *O Saldo scudo dell'afflitta gente*

„ *contro i colpi di morte, e di fortuna.*

A latinis in eodem significatu desumpta hinc Cæsar *de bell. Gallic. lib. 5.*

„ *Quo percussi, & exanimato, hunc scu-*

„ *tis protegunt hostes, & in illum uni-*

„ *uersi tela conijciunt.*

Sed nō in hac significatione hic accipiēda est, sed prout certum quoddam nummisma ex auro significat, inde fortè desumpta metaphora, quod scuti in more positum, etiam temporibus vetustissimis erat, vt in clipeis, ac scutis militaribus imagines, ac insignia Illustrium virorum, ac militum effingi solerent, attestante Plinio *Historiarum lib 35. c. 3.*

„ *Scutis enim qualibus apud Troiam*

„ *pugnatum est continebātur imagines.*

9 Eadem ratione cum huiusmodi nummismatibus Reges, ac Principes ipsorum imagines, ac insignia imprimi iusserint, scutorum appellationem pariter eis transmiserunt; inter quos Catholici Ferdinandus, & Elisabetha Hispaniarum Reges anno 1497. cudi iusserunt aureum nummisma re ste doctissimo Couaruuias. *de veter. nummism. collat. cap. 3. num. 2.* quem probat Lodouicus Molina *de contractibus disput. 400, num. 10.* quod ob prædictam etymologiam scuti appellationem fortitum est, & apud alias genes, nostrosque Italos vulgauit; apud quos certum est non peruetustum esse; cum apud auctores Italos seculi ab hoc tertij nulla scuti, frequens illius loco floreni auri sit mentio. Bocac. *nouell. 53.*

„ *Compose di douerli dare cinquecento*

„ *fiorini d'oro.*

et alibi, alijque passim. Firmum igitur sit scurum in hac posteriori notione in re, de qua agimus, prout nummisma denotat, accipi debere, nam cuius ponderis, ac bonitatis is fuerit, tunc primo in Hispanijs cussus, & postmodum recussus iussu Caroli V. Imperatoris anno 1537. nō est huius loci, adeundi sunt Couaruuias *d. cap. 3.* & Molina *disput. 400.* quem priorem etiam adeas Couaruuiam nempè *d. cap. 3.* si quæras curiosius in quantum scutus differat ab aureo, de quo passim Iuris Consulti in pan

dectis, & solido, de quo per Iustinianum in nouellis, de cuius sententia si dubites adeas alios dissentientes. *Ioann. Arz. tract. de nobilit. hispania par. 2. princip. c. 4. n. 13. uers. tandem difficultatum, & post eum Scacc. de Camb. §. 2. gl. 3. num. 13.* sufficiat ad notasse in rem nostram scutum cudi iussum Ferdinandi, & Elisabethæ tempore (ijsdem testibus) habuisse in pondere octauam partem vnciæ vnius auri, & sic ex besse vnius libræ (qui per eos per errorem dicitur selibra) auri sexaginta quatuor scutos cudi oportuisse; sed pro expensis in cussione, alijsque de causis, à quolibet eorum demptum tantum auri, quantum sufficeret pro alio scuto, & tertia parte alterius conficiendo; & sic ex eis quemlibet apendisse ferè granum cum dimidio minus dicta octaua vnciæ parte, & propterea ex quolibet auri besse scutos sexaginta quinque, & tertiam partem alterius cussos fuisse, in bonitate autem tanta, vt essent caractorum viginti trium, cum tribus quartis partibus alterius vnde meritò excellentes vocatos fuisse aurumant & propterea è Regno exportatos; scutos verò Caroli V. tempore cussos in bonitate non nisi viginti duorum caractorum fuisse, in pondere verò sexaginta octo ex eis besse m habuisse, ijsdem testibus, & experientia certum est. Sed cuiuscunque tandem ponderis, ac bonitatis sit, cæperit, permanserit, aut variauerit scutus, indubitatum est, cum prout etiam ad rem num-

11 mariam refertur, multipliciter accipi, alij namque sunt scuti vetustioris ponderis, alij noui, alij quinque impressionum, alij auri, alij argenti, alij monetæ; nec argenti ijdem, nec monetæ, sed longè diuersi; cum pro locorum varietate, Dominiorumque moribus, variæ, ac dissonæ sint computationes, pondera, ac pretia eorundem, quæ omnia prosequi fusius non est nostrum, nec valdè ad rem facit. vide penes Scacc. *de commerc. §. 2. gl. 3. ferè per tot.* Hoc vnum hoc in loco firmiter stabiliendum; scutorū in materia cambiorum duplex potissimum esse genus. Materiale alterum, & quod re vera cussum est, & passim præ manibus habetur; quo etiam in genere non quilibet scutus venit, sed is tantummodo (reliquis reiectis, deterioribus scilicet, qui plures passim visuntur) qui vulgo, de cinque stampe, à totidem impressionibus nuncupatur, hi autem sunt Galliarum, non quicunque,

sed

ſed qui ſolis dicuntur, Hiſpaniarum, Genuæ, Venetiarum, ac Florentiæ. Alterum vero quodammodo imaginarium *Alexander Randens: in expoſit. ſuper Bauc. Sancti Ambroſi, Scacc. de Camb. §. 2. gl. 3 num. 67.* marcarum ſcilicet; quos ſcutos nullibi terrarum, aut gentium reperies, & ne omninò fictitios dicas, lex efficit, quæ pro ſcutis centum vnum; creditori volenti centum ſcutos prioris generis numerare iubet debitorem, vt in regulis feriarum per Sereniſſimam Rempublicam Genuenſium editis *cap. 10.* & in hac poſteriori notione ſemper in quolibet Cambio feriarum, ſiue ibi celebretur, ſiue perficiatur, ſumitur. In alijs verò cambijs, priori denotatur.

12 *Lira*. Libræ apud latinos multiplex eſt, ac differens notio; non omninò abs re fuerit, cæteris omiſſis, obiter adnotaſſe non ſolum ponderis, ſed & menſuræ fuiſſe; atque ità duplicem libram fuiſſe, ponderalem ſcilicet, & menſuralem; & earum quemlibet duodecim vnciarum eiuſdem generis, inde præcipit Galenus *de compoſitione medicamentorum lib. 5.*

„ *Medicos in libris de medicamentis*
„ *oportuerat accuratius ſcribere quales*
„ *nam uncias, uel libras medicinarum*
„ *liquidarum præciperent inijci, menſu-*
„ *rales ne, an ponderales.*

Tertium autem genus librarum numeraliũ apud latinos recentiorum temporum plures teſtantur. Budeus *de aſſe lib. 4. Pariſiſ. de contract. quæſt. 100. num. 781. Conar. de uer. collat. numiſm. cap. 4. nu. 3.* quæ quanta fuerit apud Couar. vbi ſupra facilè colliges. Certum eſt apud Gallos iam diù in vſu fuiſſe libram, quæ valet viginti ſolidos Turonenſes. Pariſien. loco citato, & Couar. pariter *l. citat. nu. 3.* eamque capere ſex regales argenti in circa docet Couarruuias ibidem, ſicut & apud Valentinos in Hiſpanijs ſuam pariter numeralem libram viginti ſolidorum valoris regalium decem, eum viginti meraudinis, & apud Anglos, Belgaſque eſſe libram ſterlingorum. de quibus ſit mentio in decretalibus *in capite conſtitutus. de procur. & c. 3. de arbitr.* cuius valorem, ac pondus vide apud Polidorum Virginium *hiſtoriarum Ang. lib. 16.* & demùm alias libras numerales recenſet Leonardus Leſſius *de Inſt. & Iur. lib. 2. cap. 25. de camb. dubit. 5. nu. 51.* In Italia verò noſtra vulgata, ac frequentiſſima eſt in hac notione acceptio, in qua Bocac. *nouell. 32.*

„ *Et ſe uoi mi darete cinque lire, che sò,*
„ *che le hauete..*

13 Sed æquè pro terrarum, Dominorumq; varietate, quo ad valorem diſcordia, in hoc ſolum conueniens, quod viginti ſolidis vbique expletur libra; quę tamen alia eſt apud nos Genuenſes, alia apud Venetos, alia apud Mediolanenſes, alia apud Bononienſes, alia apud Parmenſes, alia apud alios; cuius nummiſmatis corpus ipſum, ac ſpecies iam diù (Veneta excepta) exoleuit, Vndè abſque dubio maximo Reipublicæ malo, comerciorumque pernicie monetaria coruptela: Cum enim ad libras ipſas præſtandas, quas in ipſa obligatione contraxerant, præcisè cogi non poſſit debitor, cum non exiſtant, earumque loco minutiorem, æroſioremque monetam, quæ non eſt tanti, offerant, vel gratuiorem, & præcioſiorem, ſecundum tamen æſtimationem, hinc nummiſmatum pretia augętur ad libitum debitorum paulatim, & iuxtà temporum coruptelam; quę enim impoſſibile eſt tueri iuſtam metiendi rationem, remoto palmo; qui eſt baſis totius menſurationis: ac conſeruari iuſtam nummiſmatum æſtimationem, remota libra locis in illis, in quibus eſt principium computationis, quo æſtimantur: ſed de his alias. Sufficiat monuiſſe cautè legendum Sigiſmondum Scacciam *de Camb. gloſ. 3. num. 54 §. 2.* qui duce Theſauro iuniore *in tract. de augum. mon. par. prima num. 80.* indiſtinctè dicit has libras imaginarias eſſe, cum certius ſit eas exoluiſſe, cum Venetas adhuc extare videamus, noſtras verò Genuenſes multi, qui ſu perſunt non multo ante viderint, ſed quicquid ſit de his. Certum eſt, (quod propius ad rem noſtram facit) in cambijs libram ipſam numeralem dupliciter accipi, quarũ quælibet ſolidis viginti terminatur; alterã ſcilicet argẽti auri alterã libra auri omninò imaginaria eſt, deſer-uiẽs tãtùmodo in cõputationibus ſcuto marcarũ, cũ libręttres cũ duabus quintis partibus alterius, & ſic ſoli di ſexaginta octo cõficiant ſcutũ vnũ marcarũ præſentem (Signanter præſentem dixi, quia abſentem tempore, & loco, vt ſuo loco videbimus minoris valet, & in hoc precisè conſiſtit vtilitas, & emolumentum, quod ex cambio elicitur) ex quo fit, quod licet pro ſingulo ſcuto marcarum præſenti debeantur libræ tres, & ſolidi octo auri,

adhuc

adhuc cum scutus marcarũ minoris valeat, quã scutus auri mater ialis, ea proportione, qvt pro *vno* vltra centum scutis marcarum *antur* centum scuti auri materiales, vt vidimus supra, eadem ratione pro singulo scuto marcarum non dabuntur nisi libræ tres, solidi septem, & denarij quattuor scuti auri materialis argenti partim materialis est quatenus quandoque cudebatur, & etiam nunc cuditur, valoris viginti solidorum maioris, seu minoris pretij, secundum bonitatem, ac pondus illius nummismatis in vnaquaque regione: & quatenus licet nummisma prædictum desierit, eius loco alia nummismata successerunt secundum iustam æstimationeus secundum computationem

16 librarum prædictarum; veluti Antuerpiæ soluuntur libræ septem, cum dimidia, siue solidi centum quinquaginta grossorum p

17 quolibet scuto marcarum. Mediolani verò, libræ septem cum solidis quinque, siue solidi centum quadraginta quinque monetę Imperialis, & sic de singulis, quo enim vilior, aut præciosior est libra, seu solidorum Plateæ, eo pluribus, aut paucioribus libris vel solidis scutus, qui idem apud omnes est æstimatur. Ex parte etiam eadem libra argenti potest dici imaginaria, quatenus non reperitur in rerum natura, nisi per æstimationem, & quatenus subiacet decrementis & augumentis, tum ex nummismatum deprauatione, & caritate, tum ex alijs causis; & hæc pro instituto de libra sufficiant, qui plura, *Scaccim adeat d. §. 2. gl. 3. num. 51 & infra*, non copia, sed dilectum, examenque desiderarus.

18 *Soldo.* Hæc vox apud Latinos minori æui etiam pro nummisma aureo accipiebatur, *ut apud Lampridium in Alexandro, & Budeum videre est, & præcipuè Couar. de uct. col. nummi. cap. 4. §. 2. num. 2.* vbi ex eodem Lampridio tradit solidum illum aureum apendisse quartam vnciæ partem; sed de hoc solido, qui iam diù exoleuit, non est nostet sermo, sed de illo, de quo Bocaccius *nouell. 2. nu. 4.*

„ *Mi nino all'antica, & lasciò correre due soldi per uintiquattro denari.*

Eadem igitur destinctione, quam de libræ diximus, partiendi sunt solidi; quod scilicet alij sint argenti, alij auri: Auri nimirum imaginarij illi, quorum sexaginta octo conficiunt scutum auri marcharum præsentem, qui consequenti sunt semper eiusdem valoris: Argenti verò, quorum viginti faciũt libram monetæ illius loci, cuius solidi dicuntur, & sunt quorum valor longè diuersus est, cum alij sint solidi monetę Imperialis; alij grossorum alij Venetiarum, alij Bononienses; prout moneta locorum prædictorum magis, vel minus præciosa est, ac pondere, seu bonitate præstantior. Verùm quæ de valore solidi diximus non sunt per

19 petuò vera; non solum habito respectu ad scutum marcarum præsentem, & futurum, quo intuitu sæpè sæpius solidi sexaginta sex tantum, & paulò minus, & paulò pluris scutum vnum conficiunt; sed etiam intuitu cuiusdam temporationis, quo omninò imaginarius est, ad vigesimas cuiusque scuti portiones, seu partes denotandas vsurpatus; quo respectu solidi viginti tantum scutum vnũ perpetuò conficiunt, siue absentẽ: siue referentẽ siue argenti, siue marcarũ, siue monetę, siue auri, & cuiuscũq; tandẽ bonitatis, ponderis, ac valoris existat; ad facilioremscilicet computationem, & ex computationem illam: quæ in similibus monetarum generibus contingit. Nec difficile erit cognitu, quo in sensu intelligi, ac accipi debeat in factorum contingẽtia; si enim post notas numerales scutos denotantes; aut post sermonem de scutis; adijciuntur notæ solidos inducentes, siue verba, quæ solidorum meminerint, tunc is solidus intelligẽdus, qui rum viginti scutum conficiunt; & is quidem illius generis, cuius expressum fuerit scutum esse; marcarum scilicet, siue auri, siue argenti siue monetæ; Quando verò de solidis facta erit mentio seu designatio post libras, vel alio quouis modo, tunc in eo sensu accipiendi erunt, vt superius generalius distinximus.

20 Danaro. Non generaliter, & prout pecuniam in vniuersum significat, prout comentator Dantis in inferno *c. 11.*

„ *Danaro non può far danaio, ne ingenerar danaio.*

& alibi *canz. 22.*

„ *Buono è il danaio nel fauio, reo nel pro*
„ *digo pessimo nell'auaro.*

Sed in specie, & prout apud nostros minimam monetarum denotat. Bocaccius *nouell. 74.*

„ *Nella quale si legano le uigne con le*
„ *falsicette, & hauer assi un'oca à denaio,*
„ *eun papero giunta.*

accipiendus est pro duodecima parte solidi.

di. *Cancellarius Galland. de statut. verbo ſolidos. in princ. num. 9. Anton. de Canar. in tract. de inſinuatio. verſus finem. quæſt. 31. nu. 60. Rebuff. de litt. obligat. art. 5. gl. prima num. 3. verſus finem*, quos refert *Scacc. de camb. S. 2. gl. 3. nu. 24.* eius ſcilicet, cui adnumerabitur; & propterea, ea, quæ ſupra proximè de ſolido diſeruimus ad hunc denarium, de quo agimus, ſeruata proportione prædicta, erunt referenda. Non omiſſerim, & apud latinos denarij inter monetas vsũ fuiſſe; ſed longè maioris valoris. cum decẽ aſſibus penderet teſte Plinio *Hiſtor. lib. 33. c. 3.* agente de ſtipendio militari; quem & puro argento cuſſum fuiſſe teſtatur *Couar. de veter. nummiſ. colat. c. 2. nu. 6.* de que eo meminit *Corn. Tacit. annal. lib. 1.* dum ſeditionem militarem apud Illirios refert, & vocem illam inter ſeditioſos iactatam inculcat.

„ *Vt denarius diurnum ſtipendium eſ-*
„ *ſet.*

ſed illum eumdem non ſemper eiuſdem fuiſſe æſtimationis, & quo tempore, & quomodo variauerit, cognoſcet lector, cui hæc curæ apud Iuſt. Lips: in commentarijs ad Tacit. in verbo decem in diem aſſibus, *lib. ann. primo.*

21 Marca Vocem eſſe germanicam poſt Budeum agricolam, & Molinæum teſtatur *Couar. de veter. collat. nummiſ. cap. 2. nu. 4.* & per eam ſignificari auri pondus vnciarum octo; & propterea capere beſſem Romanæ libræ ibidem Couar. & poſt eum *Lud. Molin. de contr. diſp. 400. numer. 2.* tradidere; & ſic conſtat non fuiſſe nummiſma certę cuſſionis, ſeu impreſſionis, ſed maſſam puriſſimam certi ponderis auri infecti ad tollendas ſcilicet æquiuocationes, & inæqualitates, quæ ex nummiſmatum varietate oriuntur, Cum enim, vt tradit *Ariſt. polit. lib. primo cap. 6.* primus pecuniarum vſus põdere, & quantitate definiretur, poſtmodum, vt homines liberi eſſent à menſura prædicta ſignum auctoritate publica poſitum eſt ad quantitatem demonſtrandam; ſed gliſcente hominum malitia, dominiorumque multiplicitate, præſertim ſub occaſum Romani Imperij; non idem ſignum apud omnes, nec eiuſdem fidei, ideò cum quælibet res facilè ad ſua principia reuertatur, rurſus abdicato ſigno, vel ſaltem ad minora deputato, ſiue intra arctiores caneellos adacto, ad quantitatem iterum, & pondus communiter itum eſt, & ſic ad mar cas, quo pacto facillimè ităi eſt obuiam in iuſtitiæ, & fraudibus, quæ circa ſigna committebantur, prout etiam nunc paſſim vſurpant Chini ſapientiſſimi populi; qui in comercijs argẽto nõ ſignato, ſed ad põdus vtũtur P. Nicolaus Trigautius de expeditione Chinica. *lib. pri. c. 3.* cum enim apud omnes idem ſit pondus, & metalli puritas pariter apud omnes idem ſit pondus, miniſterio Lidij lapidis cognoſcatur, conuento de marca omnis tollebatur ambiguitas, & iniuſtitia: indè à Germanis, & Itali vocem, & notionem acceperunt, qua mente Io. Baptiſta Strozzius in ſua tabula rotunda.

„ *La più vile ualeua più di cento mar-*
„ *che d'oro.*

Indè fluxit appellatio ſcutorum de marchis circa quos potiſſimum cambia verſantur; auri ſcilicet puriſſimi, qui licet ex parte imaginarij ſint, vt vidimus ſupra num..... tamen cum in illorum ſolutionem veniant ſcuti aurei, quos vocant de quinque ſtampis, ideſt omnium, & quorumcunque vſualium puriſſimi, eamdem denotant puritatẽ marchę, cuius vices ſubeunt. Et ſignanter ponitur cum addito auri; quoniam marca cum ponderis ſit, & beſſem Romanæ libræ, vt prædiximus, referat argenti etiam eſt, ac dicitur. Vt poſt alios docet *Couar. de veter. colat. num. cap. 3. in princ. num. 6* puriſſimam ſcilicet argenti infecti maſſam vnciarum octo; Sed hæc in Cambiorum vſum nondum venit.

23 Prezzo. Commune eſt quibuſcunque
24 contractibus, vt in quadam commutatione conſiſtant, rei ad rem, facti ad factum, ſeu rei ad factum, vel facti ad rem. *l. Iuriſconſium. in princ. ff. de pact. rub. C. de rer. permut.* & ibi DD. *l. ita conſtante. ff. de Iur. Dot.* peculiare eſt in venditione, vt pro re pretium paciſcantur contrahentes. *l. in venditionibus. l. pacta conuenta. ff. de cõtrah. empt.*
26 *S. pretium. Inſt. eod.* quod quidem in pecunia numerata conſiſtere debet neceſſariò. *l. prima ff. de contrah. empt. S. Item pretium.*
27 *Inſt. eod.* quod adeò verum eſt, vt quãdo in aliquo cõtractu pretij ſit mẽtio intelligatur celebrata venditio. *l. Alt. circ. med. C. de præd. decur. lib. 10. gl. in l. illicitas in princ. ff. de off. præſ. & in l. apud Celſum. S. ſi cum legitima. ff. de dol. mal. except. & in l. cum decem. ubi Bald. num. 1. C. de Iur. dot. idem*
Bald.

Bald. l. ſciendum §. *pollicetur. ff. de adilit. edict. Iaſ. in l. alt. num. 1. in fin. ff. de condit. fin. cauſ. Abb. cap. 2. in fin. de poſtul. Aret. in l. ſciendum nu. 2. ff. de verb. ſign. Roma. conſ. 85. num. 5. Anch. conſ. 82. num. 1. Ruin. conſ. 66. num. 7. lib. 1. Rip. in l. 2. circa princ. num. 32. ff. ſi cert. pet.* quæ traditio olim veriſſima à Cambij contractu nouiter introducto dubia redditur, eum & de ſubſtantia cambij pretium ſit, & ſine illo celebrari nõ
28 poſſit; qui licet, vt ſuo loco videbimus, hac eadem diſput. quæſt. nona ex parte vtriuſque contrahentis pecuniam exigat (vndè meritò pecuniarius contractus dicitur) ſèper tamen pecunia interueniens ex parte acquirentis cambium, naturam, ac denominationem pretij induit; quan documque enim quis acquirit ſcutos marchæ in feriis Placentiæ, ſeu Nouarum, licet acquiſitio ſit pecuniarum, & fiat pecuniarum impendio; ſemper tamen id, quo fit acquiſitio, pretiũ dicitur, ſiue id ſit libra auri monetæ Imperialis ſiue groſſorum, iuxtà conſuetudinem Platearum, in quibus fit acquiſitio; vndè prouenit, quod cum ſcutus marchæ idem ſit ſemper, dicatur carius, vel vilius haberi quatenus id, quo ille acquiritur, (pretium videlicet) maius eſt, vel minus.

29 Conto. Coincidit cum pretio, de quo
30 ſupra; cum enim aliud ſit pretium verum; illud ſcilicet, quo res æſtimatur ſecundum rei veritatem. *l. in lege falcidia hoc eſſe 62. l. pretia rerum 63. ff. ad l. fal.* aliud conuentum, quod conſtituitur ſecundum voluntatem contrahentium. *l. ſi uoluntate. C. ſi re-*
31 *ſcind. uend.* certũ autẽ ſit, pretia rerũ non ex effectu, & vtilitate ſingulorum; ſed ex communi hominum æſtimatione debere conſtitui *d. pretia rerum. ff. ad l. falci. l. ſi ſeruum meum 33. ff. ad l. aquil.* hinc emanauit conſuetudo taxandi pretium illud, de quo ſupra proximè verba fecimus, in cam-
32 bijs, quæ taxatio dicitur computum, quaſi diceres pretium verum cambiorum, licet
33 enim in rebus, quę venales non ſunt pretia conſtitui non debeant. *l. ſicut. C. de actio. & obligat. l. inuitum. l. dudum. C. de contr. emp.* nec in eis, quę non ſunt neceſſariæ ad victũ humanum, & quotidianum. *Arg. tex. in l. Imperatores. ff. ad leg. Iulium de annon.* ſecũdum intellectum *Petr. & poſt eum Bald. in l. 1. num 2. C. de epiſc. audient.* In cambijs tamen vſus obtinuit, conſuetudo ſeruat, & lege ſancitum eſt, in regulis feriarum Pla-

centiæ *cap. 8.* vt pretia dicantur, non ſolum in qualibet feria reſpectu cuiuſcunque Plateæ; & illud quidem ſecundum commune votum Mercatorum in ea conſluentium; ſed etiam in qualibet Platea reſpectu ferię mox ſequuturæ, ſecundum cuiuſque conſuetudinem; Genuæ certè deputantur quattuor Ciues mercatores prudentia, & integritate præſtantes per Sereniſſimum Senatum, qui communicato inter ſe conſilio, & re diligenter, ſuiſque momentis perpenſa; pretium conſtituunt, quo Cambia omnia per totum illud tempus vſque in feriam proximam celebrantur; quod dicitur
34 computum: Quatenus verò, & quibus, & quomodo, & quando liceat à computo recedere in Cambijs celebrandis, non eſt huius loci; ſufficiant adnotaſſe de facto pluribus in caſibus non ſeruari, varijſque ex cau ſis immutari; & indè fluere minutas illas (primo aſpectu) conuentiones, à vno, due, ò più danari del conto, quę intelligi nequeunt, præterquam à gnaro quo pretio computum fuerit ſtabilitum; & ſic ſi computum, puta, Genuæ fuerit conſtitutum in ſolidis ſexaginta ſex, & denarijs quattuor, qui recipit ad Cambium duobus denarijs, vltrà computum, nihil aliud ſibi vult, quam repromittere daturum ſe ſcutos marchæ in feria proxima maiori pretio, quàm fuerit ſtatutum illis duobus denarijs pro quolibet ſcuto; ſicuti è conuerſo; ſi quis recipiat duobus denarijs minus computo, nihil aliud intenderet, niſi eoſdem ſcutos dare in eadem feria minori pretio, quam quo dictum fuit illis duobus denarijs. In his verò quomodo verſetur Mercatorum induſtria, & quæ theſaura horum computorum miniſteria coaceruauerint quidam, ſuo loco videbimus.

35 Remittere. Nouo quodam, ac peculiari mercatorum comentu denotatur hac voce, mandatum, quo alicui ſolui iubetur certa pecuniarum quantitas. Hanc vocem in hoc ſignificatu habes penes *Nauar. cõſ. 31. Reuerendiſſ. uerſ. Antonio dicitur. lib. 5. de uſur. Alex. Rauden in opuſc.* ſuper banco S. Ambroſij nu. 37. Io: Baptiſta Cauatt. tract. *de camb. in pralud. quæſt. 2. fo. 212. Deciſ. Rote Gen. Belloni paſſim Bouius tract. de camb. c. 4. Scacc. de camb. S. 3. gl. prima nu. 1.* quotieſcunque enim aliquis cuipiam ſolui mandat pecuniam, illi ipſi, cui eſt faciendæ ſolutio, is remittere dicitur; & id quidem

c qua-

e quacunque cauſa, & in quamcunque cauſam fieri iubeat; videlicet ſiue ex cauſa precedenti, ſiue noua, ſine ad extinctionem debiti præcedentis, ſiue ad creationem noui, ſiue in rem, & cauſam propriam, ſiue alienã ſiue is, à quo de mandato remittentis eſt facienda ſolutio, ſit illius creditor; ſiue debitor; & propterea cautè eſt legẽdus Scaccia *de camb. d. §. 3. gl. 1. num. 1.* vbi docet hoc verbum conuenire creditoris; quaſi verò remittens ſẽper ſit creditor: quod nõ eſt ſemper verum, nec reſpectu illius, per quem eſt facienda ſolutio, qui ſæpenumero ſequutus fidem remittentis ſoluit; nec reſpectu illius, cui fit, qui vt plurimum eſt creditor remittentis, & remiſſam exigit pro illius diſſolutione. Quod ideò eſt in cambio frequentiſſimum, quia cũ nullo modo poſſit huiuſmodi contractus celebrari; nec celebratus perfici, niſi deſtinetur ſolutio per debitorem Cambij facienda in loco diſſito ab illo, vbi celebratur, quo loci creditor Cambij vt plurimum non reperitur, qui aliàs ex vi contractus erat exacturus; is alteri mandat, vt ſtatuto loco, vices ipſius explea in exigendo; & tunc remittere dicitur. Indè etiam remiſſæ nuncupatio deriuat, accipiturque pro illa quantitate, & ſumma pecuniarum, ſiue magna ſit, ſiue modica, cuius mandatur exactio; iſque dicitur plures, ſiue magnas remiſſas recipere, cui ex alieno mandato faciendæ ſunt plures, & in maiori quantitate ſolutiones, iſque remittere, qui eaſdem fieri alicui mandat, nec aliqua vox inter mercatorum litteras, illas præſertim, quas, ſpacchi, vocant, uſurpari frequentius legitur, cum ſine illius miniſterio perfici Cambia facilè non poſſint, ut ſuo loco uidebimus.

37 Trarre. Econuerſo totum contrarium ſignificat eius, quod eſt remittere, quæ
38 duo ad inuicem ſunt correlatiua; ſicuti enim, ut diximus, (& alibi probabimus) de natura cambij eſt, ut deſtinetur ſolutio Cambij alibi, quam ubi contractus celebratur, idque per alios de ipſorum mandato. actu fiat, quam per eos, qui ipſum contractum celebrant; ſicut ille, cui de mandato acquirentis Cambium eſt facienda pecuniæ ſolutio remitti dicitur, ità, & è conuerſo ſoluturo pecuniam mandato debitoris Cambij, trahi dicitur. Indè fit, ut iuxta naturam correlatiuorum impoſſibile ſit dari, quod aliqua ſumma pecuniarum trahatur, quin etiam eadem remittatur, & è contra. *l. vlt. ff. de accepilatio. l. prima. C. de indict. viduis: toll.* neque enim poteſt intellectu concipi, (quanto minus actu conſequi) quod inter abſentes mandetur aliquid per aliquem ſolui, quin, & inſimul mandetur idipſum per alium exigi, nec exigi, quin ſolui. Et inde emanauit verbale illud, Tratta, illam uidelicet denotans ſummam, quæ ſolui per alium mandatur, quæ correlatiuè ex oppoſito reſpicit Remiſſam; & non ſecus ac remiſſa, in quolibet contractu cambij reſpectu diuerſorum neceſſario exigitur.

39 Lettera. Extranea prorſus à proprietate verbi, ſiue latinè, ſiue Italicè ſumpti, eſt huiuſce vocis acceptio apud mercatores Cambiorum, & Cambiatores; licet enim non negauerim quandoque inter eoſdem generalem notionem litteræ elementaris, ſiue epiſtolæ retinere; cum tamen de Cambijs agunt. Litteræ appellatione quid toto Cœlo diuerſum intelligunt; nomen ſcilicet debitoris Cambij, ſeu illius, qui vice eiuſdem debitoris per ſuas litteras mandat alicui debitum Cambij ſolui. Ille enim, quicunque tandem is ſit, qui in re propria, vel aliena in ſe iuſcipit obligationem curandi, vt alius alibi ſoluat · Cambij debitum, vel quouis modo ſe ſoluturum repromittat, is Littera dicitur; & indè fluxerunt illę frequẽtes denominationes, cattiua, hiiona, buoniſſima Lettera, quæ vſurpantur pro nomine debitoris idoneo, ſeu minus idoneo, ſeu omni exceptione maiori; Item & ille loquẽdi modus inter eoſdem ſæpius vſitatus (per lettera di Sempronio) ſiue (per lettera di Caio) quo denotatur Sempronium, ſiue Caium in ſe obligationem ſuſcepiſſe, ac mandaſſe (quacunque tandem ratione is fecerit) vt via Cambij quid ſoluatur. Et prædicta re tincnda ſunt, quando hęc vox, Lettera, ſine addito vſurpatur, nam quando ea vtuntur mercatores cum addito, puta. lettera di Cambio, tunc planum, ac apertum eſt quid diuerſum inducere, documentum ſcilicet illud priuatum, ſiue apocam priuatam, quæ ad perfectionem Cambij per debitorem datur, & cuius vigore debitum Cambij exigitur, de qua latius in prologomenis ad ſecũdam diſputationem.

41 *Banco. Banchiero.* Denotatur in propoſito hac voce quoddam genus negotiationis in pecunijs conſiſtens, quæ penes certos mercatores, tamquam idoneos depoſitarios fæpenumerò de publico deputatos; nec ſine idoneis in maxima quantitate fideiuſſoribus approbatos, deponũtur, prout
42 etiam nunc viſuntur Venetijs, Neapoli, ac Panormi, vbi etiam vocatur, Tauola, & adminiſtranes, Gouernatori della Tauola; denominatione ſcilicet deſumpta ab abaco, ſeu tabula, ſuper qua ad effectum prædictũ pecuniæ numerantur inde Matheus Villani in hiſtor. lib primo c. 38.

„ *Meſſe il commune à far banco, il quale*
„ *cò denari del commune poteſſe ſoueni-*
„ *re à ſoldati.*

indè dicuntur bancherij illi, qui huic negotiationi incumbunt, & de his videtur loqui Scacc. §. *p. queſt. par. 2. ampl. 3. nu. 5.*
43 *fol. 239.* cautè tamen legendus in eo, dum dicit eligi ſolere à priuatis perſonis; ad differentiam Montis Pietatis in Vrbe, & Banchi S. Georgij Genuæ; nàm ſi intelligit de electione reſpectu depoſiti particularis verum dicit, quoniam quicumque deponere volens eligit ad libitum, nedum bancum, ſeu bancherium, ſed quamuis perſonam, dummodo ſit idonea, ſi verò de electione reſpectu officij bancherij; errat, ſicut & in eo, dum vocat Bancum Sancti Georgij tãquam depoſitarium; nam domus Sancti Georgij bancum non eſt; ſed ſocietas quędam participum in Gabellis Ciuitatis Genuæ; licet penes eius Adminiſtratores ſolent fieri depoſita; prout penes quamlibet idoneã perſonã immò ex aliqua ex legibus Reip. *vt ſiat de vendit. bonor. in partecip. & agnat faci.* fieri omninò debeat; ſed ad rem noſtram; vtilitas huius negotiationis conſiſtit præcisè in vſu pecuniarum in bãco, & penes ipſos bancherios depoſitarum, illas ſcilicet implicando in negotiationibus mercium, ſeu cambiorum; quæ quandoque maxima in quibuſdam bancis fuit, quando ſcilicet fides illius banci exuberat; cum enim tales bancherij alienas pecunias in maxima quantitate in huiuſmodi negotiationibus expenant, & fructus ex alieno capiant, latiſſimam habent viam diuitias comparandi. Quamuis enim veriſſimum in iure ſit, quod ſi depoſitarius ex re
44 depoſitata fructum percipiat, depoſitum non dicitur. *l. p. §. ſi quis ſernus ff. depoſit. Alc. in l. 2. in princ. nu. 16. & Rip. ibidem nu. 16. ff. ſi cert petat. Rero conſ. 194. nu. 34. & nu. 38. lib. primo*; tamen id accipiendum eſt de depoſito regulari, cuius proprietas immò & poſſeſſio apud deponentem permanet. *l. licet deponere §. rei depoſita. ff. depoſit.* Depoſita verò, quæ fiunt penes bancos, & bancherios prædictos irregularia dicuntur, cum fiant deponendo pecuniam, neque clauſam, neque obſignatam, ſed eam numeratam tradendo; quo caſu is, qui accipit, tantumdem pecuniæ tenetur ſoluere. *l. lucius. la prima cum l. ſeq. §. primo & vlt. ff. depoſit. V. in nauem ſaufeij 31. ff. loc.* Cuius generis depoſitum ad naturam
46 mutui magis accedit, quia ex eo dominium transfertur cum obligatione reſtituendi tantumdem in genere ſuo, & in eadem qualitate. *l. 2. inprinc. ff. ſi cert. pet. Roma conſ. 500. num. 7. & conſ 620. num. primo Alex. conſ. 80. num. 4. lib. 3. Dec. l. contractus. num. 8. ff. de reg. Iur. 3.* & quatenus deponens aliquid vltrà ſortem recipiat, vſuram committit *Rip. l. 2. in prin. num. 8. & Alcia. num. 20. ff. ſi cert. pet. Rim. tun. conſil. 152. num. 44.* & propterea neglecta natura depoſiti regularis, hi bancherij, pecunijs huiuſmodi tamquam mutuatis vtuntur ad ingentia lucra conſectanda. Et ex his patet Sot. Mich. Sal. Nauar. Azor. Riminal. Col. relatos per Scacc. §. *1. quæſt. 7. par. 2. ampl. 3. f. 439.* alioqui doctos viros; abuti propria diligentia ſubtilius quærentes; an huiuſmodi depoſitarijs licitum ſit aliquid conſequi pro depoſito; cum nullus vnquam dubitauerit an mutuatarius quid licitè poſſit conſequi à mutuante occaſione mutui; dubitatio namque (retento themate huius depoſiti irregularis, de quo agimus) ſola poteſt verſari an deponens ipſe ex pecunia depoſita, ſeu verius mutuata quid lucri extorqueri poſſit; non autem depoſitarius, qui aliunde ingentia commoda aucupatur. Sed banchi huius, & bancheriorum vſus magna ex parte exolcuit ex pluribus, variisque cauſis; ſed potiſſimum ex eo, quod vſus pecuniæ adeò facilis eſt, ac lucroſus; vt nullus ſit, qui permittere velit lucra ex propria pecunia ad alios

deuenire. Verùm nomen idem adhuc manet, ſed refertur ad mercatores, qui negotiationes cambiorum exercent; immo nec omnes, qui ſuas pecunias in negotiationibus cambiorum exponunt, bancherij vocãtur; ſed illi tantum, qui in ferijs dant bilãcium, ex regulis feriarum quod notatu eſt dignũ ad multa, quæ in progreſſũ diſputationis ſunt examinanda.

48

49 Trattanti. Hæc vox, licet conincidat, latius patet, quam vox bancherij, nam licet tractantes feriarum ijdem ſint cum bancherijs, tamen & quandoque mentio erit facienda de tractantibus, quatenus in Curia Regis Hyſpaniarũ, vel alibi, verſãt quib. deſignantur nedum bancherij, ſed quicunque mercatores Cambiorum in dicta Curia, vel alibi, qui huiuſmodi negotiationi incumbunt, & à quibus (intelligendo de tractantibus in Curia Regis Hyſp.) tamquam præcipua cauſa prouenient Cambia omnia, quæ vbique celebrantur; Cum enim tractantes hi certis pactis conueniãt cum Regijs adminiſtris de ſolui faciendo certis temporibus in Belgio, in Germania, & in Italia certas, ac notabiles pecuniarum quantitates quas nec habent, & quatenus haberent, non facilè in tanta locorum diſtantia ſolui facerent, id via Cambij exequuntur, maximo ipſorum commodo, & quorumcũque habentium pecunias expoſitas in huiuſmodi negotiationis genere, quorum pecunijs ad effectum prædictum non minus egent, quam miniſterio.

Quibus verbis in ſenſu prædicto, vtcunque latinitate donatis, omiſſis circumlocutionibus vtar in hac, & ſequentibus diſputationibus, id quod breuitati, ac perſpicuitati ſermonis momentum non leue adducturum confido.

DISPVTATIO. I.

QVOESTIO. II.

Praxis Cambij Simplicis.

1 *Cambij ſimplicis praxis quæ?*

2 *Conſenſus in cambio poteſt interuenire vel verbis, vel epiſtolæ, vel nuntij, & proxenetæ miniſterio.*

3 *Verborum miniſterio rarò cambia celebrãtur mercatorum ſtudio, & quando ſequitur dicitur* (cambio da buono à buono.)

4 *Cambia, vt plurimum, ac frequentius inter abſentes epiſtola celebrantur.*

5 *Pretium Cambiorum regularium ſtatuitur iuxta computum.*

6 *Bonarum litterarum mercatores vtilius ſibi & ſic vultori pretio cambio capiunt.*

7 *Cambia rarò per nuntum celebrantur.*

8 *Cambia proxenetarum miniſterio frequentius celebrantur, & de eorum fide, vigilãtia, & probitate.*

9 *Proxenetis creditur cum iuramento, vt & notulis in libris cultis factis de cambijs ab eis contractis.*

10 *Cambium duos contrahentes præciſe reſpicit, licet formaliter quattuor debeant interuenire in illo, & plures poſſint interuenire.*

11 *In cambio non requiritur præciſa numeratio, quia poteſt celebrari ex nomine ceſſo, vel delegato, & aliquando de nomine ipſius recipere debentis, aliquando ex mercibus, & quibuſuis alijs corporibus, æſtimatis tamen, & aliter, imò ſæpè ex nuda promiſſione, & num. 14.*

12 *Pretium, ſiue merces in Cambio eſt repræſentandum in loco contractus iure, vel facto.*

13 *Non extante pretio certo cambium tranſit in aliam ſpeciem contractus.*

14 *Locus diuerſus à celebrato in cambio eſt neceſſarius pro executione eiuſdem, modo ſit feria, vel platea.*

15 *Certum tempus requiritur in cambio regulari, & vniforme, in irregularibus autem ſecundum voluntatem contrahentium.*

16 *Debitor cãbij tenetur ſatisfacere cũ actuali pecunia conuenta niſi lex localis aliter indulgeat.*

17 *Remiſſa eſt neceſſaria in cambio, & exactor illius, niſi ipſemet creditor ſe transferret ad locum, vbi eſt deſtinata ſolutio.*

18 *Tractæ non eſt neceſſaria in cambio, ſi debitor ſe cauſerat ad locum deſtinata ſolutionis per ſe ſoluturus.*

19 *Remiſſa poteſt fieri etiam ad diſſolutionem debiti proprij.*

20 *Platea, pro qua fit cambium poteſt etiam eſſe feria.*

21 *Cambia quando fiunt de vna feria in aliam ſiunt ſemper ſeruata temporis dilatione de feria ad feriam.*

22 *Qua vero de platea in plateam non sub formalitate ferit, etiamsi ibi celebrentur, secus.*

23 *Lucrum sectari in cambio quomodo verificetur, & num. 24.*



1 RITVR ex conuentione, simultaneoue consensu inter duos contrahentes inito, cuius vi Alter repræsentat in loco contractus certo statuto pretio certam quantitatem pecuniæ; alter verò repromittit alio in loco certo tempore soluturum sese conuentam quantitatem pecuniæ pariter. Exindè qui soluit remissam, de pecunia exigenda; qui exigit tractam, de eadem soluenda, suis respectiuè Procuratoribus faciunt: hisque adimpletis cambium simplex, ne dum celebratum, sed perfectum dicitur. Contingit autem hæc fieri, vel in feria pro Platea, siue è contra; vel in platea, pro alia platea. Hoc posteriori casu, qui primò exigit, lucrū sectatur; illo priori qui primò soluit. in vtroque autem prædicta fiunt gratia vtriusque. Quæ pluribus ad maiorem euidentiam explico.

2 Consensus, *siue verbis inter sese, siue epistola siue nuncio, siue*, vt plurimum Proxenetæ ministerio, & opera. Verbis enim

3 rarò cōtingit, nam cum Cambia celebrant mercatores, sunt valdè solliciti, ne aliquis reſciſeat ſe pecunijs egere, eo quia ipſis maximi eſſet detrimenti, ex pluribus, ſed præcipuè eo quia carius eas compararent: ſed quando accidit, dicitur celebratum cābium da buono à buono, quaſi diceres nullo internuncio, & ſine fuco, & fallacijs. Epiſtola inter abſentes frequentius fit; cum

4 enim mercator tractas fecit in Plateis, ſeu ferijs, in quibus tūc nō habet pecunias, nec remiſſas facere potuit, aut curauit, pro illis complendis, & ſatisfaciendis: dat litteras amicis ibidem degentibus, & ſæpè ſæpius illimet, cui fecit tractam, vt ſibi det cambio eam pecuniæ quantitatem, quæ neceſſaria eſt pro prædictis adimplendis, deque illa ſibi, vel alijs ſatisfaciat, q̄ libenter (ni fides deſit) exequitur receptor litterarum: quandoquidem in *hu*jusmodi caſus contingentia niſi aliter conſentum fuerit pretium ad

5 dictum cambium ſtatuit iuxtà computum

6 quod ipſi longè vtiliſimum eſt; Nam Litterę bonę nunquam ſolent tali pretio cambio capere. Nūtio verò fieri poſſunt, vt cæ-

7 teri contractus, qui à conſenſu robur aſſumunt, ſed vix factum reperias. Proxenetæ frequens, & lucroſa eſt opera, qui ſaluo rubore, ſaluaque ſollicitudine quærentis pecuniam cambio; ſubtiliter rimatur, & inda-

8 gat omnia, fideliter reticenda, re integra, reticet, diſſidentes in vnam ſententiam trahit, & ſedulè omnia exequitur; cui tanta ex munere fides adhibetur à Iuſdicētibus, vt cuiuſcunque ex eis dictum iuramento

9 vallatum, notulaque in liberculis quibuſdā per ipſos compoſitis plenam inducant probationem circa celebrationem cambiorū, eorumque prętia, & pacta conuenta cōtra quoſcunque recuſantes mercatores.

10 Duos contrahentes. Dixi duos tantum conuentionem ipſam præcisè reſpiciens, nàm alias quattuor ſaltem formaliter debēt interuenire; ſcilicet vltrà duos illos principali in cābio cōuenientes & duo alij ſūt neceſſarij, ille videlicet, cui fit remiſſa; & ille, cui fit tracta. Dixi duos habito reſpectu potiùs ad partes contrahentium, quā ad perſonas ſingulorum: nam quandoque dantes ad cambium ſunt plures; ſicut, & recipientes, qui omnes inſolidum, & pro eadem ſumma, & vi eiuſdem vnius contractus obligantur: Dixi duos habito reſpectu ad genus obligationis; eiuſdemque identitatem; nàm quandoque alteri partium accedit conſtitutor, vel fideiuſſor, & ſic ratione diuerſarū obligationum ſunt plures.

11 Repræſentat. Hæc repræſentatio quandoque fit realiter, & de numerato, aliquando de aliquo nomine debitoris ceſſo, ſeù delegato; non rarò de ipſomet nomine ipſius aliàs recipere debentis; ſæpè de mercibus, aut quibuſuis alijs corporibus, aut ſpeciebus æſtimatis tamen; aliquando aliter; immò quandoque ſoli, ac nudæ promiſſioni de repræſentando acquieſcit contrahens.

12 In loco contractus. Saltem per quādam fictionem, nàm ſi quis habeat merces Meſſanæ, ſiue prædia Romæ, degat autem Genuæ, nihil impedit, quin poſſit pretium conuentum dictarum mercium, vel prædiorum dare cambio Genuæ pro proxima feria, inita promiſſione de tradendis mercibus, ſeu prędijs Meſſanę, ſiue Romæ, ſecundum conuenta.

13 Certo ſtatuto pretio. Hoc omninò neceſſa-

ceſſarium, quod illud, quod repreſentatur; ſiue re, ſiue ſpe, ſiue pecunia numerata ſit, ſiue ſpecies, ſiue nomen, quod conueniatur de pretio, pro quo Cambium celebratur; nàm ceſſante hoc pretio, ceſſat ſubſtantia cambij, & conuentio in aliam ſpeciem contractus tranſit.

14 Quantitatem pecuniæ. Saltem formaliter, virtualiter, & in ſpe; formaliter quãdo datur res æſtimata; virtualiter quando datur nomen debitoris, vel ipſius recipere debentis; in ſpe, quando alias recepturus, ſequitur fidem repreſentare debentis: ſed quocunq; tandem modo fiat, inducre ſemper debet rationem pecuniæ numeratæ.

15 Alio in loco. Siue feria ſit, ſiue Platea, modò diuerſa ſit ab ea, vbi Cambium celebratur, nec hoc à ſubſtantia Cambij ſeiungi poteſt.

Certo tempore. Et hoc perpetuò verũ, & vniforme in Cambijs, quę fiunt in ferijs, & in Plateis pro ferijs; ſed in eis, quæ fiunt in Plateis pro alijs Plateis vagum, & incertum eſt, & præfigitur ſecundum voluntates contrahentium, & conſuetudines regionum.

Soluturum eſſe. Per ſe ſcilicet, vel per interpoſitam perſonam, ſiue illa futura ſit ipſemet nomen expendens in loco, in quẽ deſtinatur ſolutio, ſiue eius Procurator ſpecialiter deputatus; ſiue mandatarius quidã preces ipſius, & fidem ſequutus.

16 Pecuniæ pariter. Et ſic ex parte vtriuſq; contrahentis pecunia formaliter interuenit, & in hoc caſu eatenus venit in obligatione, vt debitor, vel qui ſoluere tenetur, aut vult, nullo alio modo, via, aut re ſatisfacere poſſit, niſi repræſentatione reali, & actuali pecunię conuentæ, & quidem eiuſdem generis, niſi lex illius loci aliter in ſpecie indulgeat, vt Genuæ, vbi loco ſcutorum auri poterant, & poſſunt modò anno ſcilicet 1640. ſolui ſcuti argenti noſtræ impreſſionis, ſecundum quandam æſtimationem ex Decreto Senatus.

17 Qui ſoluit remiſſam. Hoc non eſt perpetuò verum, nàm ſi ipſe ſe transferret ad locum, vbi eſt deſtinata ſolutio, vt ſæpè accidit in Cambijs, quę fiunt de Platea ad Plateam, nulla eſt neceſſaria remiſſa, ſed ipſemet exacturus, ad illum, cui ſit tracta, accedit, & pecuniam Cambio acquiſitam ipſe per ſeſe exigit; ſed hac migratione circumſcripta, neceſſaria eſt omninò remiſſa ad cambij perfectionem.

18 Qui exigit tractam. Id quod ſupra proximè dixi, & hic è conuerſo procedit; nàm ſi exactor iſte ſe tranferat ad locum deſtinatæ ſolutionis per ſe ſoluturus, nullius eſt opus tractæ; ſed ipſo perſeuerante in loco celebrati contractus, miniſterium tractæ omninò neceſſarium eſt ad deſtinata peragenda.

19 Procuratoribus. Quatenus remittentem reſpicit, nedum Procurator, ſed etiam creditor is eſſe poteſt, & remiſſa fieri ad diſſolutionem debiti proprij, ſeu alieni; item & tertia quæuis perſona ſpecialiter exprimẽda; ad contrahendum ſcilicet nomen illud in quamlibet cauſam inter ipſos contentã, ſeù conueniendam; quatenus verò ad trahentem refertur. id ipſum è contrario, nàm poteſt eſſe nedum Procurator, ſed debitor trahentis, vel alterius cuiuſuis; ac poteſt ea tracta fieri ad illius diſſolutionem: item, & poteſt eſſe perſona omninò tertia, & cum ea ijſdem, ſiue alijs de cauſis, debitum nouum contrahi.

20 Hiſque adimpletis. Ex parte ſcilicet vtriuſque contrahentis, tam illius, qui primo ſoluit, quam eius, qui poſtmodum ex natura actus eſt ſoluturus, modo aliquo ex ijs, quæ ſuperiùs expreſſimus.

21 In feria pro Platea. Nihil impedit, quin hęc Platea ſit etiam feria, ideò non expreſſa, vt euitentur æquiuocationes, hoc ſolum diſcrimine quod cambia, quæ in feria celebrantur pro alia feria; puta in feria Nouarũ pro feria Lugduni, ſeu Medinæ, fiunt ſẽ per ſeruata tẽporis dilatione, pro feria ſcilicet tunc proxima ab illa, in qua celebratur.

22 In Platea pro alia Platea. Circumſcripta namque quacunque feriæ formalitate; nàm aliàs poteſt contingere cum effectu, & re ipſa; in illis etiam locis, vbi feriæ celebranturnã ſi Placentię. puta, ſeu Medinæ Cãbiũ ſit, celebratũ ſiue in earũ aliquã de ſtinetur ſolutio Cambij alibi celebrati, ſed vtrumque. ſeu alterum extra tempora ſtatuta ferijs ſeruabit hanc naturam: nihil obſtante, quod in locis prædictis feriæ celebrentur; eo quia prædicta geſta non fuerunt ſub formalitate feriarum, quarum celebratio ad prædicta ſe habet omninò per accidens.

23 Lucrum ſectatur. Vt plurimum, quãdoquidẽ cũ cambia huius generis fiant ad eui tãdã potiſſimũ neceſſitatẽ tranſportationis pecu-

pecuniam expendendam, quam Genuæ ſportationis pecuniarum; vt cum aliquis Genua Romam diſceſſurus vult ibi habere poſſidet primò, ac principaliter hoc quærit, vt commodius habeat, nec lucra ſectatur; quæ tantum, & nihil aliud, ſectari poteſt recipiens. Quod tamen perpetuò verum non eſt, nam contingere poteſt, vt quâ indigentiam Romæ eſt habiturus primo loco ſoluens, ad expendendum, & copia Genuæ ex prouentibus locorum S. Georgij; eamdem indigentiam habeat Genuæ exigens ad eõ parandas merces, ſeu domum; & copiam Romę ex fructibus locorum mõtium, quo caſu commoditatem æque ac lucrum vterque contrahentium ſectari poteſt. Item & contingere poteſt, vt ille ipſe Romam diſceſſurus cognoſcat, vel præuideat Genuæ magnam eſſe, ſeu futuram pecuniarum penuriam, Romæ verò abundantiam; & propterea cambio vtilius ducat (cum ſit facturus pecuniæ augumẽtum) quam tranſportatione vti; & ſic lucrum & ipſe ſectari. Sed nos, quæ frequentius contingunt in praxi Cambiorum expoſuimus, ità tamen, vt minus frequentia omninò non negligamus.

24 Qui primò ſoluit. Vt plurimum pariter: hic eſt modus, quo pecuniosi homines exponendo pecunias in huiuſmodi negotiationis genere lucrum ſectantur, ſoluendo ſcilicet pecuniam præſentem pro abſente conſequenda, vndè compendia captant; Poteſt tamen contingere, vt in hoc nullum lucrum cogitent; puta ſi id exequantur ad diſſolutionem debiti proprij futuri in dicta feria, ſeu Platea; vel ad effectum, vt in loco deſtinato ſoluantur in aliquam cauſam conuentam cum illo, cui remiſſam fecerunt. Sicut & poteſt contingere, vt exigens & ipſe lucrum captet; cum exigit ſcilicet eo conſilio, vt alijs in eamdẽ cauſam Cambij, & pro eadem feria, ſed minori ſibi, ac leuiori pretio ſoluat; id quod mutatio litterarum dicitur; & his temporibus maximo eſt in vſu.

25 Gratia vtriuſque. Certiſſimum eſt in hac conuentione, ſicut & in pleriſque alijs vtrumque ex contrahentibus quid ſibi bonum, & expetibile ſequiſtæpè diuerſi generis; ſed & non raro eiuſdem plane, lucri videlicet, quod non ſolum verum eſt reſpectu mutantium litteras, vt ſupra proximè expoſui, ſed etiã reſpectu ciuſdemmet recipientis pecuniam in ipſamet receptione; vt, puta, initio Menſis Septembris maximè contingit abundantia pecuniarum Genuæ ea de cauſa, quia in portu apulerunt Trirremes ex Hyſpanijs argento onuſtæ, (vt plerunque fit); præuidet prudens negotiator medio Menſis Octobris Mediolani, vel Venetijs futuram è contra magnam pecuniarum penuriam ob bella, vel aliam cauſã imminentem; cui penuriæ explendæ nulla commodior via eſt futura, quam trãſporta tio harum pecuniarum curanda per eos, quibus id curæ eſt; ideò ſedulè eas cambio acquirere fatagit; acquiſitas ſeruaturus ad vſum præuiſum, id quod leuiori pretio conſequitur ex ſuppoſita abundantia: Sed prudenter cogitatis proſperè cedentibus; vrgenteque penuria, cas iterum ad cambium ſoluit, ac tradit, ſed pretio grauiori; & indè non ſolum ille, qui primo ſoluit, ſed etiam is, qui exigit; vt iterum ſoluat lucrũ quærit in eadem feria, licet non raro res aliò cadat, & concepta ſpe indigentiæ futuræ fruſtretur. Sed nos in propoſito cõſilium tantum perpendimus, quo quis primò exigens ex cambio pro ferijs lucrum in praxi ſequitur, non ſecus ac primò ſoluens: quod etiam ſectatur is, qui eo conſilio exigit, vt in mercibus, vel alijs rebus collocet, ex quibus maiora ſperat emolumenta, quã timeat ex cambio decrementa, quod conſilium licet ſæpè mercatores induant, ratò tamen reſpondiſſe euentus, non leues rerũ eſtimatores animaduertere.

DISPVTATIO I.

QVOESTIO. III.

De origine, progreſſu, & augumento Cambij ſecundum naturam.

1 *Cambium qua neceſſitate introductum.*
2 *Commutatio pecuniæ abſentis cum præſente, quam ob rem ſit introducta.*
3 *Commutatio qualibet ad æqualitatem iuſtitiæ reducenda.*
4 *In commutatione pecuniæ quæ æqualitas ſit conſideranda.*
5 *Neceſſitas induſtriæ mater.*
6 *Cambium ſtatuit æqualitatem in commutatione pecuniarum.*

7 *Cambium à commoditate ſumpſit augumentum.*
8 *Cambium quatenus ſine fraudis ſuſpicione celebretur.*
9 *Induſtria quæ laudanda, quæ ferenda.*
10 *Lucri cupiditas cambium amplificat.*
11 *Cambium lucri cupidine factum quæ mala pariat.*
12 *Cambium undè depranetur.*
13 *Cambij uſus lucri cupiditate an permittendus remittiuè.*
14 *Lucri cupiditas ratioue caret, & contra rationem allicit.*
15 *Lucri cupiditas aduerſatur electioni.*
16 *Lucri cupiditas ira eſt deterior, & quare.*
17 *Lucri cupiditas inſidioſa.*
18 *Lucri cupiditas callidos, & improbos facit homines.*
19 *Lucri cupiditas cambia depranat.*
20 *Cambia celebrãs verſatur in materia lubrica, & quare.*
21 *Cambia quo pacto lucrum ſectentur.*
22 *Qui tardius ſoluit, minus ſoluit.*
23 *Conducibilius eſt habere hodie ouа, quam cras pullos.*
24 *Cambij uſus præualet cæteris omnibus contractibus.*

VSVM Cambiorum neceſſitatem introduxiſſe, commoditatem propagaſſe; Lucri verò cupidinem in immenſum auxiſſe, certũ habeo. Hiſce enim ve luti gradibus pleraq; mortalium adinuenta proceſſiſſe re quodãmodo ipſa cognoſcimus. Hinc ciborum vſus ab eſu glandium ad Apicij cænas promotus; hinc veſtium tegumen ab arborum corticibus, curtiſque animalium corijs ad ſinuoſas, longoque ſyrmate multiplices veſtes; hinc caſæ, ſpelunceque ad Palatia magnarum Vrbium ampliora; Celumque ipſum, quod excludunt, motu, ac ſplendore æmulantia; hinc alia ſexcenta, quæ ſerior ætas tamquam ruſtica, ſeu minus delicata; vel perficit, vel corrumpit augendo. Dum neceſſitatem loquor, nõ illam intelligo, quę vitæ humanæ connexa eſt in tantum, vt ab ea nequeat ſeparari, quam in reſpiratione, & alimento exemplificat Ariſtoteles *Metaphiſic. lib. 5. c. 5. in princ.* quæ abſolutè neceſſitas dicitur; ſed illam, quæ ceſſante ceſſat boni aliquod, vel mali cuiuſpiam reiectio, veluti medicatæ potionis epotio ad ſanitatem, quam etiam ſuo iure neceſſitatem appellamus. Ariſt. *ibidem*. Cum enim Comerciorum, bellorum, ac peregrinationum frequentia ſæpiùs exigeret, vt quis neceſſariò egeret pecunia in loco diſſito ab illo, vbi eam habebat, cuius tranſportatio vel propter inimicorum, latronumue intercedentium rapacitatem erat ſuſpecta, vel propter maris inconſtantiam infida, vel per legem vetita, vel quauis alia de cauſa impoſsibilis; hinc ad bonum prædictæ trãſportationis conſequendum adinuenta eſt commutatio pecuniæ abſentis cũ præſente: ſed quoniam hæc commutatio, vt poſſet ad vſum deduci, erat ad æqualitatem Iuſtitiæ reducenda; quod non ità de facili conſequi poterat perpenſa multiplici; ac diuerſa nummiſmatum bonitate, ac valore; habitaque ratione locorum diſtantiæ, & dilationis temporis; quæ in huiuſmodi commutationibus omninò ſunt neceſſaria; ideò cum nihil magis induſtriam acuat neceſsitate, quam ideò illius matrem dicit Plato *in lib. de Regno*, adinuentum eſt cambium, quo omnibus prædictis penſatis; bonitate ſcilicet nummiſmatum, dilatione temporis, locorumque diſtantia mirabili, & Priſcis omninò incognita ratione, æqualitatem iuſtitiæ in huiuſmodi cõmutationibus ſtabiliuit. Facile fuit, omnibusq; obuiũ cognitu, quã eſſet cõmodius cãbio vti licèt tranſportatio nec ſuſpecta, nec infida, nec vetita, nec impoſſibilis eſſet; cum vel ſola expenſarum, ſoluiſque ponderis euitandorum leuior ratio id ipſum ſuaderet: Vndè omninò conſequens eſt (id, quod prædiximus) neceſsitatis vix natum infantem, commoditatem excepiſſe, nutriuiſſe, auxiſſe. Quid enim commodius, quã pecunias, quas quis habebat Pariſijs, vel ex redactu prædiorum, vel ex fructibus Sacerdotij; eum ipſe degeret Genuæ, vel earum egeret Romæ, ibidem, nulla licèt vrgente neceſsitate, ſed pro libito, illas habere ſecundum æqualitatem iuſtitiæ, nullius ope tranſportationis, ſed ſolius cambij miniſterio?

Hactenus Cambium innocens, ac ſine ſuſpicione fraudis vixit, licèt frequentiùs vſurparetur: laudanda nimirum induſtria ex neceſsitate prouenientes, ferenda quæ ex commoditate. Sed ſtatim ac lucri cupiditas

10 ſenſit

ſenſit, contractum hunc latiſſimum campum aperire ſibi debaccandi, mirum eſt quas vires ſumpſerit, & quam latè Italiã, ac Europam totam occupauerit. Hinc cætera mercimonia vel abſorpta, vel deprauata, quando cum ſumma ſortis, in mercibus implicandæ, lucrum Cambij ſit computandum. Hinc pretia agrorum, & cæterarum rerum frugiferarum decreſcere recepto more, quo & pecunia fructificaret. Hinc humanæ induſtriæ, ac operæ pretia vilеſcere, & paupertas tentiorum, cum ad rem familiarem augendam compendioſior reperta ſit via. Hinc pecuniæ auctus in immenſum amor, cum non ſolum propter cætera, quorum omnium eſt menſura, & veluti fidciuſor, ſed etiam propter ſe, cum menſurati in Cambio rationem induerit, facta ſit expetibilis. Hinc deprauatus legitimus Cambiorum vſus, variiſque artibus ſpreta, vel cluſa æqualiras illa luſtitiæ, in qua conſiſtit. Quod tamen eo conſilio dictum nolo, quaſi verò Cambia illa damnem, quæ ſola cupidine lucri conſequendi celebrantur (huic enim quæſtioni infrà affgnatus eſt locus ſuus, cuius reſolutioni in neutram partem hic præiudicatum volo) ſed cum notum habeamus ex Ariſtotel. *moral. eudimio c. 9. lib. 2.* lucri cupiditatem, vti ratione carentem citrà rationem homines allicere; immò electioni aduerſari. Ariſt. *moral. nicom. lib. 3. cap. 2.* ex quo præcipue deterior, quam ira dicitur, cum hæc quodammodo rationem ſequatur. Ariſt. *nicom. lib. 7. c. 4.* & proterea inſidioſa appellatur Ariſt. *ibid.* & callidos improboſque homines efficiens. Plat. *in Hipparc. in princ.* ca propter minorum non eſt ſi lucri cupidine duce deprauantur legitimè conſtitura, prout certum eſt pluribus in caſibus cambium deprauari, vt infrà videbimus, dum progredietur diſputatio; Sufficiat modò abiter admoniſſe celebrantes cambia lucri cupidine, in materia valdè lubrica verſari ſe ſe, eo quia inſidioſo, improboque Duci, lumineque omninò orbato ſe committant, id quod alij alia de cauſa monuerunt. *Mich. Sal ad D. Th. 2. 2. poſt q. 78. in diſput. de Cambio q. 7. art. 2. nu. 1. & nu. 9. Lupus in c. nauiganti S. 2. nu. 11. de vſur.* & pro inſtituto ſermone collegiſſe (quod paulò ante prædixeram) profectum à neceſſitate Cãbium, & à commoditate auctum, à cupidine lucri in immenſum promotum. Speculatus eſt namque labor improbus in prædicta æqualitate Iuſtitiæ in commutatione illa ſeruanda, haberi rationem temporis, cum qui tardius ſoluit, minus ſoluat. *Vlp. in l. ſi cui 12, §. minus ſoluit. ff. de verb. ſignific. §. pen. Inſt. de ſi deinſ. §. ſi quis agens. Inſt. de act.* & commodius. ſit habere hodie oua, quam cras pullos. *Gloſ. in l. cum ÿ. ff. de tranſact.* item haberi rationem diſtantiæ loci ob neceſſitatem trãſportationis; item & maioris, vel minoris indigentiæ pecuniarum in loco, ſecundum plura contingentia, Ideò facilè cognouit: Quod ſi pecunias in huiuſcemodi negotiationibus exponeret, curando, vt eas realiter, vel virtualiter haberet in locis, vbi earumdem futura erat maior indigentia, luera non mediocria ſe facturum, quod vſu poſtmodum, & pro hominum induſtria abundantiùs prouenians ad hãc amplitudinem deduxit, vt præ Cambio cætera omnia ſileant commercia.

DISPVTATIO. I.

QVOESTIO. IIII.

De origine, progreſſu, & augumento Cambij ſecundum tempus.

1 *Cambia quo tempore ceperint.*
2 *Vtilitas, qua oriatur ex ſcientia, quo tempore ceperint cambia.*
3 *Cambia Ariſtoteli incognita.*
4 *Nummulariæ appellationis quid Ariſt. intelligat.*
5 *Nummi quid, & quomodo conferant humanæ ſocietati.*
6 *Emptio, & venditio ſine pretio eſſe non poteſt.*
7 *Emptio, & venditio introducta de iure gentium.*
8 *Pecunia cudi non poteſt ſine forma publica, & Principis auctoritate.*
9 *Nummus quo pacto Iuris Ciuilis, & quo Iuris gentium dicatur.*
10 *Emptio, & venditio eam à Cambio recipit perfectionem, quam illa tributt permutationi remiſtiuè.*
11 *Cambij vſus cur referatur ad Romanos.*
12 *Argentarij qui, & qui nummularij.*
13 *Argentarij.*

13 *Argentarij, & nummularij differunt à cambiatoribus.*
14 *Argentariorum, & nummulariorum diſcrimen Budæo reiectũ.*
15 *Nummulariorum munus quod?*
16 *Argentariorum munus quod? Budæo reiectũ.*
17 *Vſura legibus Romanis permiſſa, ſed coercita.*
18 *Argentarij, & nummularij, quomodo in edicto Prætoris de edendo comprehendãtur.*
19 *Cambiorum vſus Romanorum tempore nulla neceſſitas, & cur.*
20 *Cambia quo præciſè tempore ceperint, impoſſibile eſt ſcire.*
21 *Cambia quo tempore probabile ſit cepiſſe.*
22 *Imperio Occidentis ad Germanos translato plura extitere Regna, & Principatus.*
23 *Bald. qui primo de Cambio ſcripſit, quo tempore floruerit.*
24 *Cambia feriarum longè poſt alia Cambia introducta fuiſſe.*
25 *Laurẽtius Rodulphinus de Cambijs feriarũ non meminit.*
26 *Ambroſius de Vigneſe de Cambijs feriarũ non meminit.*
27 *Hieronimus de Luca de Cambijs feriarum non meminit.*
28 *Silueſter in ſum: de Cambijs feriarum non meminit.*
29 *Cambium erat imperfectum, nondum reperto Cambio feriarum.*
30 *Cambijs feriarum quomodo reddatur perfectus contractus Cambij.*
31 *Cambia feriarum in ſe ipſis perfecta ſunt.*
32 *Lugduni Ciuitas, eiuſdemque mercatus, & feriæ.*
33 *Lugdunenſibus in feriis cur ſolutiones dilatæ in tempus ſimilarum feriarum.*
34 *Lugdunenſibus in feriis ſolutiones quæ pecunia fieri ſolerent.*
35 *Lugdunenſibus in feriis quæ ratione ſit introducta pecuniarium permutatio.*
36 *Lugdunenſibus in feriis leges, & materia Cambiorum.*
37 *Lugdunenſes feriæ quæ commoda Regibus Galliarum pararent.*
38 *Carolus V. Imperator diuertitur ferias Lugdunenſes, & ad Veſuntium tranſfert, & cur.*
39 *Genuenſium ſtudium, & opera in tranſportandis feriis Lugduno.*
40 *Genuenſium legibus feriæ Cambiorum ſtabilitæ.*
41 *Auctores qui de feriis Cambiorum egerunt.*

1 OPORTVNE hic quæritur quonam potiſſimum tempore hęc, quę
2 in ſuperiore queſtione expoſuimus cõtigerint & quo auctore, idque non ſine fructu pro intelligendis, quæ de Cambis varijs, ac diuerſis temporibus ſcriptores tradiderunt. Sũt viri docti, *D. Thomas ad Ariſt. in li. 1. polit. c. 6. in lect. 7. verſ. reperto igitur. Cajet. de Camb. c. 5. num. 3. R. 10; à Capiſtrano tract. de vſur. in 2. parte num. 146. in 3. ſpecie. Amb. de Vign. in c. Salubriter. num. 27. de vſur. Mich. à Salo. ad D. Thom. 22. poſt quæſt. 78. diſput. de camb. qu. p. art. 1. num. 3. Romaul. col. tract. de Camb. c. 1. in fin. Scacc. qui eos refert de Camb. §. 1. qu. 6. nu. 11.* qui artem hanc extendunt vſque ad Ariſtotelis tempora, occaſione eorum, quæ tradit *lib. 1. Polit. c. 6.* Sed pace eorum dixero, Ariſtotelem cõtractum hunc nunquam ne ſomniaſſe quidem. Cum enim abſolutiſſimum illud ingenium politicam vitam inſtituens, illa æconomica præmitteret, quæ ad eam ſunt omninò neceſſaria, tradere tque illa, quę ad rem familiarem ſpectant, & præcipue capite ab illo præcedenti egiſſet de ſolidis diuiſijs, quæ verſantur in poſſeſſione, & acquiſitione ſecundum naturam eorum, quæ ad humanam vitam ſunt neceſſaria, & miniſterio permutationis potiſſimum acquiruntur ſubdit *d. c. ſexto* de pecuniaria acquiſitione quam præter naturam dicit; & præmiſſa receptiſſima doctrina de duplici rerum vſu, & neceſſitate, qua vſus pecuniæ fuit introductus ad faciliùs ſcilicet exercendam, ac perficiendam permutationem humanæ vitæ omninò neceſſarium ſubdit *d. c. 6.*

3 „ *Reperto igitur nummo ex neceſſaria permu-*
„ *tatione alia ſpecies acquirendi emerſit num-*
„ *mularia, primò forſam ſimpliciter, poſtea*
„ *per experientiam artificioſior: vnde quodam*
„ *modo permutando plurimum faciat lucrum.*
„ *Quapropter videtur nummularia maximè*
„ *circa queſtum pecuniæ verſari, & illius eſſe*
„ *opus poſſe diſcernere vnde proueniat multi-*
„ *tudo pecuniarum, nummorum enim, & di-*
„ *uitiarum effectiua eſt.*

Per quæ potiſſimum verba Cambium denotari voluerunt; Sed vt prædixi Cambium ne ſubodorauit quidem, cum manifeſtũ ſit Ariſt. ibi de emptione, & vẽditione

4 loqui, quam ideò nummulariam dicit, quia nummus in ea primò interuenit, quo alias carebat *permutatio*. Licet enim facilè admittam Aristi: ibi loqui de contractu, cuius *ministerio* fit pecuniarum acquisitio, non tamen indè rectè infertur ad cambium; cũ etiam commutatio mercium pretio interueniẽte id ipsum tribuat; Sed cum ibi agat de contractu perficiente primò permutationem naturalem (quæ secundum ipsum non pertinet ad amplificationem patrimonij, sed fit in suplementum indigentiæ secundum naturam, vtilia pro vtilibus tradẽdo, vlterius verò nihil, vinum scilicet pro tritico, & cætera huiusmodi) quo primum inrroductus est vsus nummi, ex quo (vt ibi inquit) quodammodo permutando plurimum faciat lucrum; necesse est, vt illum accipiãt non de Cambio, sed de venditione, cuius est proprium. Vt enim idem Arist:

5 *moral. Nicom. lib. 8. c. 5.* docet, nulla potest esse societas sine permutatione, neq; permutatio sine æqualitate, neque æqualitas sine commensuratione, ideò nummus inuentus est, qui vti medius res omnes commensurabiles faciat; & ministeriũ emptionis, ac

6 vẽditionis est, quę sine nũmis consistere no potest. *l. emptionem. C. de rerum permut. l. 1. ff. de contrab. empt. §. item pretium. Inst. eod. l. naturalis. S. 1. ff. de præscr. verb.* etiam si cõmutatio fiat rerum prius æstimatarum si credimus Pinello *in rub. C. de rescind. vend. in 2. par. cap. 1. num. 16.* quem tamen meritò reycit Card. Mantic. *de tac. & amb. conuen.*

7 *lib. 4. tit. 19. nu. 4. cum seq.* ideoque iure gentium introducta dicitur. *l. 1. an fin. ff. de coir. empt. l. Iuri scientum in princ. ff. de pac. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur.* licet pecunia, sine

8 qua non potest consistere, cudi non possit sine forma publica, & auctoritate Principis. *l. 1. & 2. ff. de contr. empt. l. 1 C. de vet. nummis post lib. 11.* & consequenter iuris Ciuilis videatur *l. Ius ciuile. ff. de Iust. & Iur. l. 1. S. cum adjicitur. ff. de verbor. obligat.* quia nummus etiam à Iure gentium inuẽtus est licet habuerit aliam formam quam nunc habet. *Bart. l. 1. nu. 1. ff. de contrab. empt. Ias. in l. ex hoc Iure. nu. 22. ff. de Iust. & Iur.* Cum igitur de contractu commensurante, secundum æqualitatem Iustitiæ, permutationem illamque primo perficiente, & lucrum operante, ibi egerit Arist. certum est eum non de Cambio, sed de emptione, ac venditio-

9 ne egisse quam à Cambio illam perfectionem recipere per ipsum olim tributam per mutationi suo loco *q. 9. huius disput.* declarabimus. Immò nec de vsura *d. c. 6.* Aristotelem sensisse, licet ad nummulariam pertinente patet ex ijs, quæ latè subdit capite sequenti, vbi de fœnore agit, & statuit.

Alij modestiores; *quos etiam reprehẽdit Io. Bap. Lup. in c. nauiganti de vsur. coment. 3. §. 1. num. 46.* in opinando referunt vsum Cambij ad Romanæ Reipublicæ tempora. Legerunt namque apud Liuium; vsque ad belli Punici secundi tempora tabernarum argentariarum in foro fieri mentionem, recensens namque loculentus is Auctor *lib. 6.* vanam Annibalis iactationem rependere volentis confidentiam Romanorum scribit.

„ *Vt exemplò vocato præcone tabernas*
„ *argentarias, quæ circa forum Romanũ*
„ *tunc essent, insserit venire.*

Quod si tunc temporis argentariæ taberna Romæ; ergo & Argentarij fuerunt, de quibus etiam plures diuersorum temporũ scriptores meminerũt. *Plaut. Pseud. 3. 103. & 5. 67. Pers. a. 12. 29. Cicer. pro Cecinna. Plin. hist. natu. lib. 33. c. 5.* & de eis plura Iure consulti nostri *digestorum lib. 2. tit. 13. de edem.* & hanc artem, nedum Romæ, sed etiam alibi exercitam fuisse euincit vel solus locus Cicer. pro Cecina.

„ *Pythius ei quidem, qui argentariam*
„ *fecerat Syracusijs.*

Repertis argentarijs, quos in munere comparant Bancherijs, seu Cambiatoribus nostris reperijsse Cambiorum vsum opinãtur. Sed hanc coniecturam omninò leuem reddit consideratio, quod licet Argẽtariorum, & Nummulariorum; qui Græco voca bulo Trapezitæ, & Collibitæ appellantur illis temporibus frequens vsus esset; ij tamen ratione muneris longè differebant à

10 Cambiatoribus nostris, quà in re cautè admodum legendus est Budæus *apud Nizol. in Thesaur. ling. lat. verbo argentum*, qui discrimen assignans inter Argentarios, & Nummularios, hos dicit nullam publicam causam habere, nec rationem accepti, expẽsique facere, vt illos, qui nõ tam pecuniarũ permutationem, quam maiorem negotiationem exercent, nàm expressè cõuincitur ex contextu Pauli *I. C. l. 9. ff. de edendo.*

„ *Nummularios quoque non esse iniquũ*
„ *cogi rationes edere Pomponius scribit.*
„ *quia & hi nummularij, sicut & argẽ-*
„ *tarij rationes conficiũt, quia accipiunt*
pecunias.

„ pecunias, & crogant per partes, quarũ
„ probatio ſcriptura, codicibusque eorum
„ maximè continetur, & frequentiſſimè
„ ad fidem eorum decurritur.

Quibus verbis non euidentius Budæum reijcias, quam munus Nũmularij, idque diſtinctum eſſe ab Argẽtarijs colligas, & cautius legas Iureconſultiſſimum Cuiacium *in l. vnus. ff. de pact.* vbi Argentarios eſſe eoſdem cum Nummularijs ſcribit; ſed ſi num-
11 mularij opera verſatur in erogando per partes (de mandato ſcilicet domini) pecunias, quas totas receperunt, & Paulus tradit; & ſic ſunt quodammodo publici depoſitarij pecuniarum, ad inſtar illorum Bancherorum, quos magna ex parte exoluiſſe noſtris temporibus diximus *ſ. queſt. 1. & infra diſput. 2. queſt. 17.* quæ nam demum
12 erit Argentariorum negotiatio quam circa maius quiddam verſantem agnoſcimus.
13 Certè Budæus Niſol. *in theſaur. ling. lat. verbo argentum*, qui tradit olim moris fuiſſe Argentarijs pecunias cuſtodiendas dare fœnerato interdum, interdum gratuito; non
14 ſatisfacit. Nam ſi gratuitum reſpiciamus, cõ
15 ſunditur cum nummulario, vt vidimus ex
16 Paulo; ſi vero fœnus, hoc non erat peculiare argentariorum, ſed à quolibet priuato exercebatur, tàm actiuè, quam paſſiuè *totis tit. C. & ff. de uſur.* & adhuc nõ apparet in quã vtilitatem argentarij fœnore pecunias acciperent. Quod ſi diceres, vt in grauius fœnus alijs traderent; non eſt tutum; Tum quia Romanorum tempore ſicuti permiſſam ita & taxatam ad certam quantitatem vſuram
17 plura docent apud Liuium *lib. 7. vbi tradit C. Marcio Cn. Manlio coſſ. a M. Duelio L. Menenio T. T. PP. rogationem per latam acceptãque cupidiſſimè a Plebe de vnciario fœnore. Et eodem li. 7. T. Manlio torquato C. Plautio ſecundum Coſſ. ſemunciarium tantum de vnciario fœnus factum* nec eſt credendum cũ argentarij ex publico munus exercerent ideò inſtitutos, vt contra leges committerent; Tum etiam quia hoc factitatum ab Equitibus Romanis tradit Sueton: *in vita Auguſti c. de cenſur.* Crediderim ego argẽtarios fuiſſe homines auctoritate publica deputatos, qui aliena, ciuium ſcilicet cæterorum, negotia curarent; maximè circa pecuniariæ rei adminiſtrationem; hanc ſuſpicionem mouet Cicero pro Cecina.

„ Ebutio negotium datur, adeſt ad tabu-
„ lam licetur Ebutius, deterrentur cæ-
„ ptores multi partim gratia Cecina, par-
„ tim pretio; fundus adjicitur Ebutio
„ pecuniam argentario promittit Ebu-
„ tius.

Nota argentarium venditorem, ſeu prætij ſtipulatorem. Quod valdè confirmatur ex alio dicto Suetonij Tranquilli (poſt hæc ſcripta perpenſo) *in vita Neronis c. 5.* vbi dum vitia Domitij Patris Neronis recenſet ſcriptum reliquit.

„ Perfidiæ verò tantæ, vt non modo ar-
„ gentarios pretijs rerum coemptarum,
„ ſed & in Pretura, mercede palmarum
„ aurigarios fraudauerit.

Sed me in hac ſententia confirmarunt verba Vulpiani *ad Edictum Prætoris de edendo*, quo argentarij edi iubentur. *l. 4. ff. de eden.*

„ Huius Edicti æquiſſima ratio eſt, nam
„ cum ſingulorum rationes argentarij
„ conficiant, æquum fuit id quod mei cau
„ ſa confecit meum quodammodo inſtru
„ mentum edi.

18 Ciuium igitur cauſa argentarij rationes ſingulorum conficiebant; emptionibus, & venditionibus præſidebãt, & rerum pretia vel ſoluebant, vel ſtipulabantur, & cætera huiuſmodi curabant. Cum enim pecunia res omnes menſuret, atque æſtimet, & tempore Romanorum ærea eſſet, ideſt viliſſima vndè magnum, & enorme pondus æris erat neceſſarium in dictis venditionibus, & emptionibus celebrandis; ideò optima ratione ſunt inſtituti argentarij, qui tabernas habebant in foro pecunia repletas, quibus mediantibus dictæ commutationes celebrabantur. Et ſicuti dicti argentarij de publico proponebantur, ita & tabernas ipſas Iuris publici fuiſſe euincit ipſe conteſtus Vulpiani. *l. qui tabernas. 32. ff. de cõtr. empt.* his verbis.

„ Qui tabernas argentarias, vel cæteras,
„ quæ in publico ſolo ſunt, vendidit, non
„ ſolum, ſed Ius vendidit, cum iſtæ taber
„ næ publicæ ſint, quorum vſus ad priua-
„ tos pertinet.

Et hinc Annibal potius tabernas argentarias, quæ publici Iuris (tamquam ſibi victori debitas) vendidit *Liu. Hiſt. lib. 10.* quã priuatum aliquod prædium Romanum. Demum prædicta omnia de argentarijs, & de illorum munere ad litteram probat Iuris Cõſultus Scæuola *l. filia ff. de dotib.* his planè verbis.

„ *Filia inteſtato Patri hæredis negotia*
„ *Mater geſſit, & res vendendas per ar-*
„ *gentarios dedit. Atque ipſum in codice*
„ *rationum ſcriptum eſt: argentarij uni-*
„ *uerſum redactum pretium vrditionis*
„ *ſoluerunt, & poſt ſolutionem nouem ſe*
„ *re annis quicquid agendum erat nomi*
„ *ne pupille mater egit; eamque marito*
„ *nuptam collocauit, & res ei tradidit.*
„ *Quæſitum eſt, &c.*

Quid clarius? Ideòque æquiſſimum fuit eos cogi ad illas edẽdum, tamquam aliena Inſtrumenta; quæ non minus quadrant adminiſtratori, quam ſint aliena à nunere nũ mularij, qui proprium negotium gerit, depoſita videlicet irregularia recipiendo. Qui ideò in Edicto Prætoris compræhenditur (non præpriè, ſed per quandam extenſionem) ex eo ſcilicet, quod & ipſi rationes conficiant, ex quibus veritas colligi poſſit: quæ munera cum longè ſint diuerſa à muneribus Cambiatorum noſtri temporis, nulla ex argentarijs, nummularijſque poteſt ad
19 noſtra Cambia fieri illatio. Quæ non leuem recipiunt confirmationem ex eis, quæ ſupra quæſtertia diximus; nàm illo æuo fænore permiſſo, & largius nautico, nedum erat rium obuiam caſibus tranſportationiſi, ſed etiam lucrum captantibus apertus eam pus, & propter ea nullus erat vſus Cambiorum, nec introducendi cauſæ, quæ tamen ſtatim emerſerunt, ac Euangelij lux illud natura inſitum aperuit Math.

„ *Mutuum dantes, nihil inde ſperantes.*

20 Vtque ego in propoſita quæſtione ſententiam liberè dicam, arbitror æquè certũ eſſe poſteriori æuo Cambium cepiſſe, ac impoſſibile aſſignare, quo potiſſimum tempore id originem ſumpſerit, ſed incertis dubijſque, ac obſcuris initijs ad hanc amplitudinem noſtris temporibus deueniſſe. Sicuti enim in pleriſque ſluminum contingit, quę pluribus, obſcuriſque, ac paruulis riuulis ſuas ipſi origines non minus ducunt, quam occultant conſimili ratione, quem a neceſſitate facilè cognoſcimus ortum duxiſſe contractum, cuiuſnam primum induſtria, quoue tempore illud contigerit, impoſsibile ſcitu eſt.

21 Quantum verò coniectura aſſequi licet probabile eſt tempore, quo Imperium Occidentis ad Germanos deuenit, ſæculo ſcilicet à Reparatione Humani Generis duodecimo incipiente, hæc contigiſſe. Tunc enim primò Italia, & Europa noſtra, quam Carolo Magno, eiuſque ſucceſſoribus.

22 Eccleſiæ ſplendorem, & Chriſtiani cultus reparationem, & legum obſeruantiam debebat, colebat in primis. In plura Regna Dynaſtias ac Reſpublicas erat diſtributa; indèque plurima bella, nummiſmatumque diuerſitates, ac ſigna. Vndè nil mirum ſi infida, aut impoſsibilis ſit, facta tranſportatio pecuniæ; & ſi ſuſpectis ſignis nummorum deuentum in commutationibus ad metallorum pondera, & demum ſi reiecta vſura de uentum eſt ad cambium; cum omnes tunc temporis exiterint cauſæ quæ ingenium poſſent ad illud inueſtigandum acuere, & vox ipſa Germanica marcho cambio ingenita, penes quam Gẽtem erat Imperium, nõ leue addit coniecturæ noſtræ pondus.

Sed quicquid ſit de hocſquod in mediũ relinquo, cum liberum ſit vnicuique in re tãm dubia, ac incerta pro libito opinari, cer-
23 tum eſt Baldum, qui ſæculo à Deo nato decimo quarto circa medium floruit pluribus in locis. *Bald. conſ. 348. lib. 1 facta ſunt liſtere per Borromeum. & cõſ 190. Sempronius nu. 2.* de Cambio egiſſe. Vndè dubitari non licet, illo tempore vſu receptam fuiſſe huiuſmodi conuentionem, & ab inde ſequutis temporibus magis, ac magis vſurparam. Nec æquè dubitari poteſt æuo eodem, & longè poſteriori iu vſu non fuiſſe Cambia
24 feriarum; ſed tantum loquutos auctores de illo, quod fiebat de Platea ad Plateam, quod manifeſtum ſit nedum ex lectura Baldi locis laudatis, vbi de his tantum, non autem de illis, quæ in ferijs celebrantur, ſcripſit, ſed etiam ex traditis per Laurentium
25 Rodulfinum Florentinum *in tract. de vſur. 3. part. princ. qu. 1. num. 1. vſque ad fin.* qui ſcripſit anno ſalutis 1404. & referens Cambia, quę tunc temporis erant in vſu, eorum, quę celebrabantur in ferijs, & pro ferijs nõ meminit; & multò maximè ex eis, quæ docet Ambr. de Vignate *in tract. de vſur. §. fin. num. 270. & infra*, edito Taurini anno à Partu Virginis 1460. qui pluribus Cam-
26 biorum generibus relatis, huius verò feria-
27 rum non meminit. Immò nec F. Hieronimus de Luca, qui tractatum de Cambijs ex
28 profeſſo edidit anno 1517. (nec ante eum Siluester, qui circa eadem tempora floruit in Summa) de Cambio feriarum loquuti ſunt, quamtumuis de marca, eiuſque valore ac pretio, & ferijs Lugdunenſibus mentionem

29 nem fecerint.Et tamen non reperto,nec in ſtitato feriarum Cambio incertus adhuc vagus,ac imperfectus erat huiuſmodi contractus:Nam eſto,æqualitas Iuſtitiæ in cõmutatione pecuniæ preſentis cum abſente, in qua conſiſtit Iuſtitia contractus, ſeruari poſſit ; non obſtante diuerſitate bonitatis, ponderis,ac puritatis nummiſmatum,& nõ obſtante diſtantia loci,ac temporis,ac tranſportationum impendijs,periculiſque; quæ omnia arbitrio boni viri dirigi poſſent, & hæc abſque miniſterio Cambiorum feriarum.Certè ratio maioris,aut minoris indigentiæ pecuniarum,habita ratione locorũ, inter quæ Cambia celebrantur, ad quam potiſsimum habenda eſt conſideratio in quibusuis Cãbijs ad æqualitatem illam inueniendam,non poterat haberi,ceſſantibus Cambijs feriarum,per quæ demũ repertus
30 eſt modus omnia ad ſummam æqualitatem Iuſtitiæ reducendi.Facile eſt namque,feriarum miniſterio, cognito,quæ nã propoſito abundantiæ, ſeu indigentiæ ſit inter Plateas ; inter quas vſus poſtulet Cambia celebrari, habito reſpectu quonam pretio illo temporis articulo in vtraque Platea Cambia fiant pro feria tunc proxima, etiã ad illius menſuram celebrare inſtans Cambium . Si enim (vt exemplo res illuſtrior fiat)Cambium fit celebrandum menſe Septembri Genuæ pro Ciuitate Roma, ideſt pecunia venit exburſanda Genuæ pro illa Romæ conſequẽda via Cãbij,attẽditur quonã pretio Cambia fiãt tam Romæ,quã Genuæ p feria Sãctorũ Placẽtiæ(& ad hũc effectũ Mercatores ſolent in calce cuiuſuis epiſtolæ ad alios aliorum locorum Mercatores datæ, pretia cambiorum pro feria proxima,quæ in ſua Ciuitate, ſeu Platea vigent tempore datarum epiſtolarum apponere) & ſi curſus Plateæ rum is erit, vt Genuæ, puta, cambietur ſolidis ſexaginta ſex cum denarijs ſex pro quolibet ſcuto auri marcarum, Romæ verò dentur ſcuti nonaginta nouem auri de quinque ſtampis, pro habendis ſcutis centum marcarum ; non ſolum certum habent maiorem abundantiam tunc temporis pecuniarum eſſe Romæ, quam Genuæ ; ſed ſubtilius computantes Arithmeticæ miniſterio ad vnguem cognoſcunt, quanta illa ſit, & qua proportione ad inuicem ſe habeant ; indèque ſeruata Iuſtitiæ æqualitate, & omnium circunſtantiarum facta penſitatione, pretio con-
31 uento,Cambia celebrant, quod Plateale dicitur. Nec te turbet lector hæc eadem in Cambijs feriarum perpendi non poſſe ; ceſſante in his reſpectu ad alias ferias;quaſi verò in eis deficiat ratio inueniendi hanc æqualitatem iuſtitiæ. Nam ſcito in feriis omnes vndique mercatores per ſe, vel per ſuos conuenire, ibique de communi omnium conſilio , & conſenſu pretia ſtabiliri pro quacunque Platea iuxta abundantiam, ſeu indigentiam imminentem ; quæ tamẽ pretia poſtmodum eatènus perſeuerant, decreſcunt, aut augentur, quatènus præuiſa reſpondent euentibus. Et hinc fit, quod in feriis nulla eſt opus commenſuratione, reſpectu aliorum, vt in Plateis, cum omnium Cambiatorum voto, ac conſilio res fuerit *ſtabilita* . Sed ne à propoſita queſtione aberraſſe videamur,ex prædictis colligimus : quod licet a Silueſtro, & Hieronimo habeamus marcam, & feriarum Lugdunenſium mentionem ; non tamen illis temporibus fuiſſe in vſu Cambia feriarum ; licet inde ea duxiſſe ſenſim originem facile adducor, vt credam : hoc
32 pacto . Lugdunum Ciuitas olim totius Galliæ Celticæ facile Princeps,& operoſiſſimo templo ſexaginta gentium titulis inſignis, Auguſtoque Cæſari dicato celeberrima,loci oportunitate (in vmbilico ſcilicet & quaſi media inter Germaniam, Galliam Burgundiam, & Italiam)Rhodano,& Arari confluentibus non modo incluſa,ſed facilitate ſubiectionum peruia , nobiliſsimum Europæ totius euaſit Emporium; ibidẽque quattuor ſingulis annis,totidem anni ſtatis temporibus,eodem interuallo trium menſium decurrentibus nundinæ, ſeu feriæ celebrabantur ; & ad eam mercatores cum omni genere mercimoniorum frequentiſſimi conueniebant feriarum potiſsimum tempore: immunitate nimirum vectigaliũ, quæ per aliquot dies indulgebatur allectis, Mirum dictu,& quod non ità de facili credas (ab octuagenarijs viris habeo, qui iuuenes ſeſe à ſenioribus audiniſſe perhibẽt) quæ;quot merces, ac diuitiæ, quot, & quę gentes, & populi celebritatem illam augerent,& quo mercaturę commodo, & mercatorum vtilitate.Qui adeò toti erant tempore feriarum,lapſu decem dierum finito, in diſtrahendis,& comparandis mercibus; vt,ne quid temporis intercideret pretij ſolutionęs,& emptarum ſcilicet,& venditarũ

mercium

mercium in tempus finitarum feriarum differretur: quo demum tempore pretia rerū soluebantur creditoribus in tot marchis,
33 massis scilicet octo vnciarum pondere auri seu argenti insecti, *vt vidimus supra quæst. prima*, ad euitandam nummismatum varietatem; sed tempore procedente cum Christianissimi Reges Francorum cudi fecissent scutos auri purissimi, impresso sole, quorum sexaginta quinque marcam conficiebant; ideo in ferijs Lugdunensibus, licet marcarum duraret nomen, in scutis auri so-
34 lis fiebant solutiones. Sed non omnes nec semper mercatores cum mercibus in ferijs conueniebant; sæpè aliqui, vt exigerent ab alijs, quod sibi debebatur; sæpè vt soluerent quod debebant; destinatis scilicet solutionibus quorumuis contractuum, alibi celebratorum, in abundantissimo rerum omnium emporio; nec qui extractum venerāt semper pecunias asportabant, sed vel merces ex pecunijs exigendis emerant tempore feriarum; vel illis cōcessis mercatoribus, qui eis opus habebant sibi per litteras consulebāt, quibus in qualibet Regnorum prædictorum parte, & pro libito prouideri curabant. Nec illi, qui solutum accesserant, accedebant semper cum facculo parati; sed sæpè sine pecunijs solutionem confecturi, ex eis pecunijs, quas ab alijs erant exacturi siue per se, siue aliorum nomine, vel ex eis quas mutuo accipiebāt à possessoribus, qui alio in loco habere maluissent: promissa eis scilicet solutione loco in illo, & mandata p
35 litteras. Hæc quæstuosissimæ artis seges, ac materia, quandoquidem vsu, ac experientia innotuit, nihil magis expedire, quam rē siue in pecunia, siue in mercibus, siue in nominibus consistētem, habere in ferijs Lugdunensibus, in loco scilicet maioris indigentiæ; nihilque esse facilius, nihil promptius, indigentibus pecunijs in quemuis locum eas atrahere, quàm feriarum Lugdu-
37 nensium ministerio. Multa indè Galliarum Regibus emolumenta prouenere: sed, quod caput erat, commoda multo maiora ad bellorum vsum (quorum nerui sunt pecuniæ) quascunque pecuniarum quantitates in Ciuitate suæ ditionis, ac iuris habere, & in alium quemuis Europæ locum transmitte-
38 re nullo negotio posse. Animaduertit hæc Carolus V. Imperator semper Augustus, & Hyspaniarum Rex, dum bellaret contra Gallos, & summopere cupiens præsentissimum adiumentum, ad res gerendas, demere hostibus, & si qua ratione posset, adiungere sibi; tūm demūm à salute Humani Generis anno 1537. cōsilio, ac auctoritate per suasit Italiæ Mercatoribus, ut deserto Lugduno, ferias prædictas, saltem quoad cōmutationes pecuniarias, aliò transferrent; & mōstrata eis Vesuntione, eiusdem Celitice, Sequaneque nobilissimo situ Gallię fluuio impositā, quæque suis legibus sub Imperij auspicijs viueret, licet Comitatu Burgundiæ, qui in ditionem Austriacam iamdiu concesserat, circumsepta, prudentissimè excogitata, felicissimè est cōsequutus.
39 Nām adnitentibus præsertim Genuensibus (quorum Libertati auctoritas Regis Gallorum, & vires valdè erant suspectę, cū ex eius ditione, in quam volentes concesserant, iniurijs coacti; paucis retrò annis se subduxerant; è contra verò Carolo V. cuius auctoritate, & viribus coalescentem in dies Libertatem potissimum tuebantur, valdè tuebant) itum frequentissime Vesuntionem vulgò, *Bezāsone*, ad easdem quattuor feriarum ijsdem statis temporibus celebrandas; pecuniarum tamen, nō autem mercium; quarum adhuc Lugduni perseuerat. Cuius tam præclaræ operæ Imperatori nauatæ, *præmium Genuensibus fuit*, non quidem ab Imperatore tributum, *sed a cæteris* mercatoribus vltrò concessum, & propriis viribus vsurpatum; Vt Consulis, ac Consiliarij alterius electio, qui summum ius inter Mercatores omnes, feriarum tempore, haberent e Genuensibus esset, feriæque totæ à Re-
40 publica Genuensi penderent. Quibus autē legibus feriæ hæc fuerint stabilitæ, & quo pacto in summa pecuniarum, ac mercium penuria, solis nominibus sustineantur, & consistant, videbimus suo loco in Prologomenis ad Secundū Disputationem, Quæstione prima, & per discursum totius Secūdę Disputationis. Sufficiat pro instituto sermone collegisse Cambia feriarum; Cambiū scilicet vsque quaque perfectum, tunc temporis, quo tempore feriæ Vesuntionem trasportatæ fuerunt, ocepisse, anno scilicet 1527. & Doctores, qui exindè de Cambzo Nūdinario scripserūt, de hoc Cambio perfecto sensisse, & intelligendos esse. Nauar.
41 nempe *in c. nauiganti. de vsur. & cons. 1. & 31. lib. 5. & in man. c. 17. sub nu. 283. concl. 127.* Io. Medin. *in tract. de reb. per vsur. acq. quæst. 5.* Sot. *de Iust. & Iur. lib. 6.* Garz. *in tract.*

tract. de contr. c. 30. vsque ad 38. Ludouic. Lopez *de contr. lib. 2. c. 1.* Mich. Sal. *ad D. Th. in 2.2. post quæst. 78. in disput. de Cambio.* Lud. Mol. *de Iust. & Iur. tom. 2. de cõtrac. disp. 398. vsque ad 410.* Leſſ. *de Iust. & Iur. lib. 2. c. 23.* Io. Az. *de instit. mor al. par. 3. lib. 10. tit. de Camb. c. 1. cum seq.* Rodriguez. *in sum. par. 2. c. 104. vsque ad c. 107.* Fabianus Genuensis, Boninsegnus Senensis, Romoaldus Coli Lincensis, Sigismundus Scacc; qui particulares tractatus de Cambijs ediderẽ P. Iustinianus Theatinus , & P. Antonius Bernabita *in opusculis della ricorsa.*

DISPVTATIO. I.

QVOESTIO. V.

Quotuplex sit Cambium.

1 *Cambij diuisio ex sententia Rodulph. qualis, eiusque reiectio. 2.*
3 *Amb. de vignate diuisio Cambij qualis, eiusque reiectio. 4.*
5 *Siluestri diuisio in materia Cambij refertur, & ponderatur. & nu. 6 improbatur.*
7 *Card. Caietani diuisio Cambij qualis, eiusq; reiectio nu. 8.*
9 *Medinæ sententia circa Cambij diuisionem refertur, & sibi non constare demonstratur nu. 10. & diuisio per eum allata reycitur nu. 11.*
12 *Nauarri diuisio affertur, & perpenditur, & demum reycitur num. 13.*
14 *Io: Baptistæ Lupi diuisio, quam sequitur Lessius refertur. Sed non satisfacit authori. num. 15.*
16 *Molinæ diuisio Cambij refertur, & reijcitur nu. 17.*
18 *Sigism. Scacc. diuisio Cambij ponderatur, & nu. 19 reijcitur.*
20 *Opinio authoris in diuisione Cambij.*
21 *Cambium aliud feriarum, aliud Plateale.*
22 *Feriarum Cambium regulare dicitur , & quare nu. 23.*
24 *Plateale Cambium irregulare dicitur , & quare nu. 25.*
26 *Differentia substantialis vnde desumatur.*

QVOESTIONEM hãc aliàs fortè inutilem, pro audiendis tamen, examinandisq; auctoribus, qui de Cambio scripserunt, sequens sermo demonstrabit vtilitatis plenam.

1 Prima distinctio colligitur ex Rodulphino *in tract. de vsur. 2. par. 2. partis principalis quæst. 24. & in 3 par. quæst. 1.* quod Cambium duplex sit. Aliud, quod minutum dicitur , & consistit in permutatione pecuniæ præsentis pro præsente, aliquo intercedente lucro ex parte alterius. Aliud verò, quod consistit in commutatione pecuniæ præsentis pro absente ; Quod rursum subdiuit in Cambium per litteras, & Siccum ; Primum tunc celebratum dicebatur, quando dabantur, puta, Florentiæ centum scx, vel septem floreni auri Cambiatori, qui scribebat Venetias, vt ibi soluerentur stipulatori ducati centum. Secundum verò, quod Siccum dicit, fiebat hoc pacto. Cambiator dabat Florentiæ, opus habenti, libras decem grossorũ & pro eis soluebat florenos centum sex auri, tunc temporis æquiualentes dictis libris decem grossorum, acto, & conuento, quod recipiens post dies quindecim restituere deberet ibidem Florentiæ dictas decem libras, sed secundum, & prout valerent tunc temporis Venetijs, quę quidem aliquando pluris , & quandoque minoris valebant, quod Cambium, licet ipse appellet Siccum illud tamen approbat tamquam licitum, ac iustum rationibus per eum expressis *in 3. p. principali p. 1. nu. 1. vsque ad num. 5.* Ex hac autem distinctione facilè est colligere Cambium Plateale idem omninò esse cum eo, quod Rodulphinus per litteras apellat. Siccum verò, licet nomen adhuc maneat, in sensu autem huius auctoris omninò ab vsu desijsse; & propterea superfluum omninò esse diligentius examinare rationes per eum adductas, quibus persuasus firmauit Cambium prædictum ritè, ac rectè celebrari. & erroneum omninò tradita per Rodulphinum de Cambio Sicco, trahere ad illud Cambium, quod hisce temporibus ex Bulla

2 Pij V. Siccum appellamus . Cæterum hæc diuisio reycienda est , tùm quia latior est, quam sit Cambij notio , cum comprehẽdat nedum Cambium illud Siccum , quod vsu desijt,

desijt, ac etiam Cambium minutum, quod non ese verè Cambium videbimus quæstùm quia stricticr, cum Cambia feriarum non comprehendat.

3 Secundam diuisionem colligo ex Ambrosio de Vignate *in tract. de vsur. §. fin. à nu. 275. vsque ad num. 288.* Quod aliud sit Cãbium artificiale, aliud reale, aliud casuale. Artificiale, secundum illum, est cum propter maiorem, seu minorem valorem pecuniæ in propria patria, quam sit in aliena, & ob eam causam indigẽs pecunia vno in loco, quam habet in alio, soluit vbi eam habet, & ministerio Cambiatoris in eo restituit, vbi habet. Reale illud dicit, quo quis egens vno in loco pecunia, & abundans in alio ad euitandam trãsportationem, soluit vbi habet Cambiatori, eiusdemque ministerio recepturus vbi indiget. Casuale demũ illud describit, quo cum ego indigeo Florẽtiæ decem libris grossorum, recipio pro illis a Cambiatore centum sex florenos, prout dictæ libræ valent tempore receptionis, secundum cursum Cambiorum, & promitto indè ad decem dies restituere ibidem quantum valebunt dictæ libræ decem in Ciuitate Venetiarum. Ex hac distinctione colliges duo priora membra in substantia coincidere cum cambio per litteras, de quo supra Rodulphinus; quod nos Plateale vocamus; ratio namque maioris, seu minoris valoris monetæ respectu loci, de qua in artificiali, & transportationis, de qua in reali, insufficienter constituunt diuersa m specie contractus, cum sæpenumero (ne dicam semper) vtraque in eodem contractu concurrat; nec ex eis, vel eorum altera mutetur forma; seu modus contrahendi. Tertium verò, & postremum membrum coincidere cum illo genere Cambij, quod Siccum dixerat Rodulphinus; quod an Iure, vel iniuria damnet, non est huius loci, nec vllius, ra-
4 tione de qua supra proximè. Verùm nec hæc distinctio retinenda est, cum nullam de Cambio feriarum faciat mentionem, & inefficaciter deducat distinctionem inter Reale, & Artificiale ex ratione maioris, seu minoris valoris, & ex ratione transportationis, cum per has rationes non constituatur diuersitas in forma, nec in modo contrahẽdi; immò vtraque ratio sæpius in eodem contractu concurrat.

Tertio diuiditur Cambium à Siluestro *in summ. verbo. vsura. §. 4. quæst. 6.* cum quo concordat summa Angelica. *verbo vsurę primo num. 51. cum. seq.* Quod aliud sit Cãbium Reale tantum, aliud Reale per litteras. Aliud Siccum. Reale tantum appellat Cambium minutũ. Reale per litteras illud, quo cambiator primò recipiens pecunias in vno loco, per litteras alio in loco soluere facit, & hoc siue proueniat à maiore, seu minore valore, vel maiori, seu minori indigẽtia, siue ad euitandam transportationem. Siccum verò septem modis fieri explicat. Primo cum Cambiator dat indigenti Mediolani decem libras grossorum, tunc temporis ibi valentes centum florenos, acto, quod elapso mense reneatur recipiens ibidem restituere quantum post dies decem à celebratione contractus valebunt Venetijs dictæ libræ decem grossorum, quæ aliquãdo pluris, aliquando minoris valent. Secundo cum Petro indigenti marca auri extimata scutis sexaginta, Cambiator illos sexagin ta scutos dat pro habenda marca Lugduni in ferijs, sed non dat dictos scutos secundũ extimationem Lugdunensem, quæ est de triginta grossis pro quolibet scuto, sed secũdum extimationem Mediolani, quæ est de grossis viginti octo. Tertio sic. Petro dat Cãbiator Mediolani centum aureos, vt in fine trium mensium solui faciat in Ciuitate Londrensi alterius generis monetam, puta tot libras sterlingorum, quam monetam sperat Cambiator excessuram valorem monetæ datæ. Quarto Sic. Dat Cambiator centum scutos Mediolani pro habendis totidem in ferijs, & vtrobique solutio fit in eadem specie scutorum, sed sub diuersa extimatione. Cum enim illos dat Cãbiator eos extimat ad rationem 32. grossorum pro quolibet scuto, stipulatur autem eosdem reddi iuxta rationamentum Londini, quod est de grossis 30. & sic ministerio dictorum rationamẽtorum in effectu plures respicit Cambiator scutos, quàm soluerit. Quintò Sic. Dat Mediolani Cambiator Petro centum aureos hoc pacto, vt termino vnius mensis solui faciat totidem Romæ, vbi sperat eosdem pluris valituros. Sextò pessimè Sic. (& dicitur Cambium, & Recambiũ) Petro dat Mediolani Cambiator centum mutuo ad rationẽ Cambiorum de Londres cum pacto, vt scribat litteras. licet eas non mittat, & secundũ quod lucrantur Cambia in eundo, & redeũdo, ità accipit vltrà sortem. Septimò. Fit in Curia Romana Sic. Clericus consequutus bene-

beneficium,& obligatus soluere medietatẽ fructuum prioris anni Cameræ Apostolicę, recipit centum à Cambiatore, promittens se restituturum in partibus, vbi est beneficiatus de moneta ibi conuenta, & vltra sex vel quinque pro cẽtenario iuxta prolixitatem moræ. Colligi potest ex hac distinctione idem esse apud Siluestrum, & summam Angel. Cambium reale per litteras, cum Cãbio reali,& artificiali Ambroxij, de quo in Secunda distinctione,& cum Cambio Reali Rodulphini, de quo in Prima quod nos Plateale dicimus. Siccum verò Siluestri cõ præhẽdere quidem Cãsiale Ambroxij, & Siccum Rodulphini: sed latius, ac latius illo patere, cum sex modos vltra expressos per illos,& quidem toto cælo distãtes comprehendat; Colliges pariter Sicci Cambij appellatione per Siluestr.& summ. Angel. denotari alia quædã omninò diuersa ab ijs, qui hisce temporibus notione ducta à verbis Bullæ Pij Quinti Sanctissimi Pontificis Sicca dicuntur. Colliges etiam in secundo, & quarto modis Cambij Sicci supra expressis rudimenta artis, & quasi primordia nascentis Cambij feriarum. In sexto verò cõtinuationum,& Cambiorũ iteratorum, quæ
6 dicuntur *con la ricorsa*. Sed, & hanc distinctionem facilè refellas, tùm quia continet Cambium minutum, quod verè non est Cãbium, tùm etiam quia in tertia sede plura enumerat, quæ vsu desierunt, nec de Cambijs feriarum formiter meminit.

3 Quarta diuisio adducitur per Caietanũ *in tract. de Camb. cap. 1. à num. 1. vsque ad 6.* Qui illud diuidit in triageneracsius scilicet cuius iustitia est aperta,& eius, cuius iniustitia pariter est aperta; & demum eius, cu-
8 ius est dubia. Quæ diuisio licet in se verisi ma sit, tamen vel ex eo solum venit reijciẽda, quod non aperit ipsa Cambiorum genera, & diuersitates, sed à qualitate iustitiæ, vel iniustitiæ discriminat, quod est commune cuicunque contractui cuiuscunque generis. Præterquam quod cum Cambia secundi generis, quæ exemplificat sub num. 4. & 5. non sint Cambia, sed mutuum cum vsura paliatum, nõ venit in diuisione Cambij, de quo noster est sermo.

9 Quintam diuisionem colligere possumus ex Medina *tom. 2. tit. de reb. per vsur. acquisitione 5. col. 2. vers. pro quo aduertendum fol. 360. & quæst. 9. cal 1. & 1. fol. 173.* Quod scilicet aliud sit purum, aliud impurum, seu mixtum. Purum illud dicit, quod nulla admissa mixtura alicuius alterius contractus consistit in simplici commutatione pecuniæ pro pecunia, quod minutum dixere illi, qui supra proximè. Impurum verò, quod habet in se rationem mutui tacitè (vt in contractu venditionis ad tempus) & admixtam rationem diuersitatis loci, ac distantiæ temporis Quam mutui rationem dupliciter considerat, quando scilicet interuenit ex parte Cãbiatoris, qui primò suas pecunias tradit, & qnãdo interuenit ex parte alterius qui primò Cambiatori pecunias numerat, & hanc distinctionem sequitur Sotus *de Camb. §. 1. quæst. 5. vers. 2. trumque*. Sed nec in hac distinctione bimembri sibi constat Medina, sed videtur ad triplex genus inclinare. Primum considerat solum ratione diuersorum nummismatum, quod minutum dicitur. Secundum ratione diuersitatis loci. Tertium
11 ratione dilationis temporis. Sed & hæc distinctio suas habet peculiares difficultates. Nam quæ subtiliter comminiscitur Medina de mutuo tacito in Cambio est omninò destructiuum substantiæ Cambij, cum nihil magis sit alienum à Cambio, quam mutuũ, vt suo loco videbimus quæst. 7. Quod manifestè colligitur ex instantia per ipsum addu-
cta. Quando enim in venditione ad tempus mutuum tacitè interuenit, deperit substantia venditionis, nec venditio amplius dicitur, sed mutuum cum vsura, corticibus venditionis paliatum. Discrimen autem per cũ deductum in secunda diuisione à diuersitate,& temporis distantia, easdem patitur difficultates, quas distinctio Cambij in realem, & artificialem Ambroxij, de quibus supra. Per has namque rationes diuersitatis loci, seù distantiæ temporis, non constituitur diuersa forma, aut modus Cambiandi; Quinimò impossibile planè est, vt re ipsa detur Cambium, in quo vtraque ratio non cõcurrat, Insufficienter igitur ex hac rationum diuersitate deducitur diuersitas Cambij, cum in diuisionibus id quidem, quod vnum est diuidendum sit, sed in suas differentias substantiales, si credimus Arist. *de part. animal. c. 3. lib. 1.*

12 Sextò Cambium diuidit Nauar. *in cap. nauiganti. nu. 10. de vsur. & in manual. confess. cap. 17. nu. 280.* in septem genera. Primum ratione officij mutandi, quod non est in vsu. Secundum per minutum, quo præsens pecunia pro præsenti pecunia commu-

tatur. Tertium per litteras. Quartum per translationem realem. Quintum ob interesse. Sextū pro custodia. Septimū pro commutatione pecuniæ præsentis pro absēte. Secundum exemplificat littera D. in cambio minuto. Tertium littera E. in Cambio Plateali, Quartum littera F. in eo, quod fit emendo, vendendo, aut permutando, aut per alium contractum innominatum, quærendo pecuniam valentem minoris in aliqua Prouincia, quam in alia; multiplici ex causa (in quo videtur designari Cambium Feriarum) Quintum littera G. in eo, cum quis habens pecunias paratas ad cambiandum, seu cuiuis negotiationi implicandum, tradit indigenti hoc acto; vt sibi vltrà sortē restituatur quicquid in dicta negotiatione fuisset lucraturus. Sextum littera H. in illis Argentarijs, seu Bancherijs auctoritate publica constitutis ad recipienda depositа, quibus aliquid soluitur occasione custodię. Septimum quod latius explicat littera I. satis per se est clarū, cū in permutatione pecuniæ præsentis, p absente illud collocauerit.

13 Sed nec hæc distinctio (pace tanti viri, & de hoc negotiationis genere optimè meriti) est recipienda, quia latiùs patet Cābio ipso, quod in partes, ac genera distribuere intendit. Nam omisso primo, quod ipse fatetur non esse in vsu, & secūdo quod sæpiùs diximus non esse verè Cambium; Quintum certè, ac Sextum omninò abundat, neque enim sunt Cambia, sed verè in quinto celebratur mutuum, in sexto depositum. Et licet mutuans, & depositarius, de quibus in eis, lucrum ex depositо consequantur, non tamen per hoc immutatur substantia illorum contractuum. quia primeuum rationem mutui, ac depositi retinent; actionemque sui similem producunt. *l. Iuris gentium* §. *quinimò.* & §. *adeò. ff. de pact.* licet agens ex pacto vltra sortem lucrum consequatur; Septimum denique genus nō apparet qua ratione distinguatur a tertio, & quarto. Ex quibus licet libens admittam per has distinctiones amplecti per Nauarrum genera omnia Cambiorum; ità non de facili adducor, vt credam hęc genera diuidentia adæquari Cambio cuius diuisionem Nauarrus instituit.

14 Septimò alia colligitur diuisio ex Io: Baptista Lupo *in cap. nauiganti, de vsur. comment. 2. §. 2. num. 53.* quam tuetur tamquam frequentiori Doctorū calculo receptam, & sequitur Lessius *de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 23. de Camb. dub. 1. nu. 5.* Quę in eo cōsistit, quod aliud sit Cambium Siccū, aliud Reale. Reale appellat quodcūq; Cambium, quod legitima commutandi causa constat. Siccum verò quod re ipsa non sit Cambiū, sed fictio, & vsuræ paliatio, quod è diametro Reali opponitur, & ex eo Siccum dictū, quia sterile, & humore carens ad iustè fructificandum, subdens has duas species Cābiorum inter se diferre, quemadmodum
15 verum à falso, iustum ab iniusto. Sed nec hæc distinctio satisfacit; Nam ea, quorum nomen solum commune est, secundum substantiam verò ratiò omninò diuersa, vt homo verus, & homo pictus; nullam prorsùs rationem conuenientię habent ad inuicem sed æquiuoca sunt. *Arist. in prædic. cap. 1. in princ.* & ideò tamquam omninò diuersa, nullam admittunt diuisionem. Vndè cum Cambium Siccum, nomine tantum Cambium sit, sed re vera mutuum cum vsura (ipso Lupo teste) insufficienter assignatur pro altero membro Cambium diuidente; & sic re vera Cambium remanet indiuisum comprehensum in altero membro realis Cambij.

16 Octauò alio modo; ac longè diuersо diuidit Cambiū Ludouicus Molina *de contract. 2. disp. 378. sub nu. 5.* in tres species, seu modos, abstrahendo, ac præscindendo eos à Cābio licito, & illicito. Prima, in qua attenditur diuersitas monetarum quoad se, vt quia monetæ sint diuersæ materiæ, aut signi. Secunda, in qua attenditur diuersitas monetarum, quoad locum, vt puta dātur in vno loco, & recipiunē in alio. Tertia, in qua attenditur diuersitas monetarum, quoad tempus, quia scilicet datur vno tempore, vt recipiatur in alio; Prima designat Cambiū minutum. Secunda Cambium per litteras. Tertia Cambium ob temporis diuersitatē; Subdens in proposito Cambij huius tertiæ speciei, cambium, de quo in illa, impropriè Cambium dici, cum in eo solum inueniatur mutuum; ac proinde si in huiusmodi Cambijs aliquid vltra sortem accipiatur, vsuram
17 committi. Ex quo solo facilè etiam hanc distinctionem reijcias; si enim tertiò membro mutuum designatur; non diuiditur Cābium, sed quid generalius illo. Præter quam quod licet optimè *consideretur* locorum diuersitas, ac temporis distantia, non tamē rectè dicitur celebrari ob loci, seu temporis

diuer-

diuerſitatem, longè enim hæc duo inter ſe differunt. Aliquid fieri in tempore, & locis diſtitis, & fieri ob temporis, locique diſtantiam, vt in propoſito Cambiorum optimè animaduertit Leſſius *de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 23. de Camb.*

18 Nona, ac poſtrema (omiſſis alijs, quæ ad hanc optimè reduci poſſunt) colligitur ex Scaccia *de Camb. §. 1. queſt. 5 nu. 2. & ſq. ad 9.* qui diuidit Cambium in Minutum, & per Literas. Hunc rurſus ſubdiuidit in Cãbiũ quod nos diximus Plateale, & illud, quod appellauimus Feriarum, & iſtud Feriarum rurſum tripliciter ſubdiſtinguit; In illud ſcilicet, quod celebratur in Feria pro Platea; Et illud, quod celebratur in Platea pro Feria; Et demum in illud, quod celebratur in Feria pro Feria quod etiam poſtremum denuò ſcindit, in Cambium, quod celebratur in vna feria pro alia feria eiuſdem loci, & illud, quod celebratur in vna feria pro alia locorum diuerſorum. Nec tot ſubdiuiſionibus contentus, denuò alias diuiſiones deſumit a diuerſis qualitatibus, & accidentibus adeò minutas, vt à diuerſitate maioris, ſeu minoris pretij, quo celebratur, colligat Cambij diuerſitatem. Quaſi verò alia ſit illa venditio, & genere diuerſa, qua emitur domus pretio centum, & alia, qua emitur nonaginta, & quod hæ duę venditiones diuerſa venditionum genera conſtituant; *ijs enim rebus diuidendum eſt (vt vtar verbis Ariſt. de part. animal. lib. 1. c. 3.)* quæ ſitæ in ſubſtantia ſunt, nõ autem ijs, quæ accidunt.

19 Sed & hæc nimis exuberans diſtinctio eſt reijcienda, nam vltrà prædictã, in priori diuiſione exuberat primum membrum Cambij Minuti: In tertia ſubdiuiſione primum, & ſecundum membrum omninò ſunt idẽ, neque enim ſi ſubſtantiam Cambij reſpicias refert quod celebretur in Feria pro Platea, vel in Platea pro Feria; Quarta verò omninò eſt ſuperflua, cum cambium, quod in feria celebratur pro alia feria eiuſdem loci, vel ſit omninò illicitum, & vſurariũ; vel non ſit cambium ſimplex, ſed duplex, in quo ſcilicet conſequendo non celebratur vnus contractus tantum, ſed duo, videlicet in Feria pro Platea, & exindè ab eadẽ Platea in ſubſequentem feriam, vt latius in tertia diſputatione explicabimus.

20 Nobis placet vniuerſam Cambij notionẽ in duo tantum genera diſtribuere; ita vt,

21 Alia ſint cambia feriarum, quæ certiori vocabulo Regularia impoſterum libet appellare; Alia verò Placearum, quæ etiam ſuo iure Irregularia poſthac nobis dicenda ſunt; Nomen enim Regularium indicimus ijs Cambijs, quæ in ferijs, vel pro ferijs celebrantur; quia ea ſunt tanquam regula, & norma aliorum cambiorum, vt vidimus ſupra quæſt. 4. nu. 23.

23 Quibus eodem conſilio nomen Irregularium Cambiorum dedimus; cum certum ſit in ſe ipſis nullam certam regulam, aut rationem habere poſſe iuſtitiæ, niſi habito intuitu ad Regularia, à quibus æqualitatẽ

24 Iuſtitiæ deſumunt, vt diximus. Ex quo etiã, tamquam differentia ſubſtantiali ex Ariſtotelis placito *de part. animal. c. 3. lib. 1.* diuidi aptè poſſe vniuerſum cambium docuimus. Sed quicquid ſit de hac noſtra diſtinctione Cãbij in Regulare, & Irregulare, (cuius aliorum erit iudicium), ſtatuo tamen pro faciliori intelligentia dicendorũ; me in vniuerſa hac tractatione non de alio Cambio intelligere, quam de Regulari, quod alij Nundinarum, alij Feriarum, alij Bezenſonenſe, alij Placentinum dixere; vel de Irregulari intelligere, quod inter alia quæcumque loca celebratur, in quibus feriæ non ſunt, licet de hoc poſteriori raro, ſæpius verò de priori meus ſit futurus ſermo; Innmò ſemper, & quandocumque de cambio abſolutè meminero, Regulare intelligam, cuius natura, ſubſtantia, & accidentibus cognitis, facilis erit, & obuia cognitio Irregularis.

DISPVTATIO. I.

QVÆSTIO. VI.

An Cambium ſit contractus permutationis, & in quantum ab eo differat, & in quo conueniat.

1 *Cambij contractus quis?*
2 *Denominatio contractus non attenditur, niſi quando dubium eſt de natura illius ex partium mente, de qua ſi conſtat, denominationi prævalet. 3.*
4 *Permutationis ſubſtantia quæquando verè, & propriè ſiat. 5. & de natura illius. 7.*
6 *Cambium eſſe permutationis contractum ex*

ſententia multorum, ſed reprobantur num. 8.

9 *Verba in litteris Cambij, cambiati non probant ſolutionem pecuniæ.*

10 *Cambium quatenus in permutatione connumiat.*

11 *Adoptio dupliciter ſumitur, in genere, & in ſpecie.*

12 *Permutatio apud Germanos diutiùs in uſu fuit.*

13 *Permutatio in genere, & in ſpecie ſumi poteſt, & quomodo nu. 12.*

14 *Permutatio de genere ad genus fieri poteſt.*

15 *Rei appellatio generalis eſt.*

1 VIdetur contractus permutationis, vel ex ſola ipſius nominis ſignificatione. Nihil enim aliud videtur innuere verbum illud Cambium, & Cambiare, quam rem pro re accipere, ac ſic permutare. Licet enim denominatio à contrahentibus in contractibus vſurpata regulariter non attendatur, ſed id quod in ſubſtantia actum inter eos eſt, dum quærimus quis nam contractus fuerit celebratus. *Bald. in rubr. C. de iur. emph. & in l. 2. C. commod. Ruin. conſ. 165. nu. 28. lib. 1. Dec. conſ. 164. num. 3. & conſ. 189. num. 7.*

2 Id tamen procedit, quando natura contractus celebrati eſt certa, ſed quando de ea probabiliter dubitari contingit, tunc plurimum ad eam dignoſcendam deſeruit denominatio, *l. Labeo. ff. de pupill. legat.* Meritò igitur, cum quærimus naturam contractus, de quo agimus, & de ea dubitamus, à ſignificatione nominis, quo potiſſimum denotatur, non eſt recedendum.

Item ſatis intelligimus adeſſe permutationē, 4 quando aliquid pro aliquo datur, vel accipitur à contrahentibus; vel vicè verſa pro habito retribuitur, vt res pro pecunia, opus pro mercede, & cætera huiuſmodi, *l. ita conſtante. ff. de iur. dot.* Sed in Cambio idē contingit prorsùs, cum quid datur, vt quid recipiatur, vel accipitur, vt detur. Ergo Cambium à permutatione nō diſtinguitur.

Item & tertio tunc permutationis contractus 5 propriè, ac ſpecificè intelligitur celebrari, quando contrahentes ſic agunt, vt ſpeciem pro ſpecie reddant; prout docent illi, qui arctiùs reſtringunt notionem contractus 6 permutationis, *Az. in Summa, C. de rer. permut. Gl. in l. prima, C. eod. & in l. 2. in princ. ff. ſi cert. pet. Bart. ibidem nu. 8. Bald. d. l. 1. nu. 2. verſ. quintò opono, C. de rer. permut. Salyc. ibidem in fin. tradunt Gl. illam eſſe communiter receptam Affl. c. 1. §. cum autē in 4. notab. de contr. inueſt. Mant. de coniect. conſi. lib. 25. tit. 1. nu. 6. cum ſeqq. vbi tamen firmat fieri etiam poſſe de genere ad genus, & de genere ad ſpeciem.* Sed in Cambio datur certa quantitas (puta, librarum auri Genuæ) pro habenda certa quantitate ſcutorum marcarum Placentiæ, & ſic ſpecies pro ſpecie. Ergo verè, & propriè permu- 7 catio dici poteſt, ac debet. Demùm vrget auctoritas illorum, qui huiuſmodi conuentionem permutationem dixere, *Caiet. de Camb. c. 1. nu. 1. Card. Tolet. in tract. de inſtruct. Sacerd. lib. 5. c. 50. Hieronimus de Luca in tract. de Camb. verbo. pro deciſione nu. 12. Io: Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 10. tit. de Camb. c. 1. Romeal. Col. tract. de Camb. c. 1. nu. 2. Conrad. de contr. quæſt. 99. in 1. ſuppoſito, Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vendit. quæſt. 2. princ. nu. 23. & num. 3. Lud. Molin. de contr. tract. 2. diſput. 396. Leſſ. de Iuſt. & Iur. lib. 2. c. 29. dub. 1. nu. 1. refert alios Mant. de coniect. contr. lib. 25. tit. 3. nu. 14. & alij.*

8 Sed contrarium eſt verius, contractum ſcilicet hunc Cambij nullo modo propriè Permutationem, in ſpecifico ſignificatu acceptā, dici poſſe, aut debere; ſed pluribus rationibus ab ea diſtare. Et inter cæteras; potiſſimum quia, permutatio ſolo conſenſu non perficitur, ſed etiam ad ſui eſſentiam, & ſubſtantiam, vltra conſenſum exigit rei, ſeu rerum, quæ permutantur interuentum, & traditionem, *l. prima, §. item emptio, verſ. permutatio. ff. de rer. permut. l. naturalis, §. 1. ff. de præſcrip. verb. l. vlt. C. de rer. permut. Bart. in l. ex placito, nu. 1. C. de rer. permut.* Cambium verò ad ſui ſubſtantiam nō exigit pecuniarum interuentum, etiam ex parte acquirentis pecuniam abſentem, vigore huiuſmodi contractus, vt vidimus ſupra quæſt. 2. nu. 3.; ſed habita fide valutæ ipſius Cambij, paſſim celebratur; & ſolet denotari per illa verba appoſita in litteris Cambij, *cambiaſi*: contractum ſcilicet illū 9 fuiſſe celebratum abſque interuentu pecuniæ ex parte illius, qui litteras obtinuit pro conſequenda ſolutione. *Rot. Gen. deciſ. 44.* Meritò igitur Cambium permutatio dici non poteſt, cum denominatio à differentia ſpeci-

ſpecifica, qua vna obligatio ab alia diſtinguitur, & à qua totum eſſe rei dependet, deſumi debeat, *l. Iulianus, §. ſi quis, & ibi,* 12
Bald. not. at, ff. ad exhib.

10 Conuenit autem Cambiũ cum permutatione, quatenus hæc, accepta genericè denotat commutationem rei pro re, *Ariſt. lib. 1. polit. c. 6. l. 1. ff. de empt. & vendit.* in qua generalitate nedum cum cambio, ſed cum quouis contractu imaginabili conuenit & genus eſt ad omnes contractus.

Non obſtant argumenta contraria.

Non primum: ſimili udo enim vocum, quę intercedit inter verbum, cambiare, & verbum, ſcambiare, inducit æquiuocationem, 13
quæ licet plerumque apud Italos pro Synonimis accipiantur, valdè inter ſe differunt; nàm cum de Cambio, de quo agimus, eſt ſermo, in illo ſenſu eſt accipiendus, prout ſupra in quæſt. 1. nu. Scambium verò idem videtur eſſe cum permutatione ſpecificè ſumpta, & optimè adaptari illi permutationi pecuniæ præſentis pro præſenti, quam DD. Cambium minutum vocant. *Arch. Flor. in ſum. par. 2. tit. 1. c. 7. §. 47. Conrad. de contr. q. 99 concl. 4. verſ. Quintus modus, Laur. Rodulph. in c. Salubriter par. 2. quæſt. 26. Io: Lup. inc. per veſtras in 6. not ab. §. 9. num. 13. verſ. item dicunt de alio Cambio minuto, exc. de donat. inter vir. & vxor. Silueſt. in ſumm. verbo, vſura 4. quæſt. 7. Soc. de Iuſt. & Iur. lib. 6. quæſt. 9. Conar. de vet. coll. nũmiſm. c. 7. verſ. Etenim ſi hæc permutatio.* Atque ità ſi de huiuſmodi commutatione ſit ſermo, admittimus cum verè, & propriè permutationem eſſe; interuentuque, ac traditione pecuniarum ex vtraque parte perfici; Sed cum de Cambio agimus, non de hac commutatione intelligimus, ſed de conuentione illa, quam explicuimus ſupra in quæſt. 2. circa praxim, & quæ ſolo conſenſu perficitur; quinimo non alia ratione (quam in hunc locum remiſimus) reiecimus in quæſtione quinta, membra illa diuidentia Cambium; quæ hoc Cambium minutum inducebant, cui propterea etiam nomen Cambij denegauimus, conſtito alienum eſſe à ſubſtantia illius.

Ad ſecundum reſpondetur, quod ſicuti ver-
11 bum adoptio, dupliciter accipitur in genere, & in ſpecie, *l. 1. & 2. ff. de adopt.* ita, & permutatio, quæ in genere accipitur pro qualibet conuentione, quæ in permutando conſiſtit, & prout ab ea quilibet contractus originem duxit, *l. prima. ff. de empt. & vend.* vnde apud Germanos, apud quos ob barbariem, & locorum aſperitatem tardius vitæ, rerumque excogitatior vſus peruenit diutius fuit in vſu, *Corn. Tac. de mor. Germ. Plin. nat. hiſt. lib. 13. c. 1.* Etenim ſi de permutatione genericè ſumpta ſermo ſit, non negamus huiuſmodi denominationem etiam cambio, quinimò cum eo conuenire in ſubſtantia diximus ſupra in reſolutione quæſtionis; ſicuti non eſt deneganda cuilibet alio contractui cuiuſcumque naturæ. Sed de iſta permutatione non eſt ſermo noſter; verum de illa, quæ in ſpecie permutatio dicitur, & à quolibet alio contractu etiam innominato diſtinguitur, cui ſi applicetur argumentum, nihil ſtringit; cũ falſum ſit aſſumptum, vindicans ſibi locum in permutatione genericè ſumpta, nullo autem modo ſi, & quatenus propriè, ac ſpecificè ſumatur.

Ad tertium reſpondetur Cambium nullo modo contingere poſſe de ſpecie ad ſpeciem, ſed tantummodo de genere ad genus, vt ſuſius explicabimus infrà queſtione ſequẽti. Sed in omnem caſum verè permutationem conſiſtere etiam de genere ad genus 14
docent ipſa Iuris Conſulti verba, *l. naturalis, §. 1. ff. de præſcript. verb. ibi.*

„ *Si rem do, vt rem accipiam; quia non*
„ *placet permutationem rerum emptio-*
„ *nem eſſe, dubium non eſt ciuilem naſci*
„ *obligationem.*

Ergo permutatio ſit etiam de genere ad genus, cum rei appellatio generalis ſit. 15
l. 1. in fin. ff. ſi cert. pet. & ita tradunt Dec. in l. 2. in princ. & in ſecunda lect. nu. 12. ff. ſi cert. pet. Curt. iun. num. 29. Butr. num. 37. Alci. nu. 23. Garz. in l. Iurisgentium in prin. nu. 27. ff. de pact. Gomez. §. actionum num. 26. Inſtit. de actio. Pinell. in rubr. C. de reſcind. vend. par. ſecunda c. primo num. 10.

Demum cum in reſolutione quæſtionis docuerimus differentiam ſubſtantialem inter prædictas conuentiones intercedentem, inſufficienter deduci poteſt identitas, licet in aliquo conuenirent.

Demum non obſtat auctoritas illorũ, qui contraria videntur ſcripſiſſe; nam vel loquuntur de permutatione in genere, vel de cambio minuto; vel minus propriè, vt patebit diſcurrenti per ſingulos laudatis in locis.

DISPV-

DISPVTATIO I.

QVAESTIO VII.

An Cambium sit mutuum, & in quantum ab eo differat, vel in quo conueniat.

1 *Mutuum quid?*
2 *Differentia qualitatis non vitiat mutui substantiam.*
3 *Mutuum est contractus, qui re perficitur, & num. 23.*
4 *Intellige de mutuo naturali, & nõ de ciuili.*
5 *Item intellige de illo mutuo naturali, quod nõ indiget ad sui validitatem Iuris suffragio, quale est conuersio debiti in mutuum.*
6 *In mutuo requiritur, vt reddatur idem in genere, non autem in specie, sed specie diuersa, & nu. 16.*
7 *Mutuum est subiectum improbi fœnoris.*
8 *Vsura quid?*
9 *Committitur vsura in mutuo, etiam quid minimum exigendo.*
10 *Etiamsi ex pacto non exactum, modo eo consilio mutuum datum sit.*
11 *Quicquid sorti accedit vsura est.*
12 *Contractus omnes sunt obnoxy formis à Iure determinatis, quas nemo valet immutare.*
13 *Cambia esse contractum mutui Molina, & alij voluere. Sed reprobatur num. 14. & rationes afferuntur nu. 15.*
16 *Debitor mutui potest liberari per solutionẽ eiusdem speciei, modo non sit facta deterior, 17.*
18 *Genus, & species aliter accipitur apud I. C. ac apud Dialecticos, & qualiter hoc verum sit explicatur nu. 19. & 20.*
21 *Discrimen inter mutuum, & cambium enarratur.*
22 *Aliud est esse in obligatione, aliud in solutione.*
24 *Mutuum fictum quod? & qualiter contrahatur.*
25 *Conuersio debiti in mutuum dicitur fictum mutuum, quæ fictio à Iure Ciuili æquitate suadente prouenit. 26.*
27 *Mutuum fictum, vt fictio ipsa non habet locum nisi in casibus à Iure expressis.*
28 *In contractu cambij venit tantumdem in diuersa specie, sub eodem genere.*
29 *Cambium in quo conueniat cum mutuo.*

1 MVTVVM videtur ex eo, quod mutuum nihil aliud est, nisi contractus celebratus datione vera, vel ficta rei consistentis in pondere, numero, & mẽsura, cum spe tantumdem recipiendi in genere suo. *Bart. in l. 2. §. creditum in fin. ff. si cert. pet. quem à contrario tuetur, & defendit Alex. d. l. 2. in princ. & d. §. creditum nu. 9. sequitur Mantic. de tacit. & ambig. conu. lib. 8. tit. primo num. 6.* Sed contrahentes cambium nihil aliud cõuenire videntur, nisi vt creditor tantumdẽ recipiat Placentiæ, quantum exbursauit Genuæ in eodem genere pecuniæ, licet specie diuersa, scuta scilicet pro libris: Meritò igitur mutuum dici potest, ac debet: præsertim cum differentia qualitatis, dum-
2 modo ob ligatio reddendi sit rei eiusdem generis, non vitiet mutui substantiam, vt scilicet pro vino albo detur nigrum, pro suaui accidum, notum pro veteri, *Iason in l. cum quid in prima lect. nu. 2. & in secunda lect. nu. 2. Butigell. ibidem nu. 1. & 24. Menoch. cons. 57. num. 24. Mantic. de tacit. & ambig. conu. lib. 8. tit. tertio, num. 9.* Vndè quantumuis in Cambio veniat in obligatione moneta diuersæ qualitatis, non per hoc videtur variari substantia mutui.

Nec dicas in Cambio non venire in restitutionem tantumdem, sed quid magis, cuius intuitu celebrantur Cambia.

Nam præterquam quod id non tollit substantiam mutui, (vt habetur infra in quarto argumento hac eadem quæstione); verè in Cambio venit tantumdem, vt videbimus infra hac eadem disputatione quæst. decimatertia.

3 Secundo licet mutuum sit ex illis contractibus, qui re perficiuntur, *l. 2. §. 1. cum seq. ff. de act. & obligat. Instit. quib. mod. re contr. oblig. in princ.* vndè videtur per hoc satis distingui à Cambio, vt de permutatione vidimus supra quæstione proximè
4 præcedenti; Tamen est aduertendum id non procedere in quolibet Mutuo: In Mutuo namque Ciuili id non contingit, videlicet cum quis ex Chirographo ex causa

mutui

mutui elapſis temporibus ad opponendam exceptionem non numeratæ pecuniæ, remanet obligatus, *ſecundum terminos l. in contractibus, C. de non num. pecu.* tali enim caſu perficitur mutuum nulla interueniente pecunia. *Bart. in l. ſi ſeruus*, §. *Pactus ne peteret, nu. 13. ad finem, ff. de pact. Inſt.*
5 *de litter. obligat.* Sicuti neque interuenit in mutuo naturali quidem, ſed indigente ad ſui validitatem Iuris ſuffragio, videlicet quando pecunia, quæ debebatur ex vna cauſa, & illa de præterito, in mutuum conuertitur, quo caſu mutuũ proprie dicitur. *Gl. in l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet. Bart. num. 4. cum ſeq.* Et per conſequens cum non ſit perpetuò verum in mutuo rem interuenire debere; fruſtrà, & inſufficienter ex hoc capite à Cambio diſtingueretur, quatenus in reliquis cum eo conueniret.

6 Tertio quia mutuum in eo formaliter conſiſtit, vt non reddatur idem in ſpecie, ſed idem in genere, ſed ſpecie diuerſa; nam ſi veniret in obligatione, idem in ſpecie eſſet depoſitum, ſeu commodatum, *l. 1. §. 1. ff. de act. & obligat. arg. l. 1. in princ. ff. ſi cert. pet. ibi mutuum damus recepturi non eadem ſpecie, ſed idem genus, Inſtit. quib. mod. re contr. obligat. in princ. ibi. non eadem res, ſed alia eiuſdem generis & qualitatis reddatur.* Sed hoc videtur eſſe de natura Cambij, vt tantumdẽ quidem reddatur ſecundum iuſtam æſtimationem in eodem genere, monetæ ſcilicet, ſed in ſpecie diuerſa. Ergo verè, & propriè Cambium, & mutuum idem ſunt

Nec dicas mutuum non eſſe, eo quia diuerſus ſit locus, in quo fit præſtatio pecuniarum à loco, in quem deſtinatur reſtitutio; ſine qua locorum diuerſitate, non conſiſtit contractus Cambij, de quo agimus, vt vidimus ſupra queſt. 2. & latius inf. Quia facilis eſt reſponſio, & ex ipſomet textu *in l. 7. aut. ff. quod cert. loco*, vbi diſertis verbis I. C. hæc habet, *mutuo datam pecuniam certo loco hoc eſt diuerſo dari*.

7 Quartò potiſſimùm. Quia mutuum ſubiectũ eſt improbi fœnoris, vt docent Theologi omnes ſuper illis verbis Lucæ. *Mutuum dantes nihil indè ſperantes*, & idem pro-
8 bat *cap. conſuluit de vſur.*; & ipſamet vſuræ deſcriptio, quæ dicitur lucrum ex mutuo debitum ex pacto, vel exactum. *Canoniſtæ omnes in rub. ext. de vſur. Hoſt. in ſumma. eod. tit. §. 1. Io. Andr. in c. peccatum, de reg. Iur. in 6. Oldr. conſ. 207. nu. 1. Feder. de Sen. conſ. 303. num. 2. Abb. conſ. 3. nu. 1. & conſ. 15. nu. 3. lib. 1. Mantic. de coniectur. contr. lib. 8. titulo 18. num. 9.* quæ abque dubio contingit eo ipſo, quod aliquis mutuo dat certam quantitatem, & ſpeciem pecuniarum, cum pacto, vt poſt aliquam temporis dilationem ſibi reſtituatur in eodem genere pecunia eadem, vnà cum aliquo augumento, etiam ſi fit quid minimum. *D. Thomas 2. 2. quæſt. 78. ar. 2. c. ſi fœneraueris 14. quæſt. 3. c. putant, & plerique, & c. vſura eſt eadem quæſt. c. nauiganti de vſur. DD. in rub. extr. de vſur.*

9 Immò etiamſi id expreſsè pactum nõ fuerit, ſed eo conſilio tantum tradita pecunia fuerit, *c. conſuluit, & ibi DD. communiter ext. de vſur. Couar. var. reſol. lib. 3. c. 1. nu. 2.*

10 Quapropter cum dans ad cambium, eo ſolo conſilio det, aliter omninò non daturus, vt poſt aliquam temporis dilationem reſultantem ex ipſo contractu tantumdem recipiat in eodem genere; & vltrà illud, aliquid aliud præterea; ſi exiterit prout à dante ſperatur, & intenditur; certè dicendum videtur Cambium eſſe mutuum cum vſura, quocumque tandem nomine nuncupetur, cum certum habeamus quic-
11 quid ſorti accedit, quocumque colore id fiat vſuram eſſe. *Canoniſtæ d. rub. ext. de vſur. c. plerique cum ſeq. 14. quæſt. 3. c. conſuluit de vſur. Bald. poſt Gl. in l. rogaſti, §. ſi tibi, in 3. & 4. oppoſit. ff. ſi cert. pet. & conſ. 133. nu. 2. lib. 1. Arch. conſ. 150. nu. 8. Rom. conſ. 510. nu. 13. Rim. Sen. conſ. 61. nu. 39. Couar. var. reſol. lib. 3. c. 1. num. 2.* nec denominatio Cambij habet vim excludendi ſubſtantiam mutui, & vſuræ in eo exiſtentis, nàm vt tetigi ſupra quæſt. proximè præcedẽti nu. 2. & 3. (conſtito de ſubſtantia contractus) nihil operatur extrinſeca denominatio à contrahentibus vſurpata; nam omnes ſumus obnoxij omninò
12 etiam nolentes formis contractuum à Iure determinatis; nec eas valemus immutare. *l. 1. §. ſi quis ità, ff. de verb. oblig. l. naturalis, §. 1. cum ſeq. ff. de præſcrip. verb. l. & quidam decedens in fin. princ. ff. de admin. tut. l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. & vbique DD.*

13 Demùm vrget auctoritas illorum, qui in puncto videntur tradidiſſe Cambium eſſe contractum mutui, & inter cæteros *Ludou. Molin. tom. 2. tit. de reb. perufur. acq. nu. 6. Scace. de Camb. §. 1. q. 7. par. 1. nu. 21. cũ ſeq.*

Veri-

14 Veritas est, quod Cambium à nullo alio contractu magis dissidet, quam à mutuo; licet è contra nullus alius sit contractus, qui facilius in mutuum transformetur,
15 quam Cambium. Et ratio potissima differentiæ in eo sita est. Quod mutuum ità contrahitur, vt in obligatione sit reddendi
16 tantumdem in diuersa specie sub eodem genere, *l. cum quid, ff. si cert. pet.* à qua obligatione potest se eximere debitor soluendo idem prorsus specie, *Gl. l. 2. ff. si cert. pet. quam communiter DD. sequuntur testatur Deci. ibi nu. 11.* & id etiam inuito
17 creditore, dummodo tamen species illa deterior facta non sit, *l. Paulus respondet, ff. de solut. & ibi notat.* In Cambio verò deducitur in obligatione non diuersa species, sed diuersum genus, à qua obligatione ex natura contractus non potest liberari debitor, nisi soluendo quid genere diuersum: in tantum, vt (si summo Iure agatur) n on solum liberari nequeat soluendo
18 idem specie, sed neque diuersum specie. Quod vt planius fiat, aduertendum est; à Iuris Consultis diuersimodè accipi notionem generis, ac speciei, ac à Dialecticis
19 accipiantur; species enim apud Dialecticos est illa, quæ de pluribus indiuiduis dicitur, ac prædicatur. *Porphir. in prædicab. c. 3.* cuiusmodi est homo, qui de Petro, & Ioanne dicitur; qui inter se numero tantum differunt, & indiuidua vocantur. *Porphir. in prædicab. c. 3.* Contrà Iurecõsulti illud ipsum indiuiduum Dialecticum
20 Petrus, vel Ioannes corpus dicunt, *l. talis 30. l. cum res, 47. §. primo, ff. de leg. primo.* corpus autem ipsis species est, *l. stipulationibus, ff. de verb. oblig.*, & consequenter, quod Dialecticis indiuiduum, Iureconsultis species est, & quod illis species, his genus; Et inde fit, quod licet in hoc conueniant, quod apud vtrosque datur genus infimum, & subalternum, *Mysinger. §. generaliter, Instit. de legat.* Illud tamen, quod Dialecticis est infimum, Iureconsultis est subalternum, & sic successiuè, ità vt semper Iureconsultus præcedat gradu vno. Et id ex eo quod quandam vniuersalitatem indiuiduo tribuat, quam non agnoscit Dialecticus. Aliud item discrimen inter eos in proposito intercedit; quod discrimen specierum, à Dialectico desumitur ex differentia substantiali, *Porphir. in prædicab. dicto c. 3. ex nostris Iaf. h.a. §. gener. nu. 1.*

ff. de acq. poss. Sed à Iureconsultis ex differentia indiuiduali specierum diuersitas constituitur, *l. 1. ff. de præt. stipul. præsertim, §. in conuentionales, ff. de verb. oblig. plenè Deci. in l. 1. in nouissima lect. nu. 46. ff. de sent. quæ pro eo quod inter præfer.* Modò in proposito cum centum libræ auri sint quoddam corpus determinatum, & apud Dialecticos indiuiduum, apud Iureconsultos est species; & per consequens consimilis summa centum librarum auri, quæ apud Dialecticos differt tantum numero ab illa priori per conditiones indiuiduales, & sub eadem specie monetæ auri vtraque continetur; apud Iureconsultos erit species diuersa, licet cum ea in genere conueniat. Quapropter si dicta prior summa librarum cẽtum auri conferatur à Dialectico cum scutis triginta marcarum, distabunt tantummodo specie, & erunt sub eodem genere monetæ auri; si verò à Iureconsulto, distabunt genere infimo, licet conueniant in genere superiori, & subalterno. Dum igitur Iureconsulti dicunt obligationem mutui in eo consistere, vt quid diuersum specie à debitore præstetur, intelligunt modo supra explicato de consimili prorsùs quantitate, & specie monetæ, & quæ differat à mutuata ratione tantum indiuidualitatis: & dum dicunt sub eodem genere, nihil aliud sibi volunt, nisi quod inter datum, & acceptum nullum discri-
21 men adest præter prædictas, conditiones indiuiduales. Ex quibus patet, & apertissimum redditur discrimen superius inter mutuum, & Cambium assignatum. Nam Cambium, de quo agimus nullo modo cõsistere potest, nisi, & quatenus veniat in obligatione pecunia secundum Dialecticos diuersæ species, & secundum Iureconsultos diuersi generis, puta, si fiat Genuæ pro feria Placentiæ, dabuntur libræ auri pro habendis scutis marcarum, si Neapoli pro feria eiusdem loci dabuntur Ducati de Carlinis pro habendis eisdem scutis marcarum; si Venetijs Ducati de libris Venetis; si Mediolani, libræ Imperiales; si Antuerpiæ, libræ grossorum; si Londini, & in Anglia vniuersa, libræ sterlingorum; si in Hyspanijs, marauedis; si in Sicilia, Vntiæ; & sic de singulis, secundum consuetudinem regionis; Nec obligatus ex Cambio vnquam ex natura actus dissoluere potest obligationem eius vigore ortam per solu-

ſolutionem pecuniarum diuerſæ, & multo minus eiuſdem ſpeciei, iuxta morem Iureconſultorum ſumpto vocabulo, id quod ſufficientiſſimè aperit Cambij ſubſtantiam. *Dom. de S. Geminia. in c. quamquam ad finem nu. 7. de vſur. in 6. facit c. tua nos, in fin. de ſponſa. Bart. in l. prolatum, num. 5. de interloq. omn. Iudic. Bald. in l. pacta cõuenta, in princ. ff. de contrah. empt. quem ipſe inſeruit in tit. de pactis, Felin. in cap. cum in. de conſtit. Mant. de conſect. contr. lib. 8. tit. 41. nu. 20.* & ex conſequenti optimè per hoc à mutuo diſtinguitur. Nec aliquem turbet, quod Romæ dentur ſcuti de quinque ſtãpis, p habẽdis in ferijs ſcutis marcarum, qui in effectu ſunt ſcuti auri de quinque ſtampis, vt vidimus ſupra in prologomenis quæſtione prima nu. 22. & ſic diuerſæ tantum ſpecici ſecundum eoſdem Iureconſultos, non autem diuerſi generis, ex quo videntur confundi prædicta; quod ipſum vſu venit in Cambijs Genuenſibus, quandoquidem libræ, illæ auri ſi effectum reſpicias) ſunt ſcuti quinque ſtamparum, vt in eadem quæſtione nu. 15. Nam aduertendum eſt, ſignanter me loquutum non de eo, quod venit in ſolutione, ſed de eo, quod eſt in obligatione, quæ duo valdè inter ſe differre vulgatum eſt, *l. Paulus, vbi ſcrib. communiter, ff. de ſolut. & in l. cum quid, ff. ſi cert. pet.* Vndè licet tam Romę, quam in ferijs realis, & actualis ſolutio fiat in ſcutis auri de quinque ſtampis, tamen in ferijs veniunt in obligatione ſcuti marcarum, qui, ſi Iureconſultos audias genere differunt à ſcutis auri, vt vidimus eadem quæſtione prima, nu. 22. Ex quo diſcrimine etiam optimè colligitur in quo hi duo contractus potiſſimum conueniant, in eo ſcilicet, vt in obligatione veniat tãtumdem, ac fuit in præſtatione ſecundum tamen iuſtam æſtimationem, & in genere diuerſo; quæ conuenientia robur, ac vim eſt receptura ab eis, quæ diſcutiemus infra hac eadem diſputatione, queſtione decima prima.

His non obſtant, quę in contrariũ adducũtur. Non primum. Quia immò repugnat contractui Cambij, vt tantumdem ſoluatur in diuerſa ſpecie, ſi ſpeciei notio accipiatur, prout accipienda eſt, in ſenſu Iureconſultorum, cum omninò neceſſarium ſit, vt veniat ſi non in ſolutione, ac præſtatione, ſaltem in obligatione diuerſum genus:

23 Ad ſecundum reſpondetur verè, & propriè mutuum re contrahi, immò ſine re omninò eſſe non poſſe, *l. prima, §. 1. l. obligamur, §. 1. ff. de act. & oblig. l. ſi tibi decem. ff. de pact. l. rogaſti, §. 1. ff. ſi cert. pet. & l. non vltra, C. de non num. pecu.* Vndè dixit Baldus *in l. eamdem. ff. de duob. reis, & in auth. hac ita, nu. 4. cod. tit.* quod ſydera potius cadent de Cęlo, quam mutuum ſine re contrahatur. Nec mirum ſi non exigitur in obligatione reſultante ex apoca, in qua adeſt confeſſio mutui, de qua in argumento; quia ſcriptura illo in caſu eſt illa, quæ dat vires obligationi; vndè propriè non naſcitur obligatio ex mutuo, ſed ex contractu litterarum propter mutuum, *l. non vltra, C. de non num. pecu. Bart. in l. 2. §. creditum, num. 2. cum ſeqq. ff. ſi cert. pet.*

24 *Bald. in rub. C. ſi cert. pet. in princ. vndè dicitur mutuum fictum, ſeu confuſionatum, Bal. in l. ſi abſentis, nu. 10. in fin. C. ſi cert. pet. Cephal. conſ. 603. num. 43. cum ſeqq. Manti. de conſect. contr. lib. 8. tit. 2. nu. 4.*

Quod ipſum contingit in illo mutuo, quod
25 contrahitur ex cauſa præcedenti diuerſa, quia fictè dicitur mutuum, *Bald. in l. ſingularia, in prin. ff. ſi cert. pet.* quæ fictio à
26 Iure Ciuili prouenit æquitate ſuadente, *Bart. in l. ſi is qui pro emptore, num. 23. de vſucap.* & non haber locum, niſi in caſibus à Iure expreſſis, *Gl. in c. quoniam contra, ext. vt lit. non conteſt. Fed. de Sen. queſt. 44. in fin. & queſt. 256. in fin. Bald. in l. furti, §. pactus, ff. de his qui not. infam. & in auth. ſi qua mulier, nu. 3. C. de Sacr. Eccl. Alex. conſ. 8. num. 10. lib. 1. Mant. de conſect. contr. lib. 8. tit. 3. nu. 6.* Ex quo fit, quod ſi ſermo ſit de mutuo naturali verè, & propriè, abſolutum eſt neceſſario exigere ad ſui validitatem interuentum rei; Et idipſum contingere in mutuo ficto Iuris fictione, quod fingit rẽ interuenire. Et ex conſequenti etiam ex hoc capite, mutuum differre à cambio, ſed ad tollendas æquiuocationes, quæ ex Iuris fictione oriri poſſent aptius duxi afferre differentiam, de qua ſupra, præſertim cum conſilium fuerit potiſſimam afferre, & illam, quæ nullam admittat æquiuocationem. Præterquam quod non coincidit cum ea, quam ſupra ſtatui, dum cambium diſtinguebam à permutatione, & magis aperit ſubſtantiam contractus, quam inueſtigamus.

28 Ad tertium reſpondetur æquiuocationem conſiſtere in diuerſi modi acceptione ſpeciei, quæ ſit à Iureconſulto ab ea, quæ ſit à Dialectico, neque enim in obligatione Cambij venit tantumdem in diuerſa ſpecie ſub eodem genere; ſed tantumdem in diuerſo genere, ſi loquamur cum Iureconſultis, vt ſuperius explicitum extitit, licet ſecundum Dialecticos veniat moneta diuerſæ ſpeciei.

Ad quartum reſpondetur verum eſſe, quod mutuum ſit ſubiectum fœnoris, & quod conſiſtat in qualibet minima ſumma, & quantitate, quæ reſtituatur vltrà ſortem. Et id vſque adeo verum eſt; vt eatenus in alijs contractibus vſura committatur, quatenus in eis fingitur adeſſe mutuum, *optimè Abb. in c. in Ciuitate nu. 2. de vſur. & in c. Nauiganti nu. 6. eod.* Pariter verum eſt, quod dans ad Cambium eo ſolum cõſilio (*ſi de regularibus ſit ſermo*) dat, ſaltẽ vt plurimum, vt aliquid ex huiuſmodi negotiatione ſuperlucretur; Id quod ſæpenumero, immò ferè ſemper contingit; ſed non per hoc dici poteſt vſuram committi, ſeu mutuum ſubeſſe; quia aliàs ſi hoc admitteremus, dicendum eſſet, quod quicũque *contractus à Mercatoribus celebratus* ſpe lucri eſſet vſurarius, quo nihil abſurdius. Retento igitur, cambium eſſe contractum de per ſe à mutuo ſeparatiſſimum, ac ſegregatum, cum in obligatione oriente ex cambio veniat quid genere omninò diuerſum ab eo, quod præſtitum fuit; non ſecus ac in emptione; nullam maiorem vim habebit illatio ad vſuram in cambio ex eo, quod dans cambio lucrum ſectetur; quam illa, quæ deduceretur ex eo, quòd mercaturam exercens, & merces emens, lucri ſpe, vſuram committere diceretur.

29 Verum quidem eſt, quod cum hi duo contractus inſimul conueniant in eo, quod in vtriuſq; obligatione veniat pecunia, quod facilior, hac ratione, eſt tranſmutatio cambij in mutuum, quam alterius cuiuſuis cõtractus; cum iuxta Ariſtotelicam doctrinã, ne dicam oraculum *de generat. & corrupt. lib. 2. text. 25.* quæ ſymbola ſunt, & magis inuicem ſimilia facilius pariter tranſmutantur. Vndè rectè colligitur, quod ſi in cambio veniret in obligatione pecunia eiuſdem generis cum ſola differentia ſpecifica Iureconſultorum; tunè certè vſura committeretur in eo, quod plus veniret accepto, cum per omnia mutuo conueniret, & excluſa per hoc cambij ſubſtantia in mutuum tali caſu intelligeretur transformatũ.

Ad vltimum reſpondeo auctores contrarios, ſeu in contrarium adductos, vel loqui de contractu cambij ſimulato in fraudem vſuræ; vel minus propriè loqui; & in omnem caſum ſuperari, ab ijs, qui contrarium aſſeruerunt, & inter cæteros *à Bald. in l. 2. nu. 2. C. de vſur. rei iudic. Caiet. de Camb. c. 2. num. 3. Medin. tom. 2. de reb. perſur. acq. queſt. 3. col. 1. Sot. de Iuſt. & Iur. lib. 6. queſt. 8. art. 2. col. 2. & queſt. 19. art. primo. Nauar. in c. Nauiganti, nu. 9. & 21. de vſur. Boninſegn. de Camb. c. 8. Fab. de Camb. par. 2. c. 5. nu. 55. & 56. Salon. ad D. Th. hom 2. 2. poſt queſt. 78. de Camb. quæſt. prima, art. 1. nu. 4. Io: Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 10. tit. de camb. c. 5. quæſt. 1. & c. 6. quæſt. prima.*

DISPVTATIO I.

QVAESTIO VIII.

An Cambium ſit Locatio, & in quantum ab ea differat, & in quo conueniat.

1 *Locatio quid.*
2 *Merces in locatione in pecunia numerata eſſe debet, aliàs naſcitur actio præſcriptis verbis, & dicitur contractus innominatus, ſufficit tamen interuentus mercedis arguendo à ſolitis.*
5 *In locatione an requiratur quod res ſit locari ſolita?*
6 *Cambium eſſe locationem. Molin. & Leſius exiſtimant, & malè, nu. 7. & 29.*
8 *In Cambio verè, & propriè dominium pecuniæ tranſfertur.*
9 *Cambium in quo conueniat cum locatione.*
10 *Locatio ad hæredes tranſit.*
11 *Locatio ſine tempore non datur, & quamdiu duret, 12.*
13 *In ſtipulatione tempus tacitè intelligitur, ſi alibi deſtinetur ſolutio, & vbi non præfigitur, remanet iudici arbitrarium.*
14 *Si tempus præfigatur ità breue, vt impoſſibile ſit intrà illud præſtari promiſſum, habetur pro non appoſito, & vitiatur ſtipulatio.* 15.

In

16 *In contractu Cambij adeſſe locationem quomodo intelligendum.*
17 *Leſſius lib. 2. c. 23. dub. 3. num. 23. arguitur.*
18 *In materia contractuum Iuriſconſultis ſtandum eſt etiam ex Theologorum ſententia.*
19 *Dominum penes duos in ſolidum eſſe non poteſt.*
20 *Dominium in pendenti ſtare non poteſt.*
21 *Tabellarius, cui pecuniæ transferendæ dantur ſortium committit, ſi eis utatur.*
22 *A Theologis neceſſarium eſt principia iuſtitiæ, & Iuris in abſtracto accipere.*
23 *Non tamen ab eis quærendum eſt qualis ſit contractus in concreto.*
24 *Proviſiones non eſſe de ſubſtantia Cambij.*
25 *Natura rei quid apud Philoſophos.*
26 *Natura contractus quid apud Iuriſconſultos.*
27 *Natura contractus licet inſit tacitè, eſt tamen ſeparabilis.*
28 *Contractus ſubſtantia inſeparabilis.*

VIdetur quod ſit Locatio; quia Locatio nihil aliud eſt, niſi perſonæ, vel rei ad vſum facta conceſſio certa mercede in pecunia numerata conſtituta; prout eam definiunt *Ang. in ſumma, C. locat. & conduc. & alij, quos refert, & ſequitur Alber. in rub. de loc. & cond.* & quidem quod iſta merces debeat conſiſtere in pecunia numerata manifeſtiſſimum eſt, *l. 2. in princ. cum gl. ff. loca. gl. per illum tex. in l. prima, §. ſi quis ſeruum, ff. de depoſit. l. naturalis, §. & cum, ff. de præſcr. verb. l. vt certo, §. nunc videndum, & ibi gl. verbo merces, ff. commod. gl. in l. ſi olei, C. loc. & cõd.* in tantum, vt ſi pro rei vſu aliquid certum conſtituatur præter pecuniam, non oritur actio ex locato, ſed præſcriptis verbis; & ſic eſt contractus innominatus, do vt des, *l. licet, l. ſi olei, C. de loc. & cond. l. prima, §. ſi quis ſeruum, ff. depoſit. gl. in l. excepto, C. loc. & cond. Bart. in l. Iuri ſ. gentium, §. quinimò, nu. 19. ff. de pact. & in l. ſi merces, §. vis maior, ff. loc. & cond. Bald. ibidem, §. vlt. & l. prima, ff. cod. Alex. in l. ſi quis ante nu. 13. ad fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. in l. naturalis, §. at cum dò, nn. 1. ff. præſcri. verb. & in §. actionum, num. 162. & in §. item ſeruiana, nu. 17. Inſtit. de actio. Rim. ſen. conſ. 212. nu. 27. & conſ. 278. num. 7. cum ſeqq. Bello. conſ. 45. nu. 5. Bero. conſ. 84. nu. 23. & conſ. 115. nu. 12. lib. 1.* Cum igitur qui dat pecunias ad Cambium videatur concedere recipienti vſum pecuniæ certa mercede conſtituta, quæ pariter conſiſtit in pecunia numerata; meritò videtur dicendum cambium locationem eſſe.

Nec dicas mercedem, de qua in cambio non eſſe certam, ac proindè locationem dici nõ poſſe per ſuperius dicta in locationis definitione; Nam reſponderi poſſe videtur non eſſe perpetuò verum, vt certa omninò merces in locatione conſtituatur; nam etſi de illa non appareat, dummodo hoc tacitè inter contrahentes actũ intelligatur ſat eſt, vt ea merces præſtetur, quæ dari cõſueuit. *Gl. in l. excepto, in fin. & ibi Bald. num. 2. Saly. num. 1. C. locat. & conduct. Mantic. de coniect. contr. lib. 5. tit. 2. nu. 5.* vndè cum inter cambium contrahentes id tacitè procul dubio agi videatur, vt per accipientem illud intereſſe ſoluatur, quod ſoler in debitis Cambij perſolui, locatio contracta videtur.

Nec pariter dicas locationem dici non poſſe ex eo, quod locatio neceſſariò exigat, quod res, quæ locatur ſit ſolita locari, *l. naturalis, §. at cum dò, ff. præſcr. verb. verbo aliud eſt; poſt alios Iaſ. ibid. nu. 2.* Nam videtur poſſe reſponderi id non eſſe perpetuò verum; quandoquidem etiamſi res non ſit ſolita locari, dum tamen vſus illius pro certa mercede concedatur, locatio perfectè intelligitur conſtituta, *Iaſ. l. naturalis. §. at cum dò, nu. primo, in fin. ff. præſcr. verb. Mantic. de coniect. contr. lib. 5. tit. 2. o. nu. 19.*

Secundò videtur haud dubie dicendum cambium eſſe contractũ locationis ex eo, quod DD. omnes, qui huiuſmodi contractum, tanquam licitum, & ab vſuraria prauitate alienum admiſerunt; id ea ſolum ratione fecerunt, quia in cambio ponunt quandam pecuniarum tranſportationem de loco ad locum, quæ fit, ſeù fieri præſuponitur per Cambiatorem, dum pecuniam, quam recipit hic Genuæ, ſolui facit Romæ; quam dicunt pretio æſtimabilem eſſe; & meritò, ac iuſtè indè Cambiatorem lucrari; & maius, ac pinguius lucrum illud eſſe poſſe, quo diſtantia eſt maior; maiorue quantitas pecuniæ cambiatæ, ſeu traſportandæ. In tantum, vt totam lucri iuſtitiam commenſurandam dicant valori dictæ traſportationis. Ità inter cæteros, *Conrad. de cont.*

quæst. 99. conc. 4. & conc. 11. reg. 3. & conc. 12. iunctis corolarijs 3. 5. & 12. Medi. de vsur. quæst. 4. de camb. Sot. lib. 6. de Iust. & iur. quæst. 10. art. primo, Caiet. in opusc. de Camb. c. 1, num. 6. Nauar. in Manual. c. 17. nu. 389. & c. fin. de vsur. nu. 21. Gab. in 4. dist. 15. quæst. 11. art. 3. dub. 12. ibi quæst. 37. Lud. Molin. de contr. disp. 403. nu. 1. in fin. & nu. 6. Leonard. Lessi. de Iust. & iur. lib. 2. c. 23. dub. prima, num. 4. vers. tertio, & dub. 3. nu. 2. Sicuti enim (vt exemplificat Molina *de contr. disput. 403. num. 6.*) Agazo, & Nauta pro trãsportatione pecuniæ de loco ad locum licitè accipiunt competens ſtipendium ; & eo maius, quo loca magis diſtant ; & quo itinera ſubiacent maioribus periculis: per quæ valor trãſportationis poteſt augeri; ita contigit in cambiatore, in quo non poteſt obeſſe, quod formaliter non tranſporret, dummodo virtualiter id faciat. Et adeò DD. adhærent huic trãſportationi, ſine qua quamcumque rationem, & iuſtitiam lucri deficere putant in cambio, vt ſi quis in contrario vrgeat de illo cambio, quo cambiator non recipit pecunias in loco contractus alibi ſoluturus (quo in caſu videtur conſiderabilis huiuſmodi virtualis trãſportatio) quinimò dat in loco contractus ; *vt recipiat in alio ; quo* caſu æquè certum eſt, & Cambiatorem lucrari ; & ceſſare hanc trãsportationem etiã virtualem de loco contractus ad locum, in
6 quo debet fieri ſolutio. Reſpondet Molina *de contr. disp. 404. nu. 1. vers. ad rationẽ*, non deferendo neceſſitatem dictæ traſportationis, tali caſu Cambiatorem æquiualenter transferre pecuniam, quatenus liberat eum, qui primo accipit ab onere illam trãſportandi ; (ſubtiliter nimis) probabilius, Leſſius *de Iust. & iur. lib. 2. c. 23. disp. 2. nu. 28.* eam dem virtualem trãſportationem in cambiatore aſſignat, quam in priori caſu terminis tantum mutatis ; nam ſicuti priori caſu tranſportatio fingitur à loco, in quo ſit contractus ad locum, in quem deſtinatur ſolutio ; ſecundo in caſu fingitur ab eo loco, in quem deſtinatur ſolutio ad illum, in quo celebratur contractus ; idque ope, induſtria, ſeu miniſterio eiuſdem Cambiatoris ; Et ſi vlterius vrgeas Leſſiũ, impoſſibile eſſe hoc poſteriori caſu Cambiatorem, qui primo ſoluit, tranſportare pecuniam, quam nondum exigit. Reſpondet *Leſſ. d. lib. 2. c. 23. disp. 3. nu. 29.* ideò cenſeri transferre, quia præſtat operam æquiualentem. Cum igitur tota ratio lucri in cambio, & ſic ipſius cambij ſubſtantia ſita ſit in hac trãſportatione pecuniarũ, ſeu formali, ſeu virtuali ; totaque iuſtitia lucri conſiſtat in remuneratione dictæ trãſportationis formalis, ſeu virtualis, manifeſtum videtur contractum hunc non diſtingui à locatione, prout eum non diſtinxerunt ratione prædicta, Molin. *de contr. disp. 398. nu. 7. & Leſſ. d. c. 23. dub. 1. num. 4.*

Tertio principaliter videtur dicendum, quod ſit locatio ex eo, quod certa omnino merces in cambio intelligitur conſtituta, nempe prouiſiones, quæ de ſtylo mercatorum ſolent regulariter, ac licitè percipi, licet de eis non fuerit facta expreſſa mentio, *Rot. Gen. decis. 10. nu. 10. in fin. decis. 30. nu. 2. decis. 32. nu. 3. Ioannes Bapt. Lup. in c. nauiganti, §. 2. nu. 20. 21. de vsur. Bonins. de camb, c. 7. vers. Dalla prouiſione in reſp. ad primã difficultatem, Romoal. de camb. c. 19. c. 31. & c. 31. Sal. ad D. Thom. 2. 2. poſt quæſt. 78. in diſp. de camb, quæſt. 4. art. 2. contro. 10. & contr. 12. 16. nu. 4. & 8. Leſſ. de Iuſt. & iur. lib. 2. c. 23. dub. 3. num. 74.* (quicquid dicat Scacc. de camb. §. 1. *quæſt. 7. par. 1. nu. 44. & 45. & §. 3. Gl. 2. nu. 1. & 3.* eas non deberi niſi promiſſas.) Cum igitur habeamus vſum pecuniæ conceſſum cum certa mercede ex conſuetudine ſtabilita ſufficientiſſimè habere videmur locationem per ſuperius concluſa in priori argumento,

7 Veritas eſt, cambium nullo modo locationem dici poſſe, aut debere, immò ab ea longè differre, potiſſimum ex eo, quod in cambio pecuniæ, quæ dantur ; non conceduntur ad vſum recipientis, pro quo vſu ſoluatur merces, prout eſt de ſubſtantia locationis ; ſed verè, & propriè transfertur illarum dominium in accipientem ; qui verè, & propriè efficitur Dominus illarum, vt admittunt omnes, qui de cambio ſcripſerunt, & in propoſito idẽmet Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. c. 23. dub. 3. num. 23.* & ſentiunt omnes, qui contractum hunc celebrant ; id quod alieniſſimum eſt à ſubſtantia locationis, quæ conſiſtit in ipſo rei vſu, quæ locatur, Dominio rei penes locatorem permanente, *toris titulis, ff. & C. locat.*

8

9 Conuenit autem cambium cum locatione in eo præcipuè, quod de ſubſtantia locationis

10 eſt tempus, ſine quo locatio nec eſſe, nec conſiſtere

conſiſtere poteſt, *arg. l. item quæritur, §. cũ impleto, ff. locat. l. inſulam 61. §. in operis ff. eod.* vndè fit, quod Imperator in *l. viam veritatis 10. C. locat.* diſtinguens vniuerſam locationum notionem; vt probet ad hæredes tranſire dicat in vniuerſum.

„ *Cum ſine perpetua conductio eſt etiam*
„ *ad hæredes tranſmittatur, ſiue tempora-*
„ *lis intra tempora locationis hæredi quoq;*
„ *onus contractus incumbat.*

Sentit ergo expreſſe Imperator (aliàs eius
11 argumentatio non concluderet) nullam dari locationem ſine tempore; & ſanè ſi eius definitionem inſpiciamus, de qua ſupra hac eadem quæſtione in principio, cum habet vſum rei concedi, id certè non poteſt nec eſſe, nec intelligi ſine tempore, pro quo conceditur, vndè meritò Molin. *de contr. lib. 2. diſp. 486. in princ.* dum locationem definit, (licet prædicta non animadauerterit) tempus in ea appoſuit, quod plures alij pariter fecere, *Cagnol. in l. primi, nu. 202. C. de reſcind. vend. Natt. conſ. 49. nu. 7. lib. 1. Clar. lib. 4. ſent. §. emphiteuſi, verſ. aduerte, Menoch. conſ. 291 nu. 4.* indeque emanauit celebris illa inter Iuris Interpretes controuerſia, de qua per Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent lib. 5. tit. 4. per totum*; Locatione facta ſine temporis præfinitione; pro quanto tempore ea facta intelligi debeat; quæ vana, ac ſuperflua planè eſſet ſi dari poſſet locatio ſine tẽpore. Id quod ipſum etiam eſt de ſubſtantia cambij; Quod ex eo manifeſtum fit, quod in cambio, de quo agimus, neceſſaria eſt diſtantia localis, vt ſæpius probauimus ſupra; & præcipuè quæſtione quinta in fin. in qua de cambij diuiſione agentes, ſtatuimus de qua negotiatione nobis ſit futurus ſermo; de cuius quidem diſtantiæ ratione eſt, vt neceſſariò in alium, ac diuerſum locum deſtinetur ſolutio ab eo, in quo celebratur contractus; indè neceſſario pariter conſequitur tempus ex ipſismet verbis Pauli Iuriſconſulti, *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat.*

„ *Cum ita ſtipulatus ſum, Epheſi dari, ineſt*
„ *tempus.*

vide alibi dixit Gloſſator, *l. ſi peculium 20. §. penult. verbo potuiſſet, ff. de ſtat. lib.*
tempus tacitè intelligi in ſtipulatione pro-
13 pter locum; & indè conſequitur, vt ſi deſtinetur ſolutio in alium locũ ab eo, in quo celebratur contractus, licet aliàs pura ſit obligatio; non poſſit cogi debitor ad ſolueudum; nec in loco contractus, nec in lo-
14 co deſtinatæ ſolutionis ante lapſum temporis arbitrio Iudicis taxandi, *l. continuus 137. §. cum ita, ff. de verb. obligat.* & expreſſis verbis dicit Vulpianus, *l. idem erit 60. ff. de verb. obligat.*

„ *Idem erit ſi Capuæ certum (legas centum)*
„ *olei pondo dari quis ſtipulatus fuerit nam*
„ *eius temporis ſit æſtimatio cum peti po-*
„ *teſt, peti autem poteſt, quo primum inlo-*
„ *cum peruenire potuit.*

Iminò ſi quis expreſſè ſtipuletur (adeò neceſſarium eſt tempus contractui, cuius vi deſtinatur ſolutio in alium locum) ſibi dari certum quid in alio loco, & præfigat tem-
15 pus ſolutioni ità breue, vt impoſſibile ſit, humanis viribus, intrà illud tempus ſolutionem fieri, non ſolum dicta præfinitio temporis Iudicis arbitrio extenditur, aut habetur pro non appoſita; ſed in totum ipſa vitiatur ſtipulatio, qua de rẽ non relinquunt dubitandi locum ipſa Vulpiani verba, *l. arbitraria 2. §. qui ita ſtipulatus, ff. de eo quod cert. loc.* His verbis

„ *Qui ita ſtipulatur Epheſi dari ſi ante*
„ *diem, quam Epheſum peruenire poſſit*
„ *agat, perperam ante diem agi, quia &*
„ *Iulianus putat diem tacitè huic ſtipula-*
„ *tioni ineſſe; quare verum puto, quod Iu-*
„ *lianus ait, cũ, qui Romæ ſtipulatur, hodie*
„ *Carthagine dari, inutiliter ſtipulari.*

Cum igitur manifeſtò conſtet ex prædictis, tam in locatione, quam in cambio tempus, licet tacitè, neceſſariò tamen ineſſe, conſequens eſt vt concludamus, & pro conſtanti firmemus, has duas conuentiones non minùs diſtare ratione translationis dominij, quam conueniant in ratione temporis tacitè ſubintellecti.

Non obſtat modò primum argumentum adductum in contrarium; Nàm (omiſſa ponderatione translationis dominij, quæ contingit in cambio, per quam ſatis diſtinguitur à locatione, in qua vſus tantummodo conceditur) negamus vllam pẽnitùs mercedem (præſcindendo à promiſſionibus, quæ ſunt quid extrinſecum ipſi cambio) conſtitutam intelligi in ipſo contractu cambij. Lucrum namque, quod conſequitur dans ad cambium non eſt, nec prouenit vllo modo ab vſu rei alicuius, qui concedatur; cum illarum pecuniarum transferatur dominium, quo caſu non poteſt vſus illarum à domi-

dominio ſeparari Canoniſtæ omnes, & poſt alios *Abb. in rubr. ext. de vſur. num. 2.* & per conſequens nulla eſt conſiderabilis in Cãbio merces equiualẽs vſui prędicto, prout vſuucnit in locatione;maior enim ille valor pecuniæ, cambiatæ abſentis nulla ratione,aut pacto induere poteſt rationem mercedis.

Ad ſecundum reſpondetur, verum eſſe quod in contractu Cambij conſideratur à DD. omnibus agentibus de materia, quædam tranſportatio virtualis modo explicato;cuius intuitu tantum concedunt licitè ex dicto contractu, poſſe contrahentem lucrum ſectari, ac conſequi ſine labe vſurarum. Sed nos, qui dubitamus, an neceſſaria ſit huiuſmodi conſideratio tranſportationis ad iuſtificandum contractum Cambij, quã quæſtionem examinabimus infrà hac eadẽ diſputatione, quæſtione 11. Immo dubitamus an in contractu ipſo Cambij ſimpliciter,ſit formaliter, & præciſè conſiderabilis aliqua ratio lucri, quod alia quæſtione infrà pariter examinabimus hac eadem diſputatione, quæſtione 14. facilè poſſemus euitare hoc argumentum, negando (pace tantorum virorum) aſſumptum de neceſſitate prædictæ *tranſportationis; Cuius negationis ſi congruentem rationem redderem*,non deſperarem veniam impetraturũ me à beneuolo Lectore reiecta arrogantię nota,quod tamen hic non faciam, ne præiudicata opinione de re adhuc indiſcuſſa
16 ſtatuam. Reſpondeo igitur DD. illos in eo ſenſu eſſe intelligendos, non vt velint in contractu Cambij adeſſe formaliter locationem,quæ identificetur cum eo;Sed quędam veluti ſemina,ex quibus tamquam ex cauſa reſultet iuſtitia huius contractus, (ſicuti experimur in rebus à natura prouenię tibus, licet neque animalis ſemen nec caro ſit, nec carnem in ſe formaliter habeat;nemo tamen negabit,illud eſſe carnis effectiuum, & cauſam); non per hoc tamen benè infertur ad identitatem cum contractu locationis attenta translatione dominij, quæ ſit in Cambio omnino contraria locationi.
17 Et Leonardus Leſſ: qui expreſsè locationẽ in Cambio effingit,*de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 23. dub. 3. num. 23.* tractus vi dictæ tranſportationis;ſentiens hanc difficultatem translationis dominij infeliciter tentat difficultatem effugere,dum eam conciliando tradit; Quod non transfertur dominium præciſè ex vi contractus Cambij; ſed tantum permiſſiuè,quia poſſet campſor recipiens dominium illud non admittere, integro permanente campſuario contractu; nam non ita de facili perſuadebit ſubtiliſſimus Theo
18 logus nobis Iureconſultis(cuius diſciplinæ placitis in materia contractuum ſtandum eſſe ijſdem Theologis teſtibus tradit Scaccia *de Camb. §. 1. quæſt. 1. per totum, præcipuè num. 26.*) huiuſmodi ſubtilitates metaphi-
19 ſicis aptiores quam contractibus. Quandoquidem certum habemus eiuſdem rei dominium penes duos in ſolidum eſſe non poſſe.*l. ſi vt certo loco. §. ſi duobus. ff. cõmod. l. Meuius. 66. duorum. ff. de leg. 2.* Siue igitur permiſſiuè,ſiue præciſè contingat, certum eſt,dominium pecuniarum illarum remanere debere vel penes dantem ad Cambium, vel penes recipientem (æquè enim
20 certum eſt ſtare in pendenti non poſſe. *l. ſi ego. ff. de neg. geſt. Rot. apud Cencium de cenſ. deciſ. 160. num. 4.*) ſi primum,ceſſat ſubſtãtia Cambij, ſi poſtremum locationis. Non poteſt igitur Leſſius aſtruere hoc, ſine deſtructione locationum,quin Cambium deſtruat;nec Cambium admittere quin locationem excludat; Quod ſit euidentius per exemplum ab eodem aliatum;nàm quando datur pecunia transferenda tabellario, verè tali caſu intercedit locatio;ſed abeſt Cãbium,quia dominium nec præciſè,nec permiſſiuè in tabellarii trãſeritur pecuniæ tra
21 ditę; quin immò ſi eis pecunijs tabellarius vteretur,furtum committeret. *l. ſi mandauero §. ſi tibi censum. ff. mandati. l. ſi cui. C. de furt. Farin. quæſt. 168. par. 6. num. 119.* Hinc obiter mihi admonendus Beneuole Lector, vt cautè admodum Theologos legas,dum de contractibus agunt; nam ſicut non ſolum turum, ſed omninò neceſſarium eſt ab eis deſumere principia iuſtitiæ, ac iuris in abſtracto in tantum,vt niſi ijs prælucentibus incedas facilè in errores, ac im-
23 pictatem labaſitã è conuerſo dum in concreto,& de tali,vel tali contractu diſputant non admodum eis fidendum, ea ratione, quia ſicut illa pendent ab eis,quæ ſecundũ ſe iuſta,& æqua ſunt,propria Theologorũ, ac Philoſophorum;ita hæc à reſponſis prudentum,& legibus, conſtitutionibuſque latis dependent,inter quæ Iureconſulti verſantur.
24 Ad tertium reſpondendo admittimus, in contractu Cambij,præſertim regularis, ve-

nire

nire prouiſiones, quæ naturam mercedis induunt prouenientes ex operis, & ex conſequenti illarum reſpectu locationem inſe; nego tamen eas eſſe de ſubſtantia contractus Cambij, licet ei ſint ingenitæ. Nec miretur Phyſicus; nam, & in his acceptionibus differunt Iureconſulti à Philoſophis, Licet enim apud Ariſt. *phyſic. lib. 2. c. 6. per totum*, natura ſit ipſa rerum forma, ac ſubſtantia cuiuſcunque rei, cuius dicitur natura; apud Iureconſultos verò agentes de cõtractibus; natura contractus eſt virtus producta à propria illius ſpecie. *Bald. in l. 1. n. 1. ff. commo. & conſ. 352. lib. 1.* hoc eſt quædam diſpoſitio, quam lex, vel conſuetudo ſuper contractu inducit. *Bald. l. 1. num. 5. in fin. C. pro Soc.* vndè appoſitè definitur natura; Quod ſit, vis quædam, qualitaſue ſecundum proprios fines contractus inducta ab ijs, quæ extrinſecus accidere poſſunt ſeparata. *Alciat. l. cum quid. num. 2. ff. ſi cert. pet. l. pacta conuenta. cum gl. ff. de contr. emptio.* Quapropter licet tacitè contractibus inſit ab eis ſeparari poteſt. *Zaſi. lib. 1. ſing. reſp. cap. 12. nu. 5. Coraſ. lib. 3. Miſcell. iuris cap. 10. num. 4. Bellon. lib. 1 ſupput. iur. c. 5. ad finem. Rim. in conſ. 400. num. 98. cum ſequentibus* licet enim ſubſtantia contractus immutabilis ſit, illius tamen natura mutari poteſt. *Bald. l. 1. num. 14. C. de vſur. Coraſ. lib. 3. Miſcell. iur. cap. 10. num. 4 Zaſi. lib. 1. ſing. reſponſ. cap. 12. num. 5. verſ. alia ſunt. Mant. de tac. & amb. conuent, lib. 1. tit. 13. n. 10.* Et per conſequens merces, quæ eſt de ſubſtantia locationis, meritò à locatione ſeparari non poteſt vllo pacto. *Gl. in l. Iuris gentium. §. quinimo. ver. item reſponſum. ff. de pact. & ibi Caſtr. num. 7.* erit Cambio connaturalis tantum, & ab eo ſeiungi poterit; vel de facto pluries inter mercatores fit remittentes huiuſmodi prouiſiones, licet non conſtitũ de ſeparatione, tamquam illi connaturales veniant. *Bald. in prælud. feudor. num. 20.* non per hoc tamen eſt admittendum Cambium locationem eſſe.

DISPVTATIO. I.

QVÆSTIO. IX.

An Cambium ſit emptio, & venditio, & in quantum ab ea differat, & in quo conueniant.

1 *Venditionis ſubſtantia in tribus conſiſtit.*
2 *Conſenſus in omni contractu neceſſarius.*
3 *Res in venditione neceſſaria.*
4 *Pretium in venditione neceſſarium,*
5 *Venditio intelligitur contracta ſimul atque de re tradenda certo ſtatuto pretio conuentum eſt, licet de venditione verbum nullum.*
7 *Venditor ad rem tradẽdam dumtaxat tenetur, nõ autem ad dominij translationem, ſed ad poſſeſſionis tantum traditionem. Limit. vbi quid in genere eſt venditum.* 15.
8 *Sufficit venditori ſe obligare de euictione.*
9 *Euictio in venditione venit ex natura contractus.*
10 *In Cambio obligatio eſt faciendi pecuniam accipientis.*
11 *Euictio non eſt de ſubſtantia contractus.*
12 *Et ideò valet pactum ne teneatur de euictione.*
13 *Prout quod non teneatur ad pretij reſtitutionem.*
14 *Subſtantialia contractus non immutantur.*
16 *Debitor Cambij eſt debitor generis.*
17 *Pecunia menſura aliarum eſt rerum, non tamen idem eſt reſpectu alterius monetæ.*
18 *Appellatione mercis venit etiam pecunia.*
19 *Nummus Victoriatus ex Illirico adductus lege Clodia Romæ cuſſus fuit.*
20 *Romanorum tempore peregrina nummiſmata in vſu erant, vt nummus Daricus, Philippicus, Tetradagma Attica.*
21 *Pecunia plus valet in vno loco, quam in alio ratione vſus, & num. 28.*
22 *Cambium venditionis contractum eſſe ex multorum ſententia.*
23 *Contrarium verius vbi etiam quatenus conueniat cum venditione, & num. 25.*
24 *In Cambio de ſubſtantia eſt locorum diſtantia.*

25 Ven-

25 *Venditio est permutatione perfectior.*
26 *AEqualitas iustitiæ in omni contractu necessaria.*
27 *Licurgus vt vitia, & auaritiam à Republica remoueret, expulit omnem pecuniam, ferrea excepta ex aceto domita, ne etiam in alium vsum vtilis esset.*
28 *Augustus ita rei nummariæ copiam auxit, vt fœnore diminuto plurimum agrorum pretijs accreuerit.*
29 *P. Pallauicini ratio, qua Cambium à venditione distingui putauit, refellitur.*
30 *Venditio introducta ad dominium transferendum.*
31 *Sine traditione tamen non transfertur.*
32 *Venditor cogi potest ad tradendum rem venditam.*

1 CERTE videtur Cambium dicendum esse venditionem, vel saltē ab ea non distingui; substātia namque emptionis, & venditionis in tribus consistit; in consensu scilicet, re, & pretio. *Bald. in l. Iuris gentium §. adeò. ff. de pact. & ibidem latius explicat Iaf.* fine quibus huiusmodi contractus esse non potest; Et quidem de consensu non est dubitandum. *l. 1. ff. de contr. empt. io. l. consensu. ff. de actio. & obligat.* Cum in omnibus con-
2 uctionibus necessarius sit. *l. obligationū substantia. ff. de actio. & obligat.* de re vero, quod scilicet sine illa nec venditio, nec em-
3 ptio esse possit, certum pariter est. *l. nec emptio. in princ. ff. de contr. empt. l. domiū, & l. in venditionibus. C. eod. l. mulieris §. 1. & ibi ff. de verb. sing. Cephal. conf. 328. numer. 19.*
4 à pretio verò emptionem, & venditionem substantiam capere sunt textus clari *l. 1. l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt. §. pretiū Inst. eod.* Cum igitur prædicta tantum tria sint de substantia venditionis, & eadem omnia in Cambio interueniant meritò dicere possumus Cambium emptionem, & venditionem esse; constito namque inter
5 aliquos fuisse conuentum de re tradenda certo statuto pretio, venditio intelligitur perfectè celebrata; licet de venditione contrahentes nullam mentionem fecissent. *l. naturalis. §. 1. & l. Insulam. ff. de præscr. verb. Socin. iun. conf. 61. num. 2. lib. 1. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 216. num. 5.* Hæc autem tria esse pariter de substantia Cambij, & sine illis, & vnoquoque ipsorum Cambium nec esse, nec intelligi satis cōstat ex eis, quæ hactenus disseruimus, nec vllus est, qui notionem Cambij vel verbo tenus notam habeat, qui id non admittat. Consensus enim cum in omni, & quocunque contractu requiratur. *l. obligationum substantia. ff. de actio. & obligat.* non est denegandus Cambio, sicuti nec pretiū, neq; enim pacisci potest, vt detur aliquod genus pecuniæ pro alio genere diuerso, nisi constito de pretio, quo id fieri debeat, vt expositum est supra quæstione secunda. Immo in hoc tota desudat industria Banchēriorum, vt leuiori pretio contrahant Cambia, grauiori distrahant; Et quidem vulgo pretij vocabulo vsurpato. De re demum non ambigendum est, cum sit illud genus pecuniæ, quod tali, ac tali pretio comparatur. Cum igitur hæc tria pariter in Cambio necessaria sint; illisque positis nempè consensus contrahentium, pretium, quo Cambium celebratur, & pecunia certi generis, quæ in Cambio deducitur, sufficienter intelligimus Cambium esse celebratum, vt vsus docet, & expositum supra quæstione secunda. Certè nullum videtur discrimen substantiale inter hæc duo; vndè meritò eodem nomine veniunt appellanda.

Nec dicas venditorem solummodo ad rem
7 tradendam obligari, *l. ex empto. ff. de act. empt.* cum de illius natura non sit dominiū transferre, sed possessionem tantum tradere. *l. si distrahatur in fin. ff. de contr. emptio.* & ideo venditori sufficit se obligare ob eui
8 ctionē. *l. 1. paulo post princ. ff. de rer. permut. Iaf. in l. naturalis §. 1. num. 1. & 4. ff. præscr. verb.* ad quam præstandam tenetur licet expressum non fuerit à contrahentibus. *l. si dubitatur. C. de euict.* id autem non contingere in Cambio, in quo certum est debito-
10 rem teneri ad faciendum pecuniam propriam recipientis, ac creditoris, & in cum dominium transferre.
11 Facilè namque respondetur primo, euictionem non esse de substantia contractus emptionis, & venditionis, sed de illius natura tantum. *l. ex empto. ff. de act. empt.* in argumentum cuius Partes possunt pacisci ne vē
12 ditor ad eam teneatur. *l. ex empto. ff. de act. empt.* immò nec etiam ad pretij restitutionem *l. emptorem §. qui autem. & ibi Bart. ff. de act. empt. Bald. in l. non dubitatur. C. de*

cultio. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib.
13 *4. tit. 24. num. 3.* quod vtique partes facere non possent salua venditione, si esset de il-
14 lius substantia. *l. cum precario. ff. de precar.* Secundo respondetur venditorem non teneri facere rem emptoris, sed solum de cuiscione teneri, quando venditur certa species, secus quando venditur res in genere, puta, decem modia frumentorum. Tunc vti-
15 que tenetur facere rem emptoris, & de nulla cuiscione tenetur. *Bart. d. l. empto. ff. de actio. empt. Castren. in l. natur. alis. §. 1. num. 2. & ibidem Iaf. num. 4. ff. de præscr. verb. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 3. num. 27. per prodita, & per text. in l. conuenit. ff. de contr. empt.* ponderando verbũ
16 dares. Vndè cum debitor ex Cãbio sit debitor generis, & per consequens teneatur ad transferendum dominium rerum, seu pecuniarum Cambiatarum; dicendum est illũ de nulla cuiscione teneri, & venditionem celebrasse.
17 Secundo principaliter probatur esse venditionem Cambium, ex eo. Quod pecunia licet sit mensura rerum aliarum, tamen etiã ipsa respectu alterius monetæ mensurati rationem induere potest, consideratis ma-
18 iori, seu minori bonitate, pondere, ac valore, & propterea nihil impedit quin, & ipsa ne dum sit pretium in venditione quatenus est mensura rei venditæ, sed etiam sit merx quatenus est mensuratum; Secundum, & prout etiam appellatione mercis regulariter continetur. *ex Bald. Strach. in tract. de mercat. par. 1. num. 75. Nauarr. c. nauiganti, vers. vigesimo decimus. nu. 51. de vsur. Scac.*
19 *de Camb. §. 1. quæst. 4. num. 29.* & pro merce Victoriatum nummum ex Illirico adductũ; antequam lege Clodia Romæ cuderetur
20 habitũ fuisse testatur Plin. *de hist. animal. lib. 33. cap. 3.* sicuti, & reliqua peregrina nũmismata; Daricos, Philippicos, Terradacma Attica Romanorum æuo alius testatur admonitus Plin. *dicto cap. 3.* ex Volusio Mutiano; Quod si verum est, nihil impedit, quin dicamus Cambium quo genus vnum pecuniæ pro alio acquirimus, vt vidimus supra, quæstione secunda, emptionem, & venditionem esse.

Confirmatur. Quia vna pecunia propter cursũ
21 (vt aiunt) valet plus vno in loco, quam in alio, licet sit eiusdem ponderis, mensuræ, & bonitatis. *Laur. de Rodulph. c. consuluit. par. 1. quæst. 26. num. 8. & par. 2. num. 5. Io. de ana-*
nan. cap. nauiganti num. 41. de vsur. Lupus ibidem §. 2. num. 55. alios refert, & sequitur Scacc. de Camb. §. 1. quæst. 4. num. 26. cum sequentibus qui maior valor debet absque dubio esse (vt cætera omnia sub Sole) pretio æstimabilis. Et ex consequenti dicendũ commutationem, quæ fit pecuniæ præsentis cum absente, quæ fit commẽsurato dicto maiori, & minori valore respectiuè per ministerium pecuniæ venditionem esse.

Nec dicas ex eo differre, quia in Cambio solum acquiritur pecunia, in cæteris verò vẽditionibus aliæ omninò res veniunt. Nam hæc distinctio, & diuersitas, licet vera in se, est omninò insufficiens ad inducendum discrimen inter cõtractus in substantia. Cum circa obiectum tantum versetur non in seformaliter; nam aliàs multiplicanda essent tot cõtractuum nomina, quot sunt res, quæ deduci possunt in venditione, quo nihil absurdius. Demùm multum vrget auctoritas illorum Doctorum, qui dicunt Cambium
22 venditionem esse. *Io. Annan. cap. nauiganti num. 46. 47. de vsur. Sot. de Iust. & Iur. lib. 6. quæst. 8. art. 2. Medin. cap. de reb. per vsur. acquir. quæst. 5. Conrad. de contr. concl. 2. Rosebo. de fura. num. 34. Iacob. de Gripbis, lib. 3. decis. aurea cap. 110. num. 1. Garz. tract. de cont. cap. 32. Nauarr. de Camb. numer. 9. Caldar. conf. 11. Rodulph. cap. consuluit, de vsur. 3. parte quæst. 1. Fabian. de Camb. part. 2. cap. 2. nu. 56. Io. Mid. de contr. mercat. cap. 1. num. 4. Caiet. de Camb. cap. 2. num. 2. & 32. Boninsegn. de Camb. cap. 6. vers. Neanco. & vers. Presupposto. Scacc. de Camb. §. 1. num. 21. & seq. & nu. 25. & alij.*

Sed certè licet non sit ambigendum contractum Cambij valdè affinem esse contractui venditionis, certum tamen est longè ab illo
23 differre, & veluti speciem à genere suo; Et non secus ac ipsumet venditio differt à permutatione in genere sumpta, quam perficiè vt vidimus supra quæstione sexta, ità differt Cambium à venditione; quæ illam per fectionem nancisci tur ab eo, quam permutationi impertitur. In Cambio namque necessariò interuenit consensus, res, & pretiũ vt priori argumento probauimus exigi in venditione, & in hoc Cambium benè conuenit cum venditione, Sed vlterius Cambium requirit locorum distantiam, sine qua
24 nec esse, nec intelligi posse Cambium probauimus supra quæstione secunda; Vndè fit hanc distantiam esse de huius contractus

Cambij substantia. *Dom. de S. Geminian. in cap. quamquam ad fin. paulo antè num. 7. de vsur. in 6. Bart. in l. prolatam num. 5. ff. de sent. & interloq. omn. Iudic. Bald. in l. pactã conuenta in princ. ff. de contr. empt. quã ipse inseruit in tit. de pactis. Abb. conf. 72. num. 2. lib. 1. Fely. cap. cum in. numer. 16. de const. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 4. num. 29.* & ideò merito ex hac distantia distinguitur ab emptione.

Et ne gratis dixisse videar venditionem à Cãbio illam recipere perfectionem, quam illa tribuerat venditioni, põdera Lector benevole, eo venditionem esse permutatione perfectiorem, quia in permutanda re pro re, non erat facile inuenire æqualitatem illam iustitiæ, quæ omninò est necessaria in quolibet contractu. *Arist. lib. 1. Polit. cap. 6.* quæ enim proportio ineſt inter olcum, vinum, triticum, calceos, domum, & alia corpora huiusmodi, in quorum commutatione posset iustitiæ æqualitas inter contrahentes seruari? Ideò iustitia est pecunia, quæ apud omnes eadẽ tamquam tertium quid esset, veluti omnium mensura, ex qua consequuta est venditio, quæ pecuniæ ministerio permutationem ad certã iustitiæ æqualitatem reduxit, & hinc videmus Licurgum legislatorum omnium sapientissimum, & felicissimum, cum prædicta nouisset; & eũ, vt auaritiam, & quæ auaritiam consequuntur vitia à Republica per ipsũ instituta removeret, pecuniam emandasset, non omnẽ pecuniam; sed auream tantummodo argentamque expulisse ferrea tamen, & aceto domita (ne in alium vsum vtilis esset) retẽta. *Plut. in vita Licurgi fol. mihi 95.* ad effectũ scilicet ne permutatione ad perfectionem vsum redacta ministerio pecuniæ carerent Ciues sui: Sed adhuc venditio erat imperfecta, nam cum pecunia, a qua dependent, non sit semper in eadem æstimatione supposita præsertim locorum distantia, vt experientia docet, & probat egregius textus *l. 4. ff. de eo quod cert. loc.* his verbis.

„ *Ideò in arbitrium Iudicis refertur hæc*
„ *actio, quia scimus quam varia sint pretia*
„ *rerum per singulas ciuitates, regionesque*
„ *maximè vini, olei, frumenti. Pecuniarum*
„ *quoque licet videatur vna, & eadem pote-*
„ *stas vbique esse, tamẽ alijs locis facilius, &*
„ *leuioribus vsuris inueniuntur, alijs difficilibus, & grauioribus vsuris.*

Quod alibi resumpsit, & confirmauit Iustinianus §. *si quis agens vers. sed & pecuniæ. Iust. de actio.* Si igitur pecuniaruna non eadem, nec semper, nec vbique est æstimatio, & potestas, vt loquitur Iurisconsultus; quod habet locum ne dum posita diuersitate locorum; quinimò identitate eorumdem, vt quotidie experimur, & testatur Suet. *in vita Augusti cap. 41. de liberalitate eiusdem.* Alexandrino scilicet Augusti triumpho Regiam Gozam Vrbi inuectam tantam copiã rei nummariæ effecisse, vt ſœnore diminuto plurimum agrorum pretijs accreuerit; Ergo non est sibi constans æqualitas iustitiæ, quæ ex pecunia desumitur ponderata eiusdem instabilitate, cum exempli gratia pretium illius agri, quod ante Alexandrinum Augusti triumphum erat de centum; tempore prædicto esset de centum decem. Propterea cum Cambium has diuersitates conciliet, & ex diuersitate pretij Cambiorum, quæ pendet ex hac locorum distantia, & maiori, vel minori abundantia pecuniæ prædictæ ad æqualitatem iustitiæ reducat quis adeò iniquus, qui neget Cambium vẽditionem perficere, & illo quidem eodem perfectionis genere, quo illa permutationẽ prius perficerat quod consistit in perquirenda, ac stabilienda, exactiori quodammodo iustitiæ æqualitate in quolibet contractu ab hominum societate requisitam non minus, quam necessaria.

Non obstant modo quę in contrariũ deducta fuere. Non primum. Nam admittimus in Cambio, sicuti in venditione necessario exigi consensum; rem, & pretium, non tamen indè rectè infertur ad identitatem duarum harum conuentionum; cum in Cambio vltrà prædicta etiam locorum distantia exigatur, neque enim, licet in hominis substantia omnia sint, & reperiantur, quę in notione animalis cognoscuntur, rectè infertur ad prædictorum identitatem, & id nulla alia ratione, nisi quia in homine quid præterea ineſt, quã in animali, videlicet rationabilitas, quæ rationem differentiæ induit, & genus illud ad hanc hominis speciẽ contrahit.

Et hæc eadem responsio applicanda est etiam secundo argumento, nam non negamus pecuniam etiam induere posse rationem mẽsurati, cum veniat etiam ipsa mercium appellatione, immò, & de facto rationem mẽsurati induere in Cambio, in quo illius vigore debitor, pecuniã, vti rẽ tradere tenẽ-

Neque

29 Neque enim audio P. Pallauicinum *in tract. de Camb. cap. 2.* qui Cambium à venditione diſtinguès, id ea ratione facit vt ſtatuat in Cãbio non reperiri venditionem, cum ab vtroque venditore veniat pecunia, ſicuti ab vtroque permutante venit res; Nam verum eſt quidem quod de permutatione dicitur quo optimè illa diſtinguitur a vẽditione; Sed in Cambio cum veniat pretiũ ex parte dantis; quod eſt euidentiſſimum argumentum venditionis. *l. vlt. circa medium C. de prad. defer. lib. 10. Gl. in l. illiteratis in princ. ff. de uſſ. præſid. l. apud Celſum. §. ſi cum legitima. ff. dol. mal. except. Gl. in l. cum dotem. & ibi nn. Cu. de de Iur. Dot. & in l. ſi eiendum §. pollicetur ff. de ædil. edict. Roman. conſil. 5. num. 5. Anch. conſ. 72. num. 1. in fin. Abb. cap. 2. in fin. de poſtul. Aret. in l. ſi eiendum num. 2. ff. de verb. obligat. Iaſ. l. vlt. num. 1. in fin. ff. de cond. ſine cauſ. & in l. 1. num. 2. ff. de Iurisemphit. Ruin. conſ. 66. n. 7. lib. 1. Rip. l. 2. circ. princ. num. 31. ff. ſi cert. per.* & emptionis, non eſt eadem ratio, quæ in permutatione, & propterea neceſſarium eſt, vt ex alia parte veniat merx; & id quod ex alia parte venit, venire ſub notione mercis.

Sicuti & manifeſtius Iuris errore labitur in poſito idem P. Pallauicinus ibidẽ, dum eoſdem cõtractus, de quibus agimus in eo diſcriminat; quod Cambium non perficiatur conſenſu, ſicuti emptio perficitur; Nam ſi loquitur, prout loquitur de perfectione intrinſeca, falſum aſtruit; nàm verè cambiũ ſolo conſenſu perficitur, vt vidimus ſupra quæſtione ſecunda, & de facto experimur, nã ſi proxoneta ſolus, atteſtetur ipſius miniſterio inter duos conuentum certum Cãbium, Magiſtratus auctoritate cogitur quicunque renuens ſtare conuẽtis; vel exequi conuenta, vel ad minimum ſoluere intereſſe partꝛi. Si verò de perfectione illa extrinſeca, qua totum negotium abſoluitur; non per hoc rectè Cambium à venditione di-
30 ſtinguit; nam & venditiones licèt habiles ſint, & ad hoc introductæ, vt dominia rerũ transferant; dominium illud non intelligi-
31 tur translatum ſine traditione rei venditæ. *l. traditionibus C. de pact.* ad quã tamen traditionem faciendam venditor ex vi contra-
32 ctus cogi poteſt. *l. ex empto. ff. de act. empt.* Vndè fit nec venditionem, in hoc ſenſu, perfici conſenſu ſolo, & malè per hoc diſtingui à Cambio. Concludo igitur in Cambio pecunias induere ex parte debitoris rationẽ etiam menſurati, & mercis, non tamen per hoc rectè dici venditionem, cum vlterius exigat locorum diſtantiam; quæ licet per accidens poſſit intereuenire in venditione, neceſſaria tamen omnino eſt in Cambio.

Ad vltimum, & ſic ad auctoritates in contrarium adductas reſpondetur; Doctores illos intelligendos de conuentiõtia, quam habet contractus Cambij cum contractu venditionis; Secũdum quam pari modo de vtroque philoſophari poſſe admittimus iuxta legũ præſcripta, *l. 1. in fin. ff. de rer permut. l. 1. §. ſi quis ſeruum, & ibi Bart. Caſtr. & l. ſi gratuita, §. 1. & 2. ff. depoſit. eum qui. §. fin. inſpectori. Bart. in l. naturalis §. ſed ſi facio. num. 2. & in repet. l. quod nerua. num. 37. ff. depoſit. & in l. ex placito. num. 12. C. de rer. permuta.* Nullo autem modo de identitate ſpecifica; cum ſatis ſuperque differant ad inuicem per ea, quæ ſupra retulimus; quod diſcrimen (licet ex alio capite) deſumptum ſubodorati ſunt plures Interpretes Rodulphinus, Azor, Medina, & alij *relati per Scac. Camb. §. 1. quæſt. 4. num. 34.*

DISPVTATIO I.

QVÆSTIO X.

An Cambium ſit contractus innominatus, & in quantum cum eo conueniat, & in quo differat.

1 *Contractus nominati qui tranſeunt in ſpeciale nomen contractus.*
2 *Cambium conſuetudine introductum.*
3 *Contractus nominati pariunt actionem ciuilem ſuo nomini conformem, & n. 8.*
4 *Contractus innominati habent tantum actionem generalem præſcriptis verbis vel in factum.*
5 *Actio in factum, & præſcriptis verbis à quibus, & qua de cauſa introducta.*
6 *Contractus nominati cognoſcuntur non per modum contractus, ſed per modum actionis.*
7 *Innominati ante implementum admittunt panitentiam.*
8 *Ante implementum contractus innominati*

non habent actionem. Fallit de iure canonico num. 12. & 14.

9 *Contractus nominati non admittunt pœnitentiam, & ante implemẽtum dant actionem num. 10. & num. 24. licet non detur ante illud actionis exercitium, num. 11. exceptionis ſcilicet iure, non ipſo Iure. num. 25. & 28.*

12 *Ius Canonicum ſequitur naturalem æquitatẽ & Ius gentium, & dat actionem ante implementum. & nu. 13. 14.*

16 *Contractus nominati quomodo diſtinguantur.*

17 *Cambium eſſe contractum innominatum ſciunt aly, a quibus recedit author, probãs habere cum innominatis genericam tantum communionem ſed illud vnus contractus nominatus recedendum.*

18 *Contractus quare nominati, & innominati appellentur.*

19 *Cambium a legibus Reipublicæ Genuenſis, & Europæ Principibus approbatum.*

20 *Actio quid.*

21 *Principes, & Reſpublica non recognoſcentes ſuperiorem, habent facultatem Iuris condendi.*

22 *Feudum, & Emphiteuſis contractus ſunt nominati.*

23 *Et non admittunt pœnitentiam.*

26 *Exceptio legitima perimit actionem.*

27 *Emptor non reppellitur ipſo iure ob non ſolutum pretium, ſed ſi a demũ ſi opponatur.*

29 *In contractibus innominatis ante implementum non oritur obligatio, vel naturalis tantum.*

1 PROCVLDVBIO dicendum videtur Cãbium eſſe contractum Innominatum; quandoquidem nominati contractus, illi ſcilicet qui tranſeunt in ſpeciale nomen contractus ẽnumerantur per Iureconſultum. *l. Iuriſgentium ff. de pact.* & per Iuſtinianum Imperatorem. *§. ſed iſte quidem. Inſt. de actio.* reiectis alijs, & quibuſcunque conuictionibus per eos nõ expreſſis, nec nominatim nũcupatis, inter contractus innominatos. *d. l. Iuriſgentium d. §. ſed iſta.* vnde cum inter nuncupatim nominatos non legatur Cambium, reliquum neceſſariò eſt, vt inter
2 innominatos reputetur, preſertim cum Cãbium introductum ſit vigore conſuetudinis, ex quo ſolo inter contractos innominatos recenſetur. *Bald. cap. vlt. num. 5. de cauſ. poſſeſſ. & eropin. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 8. nu. 1.*

Secundò quia contractus nominati pariunt
3 actionem ciuilem ſuo nomine conformem in quo potiſſimum contradiſtinguntur ab innominatis, ex quibus agitur tantummodo actione illa generali præſcriptis verbis,
4 vel in factum. *l. Iuris gentium ff. de pact. l. naturalis ff. de præſcr. verb.* q̃ actiones ſiue prætoriæ ſint, ſiue legitimæ ſunt certæ, &
5 determinatæ vel a iure Flauiano. *l. 2. verſ. Poſtea. ff. de origin. Iur.* vel a iure Eliano. *d. l. 2. verſ. augeſcente.* vel à Prætorum Edictis. *§. ſed iſta quidem. Inſt. de actio.* ad hoc introductæ ne populus, prout vellet ageret & in iudicio experiretur, ſed certo, ſolemni que modo. *d. l. 2. §. denique.* Propterea cum inter prædictas, toto corpore Iuris, non reperiatur actio ex cambio; dicendum eſt agi oportere præſcriptis verbis, prout claris, & expreſſis verbis ſtatuit Celſus.

„ *Nam cum deficiunt vulgaria, atque vſi-*
„ *tata actionum nomina, præſcriptis ver-*
„ *bis agendum eſt.*

& ſubdit Iulianus. *l. 2. ff. de præſcr. verb.*

„ *In quam neceſſe eſt confugere quoties cõ-*
„ *tractus exiſtunt, quorum appellationes*
„ *nullo Iure ciuili producta ſunt.*

Quod ſi verum eſt; ex Cambio agetur præſcriptis verbis, & ex conſequenti inter contractus innominatos cenſendum erit.

6 Confirmatur ex eo, quod contractus nominati cognoſcuntur ẽx per modum contractus, ſed per modum actionis, & quando non pariunt actionem ſui proprij nominis, ſunt innominati, & agitur præſcriptis verbis. vt in Emphiteuſi & Feudo. *Bald. in l. 2. num. 2 C. quand. lic. ab empt. reced. Mant. de tacit. & amb. conuent. lib. 1. tit. 8. nu. 2.* vnde cum non appareat de hac actione ex Cambio, reliqua erit actio ex præſcriptis verbis, & ex conſequenti erimus in contractu innominato.

7 Nec dicas Cambium non eſſe contractum innominatum, quia in innominatis datur pœnitentia ante adimplementum ſequutũ *l. ſi pecuniam poſt princ. ff. de cond. cauſ. dat. l. ſi eum fundum. ff. de pact.* nec ante adim-
8 plementum datur actio; In nominatis verò, qui ante dicuntur voluntatis, poſt ne-
9 ceſſitas, nulla datur pœnitentia. *l. in commodato.*

dato.§.ſicut.ff.commod. l. ſicut. C. de act. & obligat. & ante quodcunque implementum
10 orta dicitur actio; Vndè cum Cambium ſolo conſenſu, re, pretio, & diſtantia loci perficiatur, vt diximus ſupra quæſtione proxima præcedenti, & ſic nulla detur in eo pœnitentia, numquam exigetur ad implementum ad effectum, vt oriatur illa actio. Ideò cenſeri debere inter contractus nominatos.

11 Nam reſponderi poſſe videtur: primo etiam in contractibus nominatis obligationē non oriri, nec ex eis actionē dari, niſi ei, qui ex parte ſua impleuerit cōtractum ſaltem per realem obligationem, cū dicat Vulpianus, *l. Iulianus. 13. ff. de act. empt.*

„ *Offerri pretium ab emptore debet cum ex* „ *empto agitur, & ideo & ſi partem pretij* „ *offerat nondum eſt ex empto actio.*

Quod ſi ex Vulpiani ſententia non ſequuto implemento ex parte emptoris, pretio ſcilicet nondum ſoluto; actio non eſt, vtique poterit per vtrumque, re integra, à contractu venditionis reſiliri; cum nullo Iuris vinculo conſtringantur; & ſic per hoc non poterit Cambium à contractibus innominatis contradiſtingui.

12 Reſpondetur ſecundo de Iure Canonico (quod ſequendum eſſe in materia Cambiorum omnes vbique dicunt) etiā ante quodcunque implementum non licet, altera parte inuita, à contractibus innominatis recedere; quia Ius Canonicum ſequitur naturali
13 æquitatem, & Ius gentium, quod vult promiſſa ſeruari; & ideò ſufficit ante implementum oriri obligationem naturalem, ad hoc vt Ius Canonicum vires tribuat. *l. communiter recepta in l. penes. ante fin. C. de pact.* vndè merito dicitur neceſſitatis eſſe etiam contractus innominatos dicto Iure
14 Canonum inſpecto ante quodcunque implementum. *Bald. in rub. C. de rer. permut. num. 1. & in l. cum qui. num. 11. ff. de Iur. & fact. ignor. & in l. ſine apud acta. num. 4. C. de tranſact. Alex. in l. ſi pecuniam. num. 11. ff. de cond. ob cauſ. Gal. ial. in rub. de verb. obligat. num. 8. 4. verſ. ſecundo infertur, & a contrarijs defendit Mantic. de tacit. et ambig. conuent. lib. v. tit. 8. num. 19.* nec ab eo poterit recedi altero inuito, vndè ex hoc non poterit Cambium ab innominatis contractibus ſeparari.

15 Tertio videtur cambium contractus innominatus ex ipſamet contractuum innominatorum deſcriptione allata per Iureconſultum in *l. naturalis ff. de præſcr. verb.* qui eos in quattuor genera diſtribuit, nempe do vt des; do vt facias; facio vt des; facio vt facias; Vndè cum in Cambio vel dem tibi pecunias; vt & mihi pecunias des, vel dem, vt facias mihi, ſeu alio nomine meo dare
16 pecunias, videtur haud dubiè in Cambio celebrari contractum innominatum prout & contractum innominatum dixere plures relati per Lupum *in cap. mauiganti de vſur. 3. §. 2. num. 51. et 79.* quos ipſe ſequitur.

Dicendum tamen eſt Cambium contractum
17 eſſe nominatum, cum nomen, & quidem celeberrimum habeat apud omnes vnum, & quidem notiſſimum; actionemque ſibi cognominem pariat, & omnia cōtractibus nominatis ingenita in Cambio reperiantur; Cum innominatis autem nullam aliam conuenientiam habere, quam genericam illam communem cum cæteris contractibus nominatis, qui ſemper verſantur in aliqua rei, ſeu facti commutatione, licet in nomen ſpeciale contractus tranſeant ſintque irreuocabiles; etiam adimplemento nō ſequuto. actionemque cognomine pariant, & inde dixit Iureconſultus *l. naturalis §. 2. ff. de præſcr. verb. & ff. de contr. empt. l. 1. ff. de rer. permut.* §. *Item pretium, Inſt. de empt.* quod ſi pecuniam dem, vt rem accipiam, celebratur venditio; ſi rem, vt rem, permutatio, eo non obſtante, quod in genere contractūi innominato, do, vt des, prædicta cōueniant. Eadem ratione nos dicimus; quod ſi pecunia præſens pro pecunia abſenti conſequenda detur, conuenit quidem hæc conuentio contractui innominato do, ut des, ſed genericè, ſpecificè uerò tranſit in ſpeciem particularem, contractus Cambij uidelicet; quæ magis plana fient, & infra dicendis reſponſionibus ad contraria argumenta.

Ad primum igitur reſpondetur ueriſſimum eſſe Iure communi Romanorum, quo uiuimus, contractum hunc omninò incognitū fuiſſe, ut probauimus ſupra quæſtione quarta, & ex conſequenti nil mirum ſi inter contractus nominatos Cambium non recenſetur, ſed non per hoc tollitur, quin poſteriora tempora alia genera contractus non potuerint introducere, & Principes, & Reſpublicæ, quæ habent auctoritatem
18 Iuris condendi eadem approbare; Nulla enim alia ratione contractibus; quod ijsdē

ſint

ſint nominati *appellationem* tribuimus, niſi quia à Iure approbantur; innominati verò à Iure ciuili deſtituti remanent in pu ris terminis Iuris naturalis, ſeu gentium *Mant de tacit & ambig.conuent. lib.1.tit.8. nu.*8.vndè cum Cambia fuerint approba-
19 ta per legem legitimè latam à Republica Genuenſi *in capitulis ed.tis ſuper ferijs, & in ſtatutis de Cambijs,& cauſis breuioribus*; idque pariter à pluribus Principibus Europæ pariterque per leges particulares plurium Principum, nihil obſtat, quin dicamus cambium,lege ritè approbatum,cõtractum nominatum eſſe;licet hanc approbationem non mutuetur à Iure Romanorum;eum non perſiſtat in puris, ac ſimplicibus terminis Iuris gentium,ſeu naturalis ſed à Principibus habentibus facultatem Iuris cõdendi fuerit approbatum; indeque habeat requiſita ad irreuocabilitarem,& ex conſequenti ad eſſe contractus nominati.
20 Ad ſecundum reſpondetur eodem fundamẽto;actio enim nihil aliud eſt,niſi Ius perſequendi in iudicio,quod ſibi debetur.*l.nihil ff.de actio. & obligat. & Inſt. de action. in princip.*Principes autem,& Reſpublicæ nõ recognoſcentes ſuperiorem, & per conſequens habentes facultatem Iuris condendi
21 *omnes populi. ff. de Inſt. & Iur.* actionem ex Cambio dederint,vt Reſpublica noſtra *per ſtatuta de Cambijs,& cauſis breuioribus & per regulas feriarum*,non eſt curandum quod de Iure, & ex formula Romanorum huiuſmodi actiones nõ fuerint introductæ; cum ex pari poteſtate(quoad hoc) paritformis facultas agendi,& conſequendi fuerit ex Cambio tributa.
22 Ad confirmationem autem reſpondetur,immõ Emphiteuſim,& feudum cenſeri inter contractus nominatos,& id ex eo præcipuè, quod in illis non eſt locus pœnitentiæ. De emphyteuſi Bart.*in l.1.num.7.in fin.& nu.* 8 *ff de cond ex leg.1.& de communi teſtatur Clar.*§.*emphiteuſis, quæſt.*2; De feudo verò *Curt.iun.de feud.par.1. quæſt.9.alias quæſt.8. num.33. Rub. Alex.conſ.130. Zaſi. in Epitom.feud.part.1.nu.1.Mant.de tacit. & ambig.conuent.lib.1.tit.3.num.4.*& licet hi contractus venerint poſt Iuſtinianum;
23 & idcò non potuerint inter nominatos ab inſtitutionibus recenſeri,nec ex eis formula actionis conſtitui, non per hoc factum fuit,quin à recentiori Iuriſprudentia inter nominatos cenſeantur,& neceſſitatis fiant, circumſcripto quocunque implemento, ex eo ſcilicet quod nouiter introducta nouum Ius fouit,& approbauit.

Tacita autem obiectio facta dicto ſecundo argumento deſumpta ex eo,quod Cambium ſit neceſſitatis etiam ante adimplementum in ſe optimè procedit, cum vt diximus in deciſione quæſtionis omnia in cambio reperiantur, quæ ſunt de ſubſtantia contractuum nominatorum.

24 Ad primam reſpõſionem:replicatur verè natam eſſe actionem in contractibus nominatis ante quodcumque implemẽtum, prout contingit in omnibus puris obligationibus *Icedere diem ff. de verb. oblig.* & ſequuto conſenſu,non expectatur implementum ad actum actionis.*l. conſenſu. ff. de action. & obligat.* & diſpoſitio, cuius verba adducta
25 fuerunt in contrarium ;non procedit ipſo iure, ſed ope exceptionis; Cum enim nihil intereſit,an ipſo Iure quis actionem non habeat,an verò illa per exceptionem infirmetur,*l.nihil intereſt.ff.de reg.Iur.* cum exceptione legitima oppoſita actio perimatur.
26 *Iquacunque.ff.de compenſat.2.ff.de excepti.* Indè cum Iureconſultus dixit, *nundum eſt ex empto.actio*,intelligendus eſt de effectu videlicet non eſt ex empto actio efficax ad rem conſequendam ; Cui is rei veritas vel ex eo fit manifeſta, quod ſi emptor etiam pretio non ſoluto agat ex empto , nec per venditorem fuerit oppoſita exceptio pre-
27 tij non ſoluti,ritè,& rectè venditor eõdem nabitur ad rem tradendam.*Bald. in l.1. in fin.ff.de his quæ ſub mod. Crauet. poſt alios conſ.392.num 109.verſ.ſecundo licet. Mar. de tacit.& ambig.conuent.lib.1.tit.8.nu 11.* Ergo manifeſtum eſt ante implementum, in contractu nominato venditionis, oriri
28 actionem licet exceptione elidibilẽ; Quod non euenit in contractibus innominatis, in quibus ne naturalis quidem obligatio nata videtur ante implementum.*Icedere diem. ff.de verb.oblig. conuncta l. item quia* §. *1. ff.de pact.l.1.verſ. permutatio.ff. de rerum. permut. Bald.in l.cum quis nu.17.C. de iur. & fact.ignor.per l.ex placito.C.de rer. permut.*vel ad ſummum naturalis tantum,nul
29 lo autem modo ciuilis,ſi credimus Socino Sen:*in l.legem num.5.C.de pact.*
30 Ad ſecundam reſponſionem ; replicatur verum eſſe , quod debeat attendi Ius Canonicum in materia Camaiorum; Sed tamen in illis articulis , in quibus dubitatur de vſuraria

vſuraria pratiitate, & ſit de peccato. *c. cum expedit. de electio. in 6. cap. 1. & ibi Gl. & DD. ext. de non. oper nuncia.* ſed quæſtio noſtra non verſatur circa peccatum, dum diſputamus de viribus contractuum nominatorum, ergo impertinens eſt ad queſtionem noſtram, quid uam circa hoc diſponat vel non diſponat Ius Canonicum, quo etiã Iure quæſtionem hanc non eſſe expeditam patet ex latè traditis per Manticam *de tac. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 8. num. 16. vſque & per totum nu. 22.*

Ad poſtremum argumentum patet reſponſio ex ipſamet quæſtionis deciſione; Quandoquidem non negamus diſcriptionem illam contractuum innominatorũ generice ſumptam amplecti Cambium, ſicuti, & venditionem, & cæteros omnes contractus nominatos correſpectiuos; quę conſiſtunt in dando, & faciendo, ad hoc vt ſibi detur, vel fiat; & ideò, ſicuti vidimus, quod non obſtante generaliori illa deſcriptione, ſi detur rès pro pecunia, intelligitur celebrata venditio; ſi verò res pro re permutatio, ex eo quod generalitas illa, in qua conſiſtit notio contractuum innominatorum, contrahitur ad ſpecialem formam contractus à Iure in ſpecie approbati, id ipſum pariter non eſt denegandum recentiori adinuento quin dicamus, quod ſi datur pecunia præſens pro conſequenda pecunia abſente recedatur ab illa generaliori notione cõtractuum innominatorũ; & noua ſpecies, & illa quidem nobiliſſima, & vtiliſſima contractuum nominatorum conſtituatur, Cambij, videlicet; ſuffragãte auctoritate Principum totius Europæ, qui legibus latis conuentionẽ hanc approbauerunt, illamque ſeruandam omnino mandauerunt. Ex quibus etiam patet quomodo intelligendi, vel refellendi ſint auctores, qui Cambium inter innominatos contractus poſuerunt.

DISPVTATIO. I.

QVAESTIO. XI.

Quid ſit Cambium.

1 *Cambium quid ſit ex definitione auctoris.*
2 *Omnis deffinitio in iure periculoſa, & quomodo ſit intelligendum.*
3 *In definitione nullum verbum debet abundare, declara tamen vt nu. 11.*
4 *Deffinitio debet aperire ſubſtãtiam rei deffinita, & nu. 7. 10.*
5 *Deffinitio debet conuerti cum definito.*
6 *In contractu Cambij quattuor perſonæ conſiderantur inter ſe formaliter diſtincta, ſed quo reſpectu declaratur num. 17.*
7 *Deffinitio Cambij allata hic probatur, & per totum.*
8 *Deffinitionem primus indagauit Democritus.*
9 *Deffinitionis proprium munus quale.*
10 *Locationis deffinitio perpenditur.*
13 *Verbum dare, dominium transferre ſignificat.*
14 *Litteræ Cambij non eſſe de ſubſtantia.*
15 *Contractus Cambij ſimplicis, ſed de perfectione, & executione nu. 16.*
17 *Conſtitutionem Pij Quinti de Cambijs non damnare Cambia tamquam Sicca illa in quibus litteræ abſolutæ non conficiuntur, ſed illa, in quibus litteræ non conficiuntur, & pecunia reperitur cum lucro in loco, vbi data fuit.*

EX eis, quæ in quinque proximis præcedentibus queſtionibus examinauimus circa conuenientiam, & diſcrimen, quod habet Cãbium cum permutatione, mutuo, locatione, emptione, & innominatis contractibus; facilè (ni fallor) erit colligere Cambij ſubſtãtiam, eiuſque definitionem; Cum enim eſt Permutatione conueniat in genere commutationis rei pro re, Cum Mutuo in obligatione reddendi tantumdem; Cum Locatione in tempore, Cum Emptione in cõſenſu, re, & pretio; Cum Innominatis, in mutua præſtatione: Differat autem à Permutatione in eo, quod non exigit præſentiam rerum permutatarum, ſed ſolum conſenſu deſiderat; A Mutuo, quod illud tantumdem, quod venit in obligatione, & ſolutione debet omninò eſſe diuerſum genere, nec ſufficit diuerſum ſpecie: A Locatione, quod non vſum rei permittat, ſed dominimum

minium transferat: *Ab Emptione*, quod requiratur *necessario* distantia localis, Et ab *Innominatis*, quod & nomen habeat, & *actionem* sibi cognominè producat, sitque irreuocabilis: facilè (inquam ni fallor) poterit definiri, seu describi, quod Cambium sit. CONVENTO VLTRO CITROQVE OBLIGATORIA DANDI, REDDENDIQVE TANTVNDEM IN GENERE DIVERSO PECVNIARVM, QVÆ CONSENSV, RE ET PRETIO, NON SINE TEMPORIS DILATIONE, LOCORVMQVE DISTANTIA PERFICITVR.

Cuius quidem definitionis, seu descriptionis probatio desumenda est ex eis, quæ supra examinauimus in dictis quinque quæstionibus, quas hic repetere ad euitandam superfluitatem, supersedeo; & satis habeo admirare hãc descriptionem nulli omninò conuentioni, quæ non sit cambium conuenire, & in se continere illa respicientia Cãbij substantiam, per quæ a quocumque alio contractu de per se considerato, immò, & omnibus aliis, & quibuscunque simul sumptis, differat. Propterea pro illius comprobatione, solum aliqua afferam, & refellam, quæ contrà illam *possent obiici, & opponi*. Licet namque auctore ipso Iureconsulto, *l. omnis definitio. ff. de reg. iur.* omnis definitio in Iure sit periculosa; non tamen effugio tam futili hanc nostram committam, sçù verius non audiam nostros interpretes vulgo ad dictum textum *l. omnis definitio*, sed potiùs sequar doctissimos viros. *Brisson. de verb. signific. in verbo definitio; Gothofred. ad d. l. omnis def. nitio*; vbi dicũt vocem prædictam, Definitio, intelligẽdam esse pro legali cannone, seu regula ab Harmanopolo Græco Auctore, & in Eclogis Græcis. Et propterea summo Iure agendo; ad examen exactissimum, per ea quæ definitionibus propria sunt, & ingenita, hanc, de qua agimus subijciam.

3 Objicies primo in addacta descriptione abũdare verba illa *non sine temporis dilatione* cum enim apposita fuerat illa *locorumque distantia*, & sic per ea expressum, necessario exigi ad Cambij substantiam distantiã localem; certumque sit dictæ distantiæ locali tacitè quidem, sed necessariò inesse dilationem temporis, vt vidimus supra quæstione 8. superflua fuit omninò dicta temporis expressio; ex quo superfluitatis vitio reprehenditur exacta definitio per Aristotelem *lib. 7. Metaph. cap. 14. tex. 43.*

Confirmatur, nam licet in locatione pari necessitate exigatur hæc temporis dilatio, sicuti in Cambio; non per hoc hanc temporis expressionem legimus in descriptione locationis à DD. communiter recepta, vt vidimus supra dicta quæstione Octaua. Ergo, &c.

4 Objicies secundo, & allatam descriptionem deficere in aperienda substantia definiti, quandoquidem, vt vidimus supra, quæstione octaua, *nu.* 8. de substantia Cambij est, vt trãsferatur dominium pecuniarum deductarum in Cambio; immò, & ex hoc Cãbium potissimum distinguì à locatione, probauimus supra quæstione eadem octaua. Ergo cum de intrinseca ratione differẽtiæ sit vt substãtiã aperiat, & referat. *Arist. Metaph. lib. 7. cap. 4. tex. 17. & Magnor. Moral. lib. 1. cap. 2. ex nostris. Bart. in l. 1. ff. de test. Bald. in cap. 1. §. vlt. num. 7. in fin. per quos fiat inuest.* malè definitur Cambium nulla in definitione facta mentione translationis dominij, quod *vitium* turpius ex eo est, quod in alio eadem saperabundat, vt vidimus supra in priori argumento.

5 Objicies tertio hanc descriptionem cum suo definito non conuerti, prout necessarium est in qualibet bona definitione. *l. 1. §. dolũ ff. dol. mal. except. Bart. in l. 1. ff. de test. & in d. §. dolum*, videtur namque per eam describi Cambium Siccum; quod non esse Cambium certum est, & nos admisimus supra quæstione quinta, vbi egimus de Cambij diuisione, nam inter Cambia sicca illa per bullam Sanctissimi Pij Quinti, recensẽtur, in quibus litteræ Cambij non dantur. Cum igitur in allata descriptione nulla fiat mentio litterarum Cambij, consequens est vt dicamus eam cum suo definito non conuerti. cum expresè denotet quid a Cambio diuersum.

6 Objicies quarto. In contractu Cambij celebrando omninò exigi personas quattuor inter se saltem formaliter distinctas, eius scilicet, qui dat pecunias; eius, qui recipit, eius, cui fit tracta, & eius, cui fit remissa, *vt docet Rot. Gen. decis. 2. & 5.* & nos fusius explicuimus supra quæst. 2. num. 10. vbi egimus de praxi Cambij simplicis, quod si verum est, prout verissimum, & de his quattuor personis nulla reperitur facta mentio in hac definitione, meritò reijci debet, tãquam

quam manca,& defficiens.

7 Obijcies demùm non quaſcumque differẽtias eſſe ſectandas, & recenſendas in deffinitione,ſed vltimam tantum in qua demũ conſiſtit ſubſtantia rei deffinitæ, illamque eam eſſe debere,vt per eam deffinitum differat a quacunque alia re, ſecundum doctrinam Peripateticam *Ariſt. Metaph. lib. 7.cap.14.tex 43.* ſed ſic eſt quod prædicta non quadrant allatæ deffinitioni. Ergo audaciter nimium dictum fuit deſcriptionem hanc ſecundum regulas deffinitionis poſſe ſuſtineri.

Minor propoſitio probatur,Quia nullum verbum eſt in allata deffinitione, quod in vim differentiæ ponderari poſſit, quod non cõueniat cum aliquo alio contractu, vt probatum fuit in quinque precedentibus queſtionibus.Ergo nihil in ea eſt,per quod Cãbium in eſſe Cambij vltimo conſtituatur, & per quod hic contractus ab alijs omnibus,qui non ſunt Cambia,differat Conuenientia enim illa tantum abeſt, vt ſit apta ad faciendum differẽ quinimò eſt ipſa ratio conueniendi, & ſi dicas quid vlterius exigi per quod ea, quæ conueniunt differant,hoc eſt illud,quod petit argumentum quod manifeſtè videtur concludere, nihil eſſe in allata deffinitione, quod non induat rationem differentiæ, & ſit illud vltimum,in quo ex Ariſtotele rerum ſubſtantia conſiſtit.

Sed prædictis non obſtantibus arbitror poſſe defendi,etiam ſummo Iure agendo;etiã ad calculos metaphiſices reductam allatã deffinitionem,quam ſecundum doctrinam Peripateticam *Ariſt.lib. 7. Metaph. cap. 7.* Platonicam *Plat.in Teatheo,& Marſ.ficil. ibidem in epit.ad eundem,*& Iuriſprudẽtiæ *Bart.l 1.num. 2.ff. de teſta.* agnoſcimus cõſtare debere genere,& differentia, ſi enim tolleretur deffinitio a rerũ inueſtigatione, nulla de re prorſus loqui poſſemus teſte Platone *in ſophiſta,vel de ente*, cuius deffinitionis tanta vis eſt,vt cũ illius vſus apud veteſtiores Philoſophos non eſſet, primus

8 Democritus illam indagauerit, non quia neceſſariam putauerit,ſed re ipſa, & quaſi natura duce impulſus. *Ariſt.de par.animal. lib.1.cap.1.* Generis igitur partes ſubire dicimus verba illa,quæ dicunt, quod ſit conuentio vltro citroque obligatoria, cætera verò omnia,per ſubſequentia verba denotata,ſimul iuncta,ſtare loco differentię,per quæ manifeſtatur eſſentia Cambij, & diſtinguitur Cambũ ab illo quocumque contractu, quod eſt præcipuum munus deffinitionis. *Ariſt. Magn. Moral. libr. 1.cap.2 & Metaph.lib.8.c.14.*

9

Nec obſtant obiecta.

Ad primam obiectionem reſpondeo veriſſimum eſſe id,quod in ea aſſumitur;diſtantiã ſcilicet localem in contractibus inuolucre neceſſario temporis dilationem; ſed non per hoc expreſſio illa reijcienda eſt tamquam ſuperflua;Quandoquidem id procedit,&verum eſt tacitè,& per quamdam Iuris interpretationem;quę omnibus non innoteſcit,per expreſſionem diſtantię localis: & ideò tãtum abeſt vt de ſuperfluitate reprehendi poſſit;quinimo laudanda veniat, cum aperiat ſubſtantiam deffiniti, eamq; ue perſpicuam,& manifeſtam faciat, quod eſt

10 de ratione perfectæ deffinitionis. *Ariſt. poſterior reſol.lib.2.cap.14.* Immò ſi ſufficeret quod tacitè, & virtualiter contineri in deffinitione,excluderetur; expreſſo eorum,

11 quæ tacitè,& per interpretationem inſunt, vitio ſuperfluitatis;eſſet ſuperfluus, & reijciẽdus totus vſus deffinitionum; cum ſi effectũ reſpiciamus Deffinire nihil aliud ſit, quam pluribus verbis ac diſtinctiùs exponere id quod tacitè,& quam pauciſſimis in deffinito continetur;Nec Ariſtoteles in loco laudato 7. *Metaph. cap.15. tex.43.* loquitur de ſuperfluitate noſtræ conſimili; ſed de illa,quæ reſultat ex repetitione eiuſdem quãtitatis diuerſa verborum formula, in eadem deffinitione, expreſſa: puta animal bipes duorum pedũ, quod nefas eſſet non admittere,ſed non procedit in expreſſione eius,quod tacitè,& non ex vi verborum,ſed per interpretationem ineſt.

Ad confirmationem verò de locatione,reſpõ-

12 deo;me deſcriptionem locationis retuliſſe tamquam ab alijs allatam communiter,qui rationem reddent, cur, omiſſerint expreſſionem prædictam temporis,& quidem facilius,cum eam non ſubiecerint tã exactæ cenſuræ,contenti quoquomodo notionem locationis, pingui, vt aiunt,minerua, & vt pleraque Iuriſprudentiæ,denotare,ſeu deſignare,ac deſcribere. Et in omnem caſum nemo meritò reprehẽdet illos grauiſſimos viros, qui dum locationem deffiniuerunt tempus conteſtatis verbis expreſſerunt. *Cagnol.in l.1.num.202.C.de reſcind.vend. Natt.conſ.49.num.7.lib.1.Clar lib.4.ſent.§.*

emphiteusis vers. Aduerte. Molin. de contr. lib.2 disp.436 in princ. Menoch. cons. 291. num.4.lib.3.

Ad secundam obiectionem respondetur satis superque expressum fuisse in hoc cõtractu trãsferri dominium pecuniarum in eo deductarum per illud verbum, *datione*, quod à verbo dare deducitur, cuius vis notissima est apud Iureconsultos, vt propriè denotet
13 dominij translationem, in tantum vt Paulus Iureconsultus dixerit *l.nõ videtur.167. ff.de reg.iur.*

„ *Non videntur data quæ eo tempore, quo*
„ *dantur, accipientis non fiunt.*

Cum igitur non tacitè, & per interpretationẽ sed ex vi, & proprietate verborum, & sic expressè; denotata fuerit hæc necessitas transferendi dominium, nullo iure sustineri potest obiectio, quæ fundatur in deficientia.

14 Ad tertiam obiectionẽm (admisso deffinitionem debere conuerti cum diffinito, prout verè hæc de qua agimus, conuertitur cum Cambio) dicimus litteras Cambij non esse de substantia contractus Cambij, vt plures alij dixere. *Nauar. in Manual. confess. cap. 17. de vsur. circa Cambia num. 289. & in c. vnuiquisque de vsur. num. 21. sequitur Sotae, præsertim in foro interiori de Camb. §. 1, quæst. 5. num. 10. & §. 6. gl. 1. nu. 76.* Ad ponderationem verborum Bullę Respondetur primò cum Sigismundo Scaccia habere locum tantum in foro contentioso, non autẽ in foro conscientiæ, & sic nõ respicere substantiam cõtractus, sed illius probationem. Sed huic respõsioni ego nõ acquiesco, nec modo insisto diutius, sed latius eam examinabo infra suo loco.

15 Respondetur secundo per illam constitutionem non damnari tamquam sicca Cambia illa, in quibus litteræ absolutè non conficiuntur. & pecunia repositur cum lucro in loco, vbi data fuit, *ibi.*

„ *Aut etiam nullis huiusmodi litteris tra-*
„ *ditis pecunia ibi denique cum interesse*
„ *repositur, vbi contractus fuerat celebra-*
„ *tus.*

Ex quo fit, quod si Cambium celebratur Genuæ pro feria proxima, & ibi in dicta feria fiat realiis solutio; nec verba Bullę hunc casum comprehendunt, nec mens; Nõ verba, quia dicitur expressè Cambium Siccum esse non absolutè, & indistinctè si absque litteris celebretur, sed si vltrà deffectum litterarum repositur pecunia cum interesse, vbi fuit soluta; Non mens, quia æquiparat summus ille Pontifex omissionem transmissionis, seu traditionis litterarum cum inani reditu earumdem; Nulla alia ratione, nisi quia licet specie destinetur solutio in alium locum (quod esse de substantia sępius diximus) re vera in loco destinato non fit solutio; sed in omnibus tribus illis casibus, in loco contractus vna cum interesse, seu lucro; quod licet indistinctè procedat in duobus prioribus, nullo modo procedit, quãdo ne dum repositur pecunia in loco vbi fuit data cum lucro, qui est hic casus, de quo agimus, sed non obstante deffectu litterarum solutio verè, & realiter fit in loco destinatæ solutionis; vndè nil mirum si hunc casum Bulla nõ comprehendat inter Cambia sicca. Quod si in cõrarium vrgeas etiam in primo casu, non obstante omissione traditionis, & transmissionis litterarum, adhuc posse realiter, & verè fieri solutionẽ in ferijs. Ego libenter admittam, & affirmare ausim, tali casu constito de vera, & reali solutione, Cambium non obstante defectu traditionis, seu transmissionis litterarum nullo Iure aut foro esse siccum, sed vsquequaque iustum, ac legitimum; nõ enim ver borum sonus, ac cortex, sed vis, ac potestas legum attendenda est, vt dixit Ireconsultus *l.scire 17. ff. de legib. & alia Iura concordant l fraus. 30. ff. de leg. I. non dubium C. de legib. & vbique DD. passim.* Vndè cum satis clara, & manifesta sit mens Summi Pontificis prohibere volentis fictas solutiones in locis destinatis, & veras cum interesse in loco celebrati contractus, constito in suppositio seruatam fuisse mentem, non sunt multi facienda verba. Non tamen omittemus hanc nostram responsionem tutius accõmodari casui nostro de omissione litterarum, quam illi, de quo in obiectione; eo quia robur assumit à littera ipsa Bullæ; attentis maximè ijs, quæ disputabimus infra suo loco.

16 Respondetur tertio, ac demum litteras Cambij etiam si admitteremus esse necessarias in Cambio vigore Bullę prædictę, non per hoc esse, aut dici posse de substantia Cambij simplicis, quã nos prosequimur in hac prima disputatione; & exposuimus in allata diffinitione, sed erit de substantia executionis Cambij, & de illius perfectione, vt videbimus latè in secunda disputatione;

conuento

conuenio namque de Platea, re, & pretio, satis intelligitur celebratus contractus Cābij, quoad substantialia ipsius, vt vidimus supra quæstione secunda. Cætera verò, quę necessariò exiguntur, respiciunt illius executionē, & adimplementum; prout in venditione contingit, quæ solo consensu, re, & pretio perfici dicitur, & tamen absque traditione non adimpletur.

17 Et per hæc, quę proximè diximus in hac tertia responsione optimè satisfit quartæ obiectioni ; Quatuor enim illæ personæ requiruntur quidem ad Cambij prosequtionem, & absolutam perfectionem, non tamē ad Cambij simpliciter sumpti substantiam, quæ in eis tantum consistit ; quæ in eius definitione posuimus.

Ad postremam obiectionē respondemus verum esse ferè omnia posita in hac definitione, & per nos assignata loco differentię, singulariter, & de per se sumpta, habere rationem conuenientiæ cum aliquo contractu, qui non est Cambium, & per hoc præcisè non induere perfectam rationem differentiæ. Sed prædicta non fuere per nos assignata loco differentiæ, considerata, vti singula, sed vt omnia simul, & copulatiuè sumpta, & vti talia dicimus esse illud vltimum, quod dat esse Cambio, illiusque substantiam significat, nullaque vlteriori indiget determinatione, qua cōstituatur in suo esse specifico, & distinguatur ab illo quocū que contractu, qui non sit Cambium, nec est necesse quod illud vltimum, & perficiēs sit vnumquid, & simplicissimum excludens quamcumque æquiuocationem, quæ cum sit in quibuscumque conceptibus generalibus difficiliorem reddit definitionem, vt testatur Aristoteles ipsemet *post resol. c. 17.* sed aptissimè per plura potest in deffinitionibus denotari, cum, vt idemmet testatur Arist: *Metaph. lib. 5. cap. 14. tex. 43.* deffinitio sit ratio, quæ ex differentijs est ; expresè innuēs, quod licet ratio, quę quomodocsiq; constituitur, & ab alijs distat; vna sit, nihil impedit, quin ex pluribus constituatur, ang multo maximè procedere, & admitti debent in moralibus, in quibus non versamur & in quibus quælibet circūstantia, seu qualitas substantiam rerum immutat.

DISPVTATIO I.

QVÆSTIO XII.

An Cambium inter contractus bonæ fidei sit recensendus.

1 *Qualitatis bonæ fidei, vel stricti iuris cognitio efficacissima est ad ipsius contractus excellentiam designandam.*

2 *Contractus stricti Iuris non ideo dicuntur; quod in illis bona fides nō exigatur, quia in omnibus, & singulis exigitur, quacumque mala fide, & dolo reiectis.*

3 *Bona fides accipitur non pro sincera illa voluntate, & animo doli contrario, sed pro æquitate quadam pura, ac simplici, iustitiam à rigore quodam summo segregante*

4 *& prout contradistinguitur ab illo iure exacto, & rigoris pleno.*

5 *Discrimina quædam enarrantur inter contractus bonæ fidei, & stricti Iuris, & num. 26.*

In contractibus bonæ fidei à bono, & æquo benigna sumitur interpretatio.

6 *Et illa consistit in quadam mitigatione legis scriptæ ex aliqua circumstantia rerū, personarum, ac temporum, quæ ius ipsum non violat.*

7 *Contractus stricti Iuris à Iure reguntur, quod perdurum, & asperum dicitur, & à quo ne latum quidem vnguem recedere licet.*

8 *In contractibus stricti iuris attenditur id solum, quod scriptura loquitur.*

9 *Et hac ratione opponuntur æquitati.*

10 *Strictum ius dicitur ius stabile.*

11 *Et nullam admittit interpretationem, sed ad litteram exequi, & obseruari debet.*

12 *Summum Ius summa iniuria.*

13 *In contractibus bonæ fidei Iudicis officium versatur, & ideò habet potestatem indicandi id, quod hbi bonum, & æquum visū fuerit, quamquam a partibus omissam.*

14 *Habetque Iudicis officium in contractibus bonæ fidei eumdem effectum, quem stipulatio.*

15 *AEquitas sola naturalis interpres est contractuum bonæ fidei.*

16 *In contractibus stricti Iuris omissum censc-*

tur pro omisso de voluntate contrahentiũ.

17 Contrahentibus licitum est se decipere, & circumuenire intra diminutionem iusti pretij.

18 Ampl. etiam de iure Canonico.

19 Intelligas re ipsa, secus verò si hoc ipso, vt contrahereat quis circumueniisset, quod est si dolus daret causam contractui, vel ex proposito interueniisset.

20 Dolus is dedit causam contractui bonæ fidei, contractus est nullus ipso iure.

21 Intellige si deceptus ita velit.

22 In contractibus bonæ fidei, in quibus dolus dedit causam contractui si res sit integra deceptus non tenetur ad aliquod implementum, si verò integra non sit, datur decepto actio de dolo ad restituendum rem traditam, & annullandum contractum, quatenus de facto processit.

23 Contractus stricti iuris, licet dolus dederit causam contractui, non efficiuntur nulli ipso iure, sed debent rescindi etiam de iure Canonico, vt nu. 26.

24 Petr. de Bell. pertic. Ioan. Fab. & Ignei opinio refellitur in quæstione an dolus dans causam contractui stricti iuris, reddat contractum ipso iure nullum.

25 Vtilitas, quæ resultat an contractus sit stricti iuris, vel bonæ fidei.

26 Ius Canonicum approbauit differentiam inter contractus bonæ fidei, & stricti Iuris etiam vbi dolus dedit causam contractui

27 Cambium videtur contractus stricti iuris, & 29. contrarium tamen verius, num. 35. & 45.

28 Contractus bonæ fidei qui.

29 Contractus bonæ fidei dicuntur, quia bona fides in eis exuberare debet, vel etiam ex formula, qua Prætores, qui causas iudicandas mãdabant vtebantur referibendo.

30 Prætores de Iure Romanorum non iudicibãt, sed iudicandas alijs causas mandabant.

31 Et hoc faciebant proposita formula verborũ quia vtebantur diuersimodè iuxta diuersitatem contractuum, quorum occasione lis erat.

32 Aliquando enim causam decidendam verborum formula præposita, mãdabant æquitate quacunque postposita, de qua formula Seneca loquitur, & ex hac formula austera, & stricta, contractus stricti Iuris dicebantur.

33 Aliquando verò Prætor causam de bono, & æquo indicandam committebat, & bonæ fidei dicebantur.

34 Prætores cur potius vna, quam alia formula, mandando Iurisdictionem, vterentur, & vide nu. 40.

36 Inter mercatores bona fides debet exuberare.

37 Cambium habet maximam conuenientiam cũ emptione, locatione, & permutatione.

38 Conuenit Cambium etiam cum negotiorum gestione, mandato, societate.

39 Actio negotiorum gestorum, mandati, & pro socio sunt bonæ fidei.

40 Contractus etiam innominati debent iudicari secundum naturam illorum contractuum, quibus magis assimilatur, saltim quo ad ea, quæ respiciunt effectum conuentionum.

41 Hodie tamen ex Iuris communis dispositione vi statutorum municipalium certum est quomodo in vnoquoque genere causarum procedendum sit.

42 In Cambijs æquitas spectanda, & causas illorum non secundum Iuris apices, sed de bono, & æquo definiendas esse.

43 Ex pacto nudo cõtra regulas Iuris in Curia mercatorum datur actio.

44 Magistratus Cambiorum Genuæ, nullo Iuris ordine seruato, vel apice, causas determinat, & dicitur magistratus bacorum à loco, in quo quotidie Mercatores conueniũt.

PRÆCOGNITO secundum Monita Philosophorum *Plat. in l. Phad. Arist. lib. 1. de anima*, & Iureconsultorum *l. 1. ff. de dol. l. 1. ff. de inst. & iur. Bal. in pralud. feud.* non solum quid nominis, sed etiam quid rei, ac substantiæ in proposito huius celeberrimi contractus; Proposita methodus modo postulat, vt examinemus illius passiones, & qualitates, inter quas primo se offert illa, quam proposuimus in hac quæstione; An scilicet recensendum sit inter contractus
1 bonæ fidei, nec ne; Quæ qualitas efficacissima est ad contractus excellentiam designandam, si credimus Baldo *in cap. si pro debilitate. numer. 7. in fin. ext. de off. Deleg.*
2 id quod non in eo sensu accipiendum est, quasi verò in omnibus, & singulis contractibus bona fides non exigatur, prout exigi certum est. *l. bonam fidem C. de act. & obligat.* quacunque mala fide, seu dolo pænitus

nitus reiecto. *I. bonam fidem. I. si quis cum aliter ff. de verb. obligat. Bald. in cap. si pro debilitate mo. 6. ext. de off. deleg.* sed in proposito accipitur bona fides non pro sincera
3 illa voluntate & animo doli contrario; sed pro æquitate quadam pura, ac simplici, iustitiam à rigore quodam summo, segregãte, *I. bona fides ff. de posit. I. at si quis §. hæc actio. ff. de relig. & sumpt. fun. I. si mandauero §. Iulianus. ff. mandat. I. 2. §. vlt. ff. de præcar.* & prout contrà distinguitur ab illo Iure exacto; & rigoris pleno, & vt ità dicam inexorabili, *I. 2. §. item Varrus ff. de acquir. pluu. arcen. I. in his ff. de cond. & demonstr. Bald. eleganter ad d. I. 1. col. 2 ff. de iust. & iur.*

4 Cuius quidem quæstionis vtilitatem demõstrabo, si prænotauero discrimina quædam potissima, quæ inter contractus bonę fidei; & stricti Iuris intercedunt. Inter quæ illud est potissimum, quod in contractibus bonę fidei à bono, & æquo benigna sumitur in-
5 terpretatio. *I. Pantonius in princ. ff. de acq. hared. I. si ita scriptum. in princ. ff. de lib. & posth. I. 1. §. qui opus. ff. ad Tertull. I. Thait §. libertatem. in fin. ff. de fideicom. libert. I. si debitor. §. 1. I. inter eos. §. 1. ff. de fideiuss. latè Tiraq. de retrac. lib. 1. §. 35. gl. 1. in princip.* quæ consistit in quadam mitigatione legis
6 scriptę ex aliqua circumstantia rerum, personarum, ad temporum. *Arist. lib. 5 Ethic. cap. 10. Couar. in cap. possessor. 2. part. §. 6. n. 3. Strach. quomod. proced. sit in cau. mercat. num. 3.* quæ Ius ipsum non violat *I. 1 ff. de Iust. & Iur. I. aut facta. ff. de pan. I. bona fides ff. depos. I. nulla. ff. de legib. I. cum nec Patronus. C. de iniur.* Sed in praxi ius ipsum æquius quodammodo reddit, vt pluribus explicat benè eruditus Budæus *ad l. 1. ff. de Iust. & Iur.* cuius quidem mitigationis exempla passim afferuntur à Scriptoribus, inter quæ celeberrimum est illud Quintiliani *lib. 7. Instit. cap. 7.* de lege mortem indicente peregrino mœnia ascendenti; non exercenda in illo peregrino, qui mœnia ascendit, vt ea tueatur ab oppugnatoribus; Tutius habeo quandam, veluti speciem rei, de qua agimus, oculis legentium proponere ex ipsiusmet verbis Iureconsulti. *I. bona fides ff. deposit.* sic exponentis.

„ *Bona fides, quæ in contractibus exigitur,*
„ *æquitatem summam desiderat, sed eam*
„ *vtrum æstimemus ad merum Ius gentiũ*
„ *an verò cum præceptis ciuilibus, & prætо-*
„ *rijs? Veluti rem capitalis Iudicij depo-*
„ *suit apud te centum: is deportatus est:*
„ *Bona eius publicata sunt: vtrumne ipse*
„ *hæc reddenda, an in publicum referenda*
„ *sint? Si tantum naturale, & gentium Ius*
„ *intuemur, ei, qui dedit restituenda sunt;*
„ *si ciuile Ius, & legum ordines, magis in*
„ *publicum deferenda sunt, nam malè me-*
„ *ritus publicè, vt exemplo alijs ad deserrẽ-*
„ *da malefacia sit, etiam egestate laborare*
„ *debet, &c.*

7 E contra verò quæ Iuris stricti sunt regũtur à Iure, quod prædurum, & asperum dicitur, & à quo ne latum quidem vnguem recedere licet, & cui nihil addi; nihilque detrahi potest, idque solum in eo attendi-
8 tur, quod loquitur scriptura. *I. si aly. ff. de vsufr. legat. I. contractus. C. de fid. Instrum.*
9 ex qua sola ratione opponitur æquitati.
10 *doctæ Budæ ad d. I. 1. ff. de iust. & Iur.* appellaturque Ius subtile. *I. si ita scriptum in princ. ff. de lib. & posth. I. an bello §. codicilli. ff. de capt. I. si quis ita scripserit. ff. de manumiss. I. I. si tibi. ff. de donat. I. filio præterito ff. de iniust. nupt. I. profundus. ff. de seru. rustprad. I. generaliter. §. si quis seruo. ff. de fideliberi.* & indè cum nullam admittat interpretationem, sed ad litteram exequi, & obseruari debeat, emanauit vulgatum illud
12 summũ Ius summa iniuria. *Cicer. lib. 1. off.* & illud Tereatianum in Hecutout.

„ *Summum Ius sæpè summa malitia.*

Ex quo discrimine fit, quod si Cambium inter contractus bonæ fidei fuerit connumeratũ contrahentes tenebuntur Iudicis arbitrio etiam de eo, quod ex bono & æquo præstari opportet, etiam si id in contractu expressum nõ fuerit; Habet enim Iudex potestatem in huiusmodi contractibus iudicandi id, quod sibi bonum, & æquum visum fuerit, quamquam nihil à contrahentibus dictum sit. *D. D. omnes. in §. actionum. Inst. de actio. Gl. in l. cum venerabilis. de except. & ibi Panorm. num. 20.* quod Iudicis officium illum operatur in contractibus bonæ fidei
14 effectum, quem ipsamet expressa stipulatio *I. item in fin. cum leg. seq. ff. de neg. gest. I. mora. §. in bona fide. ff. de vsur. I. Lucius. ad finem. ff. deposit.* cum sola æquitas naturalis
15 optima sit interpres cõtractuum *I. si socius pro filia ff. pro soc. Bald. cons. 434. circa fin. lib. 1. & cons. 145. num. 6. lib. 3. Calcan. cons. 26. nu. 19. Alciat. cons. 4. nu. 7. lib. 8. Couar. c. possessor. par. 2. §. 6. num. 4.*

Quod

Quod si stricti iuris erit , nihil in eo veniet præter expressum;nec in eo quicquam poterit Iudicis arbitrium,nisi quatenus à partibus nominatim conuentum fuerit , cum
16 censeatur consultò omissum quicquid non fuerit verbis expressum. *l. quicquid aſtringenda.ff.de verb.obligat. l. ſi ità ſtipulatus. §.Chriſogonus.ff.eod.*

Aliud,& non leuioris pōderis discrimen desumitur ex eo;quod licet verissimum sit , & procedat in quolibet cōtractu, quod liceat contrahentibus inuicem,se decipere;& cir-
17 cumuenire. *l.in cauſa §.idem Pomponius ff. de minor.l.item ſi pretio §.fin.ff.locat.* etiam Iure Pontificio attento. *cap.cum dilecti,cap.*
18 *penult.ext.de empt.& vēd.* intra dimidium iusti pretij , tamen id est intelligendum re ipsa;secus verò si hoc ipso , vt contraheret quis circumscriptus esset,& vt aiunt; si do-
19 lus causam dedisset contractui , vel ex proposito interuenisset,quod nullo iure licet. *Abb.cap.in Ciuitate de vſur.nu.6 poſt Ioan. Col. in cap. nauiganti eod. tit.Bart. in l. in cauſa.§.item Pomponius ff. de minor.* Pro-
20 pterea si dolus dederit causam contractui bonæ fidei,contractus est nullus ipso iure. *l. eleganter , & ibi Bart. poſt Gl. ff. de dol. l.3.§.vlt.ff.depoſit.l. in cauſa ff. de minor.l.*
21 *2.C.de reſcind.vēd.dum tamen deceptus id velit.l.3.§.vlt.ff.pro Soc.& ibi Gl. verb.dolo velit.l.3.§.vlt.ff.pro Soc.& ibi Gl. verb.dolo l.Iulianus §.ſi quis colludente , alias ſi venditor ff. de act. empt: Gl. in l. eleganter. in princ. & verb. nullum. & Gl. magna. ff. de dol.Gl.in l.iuriſgentium §.Prætor ait.& ibi Alex.num. 1. ff.de pact.Gl. in l. in cauſa.l. 2.& in l.ſi dolo.C.de reſcind.vend. Imol. in cap.cum dilecti.num.14.in fin.ext. de empt. & vend.*& ideò hoc in casu si res sit integra,is,qui deceptus est non tenetur ad ali-
22 quod implementum;si verò res non sit integra, vt puta si traditio sit facta , vel aliquod implementum sequutum,tunc decepto datur actio de dolo ad sibi restituendā rem traditam, & ad annullandum contractum,quatenus de facto processit . *Gl. in d. l.eleganter verb.ſi hoc ipſo.verſ.item ad quid*
23 *ff. de dol:* Quod non procedit in contractibus stricti iuris,qui licet dolus dederit causam contractui , non efficiuntur nulli ipso iure,sed debent rescindi.*l.dolo vel metu C. de inutil.ſtipul.l. eleganter§. non ſolum ff. de dol.*quicquid opinati fuerint post Petrū de Bellapert. Io. Fab. *in §. actionum Inſt. de actiōn.& igne l.contractus. num. 105. de*
24 *reg.iur.*quos optimè refellunt Cardinalis Mant.*de tacit.& ambig. conuent. lib. 1. tit. 9.num.25.& Couar.in cap.poſſeſſor. 2. part. §.6. num. 6.* apud quem posteriorem licet videre ex Francisco Duareno vndè discrimen hoc processerit , & quid in proposito interſit inter Ius ciuile,ac Prætorium.

Cæterum de hoc discrimine inter contractus bonæ fidei,& stricti iuris non est ambigendum,cum plures illud adduxerint vltrà relatos , *Gl. in cap. cum dilecti. de emptio. & vendit.Bart. in l.eleganter.ff. de dol. Imol. in cap.cum dilecti.num.3.Rutr.num.45.Iaſ. in §.actionum.num.28.Inſt.de actiōn.* Utili-
25 tas verò quæ indè resultat maxima est,quā latè prosequitur Tiraq. *in repet. l. ſi vnquā C.de reuoc.donat.verb. reuertatur nu. 119.* sicuti,& aliæ differentiæ intercedentes inter contractus bonæ fidei , & stricti iuris videndæ sunt apud eumdem Mantic.*de tacit.& ambig.conuent.lib.1.tit.9.nu.18. cum ſeq.*quas prudens prætereo.

Illud non omittam,discrimina hæc procedere, quicquid aliqui in contrarium fuerint opinati. *Baid. in cap.1.in fin. de plus pet. Iaſ.§. actionum num.4.&in §.quadrupli.in fin.de actio.Galic.in l.4.§.Cato.col. 18.ff. de verb.*
26 *obligat.Decia.conſ.10.numer.16.lib.1.Rivn. Iun.conſ.302. nu. 30.* etiam de Iure Canonico,cum nullo Iure Pontificio fuerint reprobata, immò expresè approbata. *cap. cū venerabilis de except.*prout plures expresè notauerunt,ac probauerunt. *Bal. ſibi cōtrarius conſ.195.num.8.lib.2. Iaſ.ſibi contrarius in l.cum poſtea,num.3.C.de pact. & in l.quod te mihi.num.34.ff.ſi cert.pet.Butr. in cap.cum dilecti.de empt. & vendit. num. 54.Ludo.Gom.§. actionum. num. 4. Inſt. de actio.Alc.l.4.§.Cato.nu.85.& 97.ff.de verb. obligat.Couar.cap.poſſeſſor.2.§.6. numer. 5. Mant.de tac. & ambig. conuent. lib.1.tit.9. num.42.& 43.vbi explicat Baldum.*

27 Quibus sic prænotatis nulla ratione videtur
28 Cambium inter contractus bonæ fidei numerandum;contractus namque bonæ fidei recensentur per Imperat. §. *actionum. Inſt. de action.*& sunt illi , qui actiones producunt ex empto,& vendito;locato,& conducto , negotiorum gestorum, depositi, mandati,pro socio,tutelæ,commodati,pignoratitia,familiæ Erciscundæ , communi diuidundo,præscriptis verbis.quæ æstimato proponitur ,& quæ ex permutatione competit,& hæreditatis petitio;inter quæ cum

actio

actio ex Cambio non legatur, reliquum est vt inter contractus stricti iuris reputetur. *Gl. & DD. omnes in d. §. actionum.*

Verum enim vero siue certi contractus inter
29 bonæ fidei numerentur ex eo, quia bona fides in eis exuberare debet. *Couar. cap. possessor. 2. par. §. 6. num. 4. in princ.* siue ex eo quod cum de more Romanorum, à quibus Iura prouenere, esset, vt Prætores, qui erat Prepositi, iuri dicendo priuatas causas non
30 iudicarent ipsi, sed iudicandas alijs mandarent. *l. placet. C. de pedan. Iudic. Cic. in 2. de inuentio. Theoph. in princ. Inst. de interdict. l. 1. in princ. ff. de flumi. l. 1. ff. de dol. except.*
31 & id quidem certa verborum formula seruata, quæ diuersimodè dicebatur iuxta diuersitatem contractuum, quorũ occasione inter colligãtes disceptabatur. In quibus-
32 dam enim Prætor tribuebat cognitionem, Iudicemque dabat proposita quadam verborum formula, à qua Iudici nullo pacto licebat in decidendo (non obstante quacũque æquitate in contrarium militante) recedere, de qua formula meminit Seneca *lib. 6. de benefic. cap. 5. & 6.* & propterea hi contractus ex hac formula ità constricta, & austera stricti iuris dicebantur. In alijs vero Prætor non vtebatur formula ita austera, & ex verbis præcisis coclusa, & adstricta,
33 sed causam committebat decidendã secundum quod æquum ei visum fuisset; id quod denotabat per certa illa verba solemnia in calce delegatæ commissionis apposita, Ex bona fide, per quæ verba licet Iudici recedere à nimio illo rigore iuris, qui, vt supra exposuimus, sæpè iniuriæ, nonnumquam calumniæ ptori esse solet, vt pluribus ex M. Tullij, & Iureconsultorum testimonijs docet eruditissimus Couar. *cap. possessor 2. par. §. 6. num. 4. vers. sed adhuc.* quem si vlterius
34 vrgeas cur Prætores potius his contractibus, quam illis hac vel alia formula vterentur respondet *Couar. cap. possessor. 2. par. §. 6. num. 4. vers. Quæram sanè.* Auctore Ciceronelib. 3. de off. quod ideo in cõtractibus, qui ex hoc eodem capite bonæ fidei dicũtur illa peculiari formula vtebantur, & non in alijs, qui inter stricti iuris relinquuntur; quia illis frequentius vtebantur homines, vtpotè magis necessarijs ad conuictum, & societatem humanam. Si, inquam (vt ad instituti sermonem redeam) ex altero ex dictis capitibus, siue ex vtroque contractus dignatione qualitatis bonæ fidei, inaniri debeat, certè Cambium inter alios ne dicã
35 super alios eminere debet. Quandoquidem contractus Cambij, maximè regularis, est quoddam genus negotiationis, quod inter mercatores soluminodo celebratur, vt exposuimus supra quæstione quarta. Inter mercatores autem, & in contractibus, qui
36 inter illos ineuntur, certi, & explorati Iuris est bonam fidem exuberare debere. *Bal. in cap. si pro debilitate de off. delegat. Iaf. in l. Iuris gentium § sed cum nulla. num. 11. ff. de pact. Gl. in l. a Procuratore & ibi Bald. C. mandat. Boer. decis. 215.* Ergo ex hoc capite exuberantiæ bonæ fidei, Cambium inter huiusmodi contractus adnumerãdum. Cui accedat hunc cõtractum habere maximam conuenientiam cum permutatione, emptio-
37 ne, & locatione, vt vidimus supra quæstione sexta, octaua, & nona, & quidem in maximè substãtialibus; pariterque in eiusdem Cambij explicatione, & absoluta per-
38 fectione sæpissimè interuenire cum eodem negotiorum gestionem, mandatum, societatem, vt videbimus infra in secũda disputa-
39 tione, qui omnes inter contractus bonæ fidei recensentur. *S. actionum Inst. de actio.* & propterea cum verum sit in omni contractu, etiam in innominatis, vt debeant iu-
40 dicari secundum naturam eorum, quibus magis assimilantur, falsem quo ad ea, quæ respiciunt effectum conuentionis, vt distinguendo docet Card. Mant. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. 4. 11. 9. num. 19.* Cambium attenta etiam dicta similitudine, meritò inter contractus bonæ fidei, esset reponendum. Immò euidentius est id ipsum ei cõuenire ex altero capite; Nã licet vsus Prætorum, dandique iudicem formulæ vnà cũ Republica Romana exoleuerint temporibus nostris; certum tamen est tam ex Iuris communis dispositione, quàm, & etiam ex statutorum municipalium dispositionibus, quomodo in vnoquoque genere causarum
41 proceden dum sit; Et in puncto habemus communiter receptum in curijs mercatorũ æquitatem præcipuè spectandam, causasq; quę in eis deducuntur non secundum Iuris
42 apices, sed ex bono, & æquo disceptandas, ac decidendas. *Bar. in l. si fideiussor. §. quædam & in l. Quintus mutius. ff. mãdat. Saly. & Alex. in l. placuit. C. de indic. Alex. cons. 41. col. 2. lib. 3. & cons. 52. nu. 4. lib. 6. & cons. 133. num. 12 eod. Bald. in l. si pro ea. C. mandat. & cons. 400. num. 10. lib. 5. & cons. 486. num.*

nu.4.ced.Angel.in l. argentarij. ff. de eden. & cõſ.219.Decis.in reg.In omnibus quidem de reg.iur.Gol.ad.in repet.l.2.nu.163.165. C.de pact.inter empto.& vendit.Roma. cõſ. 193.Soc.conſ.94.nu.6.vol.3. & conſ.63.nu. 7.ced.Fulgos.conſ.7.Iaſ.conſ.82.numer.20. vol.1.& conſ.88.num.4.Strach. poſt alios. Quam in cau.mercæ proced.ſit n.1.Menoch. conſ.123.num.53. in tantum vt contra Iuris
43 ſtricti regulas etiam ex pacto nudo ibidē detur actio. *Bart.l.Quintus Mutius.ff.mad. Bald.l.ſi pro ea.C.mandat.& in l.2.C.de cõſtit.pecun.Saly.in l.placuit.C. de Iudic. Iaſ. in Liurigentium.§.ſed cum nulla.num.11. ff.de pact.Fely.in cap.1.nu.2.de pact. Alex. conſ.52.nu.3.& 4.vol.8.Deci.conſ.7.num.3. & conſ.107.vol.2.& conſ.421.num.17.Io. Bapt. de Sancto Seuerin. in tract. de pac. quæſt.13.num.2.Pariſ.conſ.82.num.18.vol. 1.Afflict.deciſ.399.nu.3.Soc.in rub.de verb. oblig.col.2.Strach.de contr.num.1.* Et per ſtatuta,& conſuetudines noſtrorum temporū apparet controuerſias in propoſito Cambiorum demādatas certo Tribunali ex mercatoribus electo, qui nullo Iuris ordine, vel a pice ſeruato demandatum munus expe-
44 diunt, Quod quidem in Ciuitate, & Republica noſtra manifeſtiſſimum eſt per regulas feriarum, quarum vigore munus hoc demandatur Conſuli, & duobus Conciliarijs, & per Magiſtratum, qui quotannis in Ciuitate eligitur, qui Bancorum dicitur à loco, in quo quotidie Mercatores conueniunt, ex quibus palam fit ex hoc ſecundo capite potiſſimum, auctoritate nimirum, & modo iudicandi, & decidēdi controuerſias vertentes in propoſito Cambiorum; illud cum cæteris contractibus bonæ fidei conuenire.

Quod ſi ex frequentia, & neceſſitate, cæteri contractus inter bonæ fidei connumerati meritò fuerunt; meritiſſimè Cambium etiā a recentiori hominum vſu adinuentum, à recentiori pariter Iuris diſpoſitione inter eoſdem connumerandum non ambigent illi, qui vel legerint ea, quæ ſupra in quæſtione tertia de origine, progreſſu, & augumento Cambij tam ſecundum naturam, quam ſecundum tempus expoſuimus. Et ex his etiam patet cur non obſtet firmitæ concluſioni id, quod obiecimus ſupra ex eo quod inter contractus bonæ fidei ab Impe ratore enumeratos *in §. actionum. Inſt. de action.* non legatur Cambium; Non poterat enim inter illos connumerari, cum nōdum in vſu eſſet, nec poſt plura tempora extiterit; Non tamen per hoc fit, quin ſuffragante conſuetudine totius Europæ, accedentibuſque legibus, ritè latis, nouum genus contractus priſcis incognitum inſtituinon potuerit; & ab habentibus auctoritatem nouum Ius ſuper eo inſtitui nequiuerit; Indeque ex paritate, & identitate rationis idem penitus ſtatui de Cambijs; nō poſſit quod iiſdem planè rationibus de cæteris nominatis, ac bonæ fidei contractibus mores, ac Iura vetuſtiora ſtatuerunt.

DISPVTATIO. I.

QVAESTIO. XIII.

Vtrum Cambij contractus Iuſtitiam in ſe contineat, & licitum ſit, maximè in foro Animæ.

1 *Hæreticus eſt qui dicit non eſſe peccatum exercere vſuras.*

2 *Vſura vtì inuoluens expreſſam Iniuſtitiam, omni Iure naturali diuino & humano eſt prohibita.*

3 *Diui Ambroſij ſententia de vſura prauitate celebrit.*

4 *Illaque per Theologos, & Iureconſultos communiter probatur.*

5 *Vſura eſt quicquid accedit ſorti, quocumq; vocabulo nuncupetur.*

6 *Etiam ſi minimum illud ſit, & ſolo animo contrahatur. Intellige in mutuo formali, vel præſumpto nu.95.*

7 *Speculari cauſas rerum non attento rei exitu, infirmitas eſt intellectus.*

8 *Multa permittuntur ad vitandam maiora mala, quæ tamen non licent.*

9 *Conſtitutiones Principum vſuram permittentes non valent.*

10 *Immò Principes tales leges condentes excõmunicationis panam incurrunt, ſi requiſiti non abrogant.*

11 *Summus Pontifex non poteſt permittere vſuras*

vſuras,vt quis ab onere reſtitutionis liberetur.

13 *Ratio vbi eadem, ibi eadem diſpoſitio eſſe debet.*

14 *Mutuum cum vſura quibus de cauſis iure naturæ damnatum ſit.*

15 *In Cambio vſuræ vitium verſari quibus rationibus perſuaderi poſſe videatur.*

16 *Vſuræ de Iure Cæſareo conceſſæ erant moderatæ,& intra certos cancellos;& quos? nu. 18.*

17 *Centeſima quid?*
Opinio Gloſ. in l. eos. C. de vſur. reiecta ibid.

19 *Viri Illuſtres antiquitus pro vſuris quatuor; Mercatores octo, cæteri ſex pro centum capiebant.*

20 *In ſtipulatione ſi vſuræ continebantur indefinite nulle panitus debebantur.*

21 *Vſuræ de Iure Cæſareo in ſortem redigi non poſſunt,vt ex eis vſura vſurarum deberentur.*

22 *Ampl. vt non valeret pactum, vel ſtipulatio contraria.*

22 *Nec litis conteſtatio contrarium operabatur.*

24 *Menoch. conſ. 181. num. 3. appellauit recẽbium violentum furti,& rapini genus.*

25 *Incerti auctoris carmina referuntur improbantia Cambium.*

26 *Vſuris ſpacio quinque annorum præſcribebatur.*

27 *Vſuræ non excedũt dupplum, etiam ſi pignora data eſſent. vide nu. 103.*

28 *Valor rei inſtus attenditur tempore venditionis.*

29 *Fallit ſi tunc non ſequatur traditio, quia ſi differtur, tempus traditionis attenditur.*

30 *Vſura eſt,ſi emptor ſoluit minus tempore cõtractus, quam certum ſit rem valituram tempore conſignationis.*

31 *Scuti de marchis vniuerſali lege taxati ſũt ſolidis ſexaginta octo.*

32 *Pretium aliud infimum, aliud medium, & aliud ſupremum; intra quam latitudinẽ licet circumuenire abſque onere reſtitutionis; exceſſus tamen diceretur illicitus.*

33 *Ex anticipata ſolutione nõ licet præciſè pretium minuere.*

34 *Fallit ex cauſis, vt de anticipata lanarũ emptione in Hyſpania.*

35 *Labores,& pericula ſunt pretio æſtimabilia.*

36 *Lucrum ratione maioris, vel minoris dilationis non conſideratur ſine vſura.*

37 *Feriis completis Mercatores diſ abuntur ad proprias Ciuitates curaturi ſolutiones,& ſolutiones certo tempore eis ſtatuto.*

38 *Solutiones Cambiorum rarò in pecunia fiũt, Sed noua Cambia celebrantur.*

39 *Eaque vel cum ijſdem, vel cum alijs pro feria tunc proxima.*

40 *Die ſecunda termini ſolutionibus ſtatuti, prætium nouis Cambijs à perſonis deputatis præfigitur.*

41 *Cambium non ſemper pretio publico taxato celebratur ſed vlrà, vel infrà illud, vt indigentia ſuadet, vel durante tempore ſolutionum reperire poteſt ſoluere debẽt.*

42 *Debitor Cambij ex feria ſi tempore ſolutionum non ſoluit ob impotentiam dicitur ſe ro cedere, ſi verò ob aliam cauſam, puta negligentiam, vel ſimilem, in electione creditoris eſt, velle quod intelligatur nouum Cambium contractum pretio taxato, & hoc non ex natura Cambij, ſed ex legibus Reſpublica Genuæ. 43.*

44 *In his, quæ præſenti pecunia diſtrahuntur, Et illico conſignantur ex maiori, vel minori copia rerum pretium augere licet, at ſecus eſt in ijs, quæ pretio anticipato, vel dilata in aliud tempus conſignatione diſtrahuntur.*

45 *Scuti marcarum; quo poſſimũ tempore, ſint maioris ſeu minoris valoris ſeu æſtimationis num. 47. & 324.*

46 *Merces non ſummum prætium ab vſu fori ex abundantia illorum qui emunt ad creditum, ſeu habita fide de præſto, nec ex hoc dicuntur abundare emptores, ſed ab ijs, qui ſunt empturi ſi æſtim. ſoluturi præſtũ.*

48 *Data eadem cauſa idem effectus ſequi debet.*

49 *Cauſa dum queritur eorum, quæ prouenium tam à cauſa omnoca quam æquiuoca, in quauis effectuum natura, ac genere, ſupponend. & retinendi ſunt omnino ijdem termini diſputationis abſque vlla variatione.*

50 *Iuſtitia contractus cuiuſuis in æqualitate conſiſtit.*

51 *Æqualitas conſtituitur per medium reale.*

52 *Scutus marcarum non reperitur in rerum natura, eſt quæ quoddam ens rationis habens ſolùmodo eſſe in intellectu obiectiuè.*

53 *Intereſſe, ratione lucri ceſſantis, etiam in mutuo formali, etiam taxatum, ſi debita circumſtantiæ adſunt, conſequi licet.*

54 *Lucrum indigentiæ ſubſidium Ariſt. appellauit,*

55 *Omne lucrum vtile, omne vtile bonũ, & ideò lucrum appetibile.*

56 *Lucrum plerumque existimatur vbi non est.*

57 *Lucri nomen generalius est quæstu, & quid veniat 58.*

59 *Quæstus appellatione venit id tantum, quod ex opere, & industria prouenit.*

60 *Quando nec plus nec minus quis habet tunc dicitur nec lucrum facere, nec damnum pati, & è contra damnum quando minus habet.*

61 *Intelligas lucrum dici cum omne damnum deductum est, & è contra.*

62 *Et hoc respectu eiusdem omninò rei, non diuersorum.*

63 *Prout & respectu partiū eiusdem rei; damnum enim partis non deducitur a lucro alterius, & 64.*

65 *In separatione damni à lucro venit non solū id, quod formaliter quis sentit in negotio de quo agitur, sed etiam æstimatio oneris quod quis sentit occasione prædicta.*

66 *In permutatione propriè, & specificè sumpta non cadit lucrum, & de ratione.*

67 *In nullo contractu singulari, ac simplici etiā celebrato habita ratione latitudinis pretij, verè lucrum, aut damnum consideratur verè, & formaliter, sed in æstimatione tantum, & in incerto.*

68 *In contractibus lucrum, vel damnū ex multiplicatione contractuum sequitur eiusdem, vel diuersi generis, & exemplis demonstratur.*

69 *Pecunia est mensura omnium rerum, quæ in mensuram ipsam sunt conuertibiles.*

70 *Modus acquirendi per mercimonia, quod præter naturam dixit Arist. pecuniariū appellauit.*

71 *Vterque contrahens respectu vnius contractus non potest esse in lucro, & damno, secus respectu alterum cōtractuum, & explicatur.*

72 *Vsura non est nisi vbi adest contractus mutui formaliter, vel virtualiter, ac præsumptiuè.*

73 *Ex sola mutui participatione oritur fauoris suspicio, vel præsumptio.*

74 *Vsura quid?*

75 *Vsura vbicumque præsumitur, ibi mutuum præsumitur inesse.*

76 *In emptione, & venditione licèt maius pretium debito soluendum certo tēpore post contractum interueniat, non committitur vsura, nisi fraus detegatur, quia maius pretium sit appositum ratione dilationis.*

77 *Plus valet quod agitur, quam quod simulatè concipitur.*

78 *Vsura faciliùs in mutuo, quam in alio contractu committitur.*

79 *In alijs contractibus extra mutuum in foro contentioso non facilè quis conuincitur de vsura.*

80 *Constitutio Pij V. super Cambijs loquitur nō solum de Cambijs, quæ circumscriptis feriis celebrantur de Ciuitate ad Ciuitatē, quæ succederit loco transportationis, quæ Cambia ab aliquibus appellantur, & quæ irregularia dicuntur, sed etiam de illis, quæ ad ferias, & in feriis fiunt, & 126.*

81 *In Cambio non licet aliquod determinatū interesse pacisci.*

82 *Cambia regularia pro primis tantum nundinis possunt celebrari.*

83 *Cambium simplex, & regulare iustum esse, & iustius quolibet alio contractu, & à Iure approbatum docetur, & 89. 91. 93.*

84 *Iustitia magis exuberat in Cambia regulari quam in irregulari.*

85 *Contractus quinis à Iure probati; in quibus non interuenit mutuum formaliter, nec virtualiter, alieni sunt ab vsura, & sale dicitur Cambium, & num. 104.*

86 *Vsurarum crimen quatenus respicit Ius esse merè Ecclesiasticum quomodo accipiatur.*

87 *Princeps Sæcularis statuere non potest talē contractum esse, vel non esse vsurarium.*

88 *Contractus non dicitur vsurarius, nisi pro tali ab aliqua Constitutione Pontificia præsumatur.*

89 *Iustitiæ ratio in contractibus consistit in æqualitate rerum, quæ ad inuicem commutantur.*

90 *Emptio, & venditio inter alios contractus excellit, cum per illam perficiatur permutatio.*

91 *Cambium Mutuo iustius.*

92 *Vsura est in mutuo, si certum sit quod tempore restitutionis plus sit valitura res.*

93 *Propter quod vnusquodque tale, & illud magis.*

94 *In Cambio irregulari eatenus inest iustitia, quatenus regulatur à regulari.*

96 *Fructus pignoris per creditorem percepti extenuant sortem. lim. in causa dotis. 97. in qua etiā possunt taxari anticipatè. 98. circumscripto quocumque pignore super quantitate dotis promissa 99.*

100 *Venditor iure pacisci tur cum emptore rei immobilis quid vltra sortem ob retardatam solutionem.*

Ampl.

Impl. etiam ſi ex pretio emptor nil lucraturus fuiſſet. 101. & etiam data dilatione ad ſoluendum 102. & etiam ſi fructus ſortem excederent. 103.

105 *A mutuo omne lucrum alienũ, iuxta illud Math. mutuũ dantes, nihil inde ſperantes & de ratione 111.*

106 *Non predicatur hoc dictum de Cambio.*

107 *Argumentum de minori ad maius non procedit, quando id quod minus videtur eo reſpectu magis eſt, quo ius ei reſtitit.*

108 *Dei conſilia impenetrabilia.*

109 *Vſura cur prohibita?*

110 *Lucrum qui ſibi quærit, alienum damnum ſaltem indirectè, & conſequitiuè intendit.*

112 *Vſuræ attento aliquo iuris effectu, vicem fructuum obtinent, propriè tamen in fructu non ſunt 113.*

114 *Nemo poteſt eſſe in lucro, vel damno, niſi eatenus, quatenus patiatur diminutionẽ patrimony.*

115 *In Cambij contractu regulari damnum, & lucrum cõſideratur reſpectu iuſtitiæ ipſius contractus. & 120.*

116 *Dans centum Genuæ, vt alibi accipiat centũ duo, vſuram committit. Lim. in Cambio 117.*

118 *Vſura non eſſet dare centum dupplices Hyſpaniarum in vno loco, vt totidem intrà dies quindecim reciperet in alio, ſi bona fide celebraretur inter non aduertentes maiorem, vel minorem penuriam pecuniarum in loco deſtinationis.*

119 *Cambium malè damnatur ab ijs, qui admittunt in illo indiſtinctè lucrũ, & tribuũt totum tranſportationi, vt ſi valor tranſportationis excedatur a lucro vſura ſit.*

121 *Trãſportatio induit minorem, vel maiorem abundantiam, ſecundum locorum diſtantiam.*

122 *Abundantia in vno loco generat abundantiã in locis vicinis.*

123 *Lucrum ex Cambio ſimplici non reſultat, ſed ex duplicato, & multiplici.*

124 *Quando tempus foriarum propè eſt, ſcutus marcarum cariori pretio vendi ſolet, & è contra. ſed hoc ſemper concernit commodum debitoris.*

125 *Si verò pretio viliori taxato celebraretur Cambium, conuerteretur in mutuum, & vſura committeretur.*

127 *Entia rationis dupliciter conſiderari poſſe, & quomodo in Cambio, declaratur.*

1 VI pertinaciter dicit exercere vſuras non eſſe peccatum Hæreticus eſt, & tanquam hæreticus puniendus; Vt ſtatuit Clemens Quintus Sũmus Pontifex *in clement. vnic. de vſur. §. ſiue.* Hinc enim exordiri libuit celebrem hanc quæſtionem, vt tamquam om 3
ninò viro Catholico ſuperfluam prætereã
eam; quam circa id ipſum à viris doctis quandoque moueri controuerſiam audiui, & de qua latiſſimè per Couaruuiam *variar. reſ. lib. 3. cap. 1. qui adducit Car. Molin. de contr. num. 36. & per Molin. de contr. tract. 2. diſp. 309. & alios.* Poſito igitur pro conſtanti vſuram tanquam expreſſam iniuſtitiam inuoluentem omni iure naturali, diui-
2 no, humano (ſi non & ciuili) prohibitam eſſe *D. Thom. 2. 2. quæſt. 78. art. 1. Ioan. And. in reg. peccatum de reg. Iur. in 6. col. 4. Conrad. de contr. quæſt. 22. concl. 2. Scot. & Theologi omnes in 4. ſenten. diſt. 5. quæſt. 2. Sot. de Iuſt. & Iur. lib. 6. quæſt. 1. art. 1. Couar. variar. reſol. lib. 3. cap. 1. Molin. de contr. tract. 2. diſp. 309. Cano. omnes de vſur.* non ita tamen vt
3 per hoc quidquam derogetur auctoritati Ambroſij tradentis *cap. fin. 14. quæſt. 4.*

„ *Ab illo vſuram exige, cui meritò nocere*
„ *deſiderас, cui iure inferuntur arma hoc*
„ *legitime indicatur vſura, quem bello vin-*
„ *cere facilè non potes, de hoc citò potes ven-*
„ *teſima vendicare teuab hac vſuram exi-*
„ *ge, quem non ſit crimen occidere. Sine ſer-*
„ *ro dimicat, qui vſuram flagitat. ſine gla-*
„ *dio de ſe hoſtem vleiſcitur, qui fuerit*
„ *exactor vſurarius inimici. Ergo vbi Ius*
„ *belli, ibi etiam Ius vſuræ.*

4 Quæ ſententia non ſolum auctoritate Sanctiſſimi viri, & Compilatoris decretorum firmata eſt, ſed etiam per Doctores approbata. *Ioan. Maior. in 4. Ciff. 15. quæſt. 29. Roma. ſingul. 265. Hypolit. in l. 1. §. propterea. nu. 65. ff. de quæſtio. Conrad. de contr. quæſt. 42. concl. 3. Med. de acquir. per vſur. §. ad tertium argumentum. Conar. var. reſol. lib. 3. c. 1. num. 7. plenè Barboſ. in collecta. ad hãc textum.*

Hoc igitur iacto ineuitabili fundamento videtur dicendum contractum Cambij vti
inuoluentem vſurariam prauitatem iniuſtum eſſe, nec licitum in foro animæ.

5 Primò, quia quicquid accedit sorti quocumque vocabulo nuncupetur vsura est *c. vsura 14. quæst. 3. Anch. cons. 150. num. 3. Abb. in rub. de vsur. num. 1. post alios Couar. var. resol. lib. 3. cap. 1. numer. 2. Molin. de contract. tom. 2. disp. 303.* quantũuis sit quid minimũ
6 *l. 3. quæst. 3. cap. 1. 2. 3. D. Thom. 2. 2. qu. 78. art. 2.* etiam circumscripto quocumque pacto,
7 dummodo eo tandem animo contrahatur *cap. consuluit de vsur.* Vndè cum attento rei exitu (quo spectato causas rerũ
8 speculari est imbecillitas intellectus) *post Arest: Bald. l. 1. in col. 2. qui accus. non pos. & l. fin. in princ. col. C. de execut. rei iudic. Ang. cons. 275.* verissimum sit abstrahẽdo à quocumque velamine verborum, ac denominationum, quod dans ad Cambium dat (puta) mille scutos Genuæ, eo solum consilio, aliàs omninò non daturus, vt in feria proxima recipiat totidem mille, & vltrà ea augumentum de quindecim, aut viginti, vt etiam de facto ferè semper contingit Ergo nullo modo videtur euitari posse labes vsuraria à prædicto contractu, & sic iniustitia.

Nec dicas, quicquid sit de huiusmodi lucro, contractum hunc ab vniuersa Ecclesia permitti, à consuetudine approbari, & per sãctiones tàm Principum fæcularium, quàm, quod magis est, in proposito, Sanctissimorum Pontificum, stabiliri, vndè temerariũ videri possit de iustitia illius dubitare.

9 Nàm, quoad permissionem, & consuetudinẽ satis notum est, multa permitti ad euitanda maiora mala, quę tamen non licent, vulgata instantia de lupanaribus, & postribu-
10 lis; Quoad sanctiones verò Principum, ac Rerum publicarum, certum est eas esse omninò inefficaces ad iustificandum huiusmodi contractum, quatenus is vsuram verè cõtineat; quinimmo subijciuntur excõmunicationi, quatenus talia condant, aut condita non abrogent. *Clement. vnic. de vsur.*

11 Quoad demùm auctoritatem Summorum Pontificum, præter quam quod non appareat eorum aliquem generaliter huiusmodi contractus approbasse, ac iustos declarasse certum est nec Summum Pontificem posse Priuilegio, Dispensatione, alioue Iure permittere vsuras eorumue exercitium, ità quidem, vt per hoc licitum reddatur cuiquam vsuras exercere absque onere rectitu-
12 tionis. *cap. super eo. de vsur. & ibi Canon. omnes. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 1. nu. 9.*

13 Secundò, Vbi eadem militat ratio, eadem pariter adaptari debet Iuris dispositio. *l. de quibus ff. de legib. l. si de eo. §. fin. vbi Gl. & DD. ff. de acquir. poss. ff. l. 1. §. veteres ff. eod. l. si socer. §. à genero. in princ. & ibi Glos. & DD. ff. sol. matr. l. Pomponius. scribis. vers. & quemadmodum, & ibi etiam Gl. & DD. ff. de neg. gest.* Sed omnia propter quæ de Iure naturali est illicitum mutuum cum vsura, militant etiam in Cambio Ergo non minus debet haberi Cambium pro illicito, & contra iustitiam, quam habeatur Mutuum cum vsura.

14 Probatur minor propositio. Ideò enim mutuum cum vsura prohibitum est de Iure naturæ quia per eam homines ab agricultura auocantur; cum labores agricolarũ non sufficiant vsurarijs; Vel quia huiusmodi admisso vix euitatur Idolatria, cum ab vsurarijs videatur pecunia vti Deus adorari. *47. dist. cap. sicut his.* Vel quia, est contra
. Pietatem, & Charitatem, cum quis debeat pauperi, & indigenti gratis subuenire. Vel quia vsura est vitium quoddam contra naturam rerum, cum pecunia pariat pecuniã, quæ tamen naturaliter non est apta gigni nare. *l. 1. C. de contr. emption. cap. cùm dilecti. 58. dist. in.* quas rationes adduxit Abbas in rub. de vsur. aum. 5. Vel quia (vltra prædictã) cũ creditor dando mutuo transferat dominiũ rei mutuatę in debitorem, non potest ex re aliena lucrum percipere, Vel quia cum in rebus mutuabilibus non sit separabilis vsus rei ab ipsa re, recipere aliquid pro vsu rei, vltra rem ipsam iniquum sit, cum id, quod non est, vendatur. Vel (quod in idem recidit) lucrum cõsequatur ex forte bis recipiatur res, seu illius pretium, si pro vsu rei id iniquum sit cum vsus à re nequeat separari vt placuit vltrà aliquos prædictorũ doctissimo Couar. *var. resol. lib. 3. cap. 1. nu. 5. & 7.* Hæc autem omnia, ac singula militare in Cambio nemo ambiget, qui sigillatim ea percurret. Ergo, &c.

15 Quinimò cum prædicta omnia grauius, ac seuerius procedant contra miseros debitores ex Cambio, quod his temporibus in vsu est quam licitum, & permissum esset, de Iure Cæsarum, in mutuo cum vsura, multò magis idem Ius de illo statuendum est ac de vsura, *auth. multò magis. C. de Sacr. Eccles. cap. in cunctis in princ. & ibi Gl. & DD. de elect. l. cum & soluta 3. C. de condit. indebit. l. si quando C. de testam.* cum hæc illatio de Iure quodammodo Diuino sit. *Matt. 7. Io:*

13.

13. Paul. ad Cherint. 9. & ad Roma. 5. & ſæpè alibi. Id quod aſſumpſi manifeſtiſſimum apparebit percurrenti per infraſcripta.

Primò quidem vſuræ de Iure Cæſareo licet conceſſæ, erant tamen moderatæ, & intra certos cancellos aſtrictæ, quos excedere nullo modo licebat, & quidē viris Illuſtribus vſque in tertiam partem centeſimæ; Mercatoribus vſque in duas tertias partes; cæteris vſque ad medietatem eiuſdem cēteſimæ; In traiectitijs verò, (in quibus non ſolum pecuniæ credebantur, ſed earum periculum ad creditorem ſpectabat) vſque ad
17 integram centeſimam *l. eos §. ſuper C. de vſur.* vnde cum centeſima (quicquid erroneè opinata fuerit ibi Gloſ.) illa ſit, quæ lapſu centum menſium ſortem æquat, & ſic
18 attingat ad duodecim pro cētenario in anno. *Hermolaus in Plinium lib. 14 cap. 3. in ſecundis caſtigationibus. Bart. Socin. in l. 3. §. Item ſi Reſpublic. ff. ad l. falc. Budeus lib. 1. de aſſe. Leonardus Porlius in lib. de moneţis. Theoph. in §. plus autem. Inſt. de action. & in §. ſed quod Principi. Inſt. de Iur. nat. gent. & ciuil. Anton. Auguſt. lib. 2. emendat. cap. 20. & alij adducti per Couar. var. reſol. lib. 2. c. 11. num. 6.* iam patet Illuſtres viros quattuor, mercatores octo, cæteros ſex tantum pro centenario ſingulis annis capere
19 potuiſſe; Et is quidem vſurarum modus adeò religioſe obſeruandus erat, vt ne dū vltra legitimum modum promiſſæ nullo iure deberentur. *l. vſuras 20 ff. de vſur.* ſed ſi in ſtipulatione vſuræ indefinitè promiſſæ fuiſſet nec adiectus illarum modus certus,
20 nullæ pænitus deberentur. *l. quod in ſtipulatione 31. ff. de vſur. l. tutor, §. fin. ff. eod.* At verò huiuſmodi terminatio, ac moderatio in Cambio non reperitur, ſed circumſcripta quacumque perſonarum diuerſitate videmus. maximò cum exceſſu, grauari miſeros debitores intereſſibus vſque ad decem, duodecim, & quandoque vltrà pro ſingulo centenario in anno.
21 Rurſus de Iure Cæſarum vſurę in ſortem re-
22 digi non poſſunt ad effectum, vt ſuper vſuris aliæ vſuræ debeantur; nec admittitur ſtipulatio in contrarium, quæ ſi interpoſita fuerit, adhuc, ea non obſtante, vſuræ remanent vſurę, nec ſuper eis vſurarum compu-
23 tatio recipitur *l. ff. C. de vſur.* & quod ſingulare eſt procedit idipſum etiam reſpectu temporis poſt litem conteſtatam decurſi. *denique ff. de vſur.* In Cambio verò vulgata eſt obligatio illa Cambiorum, & Recābiorum, quæ nihil aliud innuit (vt ſuo loco videbimus) niſi & ſuper lucro lucrum com-
24 putari. Et hac ratione Menoch. *conſ. 1181. nu. 3.* appellat Recambium violentum furti, & rapinæ genus. Libet hic referre lepidiſſima aliquot carmina Auctoris cuiuſdā noſtræ ætatis, cuius nomen nequaquam ſilentio inuoluendum retiectur non maligni tate, ſed quia ipſe latere maluit, ideò nobis incertum. Qui in feſtiuiſſima, & grauiſſima illa Satyra, quæ inſcribitur. Dij veſtrā fidem, enormem hanc, & deteſtandam ſuper fętationem vſurarum, his planè verbis inſectatur.
25
„ *Eſt ſterilis quamuis fecunda more columbæ*
„ *Cogitur in menſes non vnos edere fetus*
„ *Et nimio ſanctas damno infamare Kalēdas*
„ *Quin adeò nati, tum qui naſcuntur ab illis*
„ *Natura prohibente licet, natalibus ipſis*
„ *Concipiunt fœtantque ſuper ſortēq; parēteṁ*
„ *Prole autem faciunt, & ſtirpē ſanguinis alti*

Item in vſuris ſolatium erat debitori, quod longi temporis ſpatio (annorum ſcilicet ad ſummum quinque) eis præcribebatur. *l. cū*
26 *quidam §. diuus ff. de vſur.* At in Cambio nihil tale reperitur cautum, ſed miſeri debitores coguntur ad diſſoluendum debitū (qualibet leui interpoſita mora) cum intereſſe Cambiorum quindecim, viginti, & vltrà annorum, cum tali tantoque exceſſu ſortis, vt ſæpè videriṁ leuem ſortem in enormes quantitates liquidatam. Demum (ne
27 nimis longum faciam) idem Iuſtinianus Imperator ſtatuit *l. de vſuris Cod. de vſur.* curſum vſurarum vltrà duplum minimè procedere, nec quidem ſi pignora pro debito creditori data eſſent (quorum pignorū occaſione quędam vetuſtiores leges vſuras vltrà duplum exigi permittebant) At in Cābijs videmus nedum in duplum, ſed in deciuplum, & longè amplius (ſi tempora ſuffragentur) ſortem excedere.

Vndè cum videamus tot, tātiſque nominibus duriorem, ac grauiorem eſſe cauſam debitoris ex Cambio, ampliorem verò, & pinguiorem creditoris ex eodem quam fuerit attento Iure Cæſarum ex vſura. Si vſura dicto Iure, multò magis dicendum, & habēdum erit illicitum Cambium iuxta illud Euangel. ſi In viridi quid in arido?

Tertio. Quia licet verum ſit rei iuſtum valorē attendi debere reſpectu temporis venditionis. *l. 2. C. de reſcind. vendit. cap. cū dile-*
28

Eti.

Iti. de emption. & vendit. id tamen procedit quãdo tunc temporis subsequitur traditio rei empt. næ nam aliàs iustitia pretij rerum, quæ acquiruntur, & comparantur, quouis titulo, attenditur, non respectu temporis, quo contractus celebratur, sed eius, quo rei comparatæ, & acquisitæ fit consignatio.

29 *Molin. de contr. tom. 2. disp. 358. in princ.* vndè fit, quod si per emptorem minus pretium soluatur tempore contractus, quam certum sit rem valituram tẽpore consignationis, vsura committitur *arg. cap. consuluit cap. in ciuitate cap. nauiganti de vsur. & ibi. DD. Ioan. Medin. de rest. it. quæst. 38. Nauar. in manual. cap. 23. nu. 82. Molin. de contract. tom. 2. disp. 360.* Sed sic est, quod in contractu Cambij simplicis regularis, de quo agimus, fit acquisitio, seu comparatio scuti marcarum, pro quo, tempore contractus soluũtur solidi, puta, sexaginta sex, cum dimidio, quem scutum marcarum certò scimus tempore consignationis, idest feriarum, esse va-

31 liturum solidis sexaginta octo. Ergo in cõtractu Cambij simplicis regularis vsura eõmittitur.

Et hoc quidem argumentum eo maiorem vim habere videtur, quod non solum pretium scuti de marchis certum est, quanti scilicet is valiturus sit tempore feriarum, & sic cõsignationis, ex quo fit, vt nulla ratione iustificari valeat solutio minoris pretij ex incertitudine. Sed etiam ex eo, quod pretium prædictum scuti marcarum in solidis sexaginta octo, est lege vniuersali taxatum, vndè fit in hoc casu non dari latitudinem pretij infimi, medij, & superioris, intra quã latitudinem licitum est regulariter conuenire de pretio absque onere restitutionis, sed

32 quilibet excessus licet minimus, dicitur iniustus, & quilibet sic acquirens tenetur ad restitutionem. *Io: Med. de rest. it. quæst. 31 & 36. Sot. de Iust. & Iur. quæst. 6. art. 6. ad 5. & lib. 6. quæst. 2. art. 3. concl. 3. Castr. 1. de legi. paral. cap. 12. propè fin. Couar. variar. resol. lib. 3. cap. 14. num. 3. Nauar. in manual. cap. 23. nu. 88 Molin. disp. 364. col. 2.* Et propterea videtur manifestè vsura committi in Cambio, in quo sexaginta sex, seu septem solidis comparatur scutus marcarum; qui est certi, indubitati, & à lege taxati valoris solidorum sexaginta octo.

33 Nec dicas quod licet ex anticipata solutione nõ fit licitum precisè minuere pretium, id tamen licetat alijs concurrentibus, & interuenientibus causis; vt de anticipata lana-

34 rum emptione in Hyspania docent Doctores *Sot. lib. 6. quæst. 4. art. 1. ad 4. Cordubæ quæst. 85. Molin. de contr. tom. 2. disp. 360. Lessius lib. 2. cap. 21. dub. 6.* Vndè cum certum sit, & omnes passim tradant; mercatores in Cambijs plures labores, pericula, & expensas subire, quæ omnia sunt pretio æstimabilia. *l. periculi ff. de naut. fœnore. l. traiectitia. §. de illo. ff. de action. & obligat. l. qui Romæ §. Calimacus ff. de verb. oblig. at.* nil mirum, si prædictis attẽtis, possint vilius emẽ do aliquid superlucrari, vt videntur passim tradere *DD. Caiet. de Camb. cap. 7. Tabien. verb. vsura 15. num. 1. Antonius Rosellus de vsur. nu. 68. D. Bernard. de vsur. sermo. 309. super Ioan: 11 super illa verba, iam fatet. art. 3. & serm. 310. art. 1. Amb. de Vignate de vsur. num. 278. Laur. de Rodulph. de vsu. quæst. 26. num. 8. 10. Andr. post Hosti. in cap. conquestus de vsur. D. Anton. de vsur. cap. 1. §. 2. num. 17. & cap. 2. §. 45. num. 77. B. Ioan. Capistr. de vsur. num. 146. & alij recentiores passim.* Idque procedere quamtumuis acquisitio, & comparatio, quę fit scuti marcarum, qui est futurus certi, & determinati valoris fiat certo, & determinato pretio, & sic lucrum ex Cambio resultans sit nedum certum, sed etiam anticipate certum. Cum ex causis præmissis licitum sit taxare certũ, & determinatum lucrum etiam ab initio. *Bald. in l. rogasti. §. si tibi. vol. 1. in fin. vers. In contrarium non valet ff. si cert. pet. Purp. ibid. col. 7. & 8. in fin. num. 39. Alex. con. 27. viso themate num. 45. Deci. con. 39. num. 5. vers. & ad hoc est notabilis. & con. 231. Visis. col. 1. in fin. num. 4. & con. 111. in fin. nu. 14. & con. 116. num. 6. Cagnol. l. curabit. nu. 54. vsque ad 58. C. de act. empt. Rim. Iun. cons. 218. num. 90. Menoch. cons. 1027. num. 1. lib. 11. Rot. Rom. coram Lancellot. in una Tanpecun. separatim impressa habita die 6. Iun. 1611. per totum. Item alia Rot. Rom. damn. & interess. 3. Iunij 1527. coram Cotta, quæ est inter impressas 67. 1. parte num. 2. alia Rom. societatis 28. Aprilis 1570. coram Card. Lancellot quæ est 192. eadem 1. part. Rub. Alex. cons. 88. in fin. Burjat. cons. 330. num. 54. & 86. lib. 3. Plot. in l. si quando. num. 452. ad med. Card. in Cagnol. in l. 1. num. 51. C. de sent. quæ pro eo. Surd. cons. 327. nu. 54. & 55. lib. 3. & cons. 485. num. 6. lib. 4.*

Nam, quantumuis admitteremus licere ex causa vilius emere, pretio anticipato, non tamen

tamen eſt facilè reperire in contractu Cambij ſimplicis regularis cauſas veras, & ſubſiſtentes, quibus prædicta in eo poſſint verificari; quinimò vanum prorſus videtur eas in huiuſmodi contractu effingere. Nam quæſo te benevole Lector in quo nam cõſiſtit labor, expenſa, & periculum (ſi ab hoc poſtremo demas periculum nominis debitoris, ne ſcilicet fiat deterior, quod eſt omninò alienum a ſubſtantia contractus Cambij, & ab eo periculo, de quo loquuntur Doctores) quod ille ſubeat, qui dat ſexaginta ſex ſolidos Genuæ, vt recipiat in feria proxima ſcutum vnum marcarum valoris ſolidorum ſexaginta octo; vel ad minus (quatenus ſcilicet ſcuti marcarũ reducuntur ad ſcutos auri cum illo decremento vnius pro quolibet centenario à lege taxato (de qua re alibi) ſexaginta ſeptem, & denariorum quattuor. Certè videntur hæc potius nuda verba quæſita ad paliandam vſuram, quam veræ cauſæ, quibus poſſit iuſtificari huiuſmodi acquiſitio pretio viliori. Illa enim, quæ de correſpondentibus mercatorum, exiſtentibus in ferijs; eorumue adminiſtris de tranſportatione reali, ſeu virtuali, & de periculis, quæ circa prædicta contingunt, ad tradita per Doctores paſſim in hac materia, nullo modo habent aut habere poſſũt locum in hoc Cambio ſimplici; & regulari, de quo agimus, fortaſſe aliquam vim haberent in Cambijs duplicibus, & illis, in quibus ipſemet creditor curat, vt ſolutiones nomine debitoris, & periculo ſuo fiant per ſuos correſpondentes, (id quod etiam habet ſuas peculiares difficultates) & nos proſequemur fuſius ſuo loco in tertia diſputatione, certum tamen eſt hęc non contingere in Cambio ſimplici, de quo agimus, in quo creditor ex Cambio, & qui vilius pretium anticipatè ſoluit, nullo periculo, nullis expenſis, nullaque tranſportatione interueniente exigit in feria (in loco ſcilicet deſtinato ſolutionis) ſcutum marcarum lõge maioris valoris, & æſtimationis, & illius quidẽ certæ, & omninò inuariabilis, quod videtur omninò vſuram inuoluere per ſupradicta.

Quinto (& hoc argumentum adeò videtur cõcludens, vt plures Viri doctiſſimi inſolubile illud appellent (eo vilius regulariter, ac cõmuniter comparatur ſcutus marcarum, & ſic dans ad Cambium maius lucrum conſequitur, quo maiori, ac longiori tempore diſtant nundinæ, in quibus deſtinatur eorum ſolutio; Et è contra carius comparatur, & ſic minori lucro, quo nundinę magis ſunt proximæ: vt experientia docet, & omnes mercatores fatentur; Ergo Cambium iniuſtitiã regulariter continet, & lucrum, quod ex illo conſequitur vſurarium cenſendum eſt. Conſequentia probatur. Nam percipere maius, vel minus lucrum ex maiori, vel minori dilatione ad ſoluendum, & ſic ratione maioris, ſeu minoris temporis; eſt vſuram committere, vt tradunt Doctores communiter. *Silueſ. de vſur. 4. quæſt. 5. 8. & 9. Sot. de Inſt. & Iur. lib. 6. quæſt. 10. art. 2. & quæſt. 13. art. 2. Nauar. in coment. de Camb. numer. 24. Mercat. de contr. lib. 4. cap. 7. Boninſegn. de Camb. c. 2. nu. 5. Azor. tom. 3. c. 1. quæſt. 4. de Camb. Salon. de Iuſt. & Iur. in tract. de Camb. quæſt. 4. art. 2. Lopez in inſtructor. de cõtract. tract. de Camb. cap. 13. Vega in ſũma Epitom. caſ. 29. Garz. tract. de Cãb. c. 36. n. 5. Leonard. Leſſ. de Iuſt. & Iur. lib. 2. c. 23. de cãb. dubit. 6. num. 54. Inſtinia. in tract. a. continuat. quæſt. 2.* & alij quotquot ſcripſerunt de Cambio, uno excepto Caietano, Quæ concluſio non leue recipit fundamentum a Bul la Pij ſuper Cambijs, in qua illa damnantur, in quibus maius lucrum conſequitur eo quod concedatur maior dilatio ad ſoluendum. Ergo Cambium in quo regulariter maius, uel minus lucrum conſequitur ex maiori, uel minori dilatione data ad ſoluẽdum, uſura eſt.

Nec dicas, cum communi ſolutione, id nõ prouenire præcisè ex maiori, ſeu minori dilatione temporis, ſed ex alijs cauſis, puta, maiori, ſeu minori multitudine dantium, ſeu accipientium ad Cambium, Nam ſicut in mercibus paucitas venditorum, & abundantia emptorum auget rerum pretium, & è conuerſo multitudo uenditorum, & paucitas emptorum illud minuit; ſic eadẽ ratione cum quando feriæ longius diſtant pauciores ſint illi, qui ſibi comparatos uolunt ſcutos marcarum; & plures ſint, qui coſdẽ diſtrahere cupiunt, mirum non eſt ſi ullius comparantur, & diſtrahuntur; Et è conuerſo cum quando feriæ propiores ſunt plures ſint qui eoſdem ſcutos ſibi cupiunt pauciores uerò qui eis abundent, mirum non eſſe ſi carius conſtẽt; Et indè ſequi, quod maius uel minus lucrum, non ex maiori, ſeu minori dilatione data ad ſoluendum, ſed ex alia, & quidem iuſta cauſa oritur. Aliud enim inquiunt eſt in tempore fieri, ſeu tempore

concomi-

concomitante, *aliud fieri* ratione temporis præcisè. *Et* ſicut admittunt libenter maius lucrum *in tempore* fieri, ſed ex cauſa ratio*nabili, & iuſta*, prout dicunt contingere in Cambio, ita damnant, ſi fieret ratione temporis; nulla alia ſubſiſtente legitima cauſa: quod in Cambio vſuuenire pernegant.

Nàm (ni fallor) hoc eſt manifeſtè verba dare, quod vt planius demonſtrem: Supponendũ eſt, id quod latius explicabo *in* Prologomenis ad ſecundam, & tertiam diſputationem in Praxi Cambiorum hæc cõtingere: Ferijs completis, ac diſſolutis Mercatores ad ſuas quique Ciuitates dilabuntur, ſolutiones
37 ibi, ac exactiones reſpectiuè curaturi de remiſſis, ac tractis, quæ è dicta feria pretijs ibidem appoſitis factæ fuerunt ad dictas Ciuitates, id quod vulgo dicitur expediri in redditibus talis feriæ. Quæ exactiones, ac ſolutiones in prędictis reditibus certo dierum interuallo, & inchoantur, & terminantur, quod totum tempus ſolutionum dicitur. Modo hæ ſolutiones, & exactiones ratò, & in parua quantitate fiunt in pecunia numerata; ſed plerũque, ne dicam ſemper,
38 & in longè maxima quantitate fiunt miniſterio nouorum Cambiorum, quę pro feria
39 tunc *proxima* celebrantur, cum eiſdem, vel
40 alijs debitoribus, ſeu creditoribus reſpectiuè; & ad hunc effectum die ſecunda ſolutionum ſtatuitur, ſeu terminatur a perſonis idoneis, ad id de publico deputatis, pretiũ, quo Cambia celebrari debeant pro dicta feria proxima. Et de facto mercatores omnes, qui debita aliena ſibi ſoluenda aſſumpſerunt ſiue ex propria, ſiue ex aliena pecunia, ſiue pro computo proprio, ſiue alieno, ea in dictis redditib⁹ ſoluũt, & de ſolutine via Cambij tractam faciunt debitori in proximam feriam, & id quidem (niſi aliter peculiari pacto inter eos conuentum ſit) pretio vt ſupra taxato. Illi verò, qui debita propria diſſoluere habent, *id faciant*, vel pecunia numerata, ſi copia ſuppetat, vel nouum contrahendo Cambium pro eadem feria proxima; *id* quod etiam faciunt, vel pretio
41 vt ſupra taxato, *vel vt plurimum vltrà illud*; Sed, & quandoque infrà, prout reperire poterunt durante tempore ſolutionum; Nã eo tempore tranſacto ſi non ſoluit ob impo-
42 tentiam dicitur foro cedere: ſi ob aliam cauſam, puta negligentiam, vel aliam ſimilem,
43 tunc in electione creditoris eſt, quod intelligatur contractum nouum Cambium cũ eodem debitore pretio vt ſupra taxato. Et hoc poſtremum non prouenit ex natura ipſa Cambij, ſed Genuæ ità ſtatutum eſt per legem ad tollendas moras, & ſubterfugia debitorum, ne aliàs ſolutiones differrent in præiudicium creditorum. Non enim tàm celer eſſe poteſt tela iudiciaria, qua coguntur debitores inuiti ſoluere, vt obuiari poſſit variationibus pretiorum Cambij, quæ ſæpiſſimè, vnius diecullæ mora interpoſita, contingunt.

Quibus ſic ſe in facto habentibus; non video quomodo ei applicari poſſit illa doctrina de augmento, aut diminutione pretij rerũ venalium in maiori, ſeu minori copia emptorum, ac venditorum, quam Doctores admittunt quidem, ſed non indiſtinctè (nam licet de plano procedat in ijs, quæ præſenti pecunia diſtrahuntur, & illico conſignantur; valdè tamen dubitatur de ijs, quæ vel pretio anticipato, vel dilata in aliud tempus conſignatione contingunt; in eis enim inſi-
44 gnes Doctores negant. *Medin. tom. 2. cap. de reb. reſt. quæſt. vlt. cauſ. 6. in reſponſ. ad 2. Azor. 3. part. l. 10. cap. 9. de Camb. quæſt. 4. Salo. controu. 18. S. Tertio ſi quæ. quæſt. 4. de Camb. art. 2. Iuſt. in. de cõtinua. Cambio quæſt. 22. num. 21.* quicquam poſſe operari multitudinem, ſeu penuriam emptorum, aut vẽditorum) Quandoquidem tempore prædicto ſolutionum, quo nullum longius diſtat à ferijs, & nunquam ſcuti marcarum regulariter vilius comparantur (prout ſupponit argumentum) certum, & indubitatum eſt, ſi vnquam aliàs, tunc temporis eſſe maximam quantitatem eorum, qui dicto ſcuto marcarum in feria tunc proximè futura egent. Quia nimirum tunc eſt ſatisfaciẽdum quã-
45 plurimis tractis, & illis in maxima quantitate factis è feria præcedenti, vt ſupra diximus; & minorem futuram ſub ipſa feria; cũ tunc temporis nullæ pænitus tractæ veniãt ſatisfaciendæ (ſi de regularibus Cambijs ſit ſermo) vel admodum paucæ; illæ ſcilicet quæ ex Cambijs irregularibus accidunt, quæ de facto leuiſſimæ ſunt, & in paucæ quantitate. Ergo vel tota ratio vilioris, ſeu carioris pretij, *& ſic* lucri eſt aſcribenda maiori, ſeu minori dilationi temporis, vel alijs cauſis; Nàm maiori, ſeu minori copię diſtractientium omninò impoſſibile eſt, cum potius dicta ratio militet in contrarium.

Accedat & in omnem caſum reſponſio illa, dẽ qua poſt Sotũ Salon. *dicta quæſt. 4. de Cãb. art. 2.*

art.2.verſ.3 ſi quæ ratio. Quod cum hic cõtractus, quoad pretia, ſeruet regulas emptionis,& vẽditionis, & nos vidimus ſupra quæſtione nona, Quemadmodum in mercibus non ſumitur vſus fori ab ijs,qui emũt
46 ad creditum, ſeu habita fide de pretio, nec dicuntur abundare emptores,quia ſint plures,qui ad creditum emerent, vt docet idẽ Salon.*queſt.77.art.1.cont.6.* Neque pariter debet deſumi in Cambijs vſus fori, aut pluralitas contrahentium Cambia ex illis, qui ad remotiores ſolutiones, ac terminos magis diſtantes, illa recipiunt , ſed ex ijs qui perinde accipiunt Cãbio, ac ſi ſtatim eſſent ſoluturi.

Nec dicas,quod ſi ſola cauſa maioris , vel minoris lucri eſſet maior,ſeu minor temporis dilatio,ſequeretur ſemper, & vniformiter aſſumptum de minori lucro; quandocumq; feria ſit propinquior,ſed cum non ſemper, & conſtanter id contingat,Quinimò quan-
47 doque ſub ipſa feria vilius comparetur ſeu tus marcarum,quam tempore , quo aperta fuit;vel tempore medio;idque ex pluribus, ac multiplicibus cauſis(ex illis ſcilicet eiſdẽ, ex quibus poteſt contingere,vt ſub ipſa feria maior ſit penuria,maiorque indigentia pecuniarum;quam fuerit ab initio,ſeu tempore medio)ex quo concludenter videntur plures *Salon.conſrou.18.in fin.adductus per Iuſtinian.in tract.continuat.queſt.2.n.14.* colligere,maius,vel minus lucrum non oriri ex maiori,ſeu minori dilatione temporis Nam ſi id verum eſſet poſita eadem cauſa
48 ſemper ſequeretur idem effectus, *arg.l.1. inxtà Gl.& ibi Bald.& DD.C.de condit.ob cauſ.*

Nam omiſſis replicationibus, de quibus apud Iuſtin.*in tract.contin.queſt.2.nu.11.12.13. 15.16.* quarum fides,& auctoritas ſit penes ipſum.Aduertendum eſt:quod in omni effectuum natura,ac genere tàm Phyſicorum quam Moralium , & prouenientium tàm à cauſa vniuoca, quàm æquiuoca; dum illorũ
49 cauſas quærimus,ac ſtatuimus,ſupponendi, ac retinendi ſunt omninò ijdem termini diſputationis, nec permittenda eorum aliqua variatio,ad hoc vt veritas poſſit cognoſci. Exempli gratia. Aſſero ego calorem maiorem in meo corpore quieſcente prouenire ex igne in tanta quantitate , ac propinquitate ei admoto , non benè coarguor ex eo;quod etiam igne remoto, ſed me ſaltante,aut multa veſte grauato idem calor aduenerit . Item contendo carius hoc anno victualia in Vrbe noſtra venire,quia in Prouincia hoc eodem anno ſegetes periere. Ridendus propè eſſet monitor,qui id mihi negaret,poſito aliàs eamdem annonæ caritatem fuiſſe; licet Prouincia fæcundo ſegetũ prouentu læta eſſet;cum tamen Reſpublica noſtra,inopia laboranti Galię Ciſalpinę, ſubuenire voluiſſet.Et id quidem nulla alia ratione, niſi quia non licet redarguere, poſita diuerſitate terminorum, ſeu ſuppoſitorum in quæſtione.Modò in propoſito argumenti,cum certum ſit poſita eadem pecuniarum abundantia,ſeu indigentia , eaque ſeruata ſecundum ea,quæ communiter accidunt,vilius emi ſcutum marcarum,quãdo aperitur, ſeu indicitur feria;quam ſub ipſa feria,ſeu tempore medio, & per conſequẽs maius,ſeu minus lucrum ad maiorem , ſeu minorem temporis dilationem contingere, & id quidem ſemper, & conſtantiſſimè, retento eodem ſuppoſito;non eſt denegandũ, quod hic effectus à ſolo tẽpore proueniat, licet quandoque alijs ſuppoſitis cauſis;idẽ, vel alius effectus reſultẽt.

50 Demum alij ſic argumẽtantur. Iuſtitia cuiuſcumque contractus in æqualitate conſiſtit; quæ quidem æqualitas cõſtituitur per medium reale,vt docet D. Thom. *2.2.queſt. 65.art.2.in corpore & ad 1.* adducendo exẽ-
51 plum in venditione , quam ait conſiſtere in commutatione , in qua res realis ad rem realem adæquatur.Sed ſic eſt, quod in Cãbio regulari defficit ex parte eius,qui ex hu iuſmodi contractu ſe obligat,medium reale per quod debeat conſtitui dicta æqualitas, in qua iuſtitia cõſiſtit.Ergo in Cambio re-
52 gulari iuſtitia defficit.Minor propoſitio probatur.Quia in contractu Cambij ex parte debitoris venit ſcutus marcarum,qui nullibi in rerũ natura reperitur, vt explicuimus ſupra in prolog.*queſt.1.num.11.*& ſic eſt quoddam ens rationis,habens ſolummodo eſſe in intellectu obiectiuè;& per cõſequẽs non illud reale,quod ex D.Thoma,eſt neceſſarium pro conſtituenda æqualitate illa, ſine qua iuſtitia conſiſtere nequit in contractibus,& rebus omnibus commutabilibus.

Et ex his redditur admodum dubia reſolutio propoſitæ queſtionis,quæ eſt baſis,& veluti cardo totius materiæ Cambiorum (nàm ſi in vno Cambio ſimpliciſſimo , ac realiſſimo vnius ſolius feriæ deeſt iuſtitia, quid dicendum de alijs multiplicibus, & tot pactis

reformatis,&inuolutis,quib.relictus est locus in tertia disputatione?)in tantũ ut plures viri doctissimi fassi se nimium vrgeri, præsertim quinto argumento,confugerint tamquam ad sacram anchoram,ad lucrum cessans;Quorum sicuti pietati faueo, ità nõ possum adhærere sententiæ;Videntur enim mihi huiusmodi effugio potius destruere substantiam contractus Cambij, quã illius iustitiam tueri.

33 Quandoquidem receptissima est tam Iurisperitorum. *Bald.in l.rogasti.S.si tibi col.1.ff. si cert.pet.& in Purpur.nu.39.Host.in c.sæpe latiter.col.2.in fin.vers.idẽ puto ex mente & in c.nauganti.col.pen.post medium vers. Quid ergo si quis paratus de vsur. Felin. c. cum venerabilis.col.5.post medium.vers.nisi mutuator esset nu.9.de except. Alcia.cons. 41.nu.40.lib.2.Grat.cons.99.num.9. Paris. cons.60.n.31.lib.1.Couar.var.resol. lib.3.c. 4.n.4.10:Bapt.Lup.de vsur.1.par.n.26.§.6. nit.7.Dec.cons.39.n.5.vers & ad hoc est notabilis dec.& cons.321.n.4.& cons.111.n. 14.& cons.117.n.6.Alex.cons.27.Vis the mate.in fin.lib.1.Cagnol.in l.curabit.n.54. vsque ad 58.C.de act.io.empt. Rot. Ian. dec. 91.in fin.& dec.193.nu.10.Cæsar.de Grass. dec.1.& 2.de vsur.Ruin.cons.104.n.10.lib. 4.Natt.cons.477.nu.3. ad finem. Gutier. de contractu rat.par.1.c.2. nu.5.post medium, vers.Immò etiã à princip.Barbos.in l.2. prima par. in princ.n.48. ad finem ff.sol.mat. Vrfill.ad Afflict. decis.29.nu.3. Bertaz.in cons. crim. 264.in fin.vers.vltimò fallit. Surd.decis.259.nu.10.& 17.& de alim.tit. 1.quæst.45.nu.75.Rot.Rom.in vna pecuniaria Ianuens.separatim impressa coram Lancellotto sub die 6.Iunij 1611.vbi & alias de cisiones eiusdem Rotæ refert, & sequitur;* quam Theologorum *.Maior in 4. dist. 15. quæst.30.& ibi dẽ Gabr.quæst.11.art.1.not. 2.Almain.quæst.2.ibidem Adrianus in 4.de rest.quæst.incipit.Quod tactum est.Scot.in 4.dist.15.quæst.2.Caiet.2.2.quæst.78.art.2. Conrad.de contr.quæst.30.Med. de reb. persursur.acquisquæst.3.Angel.vsura 1.nn.16. Silues.ibid.qu.19.Sot.de Iust.& Iur.lib.6. qu.1.art.3.& vel.5.Molin.de contr.disp.315. Less.lib.2.c.20.dub.10.nu.72. Anton.qu.2. tit.7.c.7.Armill.vsur.n.3.Philiarch.de off. Sacerdot.l.5.cap.7.in fin.tit.2.Toled.l.5.c. 33.Lopez.de contract.l.1.c.23.n.3.Vilagut. de vsur.qu.1.8.concl.1.& 2.Petr.Nauarr.de rest.tit.2.lib.3.c.2.nu.287.Salon.in 2.2.qu. 3nu.78.art.2.controu.9.com.2.Salas de Cõ-*

bÿs dub.26.Azor.par.3.de vsur c.5.& alÿ passim; Sententia ratione lucri cessantis, etiam in mutuo formali, vbi debitæ adsint circunstantiæ, posse consequi lucrũ etiam taxatum ab initio. Ergo si iustitia in Cambio tota ex lucro cessante dependet, nihil impedit,quin dicamus Cambium à mutuo cum interesse non distingui cõtra id, quod probauimus supra quæstione septima,quod manifestissimè eius substantiam destruit.

Pro solutione huius celeberrimæ, ac difficilimæ quæstionis.

54 Notandum primo:quid sit lucrum,ac lucrari. Lucrum enim, quod indigentiæ subsidium appellat Arist.*moral.nicom.lib.8.cap.4.* cuius omnes homines natura cupidi sumus, quia vt inquit Plat.*in Hiparcho*, omne lucrum vtile,omne vtile bonum,vndè nil mirum si appetatur; Licet eodem Platone, *in Hiparcho vbi supra* teste,in eo decipiamur,

55 56 quod plerumque existimamus ibi lucrum esse,vbi ve rè non est; Vnde & Glos. nostra *in l.4.§.1.ff.de muner.in verb.si ex noto.* dixit ad lucrum quemlibet anhelare; sensum generaliorẽ habet, quam habeat,quæstus;

57 cum lucrum cõtineat omne, & quodcumq;

58 vndecũq;,& quomodocũq; d'ucniẽs; quæstus verò tantum id,quod ex opera, & industria.*gl.1.in l.sed & si.ff.pro foc.* tunc demum contingere dicitur quando quis plus

59 habet quam suum erat;Sicuti è cõtra,damnum, quando minus habet; Idque potis-

60 mum fit,ac vsuenit in emptione,& venditione,ac in cæteris contractibus à legibus permissis; Cum verò nec plus, nec minus habet,suum quisque habere dicitur,nec lucrumfacere,nec damnum pati.*Arist.moral. nicom.lib.5.cap.4.*

61 Quod tamẽ nõ ità indistinctè accipiẽdũ est, sed tũc demũ lucrũ dicitur,cũ ab eo deductũ fuerit omne damnũ,sicuti & damnũ,cũ

62 ab eo, omne lucrũ *l.mutuus ff.pro foc. gl.in l.3.ff.de in rẽ verso.& in l.penul.verb.lucrũ C.de colat.*'Quod tamẽ,vt obiter dicam, intelligẽdũ est respectu eiusdẽ omninò rei, Nã respectu diuersorum,immò,& eiusdem

63 rei, sed respectu partiũ diuersarũ, illi⁹,dam nũ partis nõ cõpẽsat,nec deducit à lucro al

64 teri⁹ *l.si neg.& ibi Gl.fin.ff.de neg.gest.*) Qui nimò in prædicta deductione,nõ solũ venit damnũ,quod formaliter quis sentit in ne-

65 gotio,de quo agitur,sed etiã æstimatio oneris,& quis sẽtit occasione eadẽ *l.1.& ibi gl. verb.lucrũ C.de col.*& ipsũ ratio naturalis

demon-

demõſtrat: Nam, amabo te benevole lector, quodnam lucrum conſequitur is, qui rem valoris de decem tantum, vendit duodecim eò aſſumpto onere eandem tranſportandi Venetiis, in qua tranſportatione, illa duo expendentia, neceſſariò ſunt expendenda?

66 Not. ſecundo illatiue ex primo, In permutatione propriè, & ſpecificè ſumpta, & prout conſiſtit in puris terminis commutationis vnius rei vtilis pro alia re vtili (circumſcripta quacumque pecuniarum æſtimatione) lucrum non verſari, nec intercedere Quia vt inquit Ariſt. *lib. 1. Pol cap. 5. 6.* cum fiat ſecundum naturam, & illius indigentiã non pertinet ad amplificationem patrimonij. Quod ipſum ratio naturalis dictat. Quis enim poteſt dici lucrari, circumſcripta (vt diximus) pecuniaria æſtimatione, ex duobus contrahentibus, quorum alter pileum, alter calceos in cõmutatione deduxit? Quinimò etiam poſita pecuniaria æſtimatione, & ſic in ipſo contractu emptionis, & venditionis ſi, propriè, & ſcientificè loquamur & in nullo contractu ſimplici, in quo Iuſtitia adæquatè ſeruetur, verſari poteſt lucrum; Nam ponamus rem valoris de decem, & quidem iuſti, & adæquati, remota quacumque latitudine ſummi, medij, & infimi, vt pote taxati à lege, vendi dicto pretio decem. Quæro pẽnes quem ex contrahentibus ſit lucrũ: Si enim venditor conſequitur illa decem, ex quibus videri poſſet locupletior, caret tamen re, per ipſum vendita, valoris, ex ſuppoſito, totidem decem, & ſic facta æquali deductione patrimonij, non poteſt eſſe in lucro. Quod argumentum concludit etiam in emptore, qui ſi eſt locupletior re valoris decem, effectus eſt deterior de totidem decẽ, ratione pretij per ipſum ſoluti.

67 Notan. tertio In nullo contractu ſingulari, ac ſimplici, etiã celebrato; habita ratione latitudinis pretij infimi, medij, & ſuperioris, verè eſſe, ac reperiri lucrum, aut damnum certè, ac formaliter; ſed in æſtimatione tãũ, & in incerto; ſed omne lucrũ, & damnũ certè verè, ac formaliter reſultare ex multiplicatione cõtractuum ad minimum duorum, ſiue plurium, eiuſdem, ſeu diuerſi generis. Exemplo res ſit manifeſta. Setę, puta, Meſſanenſes ſunt valoris librarum numeralium quatuordecim pretio medio, ac rigoroſo, infimo vero treſdecim, ſupremo quindecim pro qualibet libra ponderali; Titius vendit Mæuio ſetas prædictas, pretio ſupremo, quindecim librarum. Si quæramus an venditor, vel potius emptor ſit in lucro; obuia eſt reſponſio ex ipſo ſuppoſito Titium vẽditorem eſſe in lucro, Mæuium verò emptorem in damno, eo quia iuſta æſtimatio ſetarum eſt tantum de libris quatuordecim; vnde cum emptor loco librarum quindecim ſolutarum habeat rẽ valoris quatuordecim, creditor verò loco rei valoris quatuordecim habet libras quindecim, rectè dicitur hic in lucro, ille in damno per ea, quæ diximus ſupra in primo, & ſecundo notab. Sed hoc non eſt verum certo, & formaliter, ſed per æſtimationem, & incerto. Cum enim rerum æſtimationes variabiles ſint, ſi contingeret variatio pretij dictarũ ſetarũ, illudque ex aliquo caſu augereẽ, tali caſu mutarẽtur vices dictorũ cõtrahẽtiũ, & q. in lucro erat, eſſet in damno. Id quod nõ cõtingit, nec contingere poteſt poſita multiplicatione contractuum, nam ex ea reſultat damnum, ſeu lucrũ certo verè, & formaliter, ac determinatè; Qui enim emit ſetas aliaſque merces, eaſque poſtmodum vẽdit certo vere, & formaliter, cognoſcit damnum, vel lucrum. Si enim exponit in emptione mercium mille, & poſtmodũ ex diſtractione earumdem redigit tantum nouigenta, eſt in damno; ſi mille, centum in lucro, & quidem certo, ac determinatè, & formaliter; Nec licet caſu priori, duplicationis contractus, quo redegit nouigenta, in priori contractu, attenta æſtimatione, potuiſſet dici eum lucratum, abſolutè dici poterat lucratum eſſe, cum ex ſecundo contractu, & ab effectu conſtet de damno. Nec licet in caſu poſteriori in primo contractu, quoad æſtimationem damnum ſenſiſſet, poſſet dici in damno eſſe, cum vltimus effectus lucrum oſtendat. Et ratio eſt, quia cum pecunia ſit menſura omnium rerum, quę in
69 menſuram ipſam ſunt cõuertibiles, ideò re ctè dicitur inita eatenus, quatenus facta dicta conuerſione, menſuratum ipſi menſurę adæquatè reſpõdet. Et ideò tunc certo formaliter, & verè lucrum eſt, aut damnum, cũ æſtimatio illa, ad actum facti redacta, aperit, inita cõparatione pecuniæ expenſæ, cũ acquiſita, eiuſdem exceſſum, ſeu diminutionem, in quibus formaliter conſiſtit lucrum,
70 aut damnũ. Et hinc, ni fallor, Ariſtoteles *lib. 1. Polit. c. 6.* modũ acquirẽdi p mercimonia, quẽ ꝓter naturã dixit; pecuniariũ appellauit, vt explicuimus ſupra quęſtione 3. n. 14.

71 Not.4.consequutiuè ex præcedenti . Quod licet impossibile sit in vno, eodemque contractu simplici vtrumque contrahentem vel damnum pati, vel lucrum sentire, siue formaliter, siue per æstimationem siue alterum formaliter, alterum verò per æstimationem; id verum est respectu illius tantum contractus de per se considerati, nõ autem absolutè, Nam habito respectu ad alios cõtractus, & sic absolutè, & simpliciter potest verificari, quod vterque contrahens sit in lucro, vel in damno: Res sola explanatione eget, quæ solo exemplo fit manifesta. Pone quem emere Genuæ setas Messanenses ad æstimationem librarum sexdecim; si dictum pretium est iustum omni iustitia pretio scilicet medio, & rigoroso; tunc neuter lucratur, aut damnum sentit modo supra exposito: Si summo, lucratur venditor, & quidē formaliter, & damnum sentit emptor per æstimationem; Si infimo, emptor lucratur, & per quidē æstimationem, damnum verò formaliter sentit venditor; Vtrumque verò lucrari, aut damnum pati est impossibile, Id quod nihil impedit contingere habito respectu ad alios contractus. Nam si, vendenti summo pretio, cædem setæ, attento pretio, quo eas comparauit Messanæ, cumulatis expensis transportationum , & pretijs periculorum, & alijs, sibi stant ad rationem librarum decem septem , erit etiam ipse in damno ; quod damnum non excluditur à damno , quod sentit emptor emẽdo pretio summo, cum prædicta contingant respectu diuersorum contractuum. Sicuti, è conuerso, emptor erit in damno, quãtumuis emerit pretio infimo , si ex pacto cumulato dicto pretio cum alijs expensis, licet distrahat summo, si eædem setę plures constarent quã redigisset, quod damnum à damno vẽdentis non excluditur absolutè , licet præcisè in vno, ac eodem contractu , & eo solũ attento insimul stare non possint.

72 Not. 5. nullibi vsuram esse posse, nisi vbi adsit contractus mutui formaliter ; vel saltem virtualiter, & præsumptiuè, vt docent DD. communiter. *Host. in summ. tit. de vsur. §. 1. Io. Andr. in cap. peccatum. de reg. Iur. in 6. Oldrad. cons. 207. num. 1. Fed. de Sen. cons. 303. num. 2. Roma. cons. 500. num. 2. Abb. in rub. de vsur. num. 2. & 3. & cons. 5. num. 1. in fin. & cons. 15. num. 3. lib. 1. Ant. cons. 151. num. 1. Anch. cons. 350. Castren. cons. 160. n. 1. lib. 1. Rim. Sen. cons. 61. num. 39. Soc. Iun. cons. 66. num. 4. lib. 2. Bero. cons. 168. num. 10. lib. 1. Decia. cons. 2.* Et indè dicit Cassan. *cõs. 63. num. 14. vers. quia sufficit.* quod ex sola mutui participatione oritur fœneris præ-
73 sumptio ; Et post plures Theologos *Molina de cont. trac. 2. d. 303. vers. V sura. & vers. per hanc secundam.* tradit hãc esse regulam, quæ nullam admittit exceptionem . Quini-
74 mò vsuram prout crimen, & vitium est definiuit Couar. *var. resol. lib. 4. cap. 1. num. 2. vers. hinc iustissime.* Quod sit voluntas capiendi vltrà sortem aliquid vi, & causa mutui principaliter . Ideò quandocumque ex aliquo cõtractu præsumitur vsura, sub quocumque verborum conceptu fuerit celebra-
75 tus, intelligitur mutuum. *cap. ad nostram. de emptio. & vendit. c. consuluit. de vsur. Roma. Abb. Couar. Bero. Fed. de Sen. Decia. vbi supra. Abb. cap. nauiganti. nu. 6. de vsur. & ibi Ioan. de Anan. col. 4. Nauar. in manual. c. 17. num. 206. ad finem. Natta cons. 671. num. 9. Menoch. cons. 109. num. 28.* Quod adeò verũ est, vt ex contractu emptionis , licet maius pretium debito intercueniat, soluendum certo tempore post contractum, non resultet formalis contractus vsurarius, vndè ex forma sua non dicitur contractus vsurarius: Et id ex ea solum ratione; quia vsura realiter committitur in mutuo, sed vbi fraudem
76 contrahentes habent in mente , tunc vsura committitur si propter hoc constituatur maius pretium, quia solutio differtur , quia tali casu fingitur solutio facta ab ipso emptore in celebratione contractus ; sed statim pretium sibi denuò mutuo concessum; illo supra pluri , quod reperitur in pretio
77 addito pro vsura medij temporis. *Abb. in c. in ciuitate num. 2. & in cap. nauiganti num. 6. de vsur.* nam plus valet quod in veritate, & cum effectu agitur, quam quod simulatè concipitur. *Plus valet, quod agit in rub. & in nigr.* & inde absque ulla difficultate procedit, quod facilius in mutuo , difficilius in
78 quolibet alio contractu vsura præsumitur. *arg. l. cum allegas. C. de vsur. Bald. cons. 133. num. 2. lib. 1. Alex. in l. singularia num. 18. ff. si cert. pet. Bologn. in rub. si cert. pet. num. 58. vers. 7.* in tantum ut scriptum reliquerit Abb. *cap. in ciuitate num. 3. de vsur.* quod in alijs contractibus extra mutuum in foro cõtentioso non facilè cõuincatur quis de usuraria prauitate, nisi ipse fateatur.

79 Not. 6. & ultimo in extrauaganti edita à Pio
80 V. verè Sanctissimo Pontifice anno 1570.

quar-

quar. Kal. Feb. ſuper Cambijs mentionem fieri non ſolum de illis Cambijs, quæ circũſcriptis quibuſcumque ferijs celebrantur de Ciuitate ad Ciuitatem; quæ ſucceſſerũt præcisè loco tranſportationis, & realia à quamplurimis ſolent appellari, & nos ſupra quæſtione quinta, num. 24. appellauimus Irregularia, ſed etiam de illis, quæ ad ferias, & in ferijs fiũt, & ibidem Regularia numcupauimus; Et licet de vtroque genere quandoque generatim loquatur; quandoque etiam de vnoquoque diſcretiuè loqui, in tantũm, vt quod de vno ſtatuitur, ad aliud, niſi identitas adſit rationis, nullo modo trahi poſſit, aut debeat. Conuincitur id potiſſimum ex verbis ſequentibus.

„ *Statuimus ne deinceps quiſquam audeat*
„ *ſiue à principio, ſiue aliàs, certum, & de-*
„ *terminatum intereſſe, etiam in caſum nõ*
„ *ſolutionis paciſci, neque realia Cambia*
„ *aliter, quam pro primis nundinis, vbi illa*
„ *celebrantur, vbi verò non celebrantur pro*
„ *primis terminis iuxtà receptum locorum*
„ *vſum exercere abuſu illo prorſus reiecto*
„ *Cambia pro ſecundis, & deinceps nũdinis*
„ *ſine terminis exercendi, curãdum autem*
„ *erit in terminis, vt ratio habeatur longin*
„ *quitatis, & vicinitatis locorum, in quibus*
„ *ſolutio deſtinatur, ne dum longiores pra-*
„ *figuntur, quæ vt loca deſtinatæ ſolutionis*
„ *deſiderant, fanerandi detur occa-*
„ *ſio.*

81 In quibus verbis dum Summus Pontifex mãdat non licere in Cambio etiam in caſu nõ factæ ſolutionis aliquod determinatum intereſſe paciſci, de vtroque Cambio, tam regulari ſcilicet quam irregulari intelligendus eſt, cum in vtroque poſſit fieri tale pa-

82 ctum: Dùm verò ſtatuit ne celebretur niſi pro primis nũdinis, nullo autem modo pro ſecundis, & deinceps; quis non percipit loqui eum de regularibus tantum, nullo autem modo de irregularibus, cum in illis potiſſima, in his autem nulla, niſi directiuè ratio nundinarum habeatur, vt explicauimus ſupra quæſtione quinta, nu.

Demùm dum præcipit fieri non debere, niſi pro primis terminis iuxta receptum locorum vſum; curãdumque, vt in dictis terminis ratio habeatur longinquitatis, & propinquitatis locorum, ad quæ ſolutio deſtinatur; manifeſtè aperit loqui ſe de irregularibus, in quibus cum nullum à lege ſit definitum tempus deſtinatæ ſolutionis, ſed illud prorsùs pendeat à voluntate contrahentiũ vult Summus Pontifex, (& id quidem ſumma ratione) illud regulari à diſtantia locorum, & à conſuetudine; Quod omninò extraneum eſt à regularibus, in quibus tempora ſolutionum (quandocumque, & vbicũque Cambium celebretur) ſtatuta ſunt per feriarum leges, quod ampliari, ſeu coarctari per partes nullo modo licet, ſalua ſubſtãtia Cambij Regularis. Quamuis Sereniſſimus Senatus noſter ob bonum publicum aliquando tam in vniuerſum, & quoad omnes negotiatores, & bancherios; quam particulariter reſpectu alicuius prædictorum, ſoleat quandoque tempora prædicta ex ali qua vrgentiſſima cauſa prolatare, qua de re fortè aliqua ſuo loco.

83 His prænotatis, intrepidè tenendum ſentio. Contractum hunc Cambij ſimplicis vſque quaque iuſtum eſſe, nullaque vſuraria labe infectum. Quinimò iuſtiorem eſſe, & tutiorem quolibet alio contractu, qui in hominũ comercijs exerceri poſſit, aut valeat. Si tamen ritè, & rectè celebretur, & quatenus præciſe ratio contractus Cambij attendatur.

84 Et ſi Cambiorum genera ad inuicem conferantur magis iuſtitiam exuberare in Regulari, quam in Irregulari.

Quod iuſtum patet; Quia quicumque contra-

85 ctus à Iure approbatus, in quo non interueniat mutuum formaliter, nec virtualiter eſt alienus ab vſura, & ſic ab iniuſtitia, vt probauimus ſupra in quinto notab. Sed ſic eſt quod Cambium ſimplex regulare eſt contractus approbatus à Iure, & in quo nec formaliter, nec virtualiter mutuum contine tur; Ergo, &c. Minorem probo; nam quod ſit contractus à Iure approbatus patet ex tot cõſtitutionibus, ac legibus vbiq; locorũ in vniuerſa Europa editis; Quod verò formaliter mutuum nõ contineat, patet ex eis, quæ deduximus ſupra quæſtione ſeptima, qua probauimus mutuum à Cambio in ſubſtantia differre; Quod demum nec virtualiter contineat, apparet ex eo, quod cum crimen vſurarium, maximè quatenus reſpicit

86 Ius ſit merè Eccleſiaſticum. *Gl. & omnes Canon. in cap. 1. de for. compet. & in cap. 1. de off. ord. & in clem. diſpendioſam. de Iudic. Alex. conſ. 29. nu. 6. lib. 4. Dec. conſ. 170. Iaſ. conſ. 153. lib. 4. de communi teſtatur. Alber. in rub. C. de vſur. num. 3.* (nam quæ in contrarium docet poſt alios Couar. *var. reſol. lib. 3.*

lib.3.cap.3.num.5.cum seq. (de quorum veritate non disputo) respiciunt quidem Ius, quatenus Iudex sæcularis possit de illo cognoscere, non autem Ius, prout respicit facultatē in legislatorem: an scilicet potestas sæcularis possit statuere super vsura; Quo in sensu nos loquimur, & nullus Catholicus dicet Principem sæcularem posse statuere
87 talem, vel talem contractum esse vel non esse vsurarium) Sit, inquam, merè Ecclesiasticum. Tunc demum dicetur Cambium virtualiter, seu præsumptiuè, vsuram contine-
88 re, & esse mutuum virtuale, cum aliquo Canone, vel extrauaganti alicuius Summi Pōtificis, seu decreto concilij; (penes quos solos residet facultas Iura Canonica condendi) legitimè à populo Christiano receptis, talis inducetur præsumptio. *arg. cap. ad nostram de empt.& vendit.& cap.consuluit.& cap. in Ciuitate. de vsur.* Vndè cum nullo Canone, aut conciliorum decreto, id inductum reperiatur, gratis, & sine ratione quis somniaret talem præsumptionem.

Nec ad id inducatur dicta extrauagans Pij V. & similes super Cambijs editæ. Nam sicut libens admitto ex eis validas, & legitimas præsumptiones oriri, quibus plenè probatur aliqua Cambia, nec verè Cambia, sed mutua paliata, de quibus non est meus sermo) vsuram continere, ità erroneum omninò esset ex eis deducere generalē præsūptionem contra omnia Cambia; Quinimò ex dictis extrauagantibus (si egeremus vlteriori probatione ad iustificandum huiusmodi contractum) optima, & concludens oritur præsumptio, ac probatio; aliqua dari Cambia in quibus nullum virtuale mutuū intercedat; Cum absque dubio ibi aliqua
91 Cambia tamquam rietè, & legitimè facta, si non dispositione confirmantur, saltem suppositione segregantur ab illicitis; Et sicut si nullum Ius apud Canones esset, quo contractus emptionis, & venditionis, tamquam iustus approbaretur, id ipsum satis concludenter deduceretur *ex cap. ad nostram de emption.& vendit.& cap.consuluit& cap.in Ciuitate de vsur.* Etiāsi dicta Iura, tantummodo vidcantur condita ad damnandas emptiones, & venditiones, de quibus ibi, tāquam continentes mutuum virtuale, & simulatas in fraudem vsurarum; id ipsum eadem ratione dicendum, & deducendum est ex dicta Bulla Pij, in casu Cambiorum, de quibus agimus.

89 Dixi nedum iustum, sed & iustiorem esse quocumque alio contractu; Nunc probo: Quandoquidem tota ratio iustitiæ in contractibus consistit in æqualitate rerum, quæ ad inuicem commutantur. *Arist.lib.5. Eth. c.5.D.Th.2.2.quæst.61.art.2.* Sed in nullo contractu exactior reperitur rerum æqualitas in eo deductarum, quam in Cambio Ergo; &c. In Cambio namque ex parte distrahentis venit res certa, & determinata, & inuariabilis tam ratione rei, quę est scutus marcarum valoris solidorum sexaginta octo; quam ratione loci, & temporis; quibus debet fieri consignatio, talis scilicet Romę, tali loco, & tēpore celebrāda; Vt vidimus in prologomenis quæstione prima, Ex parte verò acquirentis venit pretium, & illud quidem lege taxatum, vel ab inde supra, vt fusius explicabimus hac eadem quęstione in responsione ad tertium, & quartū argumentum. Ergo in Cambio summa rerum equalitas reperitur, iuxta ea, quę supra exposuimus in secundo notabili. Hæc autē non reperiuntur in cæteris contractibus, Nā si de emptione sit sermo, quę inter alios
90 excellit, cum per eam perfici permutationē dixerit Arist. *lib.1. Polit. c.6.* si inspiciamus distrahentem, ex parte illius venit res, cuius valor nullam certitudinem, nullam permanentiam habet, sed totus, semper, & in totum pendet ab æstimatione; si verò acquirentem, ex parte eius venit pretium regulariter nulla lege taxatum, & per consequens recipiunt ab artibus, & caliditate cōtrahentium vulgatam illam latitudinem summi, medij, & infimi, intra quam sustinetur deceptio.

91 Quid plura? mutuum ipsum, licet iactet illud suum tantumdem, quo nihil æqualius, circa iustitiæ æqualitatem, si cum Cambio conferatur, deterius iure meritò videri potest, & debet; Quod inflatius, & oratorie dictū non esse, sed planè, & scientifice apparebit si perpendet prudens lector id quod nullā recipit dubitationem; Res scilicet omnes consistētes in pondere, numero, & mensura pecunia comprehensa (circa quę mutuū versatur) numquam in eodem statu valoris, & æstimationis permanere, sed sæpissimè ex quāplurimis causis immutari, præcipuè ex copia illorum, seu penuria (De pecunia probatissimus supra quæstione nona, de reliquis rebus experientia docet); Et id adeò verū est, vt tradant communiter DD. *post Angel.*

Maior.

Maior. Medin. Sot. & alios Molin.de contr. diſp.301.Abb.cap.nauiganti de vſur. n. 20.

92 quod ſi quis mutuo det rem, conſiſtentem in pondere, numero, & menſura; vt tantumdem ſolummodo ſibi,certo præfixo tẽpore,reſtituatur; quo tempore certum eſt plus rem eſſe valituram,vſuram committi, a qua ſicuti certum eſt immunem eſſe mutuantem caſu, quo hanc ſcientiam non habet. *Abb.in cap.nauiganti nu.2.de vſur.* Nõ minus tamen certum eſt, quod cum de facto id ſemper contingat attenta inconſtãtia æſtimationis,reſpectu maioris,ſeu minoris valoris tam in dante,quam in recipiẽte,licet tali caſu attenta ignorantia excuſetur vſura, non per hoc quis dicet attento exitu,& nullo intellectu cogitante inæqualitatem,& ſic iniuſtitiam non adeſſe, & ſic alterum ex contrahentibus lucrum,alterum verò damnum ex dicto contractu ſentire, vt expoſuimus ſupra primò,& ſecundo notabili. Et in hoc ſenſu accipiendum eſt illud tantumdem, quod nos ſupra poſuimus in deffinitione Cambij quæſtione vndecima, Nimirũ non arithmeticè,ſed moraliter, & ſic exactiori æqualitate, tamtumdem, quã in mutuo reperiatur. Cum igitur hæc inæqualitas ſit quodammodo inſeparabilis à cæteris contractibus,à Cambio verò abſit, vt probauimus in reſponſione ad tertium, & quartum argumentum,iam conſtat contractum Cambij iuſtiorem quolibet alio.

Dixi demum, ſi cambia inter ſe conferantur,illorumque genera iuſtius eſſe regulare irregulari; Qua aſſertione(licet vulgo apud Auctores verſantes hanc materiam, contrarium paſſim colligatur)nihil euidentius ex illo in vnaquaq; re;ac diſciplina re-

93 ceptiſſimo axiomate, ac veluti primo principio. Propter quod vnum quodque tale,& illud magis tale *Bald.& Caſt.in auth. multo magis.C.de vſur.eccl.tex.cum gl. in clem. vnic.in princ.de reliq. & veneral. Sanct. c. cum marthæ.poſt princ.de celebr. miſſal. ex diuerſo.§.1.& ibi Bald.Io. de Imol. Alex.ff. ſol.matr.Io. Andr.in reg. ſine culpa. de reg. Iur.lib.6.& in cap.ſanè.de celeb.miſſ.& ibi. Hoſt. Cardin. Arch. & Panormit. Corſett. ſing.69.Bald.in Laſſinitas.C.cõmun.ſucceſſ. Saly.in l. non ideò minus C.de hæred. inſtit. Caſtr.l.1.C.vnde vir.& vxor. & alibi paſſim:*Vndè cum in Cambio Irregulari eatenus inſit Iuſtitia,quatenus regulatur à Cãbio regulari,vt deduximus ſupra, quæſtione quinta, num. 25. manifeſtum remanet,

94 quod nam ex ijs iuſtus haberi, ac reputari debeat.Quæ omnia clariora,& firmiora apparebunt ex reſponſionibus ad contrarias argumenta, in quibus conſiſtit omnis uis, quod nunc aggredior. Ne tamen auaritia in his ſibi plaudat,admonendi ſunt omnes qui in huiuſmodi negotiationibus verſantur,vt ad vnguem ſeruent ea quæ ex ſubſtãtia & natura huius contractus veniunt, ne facilè in deterius contra iuſtitiam, & contra charitatem prolabantur.

95 Ad primum igitur reſpondetur, vſuram eſſe quodcumque accedit ſorti, in contractu tamen mutui formalis,aut virtualis,ſeu præſũpti. Vt vidimus in 5.not.cuius vi quodcumque lucrum reſultans eſt contra Iuſtitiam.Sed in cæteris contractibus,in quibus ceſſat mutuum formale,ſeu virtuale, nõ eſt verum,quod quæcumque acceſſio, quæ ſorti contingat vſura ſit.Licet namque in venditione,&emptione fiat lucrum,vt vidimus in tertio notab.illudque ſine dubio accedat ſorti,quod ipſum contingit in alijs plurib. contractibus,nemo tamen vnquam dixit in eis vſuram committi. Quinimò,pluribus in caſibus,ſtatutum eſt,etiam in debito certæ quantitatis,quid recipi vltra ſortem,etiam ex pacto,& quidem licitè, abſque vllo timo

96 re labis vſurariæ;Licet namque regulariter fructus pignoris per creditorem percepti, ſortem debiti extenuent. *cap. 1.cum cap.ſequenti,& cap.cum quæſtus.de vſur.cap. 1. de feudal.1. & 2. C. de pignor. actio.* tamen in cauſa dotis eã non extenuant, ſed accedunt

97 ipſi ſorti, & lucro cedunt genero,abſque vlla ſuſpicione vſuræ.*c. ſalubriter. de vſur. Can.ibi Hoſt.Ioan.And.Abb. Anton. & alij, Bart.l.In Inſulã§.vſura ff. ſol.matr.Silueſt. verb.vſura 3.quæſt.2. Conrad. de contr. qu. 35.Medin.de reb.acq.per ſur.quæſt.2.plures relati per Couar.var.reſol.lib.3.cap.1.num. 3.Molin.de contract. diſput. 321.* Quinimò poſſunt taxari ad ratam temporis, & quidẽ

98 anticipatè,etiam circumſcripto quocumq; pignore,& fructibus eiuſdem, ſed ſuper quantitate dotis promiſſæ. *Cald. Anch. & Affl.d.cap.ſalubriter Bald.Nouell.de dot.7. par.princ.3.Alex.conſ.31.lib. 6. Zaba. conſ. 107.Conrad.d.quæſt.35. concl. Siluef. verb. vſura 3.quæſt.3.Dec.conſ.119.& in cap.venerabilis de exceptio,nu.4.poſt hos, & alios*

99 *Couar.d. cap. 1. numer. 3. uerſ. quarto hic.* Id ipſum contingit in debito quantitatis

occaſione

occaſione pretij rei immobilis venditæ, ratione cuius ob retardatam ſolutionem po-
100 teſt paciſci quid vltrà ſortem, ad ratam tẽporis *l. curabit. C. de actio. empt. & ibi DD. omnes, latè Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 24. num. 5. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 4.* Quod habet locum (ne rẽfugias ad lucrum ceſſans) etiam ſi venditor ex pre-
101 tio ſtatim ſibi ſoluto nihil lucraturus fuiſſet Vt bene probat doctiſſimus Couar. *var. reſ. lib. 3. cap. 4. nu. 2.* Etiam ſi creditor ipſe de-
102 diſſet dilationem ad ſoluendum. *Caſtr. l. Iulianus §. ex vendito. ff. de actio. empt. Dec. in cap. cum venerabilis de except. nu. 14. Cum. conſ. 213. lib. 3. Alcia. l. ſi quis nec cauſam. col. 3. ff. ſi cert. pet. Cagn. d. l. curabit. nu. 58. Alex. conſ. 121. num. 4. lib. 5. poſt hos, & alios Couar. vbi ſupra nu. 5.* Etiam ſi fructus for-
103 tena excederent. *Couar. vbi ſupra, nu. 2. verſ. tertio.* Vndè cum in Cambio non interueniat mutuũ nec formaliter, nec virtualiter;
104 vt vidimus ſupra hac eadem quæſtione nu. 85. acceſſio, quæ ſorti fit. miniſterio dicti contractus, conſuetudine, & legibus approbati, vt vidimus ſupra hac eadem quæſtione num. 83. & ſeq; nullo modo dici poteſt, aut debet vſura.

Conſuetudines namque, ac leges, quæ adducuntur in propoſito, non adducuntur in eo ſenſu de quo in confirmatione dicti primi argumenti, cuius vim libenter admittimus (non poſſe ſcilicet earum diſpoſitionibus vſuram iuſtificari) ſed ad demonſtrandum, contractũ Cambij non eſſe uerba, & nudas denominationes ad paliandum cõtractum mutui, ſed veriſſimum contractum de per ſe conſiſtentem, & ſubſtantia, toto cælo, diſtitum à mutuo, & cæteris contractibus, vt vidimus quæſtionibus ſexta, ſeptima, octaua nona, decima, & vndecima, & illud quidem per leges ritè, ac rectè latas, & à conſuetudine legitimè approbatum.

Ad ſecundum in quo, vna cum ſequenti, mihi ſemper viſum eſt reſidere totum pondus difficultatis. Reſpondeo, præceptum diuinũ eſſe, vt omne lucrum ex mutuo vitaretur,
105 iuxta celeberrimam illud Mathei, *Mutuum dantes nihil indè ſperantes.* Quod cum ibidem de Cambio cautum non reperiatur,
106 nulla poteſt fieri illatio; Argumentum enim de minori ad maius, quod regulariter concludentiſſimum eſt, non procedit quando id, quod minus videtur, eo reſpectu maius
107 eſt, quo Ius ei magis reſiſtit. *Gl. in clem. fin. de reb. eccleſ. non alien. verb. defenſor, quam ponderat Caſtr. in auth. multomagis. C. de Sacr. Eccleſ. Hoſt. & Prapoſit. ancap. per venerabilem. qui fil. ſint legitim. Dyn. in regul. plus ſemper. de reg. Iur. in 6. Cardin. in clem.* 108 *ne Romani. in 4. oppoſitione de electi.* Vndè cum Ius expreſſe reſiſtat lucro ex mutuo, nullo autem modo lucro ex Cambio, non benè infertur ab eo, quod hoc reſpectu maius eſt (licet alias fortaſſe minus) ad id, quod minus eſt (quantumuis alio reſpectu maius) Nec per neceſſe concludit argumẽtum, deductum in propoſito à rationibus allatis per Doctores; quibus aſſerunt prohibitam eſſe vſuram, de quibus neceſſe non habeo diſputare.

Tu verò ſi me audias, amice lector, captiuato
109 intellectu in obſequium Fidei, præcepto parebis. Quod ſi, vt morigerũ magis habeas intellectum, aliquid vlterius ratiocinatiuum deſideras; Et infraſcriptas reſponſiones examina.

110 Reſpondeo ſecundo lucrum ex mutuo prohibitum, quia cum lucrum ex damno reſultet, vt vidimus in quarto notab. & ſic qui ſibi lucrum quærit, neceſſe ſit, vt intendat damnum alienum, ſaltem indirectè, & conſequutiuè, quod ſemper (ſi non contra) ſaltem præter charitatem eſt, quam humaniſſima Chriſtiana lex præcipit. Ideò præcisè prohibetur in mutuo, quia nulla alia rationabili vtilitate ex dicto cõtractu reſultãte, compenſatur: diſſimulatur autem, & permittitur in Cambio, quia ex huiuſmodi contractu emanant illæ omnes vtilitates, quas vidimus in quæſtione tertia. Cum igitur nedũ plenus vtilitate, ſed etiam ferè neceſſarius ſit vſus Cambiorũ ad expedienda hominũ comercia, quis miretur lucrum ex eo permitti, prohiberi autem ex vſura, nulla vtilitate humani generis, ſed tantummodo ad iugulandos, & obruendos miſeros debitores adinuentumẽ?

111 Reſpondeo demum (& hæc reſponſio videtur omninò adæquari intellectui). Lucrum ex mutuo prohibetur, quia eius vigore (vt eſt in argumẽto) res ſterilis germinat, quod eſt contra ordinem rerum naturalium; cum pecunia pecuniam pariat, vndè fructuum denominatio, quæ meritò tribuitur iis, quæ ex alio ſecundum naturæ ordinem oriun-
112 tur; meritò etiam denegatur vſuris. Licet enim attento aliquo iuris effectu vſuræ vicem fructuum obtineãt. *l. vſura. 34. ff. de vſur.*

vsur. tamen si propriè loquendum sit, &
113 absolutè in fructu non sunt cum ex ipso cor-
pore non fiant; audiamus ipsum Pomponiũ
Iure Cõsultum *Vsura 121. ff. de verb. sign.*
„ *Vsura pecuniæ, quam percipimus, in*
„ *fructu non est, quia ex ipso corpore, sed ex*
„ *alia causa est, id est ex mora obligatione.*
At lucrum ex Cambio verò, & propriè non ex
alia causa, sed ex ipso corpore est, & per cõ-
sequens eodemmet responso Iureconsulti in
fructu est; Lucrum enim resultat ex ipso
corpore scuti marcarum, in quo scuto non
est separabilis sors à lucro; sed tũc demum
certo, formaliter, ac distinctè apparet cum
in ferijs ipsis exiguntur scuti marcarum
(quod raro fit, vt videbimus in prologo-
menis ad secundam disputationem) & pro
scutis 101. marcarum exiguntur scuti 100.
auri in auro de quinque stampis, vt expo-
suimus supra, quæstione prima ante num.
15. Vel cum (quod ferè semper contingit)
scuti illi marcarum è feria redeunt via no-
ui contractus Cambij ad locum, in quo fue
rat celebratus primus contractus, quo loci
vice scutorum mille implicatorum exigun-
tur mille quindecim, seu viginti, & (vt vno
verbo dicam) tunc demum apparet, cum
scutus marcarum præuia illa conuentione
quodammodo parit. Vndè sicuti immeritò
damnaretur lucrum ex fructu terrarum, ac
pecudũ, idem fortasse Pomponius diceret
de lucro Cambij: Id quod accepto ferendũ
est recentiorum industriæ, qua repertus
est (non sine maximo Reipublicæ bono) ac
adinuentus modus, quo pecunia ipsa quo-
dammodo conciperet, & pareret, fructus-
que ederet, quod priscis temporibus incõ-
pertum fuerat, & incognitum.
Nec te turbet ingeniose Lector hac ratione
iustificari emptiones pretio anticipato, &
ob dilatam consignationem, viliori, (de qui
bus in sequenti argumento) memineris nã-
que eas non esse veras emptiones, sed à Iu
re præsumi mutua,) licet paliata splendido
prætextu iustissimi contractus; Cambium
verò esse contractum de per se nobilissimũ
vt probauimus quæstione vndecima, & cõ-
tra illud nullam militare mutui præsum-
ptionem, vt vidimus supra hac eadem quę-
stione nu. 83. & pluribus sequentibus.
Ad tertium (in quo ni fallor cõsistit potissima
pars difficultatis) nego quamtumuis scutus
marcarum valoris solidorũ sexaginta octo,
seu (quoad effectum) sexaginta septem, &
denariorum quattuor, comparetur via Cã-
bij solidis sexaginta sex, & quidem antici-
pata solutione, & dilata in aliud tempus di-
cti scuti consignatione, dici, aut sustineri
posse scutum marcarum vilius emi; Nego
tali pretio acquirentem scutum marcarum
esse in lucro, distrahentem in damno, quæ
correlatiua sunt, vt videmus supra hac
eadem quæstione, notab. 4. vndè consequi-
tur in Cambio non militare præsumptionẽ
illam mutui virtualis, quæ militat in emen-
te vilius pretio anticipato. Et ne à perfícta
fronte, sed à recta ratione negationes præ-
dictas proficisci cognoscatur, resoluenda
sunt ea, quæ supra exposuimus in primo,
secundo, tertio, & quarto notabilibus.
Nam si verũ est, prout ibi manifestissimè pro-
bauimus, q̃ nemo potest esse in lucro, aut
damno, nisi eatenus, quatenus patiatur, seu
sciat respectiuè augumẽtũ, aut diminutio
114 nẽ patrimonij, quęro in isto cõtractu quod
nam detrimẽtũ, aut patrimonij diminutio-
nem sentiat ille, qui vendit scutum marca-
rum absentem loco, & tẽpore pretio à lege
taxato, & sic omni æqualitate æqualioris?
Nam si est consignaturus scutum marcarũ
in loco feriarum, & sic respectu obligatio-
nis passiuæ ipsi cohærentis sentit diminu-
tionem patrimonij, non per hoc aliquod
(quamtumuis leuissimũ) damnum sentit cũ
actu pretiũ consequutus sit ex illa eadem
obligatione, & illud omninò æquualens vt
potè à lege taxatum, ex quo manifestè re-
sultat coæquatio, & per consequens damni
cuiusc̃umque exclusio: Sicuti è conuerso ac
quirens eundem scutum marcarum nullo
modo dici potest lucratus; nam si per dictã
obligationẽ ex Cãbio sibi cõpetentẽ sentit
augumentum patrimonij, ex pretio tamen
per ipsum exbursato, & illo quidem omni-
nò æquualenti (taxato scilicet à lege) resul
tat omnimoda coęquatio.
Nec valet ponderatio maioris æstimationis
scuti marcarum in ferijs, & quidem certæ
omni certitudine, quę cõstat excedere pre-
tium exbursatum. Nã si summo Iure agen-
dum esset, responderem hoc esse damnare
legem taxantem pretium tamquam iniustã
non autem ipsum contractũ, ex quo capite
nullus vnqua Iurisperitus, aut Theologus
damnauit, aut damnare potest acquisitio
nes factas pretio anticipato, & viliori. Sed
vt planius, & amicabilius agamus, dico, & in
hoc potissimũ animum intende, nam aperit

præcipua penetralia huius iustissimi contractus) Dico, inquam, non esse necessariã illationem hanc, quæ sequitur, Solui hodie in Ciuitate Genuæ centum, habiturus post menſem Venetijs centum duo. Ergo ſum in lucro. Eſſe quidem contingentem, nam ex accidentibus, & circumſtantijs poſſet eſſe, vt eſſem in lucro, vel in damno, vel in neutro, ſi enim reſpectu dictarum duarum Ciuitatum maior eſſet abundantia pecuniarum Genuæ, quam futura eſſet tempore ſolutionis Venetijs, aut æqualis. Tunc ſanè, & abſque vlla dubitatione eſſem in lucro. Si verò minor: tunc eſſet conſiderabile in quanta latitudine id contingeret, ſi nãque ea proportione, quæ attingeret ad ratam dictorum duo pro cẽtenario, tunc nec in lucro, nec in damno eſſem, at ſi adeò minor eſſet dicta abundantia, vt proportionabiliter excederet ab ea, quæ futura eſſet Venetijs ad ratã illorũ duorum pro cẽtenario, tunc eſſem nedũ in lucro, ſed in damno, & eo maiori, quo maior eſſet exceſſus ille. Quæ circumſtantiæ, ex quibus pendet dicta maior, ſeu minor abundantia, præſertim provt reſpicit tempus futurũ; cũ incertiſſimę ſint, inde fit non procedere illationẽ illã: emi ſcutũ marcarũ valoris indubitati ſolidorũ ſexaginta ſeptem, & denariorum quattuor, pretio ſolidorum ſexaginta ſex, ergo ſum in luro de denarijs ſexdecim pro quolibet ſcuto, qui (facta computatione) excedunt de duo pro quolibet cẽtenario; Nã cũ ſolidos ſexaginta ſex ego exburſẽ Genuę, vbi minor eſt abũdãtia pecuniarum quam futura ſit in feria, loco ſcilicet, deſtinatæ ſolutionis, quæ minor abundantia eſt proportionata ad vnguem ad illa duo pro centenario, quibus pretium exceditur, non poſſum dici in lucro. Quod autem proportio illa ſit tanta prorſus, non poteſt vllo pacto ambigi, quinimo eſt omni, & quacumque ſecuritate ſecurius, cum id à pretio pendeat, quo Cãbium celebratum eſt, hoc autem à lege, cuius vi, ac ſanctitate, quælibet licet minima excluditur fraus, inæqualitas, ac iuſtitia, ſeu deceptio.

Vndè fit, quod licet damnandus eſſet, & meritò, contractus ille, quo indiſtinctè 116 quis daret centum hic Genuæ, vt alibi reciperet centum duo, tamquam vſurarius; cum apparet de exceſſu vltra ſortem, & ſic de lucro, id tamen non procederet, quando id contingeret via Cambij realis, & legitime initi; nam ille exceſſus non eſt cõſiderabilis, vt lucrum, ſed in vim proportionis maioris abundantiæ pecuniarum in 117 loco, in quo deſtinatur ſolutio.

Et indè pariter fit, quod licet non eſſet damnandus contractus ille, quo quis exburſaret hic Genuæ duplices centum Hyſpanarium, vt totidem centum intrà dies 118 quindecim reciperet Romæ, id tamen procederet, quando huiuſmodi contractus bona fide celebraretur, & inter homines ignaros, & præſcindentes, ſeu non aduertentes ad dictam maiorem, ſeu minorem penuriam, ſeu abundantiam in dictis Ciuitatibus, ſed ſi celebraretur à mercatore peritiſſimo de maiori abundantia Genuæ, quam eſſet Romæ, (prout audiui aliquando factum fuiſſe à quodam, verbis, ac ſpecie piiſſimo, ſed factis, & animo rapaciſſimo) tunc abſque dubio is eſſet in lucro, & quidem peſſimo, & vſurario *poſt Sotum Salas de Camb. dub. 12. num. 3. in fin.* illius ſcilicet quantitatis, quę proportione reſpõderet ad dictam maiorem abundantiam.

Et hinc vides amice Lector quam cautè legẽdi ſint Doctores illi, qui paſſim, & indiſtinctè, admittunt lucrum ex Cambio, & de illo diſputantes totũ tribuunt traſportationi; vt vidimus ſupra quæſt. octaua, in tantũ vt ſi valor dictę tranſportationis a lucro excedatur, Cambium damnẽt tamquam vſurarium. *Conrad. de contr. quæſt. 99. concl. 4. & concl. 21. reg. 3 & concl. 12. cum corollarijs 3. 5. 12. 10. Med. de vſur. quæſt. 4. de Camb. Sot. 6. de Iuſt. & Iur. quæſt. 10 art. 1. Caiet. in opuſc. de Camb. cap. 1. & 6. Nauar. in manual. cap. 17. nu. 289. & in coment. cap. fin. de vſur. num. 21. Gab. in 4. diſt. 15. quæſt. 11. art. 3. dub. 12. Maior ibidẽ quæſt. 37. Reginal. in decretor. lib. 25. cap. 34. quæſt. 9. nu. 352. cum ſeqq. Michael Salon. de inſt. & iur. quæſt. 4. de Camb. art. 2. controuer. 7. Leonard. Leſſ. de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 23. de Camb. dubit. 3. Molin. de controu. tom. 2. diſput. 403. Salas de Camb. dubit. 8. num. 2.* cum veruis ſit, per prædicta, verè, & propriè in Cambio ſimplici ritè, & rectè celebrato, nullum 120 prorſus lucrum ineſſe, illumque exceſſum maioris ſummæ a minori abundantia pecuniarum in locis diſſitis, inter quæ Cambia neceſſariò celebrantur, pendere; & per conſequens in Cambio

ſimplici

ſimplici regulari venire illud abſolutiſſimũ tantumdem, de quo ſupra hac eadẽ queſt. num. 92. Licet non negauerim, immò libẽtiſſimè admittam tranſportationem facilioremſ, ſeu difficiliorem iuxtà diſtantias, ac qualitates locorum, interquę Cambia neceſſariò celebrantur, conſpirare, ac concurrere cum alijs pluribus accidentibus ad inducendam maiorem, ſeu minorem abundantiam. Abundantia namque in alio quopiam loco exiſtens cuiuſcumque rei indè extrahi non prohibitæ, inducit, ac generat etiam abundantiam in alijs locis non longè diſtitis, & eo maiorem, quo loca illa (cæteris paribus) ſunt viciniora; Et id non alia ratione, niſi quia facilius, & minori cũ expenſa in dicta loca fit tranſportatio, & ſic, & in hoc ſenſu tranſportatio tam actualis, quam etiam potentialis concurrit cum alijs accidentibus ad dictam maiorem, ſeu minorem abundantiam inducendam, ex cuius æſtimatione, & penſitatione, habito reſpectu inter duo illa loca, de quibus agitur in Cambio, (celebrati ſcilicet cõtractus & deſtinatæ ſolutionis) pendet ille exceſſus quantitatis exigendæ à quantitate prius ſoluta; qui ad pauca reſpicientibus lucri ſpeciem ſupet inducit, ſed falsò.

Dices reſpiciente ad pauca, ſiue ad omnia intellectu, ſiue à nihilum, in effectu hoc certum eſſe (remanẽte etiam eadem priorsùs abundantia, ſeu penuria pecuniarum Genuæ) quod ille, qui implicauit ſcutos mille in Cambijs pro feria proxima, in reditibus eiuſdem exigit in eadem met Ciuitate eadem mille, & præterea alia duodecim, quindecim, ſeu viginti, & quandoque vltra, quæ lucro non cedere implicanti, eiuſque patrimonium non augere eſſe, contra ſenſum ipſum pugnare, & propterea non eſſe ferendum, nec ſine ſtomaco legi poſſe, ad eludẽdam vim huius tertij argumenti, negari lucrum ex Cambio, quod ſola lucri cupidine à quamplurimis celebratur.

Bona verba quæſo; nec ſenſum impugnamus, nec veritatem, ſed hanc deliteſcentem per anfractus difficultatum, & acumina argumentorum (ratione duce) candidè, & ingenuè inueſtigemus. Faueas amice lector, & examina, nec aliquem in cauſa timeas prætiaricatorem, cemet ipſum Iudicem conſtituo. Fatcor in Cambijs lucrum ſectari, & ferè ſemper lucrum ſequiſ loquor de regularibus) & quidem vberius quam in quolibet alio negotiationum genere; ſed memineris diſputationẽ noſtram inſtitutam eſſe de Cambio ſimplici, potiſſimum regulari, (quod ipſum validiſſimè impetit hoc tertiũ argumentum) à quo alienum omninò eſt, vt in eodem loco exigatur creditum ex Cãbio, in quo celebratus fuit contractus, vt vidimus ſupra quæſtione ſecunda nu. 14. & quæſtione nona. Et propterea dicta obiectio, quæ ſupponit exactionem in loco celebrati contractus, deſtruit ſuppoſitum propoſitæ quæſtionis de Cambio ſimplici, vndè facilè poſſet declinari tamquam erronea à propoſita quæſtione.

Sed non excitaui, vt declinarem, nec poteſt dici extranea, cum magis, ac magis aperiat naturam contractus, de quo agimus, & illius iuſtitiam. Contingit igitur, tali caſu lucrum, non ex Cambio ſimplici, ſed ex multiplici, duplicato ſcilicet. Nam cum vigore prioris Cambij ſimplicis ſolutio faciendæ fuiſſet in ferijs; facta fuit illa, quidem; ibidem; ſed poſt eam ex ijs ſcilicet pecunijs ibi exactis, celebratus fuit ibidem alius Cãbij contractus, cuius vi deſtinata fuit ſolutio ad Ciuitatem Genuæ (vt ſuſius explicabimus in Prologomenis ad tertiam diſputationem) & ſic quando à creditore fit exactio Genuæ de illis mille, & vltra alijs viginti, in quibus verè, propriè, & formaliter conſiſtit lucrum, id contingit non ex vi prioris Cãbij, vt indè dicatur lucrum ineſſe ſed ex vi ſecundi, & ſic abſolutè ex multiplici. Quod non negamus, ſed plenè probauimus ſupra notab. tertio, & quarto, & illud quidem vberius, quatenus pluries fieret dicta contractuum multiplicatio. Id quod non eſt peculiare in Cambio, ſed commune cum alijs, & quibuſcumque contractibus, vt vidimus ſupra in quarto notab. cuius multiplicationis contractuum vigore, licet contingat accretio ſorti verè, formaliter, & in pecunia numerata, nõ per hoc dicitur vſura illis ineſſe, ſed legitima acquiſitio, quæ comercia omnia ſuſtinentur. Nõ igitur põderandum eſt lucrum, reſultans ex pluribus contractibus, ut dicamus quam libet acceſſionem, quæ fiat ſorti, verè, & formaliter in pecunia ſcilicet numerata vſuram eſſe, nam hoc eſſet damnare cõmercia omnia, & lucra ex eis prouenientia. Sed examinandus eſt quilibet contractus ſimplex de per ſe (vt hactenus fecimus de Cambio) & inueſtigãdum an in eo inſit mutuum formaliter, aut vir-

virtualiter, vt lucrum ex eo proueniens vsura sit. Vndè cum in Cambio simplici regulari deficiat omnis ratio formalis lucri, resultat concludens illatio in eo nec mutuũ nec vsuram inesse posse; Quod non confunditur ex eo, quod verè lucrum resultat ex eodem contractu multiplicato, cum ab huiusmodi accessione, seu lucro (vt pote communi cum omni, & quocũque negotiationis genere) remotissima sit quælibet suspicio cuiusque mutui, & vsuræ quatenus à simplicibus, & de per se cõsideratis remota intelligatur, prout per supradicta contingit in Cambio simplici, de quo agimus,

124 Ad quartum verò, cui tanta vis tribuitur, vt insolubile communiter appelletur: adeò facilis, & euidens mihi semper fuit visa solutio, vt satis mirari non posse mihi viderer, illam homines grauissimos, & suo iure doctissimos latuisse; (quod fortè accidit eximius distincta, & scientifica huius cõtractus cognitione) Respondeo igitur admittendo assumptum de viliori pretio, quando feriæ pro quibus Cambia celebrãtur sunt remotiores, & cariori quando propinquiores, vndè excessus ille valoris scuti marcarum, quo pretium superatur qui lucri speciem induit, maior est pro maiori temporis. dilatione. Sed hoc vsura non est, nec etiam attenta huiusmodi variatione verificatur lucrum percipi ratione temporis, non solum quia talis excessus, lucrum non est, (vt vidimus supra proximè in responsione ad tertium argumentum) sed etiam quia; hæc variatio pretij, quæ communiter contingit ad ratam temporis lõgioris, seu breuioris, quo tardius, seu celerius feriæ celebrantur, semper fit ad commodum, & fauorem debitoris ex Cambio, nullo autem modo, & nunquam ad commodum creditoris; ex cuius parte tantum cum subsit, aut subesse possit vsuræ suspicio, iam patet ex capite dictæ variationis omninò, & quamcumque suspicionem fraudis, & vsuræ deficere. Nisi alia interuenirent ad grauamen eiusdem debitoris, & alijs Cambijs subsequutoris quæ quãdo cõtingant pete a tertia disputatione.

Quod si talis variatio vnquam fieret ad commodum creditoris, & incommodum debitoris, in tantum vt Cambium celebraretur quocumque tempore pretio viliori ab eo,

125 quod lege taxatũ est (prout aliquando contigisse audiui) tunc intraret suspicio ne tale Cambium amitteret substantiam Cambij, & in mutuum transformaretur, & in eo indubitata vsura cõmitteretur, Quod perpetuo notã, nam alibi nõ leges, & id ea ratione, quia tali casu intraret vis argumenti, quod non repeto. Sola facti explanatione res fit clarissima.

Hodie, qui est dies vigesimus secundus mensis Augusti, quo die nedum coperunt solutiones in hac nostra Ciuitate redituum feriæ Augusti Nouarum, sed etiam statutum fuit pretium (quod dicunt computum pone re) pro Cambijs celebrandis pro proxima Sanctorum, quod tempus per consequens abest quam longissimè à dicta feria, pretiũ prædictum legitimè statutum fuit à Viris prudentia, & experientia insignibus, numero sex à Serenis. Senatu deputatis, ad rationem solidorum sexaginta septem, pro quolibet scuto marcarum, in feria scilicet proxima Sanctorum consignando creditori. Modo certum est, & admitto, quod, retẽto supposito eiusdem abundantiæ pecuniarum in presenti Ciuitate, & sic supposito argumenti; quando propius accedet feria Sanctorum, cariori item pretio scutus marcarum comparabitur. & per consequens inter dictos solidos sexaginta septem, quibus taxatum est pretium, & solidos sexaginta octo valoris scuti marcarum, minor semper fiet distãtia, id, quod semper cedit commodo debitoris, & incommodo creditoris, & eo maius, quo feria magis appropinquabitur, & per consequens minor fiet excessus ille; vnde impertinens est omnino suspicari vsuram.

Sicuti enim, si ponas triticum consignandum tempore messium, videlicet Iulio exeunte, taxari, per legem editam mense Ianuarij, pretio librarum viginti pro qualibet mensura, nullus reperiri posset ità malè sentiẽs de cõtractu emptionis, qui damnaret emẽtem mense Martij, ad rationem librarum viginti vnius, & quo propior esset consignatio, maius pretium offerret. Et id ea solum ratione, quia variatio illa omnis a pretio iusto, sed supra illud cedit ad commodum debitoris, & incommodum creditoris: vndè cessat omnis mutui virtualis præsumptio, & ex consequenti vsuræ. Id ipsum dicendum est de contractu Cambij simplicis: nam carius comparare scutum marcarum, quo magis feria propinquatur nihil aliud est, nisi contrahentem, qui ex Cambio lucrum aucupatur, in quo solo est fœnoris suspicio,

ſpicio, carius emere quam ſit lege taxatum: & ſicut comparando eumdem ſcutum pretio lege taxato, nullam committeret vſurã per iura clariſſima, ità ridiculum eſt de huiuſmodi labe dubitare, dum comparatur pretio ſuperiori ab eo, quod lege taxatum eſt.

Et hinc patet qua ratione dixerim, ſi variatio, de qua in argumento, contingeret infra pretium à lege taxatum, vſuræ ſuſpicionẽ intrare; nam ſicut licet creditori abſque labe vſuræ emere pretio anticipato cariori, quam ſit illud, quod per legem taxatum eſt; ità nullo modo ei licet emere viliori, cum hoc caſu certum ſit vſuram committi rationibus & iuribus allatis ſupra in tertio argumento, quæ hic non repeto.

Signanter dixi intrare tali caſu ſuſpicionem vſuræ, non autem abſolutè dixi vſuram cõmitti. Quia ſi ex aliquo inopinato accidenti à taxantibus non præuiſo, poſt pretij taxationem, auctoritate publica factã, adeò creſceret penuria pecuniæ, vel earumdem indigentia in eadem Ciuitate (quod ex pluribus accidentibus bellorum, naufragiorũ, & aliorum contingit quandoque) ità vt communiter ab omnibus mercatoribus Cãbia celebrantibus, vilius, & infra pretium taxatum æſtimaretur ſcutus marcarum, tali caſu non damnarem contractum Cambij celebratum, ſecundum illam communẽ æſtimationem, licet viliori pretio, quam taxato. Nec tali caſu intrat uis argumenti contrarij ex eo. Quia communis illa æſtimatio marcarum rationabilis, præualet æſtimationi taxatæ, quæ præceſſerat, accidentibus prædictis non præuiſis, & eſt apta non tantum excludere quamcumque mutui ſuſpicionem in Cambio, iuxta communem omnium æſtimationem, celebrato, ſed ſi, ceſſante dicta communi æſtimatione ex rationabili cauſa orta, poſt taxationem, quis Cãbium celebraret pretio viliori, quam taxatum eſſet, & id ex propria cupiditate, vel ex iniuria, vel ex neceſſitate recipientis ad Cãbium, tunc abſque dubio vſura per dãtem ad Cambium committeretur, & id ex vi argumenti contrarij.

Nec argumentum contrarium aliquam vim deſumere poteſt in propoſito à Bulla Pij prohibente percipi maius lucrum ob dilatam ſolutionem, nam præter prædicta, (vt expoſuimus in ſexto notab.) verba illa non

tempora ſolationum ſunt certa, & pactis priuatorum omninò inuariabilia: Sed de irregularibus, in quibus cum (circumſcripta conſuetudine) nullus ſit aſſignatus certus terminus, poſſet pacto priuatorum fraudibus locus aperiri, contra quæ Cambia irregularia nullo modo poteſt verificari ſuppoſitum argumenti de variatione lucri ad ratam temporis.

Dices me non ſoluere, ſed transferre argumẽtum, ſeu illius difficultatem a creditore ex Cambio ad debitorem, & ſicuti facile admitti poſſet creditorẽ, qui emit pretio anticipato vltra pretium à lege taxatum, immunem eſſe ab vſura, non apparere qua ratione labes prædicta excludatur à venditore, qui (retento eodem ſuppoſito, carius vẽdit cum detrimento emptoris, & compendio ipſius venditoris, & ſic per reſponſionem non iuſtificari contractum, ſed excipi perſonas.

Reſpondeo, remota ſuſpicione vſuræ à creditore Cambij ſimplicis regularis in neceſſarium conſequens iuſtificari contractum; Nam certiſſimum eſt (vt probatuimus in quinto notab.) in nullo contractu ſubeſſe poſſe fraudis ſuſpicionem, in quo non adſit mutuum formale, ſeu virtuale. At in mutuo formali, ſeu virtuali, ſuſpicio vſuræ ſoluta eſt actiuè, attenta perſona creditoris ſolius, quo exiſtente ab vſura immuni; contractus per conſequens nulla vſuraria ſuſpicione laborare poteſt, & propterea cum in contractu Cambij ſimplicis regularis ſtadeſt vllo modo mutuum, creditor ex Cambiò deberet induere nomen creditoris ex mutuo conſtito in eo nullam eſſe actiuè vſurã. Conſtat pariter contractum retinere propriam ſubſtantiam, & naturam contractus Cambij, nullamque vſuram inuoluere. Variatio enim illa in exceſſu pretij taxati, quę fit ad commodum debitoris, non cauſat detrimentum emptori, & lucrum venditori, cum verè tali caſu ſcutus marcarum æquitualeat pretio conuento, & exceſſus ille pretij a pretio taxato ſequitur ob augumentũ proportionale, ſequutum ex poſt abundantiæ, ſeu indigentiæ; à die, quo terminatum fuit à lege pretium. Qua de re habẽda omninò fides eſt creditori ex Cambio, qui ſolus (præcisè tamen) ex huiuſmodi contractu lucrum ſectatur, & qui non obſtante terminatione pretij prædicti illud auget.

126 poſsũt intelligi de Cambio regulari, in quo 127 Ad vltimum reſpondetur, Entia rationis dupliciter

pliciter posse considerari. Primo quidem in abstracto, & in sensu diuiso, & prout habet solum esse obiectiuè in intellectu, prout in Logicis, maius extremũ, minus extremum, prima, secunda figura, demonstrabile, definibile, & alia huiusmodi, & in hoc sensu considerato scuto marcarum, & prout est in se figmentum quoddam, & nullum habet esse formaliter in rerum natura; admittimus nullum habere esse reale, aliàs necessariũ omninò pro constituenda æqualitate illa, in qua iustitia cuiuscumque contractus consistit; Sed non in hoc sensu accipitur in Cambio. Secundo modo ens rationis cõsiderari potest in sensu composito, & in concreto, & prout dicit ordinem ad quid reale; prout plerumque in Moralibus, palmus, modium, Respublica, hæreditas, quæ dicunt ordinem ad pannum, triticum, optimates, & corpora hæreditaria. Et in pũcto, de quo agimus, prout scuti centum vnus marcarũ dicunt ordinem ad scutos centum auri in auro de quinque stampis, qui etiam veniũt in obligationem scutorum de marchis ex vi contractus Cambij in electione creditoris ex eo, vt vidimus supra quæst. 13 num.

Et secundo modo negamus scutum marcarum habere tantum esse obiectiuè in intellectu, sed verè, & cum effectu habere esse reale, quod sufficientissimè admittit commensurabilitatem, & æqualitatem, quam esse necessariam in quolibet contractu non negamus. Vndè cum hoc secundo modo scutus marcarum accipiatur in contractu Cambij, cessat in totum vis argumenti contrarij. Et sanè sicuti nullus vnquam dixit distractiones factas pro tot Libris Genuẽsibus, Bononiensibus Grossorum, & similibus non subsistere ex eo, quia huiusmodi libræ actu non reperiuntur, & id iure merito, cum dicant ordinem ad pecuniam, quæ iusta æstimatione pro eis soluitur, id ipsum eadem ratione, dicendum erit de Cambio, licet in eo veniat scutus marcarum, qui formaliter non reperitur, & considerato illo primo modo sit quoddam ens rationis.

Et ex his finem accipit hęc difficillima, ac celeberrima quæstio, in qua (ni fallor) versatur cardo totius difficultatis in proposito Cambiorum; quam proliximè ne dixeris Lector; ni prius statuas quid nam ex ea tamquam superuacaneum, & abundans sit expungendum.

DISPVTATIO I.

QVÆSTIO XIV.

An quælibet persona cum qualibet licitè celebret contractum Cambij.

1 *Campsoriam artem, quam bancherotorum nominant, an sine Principis auctoritate quis exerceat.*

2 *Clerici, & persona Ecclesiastica an Cambij contractum celebrare possint, & nu. 14.*

3 *Ecclesiasticis prohibetur lucris tẽporalibus inhiare.*

4 *Clericis beneficia Ecclesiastica indulgẽtur, vt hæ ratione alij omnibus neglectis diuinis ministerijs inhæreant.*

5 *Correlatiuorum eadem disciplina.*

6 *Principes, Rex, & Magistratus contractum Cambij an iure contrahant. Et an rustici, & alij pecunia indigentes, quos dantes scium non fore habituros in feria scutis marcarum, & an absura distent huiusmodi Cambia. 7. 12. 15. 16. 23. & 26.*

8 *Emens bouẽs à rustico, quos scit non habere, eidem locans eos certa mercede, vsura cõmittit, & de ratione 26.*

9 *Creditor Cambij potest mandare de mandato creditoris suo respondenti in loco feriarum, vt nomine dicti debitoris soluat, & de solutis se prouideat ab eodem mandate in eodem loco, à quo processit debitum contra eumdem debitorem, & num. 10.*

11 *Contrahens cum alio debet inuestigare conditionem eius, cum quo contrahit. Declara vt num. 28. 29.*

12 *Reges possunt Bona immobilia ad Regnum pertinentia alienare.*

13 *Inanis dicitur actio, quam debitoris exclusio inopia.*

15 *Hier. de Luc. de Camb. §. seq. à nu. 28. vsque ad 30. putantis Cambium inter solos mercatores posse celebrari, opinio confutatur.*

16 *Cambium*

16 *Cambium non damnatur ex eo quod dans ſe curè credat debitorem non fore ſoluturũ in feria.*

17 *Comercia omnia ſunt Iuris gentium, & omnibus communia. 12.*

19 *Animus contrahentium non repugnat ſubſtantiæ Cambij.*

20 *Animum, & mentem contrahentium verborum ſono proferendum intelligimus de dubia verborum ſignificatione.*

21 *Talis præſumitur mens contrahentium, qualis naturæ contractus congruit.*

22 *Regula plus valere quod agitur, &c. intelligitur quando contrahentes habent in mẽte vnum contractum celebrare, & verbis exprimunt alium.*

23 *Cõtractus ſiue nominatus, ſiue innominatus non damnatur ex eo quod alter ex contrahentibus ſciat promiſſorem non præſtaturum promiſſa, & ideò ſperet conſequi intereſſe. vide num. 15.*

24 *Intereſſe venit vbi nõ impletur etiam in obligatione dandi.*

27 *Fictio ſuper alia fictione reprobatur.*

VISA, ac examinata ſubſtãtia Cambij ſimplicis in genere, eiuſque prꝛcipuis qualitatibus quæ circa bonam fidẽ & iuſtitiam eiuſdem contractus verſantur; recta methodus nos admonet, vt percurrendo per perſonas, cõſenſus, res, pretia, tempora, & loca, quæ requiruntur ad ſubſtantiam huius celeberrimi contractus, per quæſtiones examinemus plura, quæ circa prædicta, & eorum quæliber occurrunt, vt perfectam, & abſolutam, quantum in nobis eſt, de illo diſciplinam tradamus.

Exordiendo igitur à perſona exemplo Iuſtiniani, *Inſt. de Iur. perſona.* tamquam a nobiliori, iam patet quid quæramus nõ enim nobis eſt ſermo de habilitate, ſeu inhabilitate perſonarum ad contrahendum in genere, ſupponimus enim terminos habiles ad præſentem quæſtionem, adeſſe ſcilicet idoneitatem perſonæ in genere contrahẽdi. Nec etiam loquimur an vnicuique licitũ (ſine auctoritate Principũ) artem campſoriam exercendi, in Cambio ſcilicet minuto per eos, quos nos Bancharios vocamus. Cum enim hoc genus permutationis ſupra quæſtione quinta, & ſexta reijecerimus à Cambio, tamquam quid omninò diuerſum, non eſt quid in eo immoremur.

1 Si cui tamen erit curæ prædicta cognoſcere adeat. *Nauar. in comen. in cap. fin. de vſur. & in ſen. cap. 17. nu. 288. Sot. in tit. Iuſt. quæſt. 9. art. vni. conſ. 3. Molin. de Iuſt. & Iur. diſp. 399. eman. 2. quæſt. ſum. cap. 203. cõ. S. rebell. in 2. part. de obl. lib. 11. quæſt 4. Mercat. lib. 2. de Camb. Gutier lib. 2. practꝛ. quæſt. 178. Leſſ. lib. 2. cap. 29. dub. 2. num. Salas. de Cãb. dub. 5. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 25. tit. 3. num. 14. cum ſeqq.* Sed ſtatus quæſtionis eſt an ſit aliquod genus perſonarũ, licet aliàs habilium ad contrahendum, per quod minus rectè, ac iuſtè huiuſmodi contractus celebratur.

2 Primo videtur quod Clerici, & Eccleſiaſticę perſonæ non poſſint huiuſmodi contractus celebrare. Cum enim Cambia (ſi de regularibus tantùm ſit ſermo) lucri cupidine celebrentur, vt vidimus ſupra quæſtione tertia, Clericis autẽ, & Eccleſiaſticis perſonis in-
3 terdicatur, lucris temporalibus inhiare. *cap. ex parte. in fin. de cenſib. cap. Clerici de virt. & honeſt. Cleric. Rom. in auth. ſimiliter nu. 4 ad fin. ad Falcid. & conſ. 363. numer. 3. Rota. conſ. 127. nu. 10. verſ. non obſtat. lib. 4.* cum eis hac de cauſa Eccleſiaſtica beneficia indulgeantur, vt aliis omnibus negletis,
4 Dei Omnipotentis miniſterijs inhæreant. *l. generaliter in fin. de Epiſc. & Cleric.* quod ſi ipſis interdictum eſt lucrum ex Cambiõ, & ſic actiuè huiuſmodi cõtractum celebrare, idem dicendum eſt paſſiuè, ità vt nullus cum eis licitè poſſit huiuſmodi contractum celebrare, cum correlatiuorum eadem ſit
5 diſciplina, ac diſpoſitio. *l. 1. C. de cupi. lib. 12 l. vlt. C. de caduc. toll. & ibi latè Iaſ. & DD. in rub. ff. de acq. poſſ.*

Quæ dubitatio multò magis procedit in Regibus, Principibus, ac Magiſtratibus, item & in Ruſticis, & alijs mediocribus perſonis, quæ egentes pecunijs, accipiunt quidem illas à mercatoribus nomine Cambij, & ad
5 effectum prædictum, conueniunt de pretio & quantitate ſcutorum de marchis, ſoluendorum in ferijs, & pro executione litteras Cambij ſubſcribunt, ſed certo certius habent tam dantes, quam recipientes Cambio, debitorem nec habere, nec habiturum dictos ſcutos marcarum in ferijs, ſed in intentione vtriuſque contrahentis eſt, ſiue nõ mittantur litteræ, ſiue mittantur, aut redeãt

cum

cum protestatione, vel compleantur quidē litteræ, sed vel ab ipsomet creditore, vel aliquo alio de mandato tamen ipsius creditoris, in illud collimantes, vt fiat restitutio pecuniarum in loco celebrati contractus
7 lapso tempore feriæ illius, vna cum incremento Cambij, dictū contractum non esse Cambium, sed viam quamdam, qua Deum decipere credimus, tamquam vsurarium plures improbant, *Nauar. de Camb. nu. 25. Siluest. in sum. verb. vsura. 4. quæst. 9. num. 9. Hieron. de Luca in tract. de Cāb.* S. *sequitur. num. 43.* & generaliter in tantum non posse huiusmodi Cambia celebrari nisi inter mercatores. *Hieron. vbi sup. a num. 28. vsque ad 36.* et quando dans ad Cambium scit debitorem non soluturum in feria, sed in eodē loco restituturum cum incremento Cambij, esse vsuram plures tradidere relati per Salas. *de Camb. dub. 14. in princ. & dub. 17. num. 4.*

Item facit ratio, qui in huiusmodi contractu celebrato cum personis prædictis nulla alia subsistantia cuiuscumque contractus reperitur, quam subsistantia contractus mutui cū incremento, ergo. Non emptionis, & venditionis, quia nulla res præstatur pro pretio, sed id ipsum, quod darum fuit, recipitur cum incremento. Non locationis pecuniæ, cum transferatur illarum dominium; non locationis operarum, cum nullæ operæ nec virtualiter, nec formaliter præstentur, non permutationis, cum res eiusdem generis, ac rationis non præsterur; Non denique Cambij secundum sententiam, quam supra probauimus quæstione vndecima cum non tantumdem pecuniæ diuersi generis in diuerso loco, sed maior summa in eodem loco pecuniæ eiusdem generis nedum realiter præstetur, sed etiam formaliter veniat in obligatione.

8 Tertio negotium facit vulgatà illa instantia de emente boues à rustico, quos certum est eum non habere, eidemque locare, certa mercede constituta, nam licet appareat de duplici contractu venditionis scilicet, & locationis licito vtroque, si prætextu prædicto taliter emens, & locans sub nomine mercedis aliquid vltrà pretium recipit vsuram cōmittit, vt post alios docet Siluest. *in sum. verb. vsur. 3. quæst. 8. nu. 6.* quod multò magis videtur dicendum in Cambio, in quo certo certius scimus nec Regem, nec Rusticum in loco feriarum habere, aut habituri scutos marcarum, sed id tantum intenditur ab vtroque contrahente, vt id ipsum restituatur, quod præstitum fuerat vna cum incremento Cambij, quo argumento nititur idem Siluest. *in sum. in verb. vsur. 4. quæst. 9. num. 1.*

Nec dicas creditorem ex Cambio, qui habiturus est scutos marcarum in loco feriarum, & si non alios, illos certè, quos ex huiusmo
9 di Cambio, de quo quæritur, acquisiuit posse præcibus ipsius Regis, seu Rustici mandare suo correspondenti in dictis feriis, vt nomine dicti debitoris soluat, & denuò de solutis se prouideat ab ipso mandāte in eodem loco, à quo processit debitum cōtra eumdem debitorem, quod licitè fieri posse tradunt post alios *Less. de Iust. & Iur. cap. 22. dub 7. Veg. in epit. verb. Cambium. casu. 14. & 22. & in sum. p. col. 340. 345. 346. Emanuel. Sa. in verb. Cambium. num. 8. Salon. quæst. 4. de Camb. art. 2. conf. 12. Salas. in tract. de Camb. dub. 17. num. 1.*

10 Nam hoc egreditur terminos propositæ quæstionis quæ simpliciter constituta est in Cābio simplici, quod contrahitur cum eo, qui ad notitiam vtriusque contrahentis nullos habet, aut habiturus est scutos marcarum in loco feriarum destinatæ solutionis; Responsio autem supponit habituros saltem ope ipsius creditoris, eiusque ministerio perfici primum contractum Cambij, & aliū in loco feriarum celebrari, quod in effectu est dare Cambio, vt vulgo dicitur, con la ricorsa, quod an licitè fieri possit videbimus suo loco in tertia disputatione.

11 Confirmantur prædictæ rationes ex eo quod qui cum alio contrahit, debet illius conditionem explorare. *l. qui cum alio. ff. de reg. Iur. Bart. ad l. vlt. in fin. verb. præterea. ff. de adult. Ias. in l. quamdiu nu. 7. C. qui admitti.* & ideò in dubio præsumitur quis scire eius qualitates, cum quo contrahit. *C. innotuit. cum gl. de elect. l. si patronus. & ibi Bart. de confirmat. tut. Aret. in l. si ità stipulatus la secunda* §. *Chrisogenus. col. 3. post princ. ff. de verb. oblig. l. in ciuile, & ibi Sal. C. de furt. Alex. conf. 34. num. 3. lib. 7. Paris. conf. 107. num. 57. 58. lib. 3. & conf. 57. num. 24. lib. 4.* Et in puncto quod dans ad Cambium debeat explorare conditionem personæ, cum qua contrahit an sit habiturus is pecuniam in loco, in quo destinatur via Cambij solutio, ad hoc vt Cambium licitè celebretur, docent *Rebell. de obl. iust. part. 2. lib. 11. quæst.*

ejusd. d. col. 3. Sales de Contr. dub. 14. nu. 3.

Cum igitur contrahentes cum Rege, seu rustico nedum sciant, sed scire debeant cum nō habiturum rem in conuentione deductam sed loco illius pecuniam cum incremento datarum, non dicitur rem in contractu deductam fectari, sed pecuniam cum augumēto, & sic vsuram.

Pro solutione quæstionis notandum primo nullum reperiri vel ob præstantiam, & dignitatem ita excellentem, vel ob vilitatem tam deploratæ conditionis, nullum scilicet Regem, nullum rusticum, qui salem (si attē damus opinionem eius, à quo Cambio recipit de possibili habere non posse scutos marcarum in ferijs in tāta quantitate, quā-
12 ta est illa, quæ in illo Cambio deducitur; De Rege non est ambigendum, dato enim habere ærarium exaustum, nec posse pecunia mediante dictos scutos in feria comparare, certum est habere Regiā supellectilē & omni dubitatione caret, posse bona immobilia ad Regnum pertinentia alienare. *l. cum multa C. de bon. que lib. l. bene a Zenone C. de quadr. prescr. C. Constantinus dist. 96 cap. intellecto de iureiu. cap. Abbate. de sent. & re iudic. in sexto.* Ergo facili negotio poterit marcas prædictas in feria in quantauis quātitate comparare; Item certum, & indubitatum est eum habere, seu habere posse personas tām sibi subditas, quā a sua Iurisdictione alienas, quæ poterunt easdē marcas in ferijs pro dissoluendo debito ei commodare, vel alio titulo concedere. De rustico pariter non est ambigendum, nam non est credendum dantem ad Cambium velle iactare suum. *l. cum de indebito. ff de probat. late Menoch. de arbitr. cas. 88. nu. 1.* & sic antequam daret Cambio eam non habuisse opinionem de rustico conceptā, vt is ex venditione armenti, seu agri tantam pecuniæ quantitatem redigere posset, quæ sufficeret ad dictos scutos marcarum comparandos, nam alias ipse volens ac prudens prætextu Cambij iactaret suum, cum inanis
13 sit actio, quam debitoris excludit inopia. *l. nam, & is. ff. de dol.*

Not. secundo Maenates ferè omnes, siue Ec-
14 clesiasticos, siue læculares, & eos præsertim, qui non degunt in proprijs domicilijs, vel vbi habent constituta Sacerdotia non solū de possibili, sed etiam de facto habere plerumque in ferijs scutos marcarum in magna quantitate, nam cum ex Sacerdotijs per eos possessis, siue ex oppidis, & prouincijs, quæ habent inditione, notabiles pecuniarum quantitates percipiant, quarum egent vel in Curia Romana, vel alterius cuiuslui Principis, in quibus degunt, nec commodum eis sit ope transportationis vti pro illis habendis in loco indigentiæ, sed compendiaria, & commodissima via id faciant via Cambij, vt explicauimus supra quæstione tertia, & quarta, & sic media comparatione scutorum de marchis, quos postmodum præstant facilimè in ferijs illis personis, à quibus pecunias ad Cambium receperunt, quod ipsum sæpè sæpius contingit in ipso Rege Hispaniarum, qui licet pro habendis pecunijs, quam in nouo orbe in fructu habet, transportatione vtatur, si tamen per Regnum puta Neap. per viam donationis subsidij, seu subuentionis aliqua magna quantitas pecuniarum præstatur, nihil impedit id fieri per viā Cābij.

15 Quibus sic prænotatis plures facio conclusionis, prima sit, malè suspicari Nauarrum, & alios, de quibus in priori ratione dubitādi, ex conditione personæ, cum qua contrahitur Cābiū, quæ sit Rex, siue Princeps, siue Ecclesiasticus certò cognoscere dantē ad Cambium, quod recipiens ille non sit soluturus scutos marcarum, de quibus in litteris, & malè pariter opinatum F. Hieronimum de Luca, de quo ibidem, dū restrinxit facultatem celebrandi huiusmodi contractus inter Mercatores solos; Cum enim ex hoc contractu ad nihil aliud obligetur debitor, quam ad dandum scutos marcarū in ferijs creditori, quos nō solum de possibili, vt in primo notabili, sed etiam plerumque de facto, vt in secundo plures Principes, & Magnates, & aliæ personæ, quæ non sunt mercatores habeāt in dictis ferijs, insufficienter sanè ex eo, quod debitor Cābij sit Princeps, vel Rex, & multò magis ex eo quod non sit mercator coligunt hanc sciētiam deficientiæ scuti marcarum in ferijs, ex qua deducunt peruersum animum contrahendi.

16 Secunda sit conclusio, si summo iure agamus &, vt aiūt in pūcto iuris; & in foro exteriori sustineri posse, ac deberi cōtractū Cābij celebratū inter eas personas, q̄ sibi sūt certè ad inuicem non sequuturam solutionem in ferijs Cābij, inter ipsas celebrati, ex eo defectu, quod debitor nō sit habiturus dictos scutos marcarū nec alium, qui pro eo illos

soluat,& dummodo cætera requisita legitimè interueniant,nullo modo esse damnãdum,tamquam vsurarium,sed omninò, vti legitimum,ac iustum sustinendum.

17 Ea nos mouet,solidissima ratio. Quod comercia omnia Iurisgentium sunt. *l. ex hoc iure. ff. de Iust.& Iur.& ibi Gl.in verb. comercii.* & ex consequenti omnibus gentibus communia,*l.1.in fin.ff.cod.* Ergo cum,nullo Iure,cuiquam generi personarum prohibitũ habeamus,seu vetitum Cambium,gratis,& sine ratione nos id diceremus, neque enim

19 contrahentium animus repugnat substãtiæ contractus Cambij, licet certo præsumat creditor debitorem non soluturum in feria; quia principaliter creditor intendit habere scutos illos marcarum, quos si haberet de facto,(prout de possibili potest habere, vt vidimus supra ex primo notab.) id esset omninò conforme voluntati, & intentioni ipsiusmet contrahentis, quæ nullam habet repugnantiam receptioni scutorum de marchis in feria. Quãdo enim Iura docent animos contrahentium, & mentes potius,quam verborum sonos esse attenden-

20 dos. *cap. secundo requiris de appell.x.in ijs quæ ambiguitatem in fin.ff. de verb. sign. Cuman.22.quæst.S.C.Sedulo.38. dist.l.cum de lunionis.S.item catabes vers. optimum ff. de fund.Instrum.Bald.x. mãdatum. de vsur. numer. primo. Abb. in cap. ad audientiam de decim. Baldin l.non dubium num. 5. & 8. Ias. num. 4. C. de legib.* statuunt de dubia verborum interpretatione.*l.vbi est verborũ.ff.de verb.dub.l. semper in stipulationibus.& ibi Bart.ff.de reg.Iur. Bart. in l. in conuentionibus. numer. 1. ff. de verb. oblig. Bald.in l.etiam.nu.3.C. de Iur. dot. & cons. 243.in fin.lib.1.Alex.cons. 100.num. 5. lib. 3.Socin.Sen.cons.27.num.2.lib.4.Ias. latè in l.Iuris gentium §.prætor ait.num. 12. 15. ff. de pact. & in l.in conuentionibus in princ. num. 3.ff.de verb.oblig. & alij passim.* Nam

21 regulariter talis præsumitur mens contrahentium,qualis naturæ cõtractus congruit *Bald.in l. si repetendi.num.2.C.de condict. ob cau.Rom.cons.520.num.3.in fin.Aret.in l. qui duos.col.2.ff.de vulg.subst.& in l.clam. §.posidere.§.qui ad nundinas.col.vlt.ff. de acq.poss.ff.*

Item,& quando Iura dicunt plus valere in cõtractibus quod agitur,quam quod simulatè contipitur.*in Alb.& nig.tot tit.C. plus val. quod agit.& ibi DD.omnes*, loquitur,i,idem Iuribus, quando contrahentes habent in

22 mente vnum contractum celebrare, & verbis alium exprimunt. Vndè cum creditor, de quo agimus,nihil magis cupiat, & intẽdat, quam consequi pactos scutos marcarũ in feria,&sic Cambium celebrare,licet supponamus eumdem scire debitorem non expleturum promissa;nulla illationis vi infertur ad simulationem illius,loco alterius cõtractus subintellecti. Et quãuis ex tali præscientia intendat consequi à Rustico, seu Rege iustum interesse,resultans ex non secuta solutione in feria,media debita protestatione ibi faciendà,non per hoc potest, aut debet damnari de vsura(ni cætera obsint)contractus celebratus pro illo tantum-

23 dem,de quo egimus supra quæstione vndecima. Nusquam enim, memini me legisse damnari aliquem contractum de vsura,siue nominatum,siue innominatum ex eo,quod alter ex contrahentibus sciat, promissorem non præfuturum promissa,licet de Iure debeat,& de facto possit; sed cius vice sperat se consequuturum iustum interesse, quod loco adimplementi,omni iure debetur *l.stipulationes non diuiduntur.vers.Celsus. & l. si Insulam ff.de verb. oblig. l. si quis ab alio. §.vlt.ff.de re iudic.cap. dilecti de arbitr. & vbi autem ff.de verb.oblig. Io. Andr. in cap. qualiter de pact. Fely.latè in cap.1. num. 3. ex cod.* Ergo sine ratione diceremus id venire in Cambio, præsertim cum sit contractus bonæ fidei,vt vidimus supra quæstione duodecima,ex quo potissimum oritur,vt

24 licet obligatio constitat in dando, ex non adimplemento veniat interesse. *l. 1. ff. de actio. cmpt.gl.in cap.cum venerabilis.de except.explicat Abb.ibidem num. 18. cum seq.*

Tertia sit cõclusio, Tuti⁹ fructuros negotiatores

25 si à cõtrahẽdis Cãbijs cũ huiusmodi personis se abstinẽãt,& quatenus precib. vel alia rationabili causa victi id fecerint, statim in reditibus eiusdẽ feriæ ad satisfaciẽdũ vrgeant debitorẽ,nec permittãt miserũ debitorem,lõgiori interposita morã, & pluriũ feriarũ,obrui interessibus. Nam præter quam quod id esset expresse cõtra charitatem, id non careret rationabili scrupulo, vt sufus explicabo infra in tertia disputatione, vbi de Cãbijs *con la vicorsa*, agam. Et deniq; ne sine Duce hanc sentẽtiã sequi videar, alijs; ac diuersis rationibus plures eamdẽ sũt sequuti. *Bonifac.& Alor. relati per Scac. de Camb.§.1.qu.7.par.2.ampl.17.num.1.*

Ad primum argumentum pro contraria ſententia (pace dixerim Hieron. Silueſt. & Natur. inſignium virorum) Reſpondeo nullam per eos adduci rationem continentem, qua ſit exceptio perſonarū in hoc cõtractu. Vndè licet eorū auctoritati tributā, id quod deduxi in tertia cõcluſione, nõ tamẽ ex eis habeo per quod recedam à ſecunda; præſertim per ea, quæ deduxi in prima, nec animus per eos ponderatus in contrahente cũ huiuſmodi perſonis vlla laborat iniuſtitiæ labe. Nam verè acquirens ex Cambio, (in quo ſolo poteſt eſſe ſuſpicio vſuræ) nihil magis intendit, quam habere ſcutos marcarum in feria, & licèt ſciat ſe de facto non habiturum, ſed loco illorum conſequuturū debitum intereſſe; nihil tamen indè illiciti, nihil ſimulati proponitur contingere, vt aliqua ſuſpicio, ſeu præſumptio approbata à Iure oriatur, ex qua reſultet diuerſus contractus à contractu Cambij, in quo poſſit eſſe vſuræ ſuſpicio.

Adde plures ex adductis a Salas, de quibus in dicto argumento, loqui de recambio, qui ſunt termini alieni à caſu noſtro; Et ratio per eumdem Salas ibidem adducta, quæ tota in eo fundatur, quod in iſto caſu ceſſet tota ratio tranſportationis; parum, ſeu verius nihil ſtringit, cum, vt ſupra vidimus, (dum de iuſtitia huius contractus egimus) per dictam rationem non iuſtificetur ſubſtantia huius contractus. Quod verò attinet ad Bullam Pij, in qua ſe fũdat: Damnat illa quidem Cambia ſine litteris, vel in quibus litteræ non mittuntur; vel ità mittuntur, vt redeant inanes. Sed in caſu poſito litteræ & conficiuntur, & mittuntur, & quidem vt compleantur, prout complerì poſſent, & percuperet creditor. Vndè ex eo quod de facto non compleantur; nihil contra Bullam committitur. Adde quod de facto, quando probabiliter debitor non eſt completurus, curat creditor vt ab alio eius nomine compleatur. Quod quatenus, & in quantum liceat; infrà diſputabitur ſuo loco, & ſic Bulla præciſè non reſiſtit.

Ad ſecundum reſpondeo verè in hoc caſu adeſſe ſubſtantialia contractus Cambij. Conſtito enim de conſenſu, pretio, & pecunia diuerſi generis, ſoluenda in loco diuerſo ab eo, in quo celebratur contractus; ſatis intelligitur celebratus contractus Cambij. Vt ſupra vidimus quæſtione vndecima, & ſicuti ex eo, quod facta venditione, etiamſi non ſequatur traditio, ſed eius loco ſoluatur intereſſe ob non factam traditionem, nullus vnquam dixit non fuiſſe verè celebratam venditionem, nec pariter ex defectu præſtationis ſcutorum de marchis; ſed eius vice iuſti intereſſe, dicetur deficere ſubſtantia Cambij.

Ad tertium reſpondetur; in caſu ibi expreſſo emẽtem boues nihil minus in mente, & intentione habere quam cõſequi boues emptos, quorum periculum eſſet penes emptorem *l. 1. cum tot. tit. ff. de per. & com. rei vend.* quod non contingit in huiuſmodi Cambio, in quo ille, qui comparat ſcutos marcarum nihil magis cupit, & vellet, quam dictos ſcutos conſequi. Item in caſu bouum ſuper ficto contractu emptionis, alius fingitur contractus locationis, ex qua' præciſè emptor lucrũ aucupatur, & ſic adeſt fictio ſuper fictione, quod iuri repugnat. *l. 1. C. de vulg. donat. latè Bart. in l. ſi quis pro emptore. C. de vſucap. & poſt alios laſ. ibidem.* id quod non contingit in contractu Cambij cũ huiuſmodi perſonis celebratos; in quo verè celebratur vnus contractus, ex quo verè, & realiter, ſaltem mediatè quæritur lucrum, nullaque fictio, & nulla ſimulatio interuenit, ſicet adſit ſcientia illa deficientiæ de facto, licet non de poſſibili, præſtationis ſcutorum deductorũ in contractu & illius loco ſuccedat iuſtũ intereſſe, quod nullo Iure reprobatur, aut reprobari poteſt. Demũ qui locat boues quos non habet nec habiturus, & præterea locationis mercedem exigit; mercedem percipit, ex eo, quod non eſt, & ſic ſine cauſa. Quę remotiſſima ſunt a Cambio, in quo nulla merces, nulla fictio, ſed ſolum iuſtum intereſſe venit ob rem nõ præſtitã, quod omni iure, & in omni cõtractu debetur *l. unica C. de contract. quæ pro eo quod intereſſ.*

Ad confirmationem reſpodetur allatas reſpõſiones tollere argumẽta contraria, etiã ſuppoſita ſcientia in cõtrahente de futura deficiẽtia ſolutionis ſcutorũ in feria. Nõ omiſſerim tamẽ, quod licet regulariter verũ ſit; cõtrahentẽ debere habere notã conditionẽ perſonæ cum qua contrahit, id tamen illimitatè verũ eſt quãdo mihi volo aliũ alterius miniſterio obligare. *l. 3. §. pen. ff. de reg. iur. Bar. diſtinguen. in l. doli n. 7. de non.* Quãdo tamẽ agimus de obligãda perſona, cũ qua cõtrahim⁹, tũc ne minimũ curioſi videamur

teste Paulo Iureconsulto *l. doli mali exceptio ff. de nouat.* non tenetur eius conditionem curiosius inuestigare si credimus Bart. *d. l. doli mali exceptio. num. 7. ff. de nouat.* secundum quam doctrinam possumus etiam contra suppositam deficientiam, de qua in quæstione, prætextum ignorantiæ prætendere, id quod, si non coram Deo, in foro certè omnem tolleret amaritudinem.

DISPVTATIO I.

QVAESTIO XV.

Quæ personarum distinctio requiratur in Cambio.

1 *Vna persona plurium vices substinere potest Maximè si habeatur respectus ad personam ratione officij. nu. 7.*

2 *Consul, vel Præses potest emancipari si filius familias sit apud se ipsum, vel in adoptionem dari, & de ratione num. 37.*

3 *Seruus plurium Dominorum potest verisq; stipulari, & perinde eis acquirit, ac si in diuersa verborum conceptione singulatim proutroque fuisset stipulatus. & nu. 40.*

4 *Tutor plurium pupillorum potest vna, & eadem auctoritate auctorari pupillo Iudicium accipienti, & pupillo Iudicium edenti, & id in vno, & eodem Iudicio, in quo alter pupillorum est reus, & alter actor. Intellige, vt nu. 41.*

5 *De Iure Cæsarum inter nepotem ex filio, & nepotem ex filia nuptiæ contrahi possunt auo solo auctore, & nu. 42.*

6 *Emptor fundi possessionem nondum nactus, si efficiatur Tutor pupilli venditoris, possessionem sibi ipsi tradere, & ea in re pupillo auctorari potest.*

8 *Tutor bona fide auctorari potest in venditione sibi met facta.*
Declara vt num. 18. & 46.

9 *Quando in vna persona conuenerunt Iura plurium personarum, habetur, ac si essent plures personæ.*

10 *Soluto potest fieri per vnam, eademque personam sibi ipsi respectu diuersarum personarum*

11 *Soluere sibi ipsi quis potest.*

12 *Soluere sibi ipsi quis dicitur per directionē scripturæ in libro.*

13 *Et est modus probatus etiam de stylo Mercatorum.*

Mercatorum stylus Cambiandi in se ipso, & à se ipso à nullo contrauertitur. ibid.

14 *In Cambio quonam modo possit quis considerari vna, & eadem persona sub formalitate plurium examinatur, & nu. seq.*

15 *Difficile quod vnus homo duorum vicem substineat.*

16 *Aliud est vendere, aliud emere.*

17 *Non potest quis simul esse venditor, & emptor.*

18 *Tutor non potest fungi officio emptoris, & venditoris. vide supranum. 8. & infra num. 46.*

19 *Emptor, & venditor sunt correlatiua.*

20 *Inter ementem, & vendentem debet esse diuersitas.*

21 *Procurator in Iudicij deciorij non potest substinere partes actoris, & rei.*

22 *Nemo potest esse Procurator oppositorum.*

23 *Nemo potest fungi duobus officijs contrarijs.*

24 *Vnus, & idem non potest esse Procurator spō si, & sponsę in matrimonio.*

25 *Consensus est simul sensus in quolibet contractu altro citroque obligatorio requisitus.*

26 *Procurator contrahens etiam nomine Domini actiones viles, & directas sibi quærit, & super persona propria radicat.*

27 *Fallit si super re Domini contraxerit.*

28 *Dominus, cuius nomine fuit res quæsita, opus habet cessione antequam agat.*

29 *Per cessionem vtilis tantum transfertur.*

30 *Actio, & passio in vno, & eodem subiecto nō possunt concurrere.*

31 *Ampl. etiam sub spe diuersarum personarum.*

32 *Et quando conceditur, beneficio successionis statim ipso iure confunditur.*

33 *In Cambio vna, & eadem persona plurium vices celebrando ipsum contractum substinere non potest.*

34 *Ad Cambij celebrationem, necessarium semper est, quod vterque contrahens præsentialiter, vel per Procuratorem distinctū realiter ab eo, cū quo cōtrahit, interueniat*

35 *Cre-*

35 *Creditor Caij de mille in feria, poteſt ei ſcribere, vt eos via Cambij remittat in reddibilibus eiuſdem feriæ ad Ciuitatem, & è contra.*

36 *Et Cato exequente dicitur Cambium celebrari vi conſenſus per litteras, & non vi mandati.*

37 *In Iuriſdictione voluntaria vnus, & idem plures perſonas ſuſtinet, ſecus in contentioſa 78. & ſecus etiam in correlatiuè oppoſitis 39.*

41 *Tex. in l. accipientis de aut. tut. varij intel lectus.*

43 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*

44 *Liberatio fauorabilior obligatione.*

MEMINERIS, amabo te, beneuole Lector eorũ, quæ tradidimus ſupra queſtione vndecima, dũdiximus duas tantum perſonas exigi, imò nec plures ad ſubſtantiandum contractum Cambij interuenire poſſe, ſicut in reliquis contractibus, vltro citroque obligatorijs. Quod, ſi vulgo dicitur, quatuor perſonis opus eſſe, id verum eſſe, non reſpectu ſubſtantiæ præcise, quam inueſtigamus in preſẽti diſpoſitione, ſed reſpectu ad implementi, & perfectionis contractus, de qua nobis erit ſermo in ſequenti. Modo, cũ vulgò omnes iactent, in hac materia potiſſimum vnam, eademque perſonam regulariter poſſe plurium vices ſubſtinere, quæritur an vna eademque perſona referendo, ſeu repreſentando ſub diuerſa facultate, ſeu formalitate perſonam vtriuſque contrahentis, poſſit huiuſmodi contractum celebrare.

1

2 Probatur poſſe; ex eo quod ſi idem ſit conſul, vel præſes, & filius familias, poteſt ſe ipſum vti filium familias emancipare, vel in adoptionem dare, apud ſe ipſum, vti Conſulẽ, ſeu Præſidem *l. ſi Conſul. C. de adopt. l. 2. ff. de off. Præf.* Ergo eadem illa perſona quæ eſt Procurator Titij; & Mæuij, poterit vti Procurator Titij Cambio dare, & vti Procurator Mæuij accipere. Ergo vna eademque perſona quatenus plures repreſentat, poterit Cambium celebrare.

3 Secundo. Quia plurium dominorum ſeruus, ſtipulando nomine vtriuſque domini in tãtum perſonam vtriuſque domini refert, vt, vi ciuſdem ſtipulationis, vtriſque acquiratur; perinde ac ſi, in diuerſa conceptione verborum ſingillatim pro vtroque fuiſſet ſtipulatus *l. 1. §. communis ff. de ſtipulat. ſer.* Ergo multo magis duorum Procurator poterit in eodem actu, eorum perſonam referendo, celebrare contractum Cambij.

4 Tertio. Quia Tutor, vnus, & idem plurium pupillorum, poteſt. vna eademque auctoritate, auctorari pupillo iudicium accipientis & pupillo iudicium edentis, *l. accipientis 15. ff. de auctor. & conſtut.* & id quidem, in vno eodemque iudicio, in quo alter pupillorum eſt reus, alter vero eſt actor *gloſ. ibi in tertia lectura* ergo, nihil impedit, vnum eademque Procuratorem duorum, poſſe Cambium celebrare.

5 Quarto Quin, de iure Cæſareum, ſi habeam in poteſtate nepotem ex filio, & neptem ex alio filio, nuptias inter eos, me ſolo auctore contrahere poſſum, *l. ſi nepotem ff. de rit. nupt.* & ſic referendo maris, & fœminæ perſonam nuptiarum contractum celebrare; ergo, pari ratione, referens, vigore mandati, vtriuſque contrahentis perſonam, poterit Cambium celebrare.

6 Quinto emptor fundi qui eius poſſeſſionem nũmdum nactus fuit, ſi efficiatur tutor pupilli eius, apud quem eſt fundus emptus, poteſt ſibi ipſi poſſeſſionem dicti fundi tradere *l. ſi ſtulas 75. §. fundum ff. de contr. empt.* & ſic in re ſua pupillo auctorari *gloſ. & ibi Bart. d. §. fundum* Quod, nihil aliud eſt, niſi prout ſuſtinet perſonam propriam emptoris, rem ſibi debitam a pupillo conſequi, prout vero refert pupilli perſonam, rem debitam tradere. Ergo eadem ratione poterit vna eademque perſona, prout refert propriam, ſe ipſũ, & prout refert alienam, medio mandato, Cambium celebrare.

7 Sexto Quando quæritur: an vna perſona poſſit ſuſtinere duplicem qualitatem, aut plurium vices eſt diſtinguendum. Quod aut habetur reſpectus ad perſonã ratione perſonæ, & tunc eſt impoſſibile *l. ſi plures ff. de pact.* aut habetur reſpectus ad perſonam, ratione officij. & tunc vtique poteſt vna plurium vices ſubſtinere *gloſ. in l. ſi plures ff. de pact. & ibi Bart. Fulgoſ. & Alber.* At quãdo in Cambio vna eademque perſona fungeretur vices diuerſorum, vigore mandati, habetur reſpectus ad perſonam ratione officij, puta Procuratoris, ergo poterit in

Cambio

Cambio eadem persona plurium vices sustinere.

8 Septimo. Tutor potest emere, dummodo adsit bona fides, rem pupilli, si quæ distrahitur *l. cum ipse C. de contrah. empt.* non solum alio contutore auctorante, sed etiam ipsomet emptore *arg. l. non existimo ff. de administ. tut. o. l. pupillas* §. *sanè ff. de auctor. tut. l. fin. ff. de rit. nupt. l. donatio sine* §. *in cõscribendis C. de donat. gl. d. l. cum ipse C. de cõtrah. empt. ver. prohibetur in 3. solutio-*
9 *ne* idque etiam habet locum in omni officio publico, & priuato. *gl. d. l. cum ipse C. de contrah. empt.* Vnde generaliter deducitur, quod, quando concurrunt in persona vnius iura plurium personarum, habetur, acsi essent plures personæ *Cyn. l. cum ipse C. de cõtrah. empt. Soc. cons. 87. col. 3. Lup. in alleg. 99. nu. 2. Belo.* Ergo Titius ex propria persona, & ex persona eius, cuius est Procurator, poterit Cambium celebrare, cum in ipso, & ius ad ipsum spectans ex propria persona, & ad alium ex mandato procuræ concurrant, & id ipsum etiam facere poterit, tamquam duorum procurator, inter illos eosdem duos, quorũ iura in ipsum peruenerunt, vigore mandatorum.

10 Octauo. Quia totum Cambiorum ministeriũ & executio, tam in loco celebrati contractus, quam etiam in loco destinatæ solutionis, versatur in solutionibus pecuniarum, quibus solutionibus perfectis, ac consumatis, omnes sciunt consumatum fuisse cõtractum Cambij. At certum est, per vnam eãdemque personam, solutiones fieri sibi ipsi posse, respectu diuersarum personarũ *l. sed cum 96.* §. *additio ff. de solut. l. prima* §. *fin. ff. de Depo. l. si quod possessor* §. *sed si ipsi ff. de pet. hared. l. si ei* §. *fin. ff. de cuict. l. quærebatur ff. ad l. Falc. Bart. Castr. & Ias. num. 4. d.* §. *additio. post Dec. Corn. & alios Soc. Iun.*
11 *cons. 170. circa princ. sub. num. 5. lib. 2.* Vndè emanauit frequens ille vsus mercatorum sibi met ipsi soluendi, tamquam iuri conformis approbatus *Belon. decis. Cen. 32. nu. 4.* Quæ solutio expeditur per taliter sibi ipsi soluentem, per quamdam scripturæ priuatæ directionem, in libris mercatorum *l qui sine ff. de neg. gest. l. quoties* §. *non tantum de adm. tut.* per quam scripturæ directionem
12 solutio probatur *Io. Andr. in add. ad Spec. in rub. de pos. Angel. in l. sing. col. fin. Castr. in l. si cum ff. de pact. Soc. cons. 37. num. 19. vol. 4. Belon. decis. Gen. 1. num. 8. & 9.* Cum igitur habeamus, solutionem sibi ipsi fieri posse, in qua, absque dubio, taliter soluens, fungitur officio duarum personarum, quæ solutio principaliter expeditur, ex parte vtriusque contrahentis, in contractu Cambij. Omnino videtur dicendum, vnam eamdem personam posse vtriusque contrahentis, in cãbio personam sustinere.

13 Demum hanc eandem sententiam cõuincere videtur communis ille stilus mercatorũ, qui passim, & optima fide, inter illos vniformis seruatur, nullo contradicente, Cambiãdi scilicet in se ipso, & à se ipso in eadem summa, seu maiori, & alia huiusmodi: quibus expressè inuoluitur, vnam eamdemque personam posse plurium vices sustinere in Cãbij celebratione. Quem stilum si quis in dubium reuocaret, cum sanè inter mercatores nullo pacto reuoscetur, esset subuertere omnem praxim Cambiorum.

Pro maiori declaratione præsentis quæstio-
14 nis, animaduertendum est. Dupliciter posse vnam eamdemque personam, in eodem contractu Cambij celebrando, sub formalitate plurium cõsiderari. Primo modo, ita ut, persona illa, de qua est mentio, ex propria persona nihil agat, sed solum representando duas diuersas personas. Secundo ita ut persona propria ipsius functionem agat in cõtractu, una cum alia per eumdem repræsentata. Et hoc ipsum dupliciter contingit, dicta scilicet persona propria acquirente, vel distrahente. Licet namque in contractu Cambij, ex parte vtriusque contrahentis, veniat pecunia, cum tamen ex parte vnius veniat sub nomine pretij, ex parte alterius nomine appretiati, rectè dicimus eum, qui primo dat, sub nomine pretij, ad Cambium, acquirere, qui verò recipit, distrahere, rem scilicet appretiatam, in alio loco, scilicet destinatæ solutionis.

Dicendum primo Nunquam, & sic in nullo ex dictis casibus, posse vnam, eamdemque personam plurium vices, in contrahẽdo Cam-
15 bio sustinere. Quia non solum vt inquit Paulus Iureconsultus *in l. si plures ff. de pact.* Difficile est vt vnus homo duorum vicem sustineat, sed etiam auctore eodem Iureconsulto *in l. 1. ff. de rer. permut.* Sicut „ aliud est vendere, aliud emere ita alius
16 „ emptor alius venditor esse debet. Neque enim vnus, & idem potest fungi officio emptoris, & venditoris *gl. in l. 1. ff. de rer.*
17 *permut. verbo venditor.* Iura enim expresse

tradunt

rtadunt *l.pupillus §.item ipse ff.de auct.tut.* Tutorem non posse fungi officio emptoris,
18 & venditoris. Quia vt ait glos. *in l.pupillus §. item ipse ff.de aut.tutor.* hæc sunt correlati-
19 ua emptor, & venditor, & alius debet esse emptor alius venditor. Ideo interementē,
20 & vendentem debet esse diuersitas *Bart. d. l.pupillus §.item ipse ff.de auth.tutor. Bald. in l.vnica num.5.C.si seruus extero.* Et hoc dictat ipsa ratio naturalis; quia in contrahentibus est quædam digressio de persona ad personam, respectu acquisitionis, & ideo exigit duo extrema *Bald.d.l. vnica num. 5.*
21 *C.si seruus extero.* Quinimo in specie hoc cautum habemus in Procuratore qui in iudicijs diuisorijs non potest sustinere partes vtriusque ad diuisionem procurantis, *l.licet 42.§.si plures ff.de proc. & ibi gl.Bar. Bald.& ceteri.* Quia vt inquit Bald. *d.§. si*
22 *plures in princ.* Constat oppositorum non posse esse quem procuratorem: neminemq;
23 posse fungi duobus officijs contrarijs. Et nulla alia ratione, non posse quem esse procuratorem sponsi, ac sponsæ, in contrahen-
24 do matrimonio, nisi quia inter procuratorē spondentis, & requirentis debet esse distinctio personalis. Et sane si consensus necessarió requisitus in quocumque contractu vltro citroque obligatorio *l. consensu ff. de actio. & oblig. Instit. de obligat. & contr.* & sine quo nulla contentio nec esse, nec intelligi potest, nihil aliud est, quam simul sēsus *Bald. in l. ab eo num. 2. C. quem & quand. iud.* & quædam animorum copula, *Bald. in cap. cum consuetudinis nu. 6. de consuet.* Vnde dixit idem Bald. *in l. in re dentis in fin. C. de contrāct. emptio.* contractus cōsistere ex copulato extremo, ideſt ex copula, seu conniſtione voluntatum, non autem ex volantatibus tempore disiunctis. Quomodo potest intelligi, ne dum fieri, vt meus consensus, qui vnus sum, & idem, licet plurium personarum officium geram, sibi ipsi consentiat. Nec imagineris, benevole lector, aliud esse consensum Titij, quatenus Titius est, & vti Titius, nomine proprio, contrahit: aliud verò esse consensum eiusdem, vti ratione Mæuij. Nam procurator, dum nomine Titij contrahit, verē & propriè consensu ipsius met vtitur, ad contractum illum celebrandum, licet alieno nomine, super quo substantiatur cōtractus, vt optime declarat Castr. *in l. mulier in C. si quis alteri vel sibi.* Et prōterea iasu disserenter effingitur mente; hic duplex consensus, qui ad cōtractum exigitur necessariò, cum vnus solus, & idem sit Titij consensus, sub quauis formalitate, & multiplicitate consideretur.

Præterea certi, & indubitati iuris est, procuratorem, licet contrahentem nomine domini,
26 actiones tam vtiles, quam directas sibi ipsi acquirere, & in persona propria radicare, *l. possesso 49. §. fin. ff. de acquir. possess.* nisi
27 de re, & super re dominii contraxerit. *l. Iulianus §. si procurator ff. de act. empt. l. qui procur. ex re ff. de procur.* Vnde fit quod dominus, qui ministerio procuratoris a actionē
28 aliquam acquisierit, antequam agat, regulariter opus habeat cessione *d.l. possessio. §. fin. ff de acq. poss. l. si procuratorem dedero 8. §. fin. ff. mandat.* Quo casu, vtilis tātum trāsfertur, directa remanente, radicata in persona ipsius procuratoris, ijsdem iuribus, & ibi DD. Modo, cum nihil magis iura abhorreant, quam in vno eodemque subiecto remanere actiones actiuas, & passiuas, etiam
31 sub specie diuersarum personarum, in tantum, vt simulhac, coincidunt in eadem per-
32 sona medio successionis, ſtatim cōsūdātur, & tollantur, ipso iure *l. stichum 95. §. aditio. ff. de solut. l. licet C. eod. l. falli. l. si ab eo C. de neg. gest. l. pen. C. de hæredit. actio. l. debitori C. de pact. l. generaliter, & l. fideiussores C. de fideiuss.* Quomodo poteſt contingere, vt ne dum actio actiua, & passiua ex eodē contracta permaneat, & radicetur in eodem subiecto, licet sub diuersa formalitate personarum; sed quod magis est oriatur? Cum igitur contractus Cambij, sit vltro citroque obligatorius, & adinstar emptionis acquirens, & distrahens relatiuè opponatur, vt vidimus supra quæstione vndecima; dicendum est, ac pro indubitato habendum, vnā
33 eamdemque personam non posse plurium vices, in celebrando contractu Cambij, sustinere.

34 Dicendum secundo. Non per ea quæ probauimus supra in priori dicto, deduci posse, ad celebrationem Cambij semper necessariò esse, quod vterque contrahens præsentialiter, vel per procuratorem distinctè realiter ab eo cum quo contrahit, interueniat. Nam sicuti in quolibet contractu, qui consensu contrahitur, poteſt is consensus expediri per nuncium, seu per epistolam; *Ilaheo in princ. ff. de pact. l. consensu ff. de actio. & obligat. l. non fugare ff. eod.* Eadem ratione nihil impedit, quin id posse vsue-

pire

saire in Cambio, in illis duobus posterioribus casibus (ex tribus superius relatis) in quibus persona, de qua sermo, siue contrahat, siue distrahat ex propria persona in cõtractu interuenit. Et hic est, quod si habeam
35 debitorem in feria proxima Caium de milscutis de marchis, possum ei scribere vt eos via Cambij mihi remittat in reditibus eiusdem feriæ ad præsentem Ciuitatem; sicut è conuerso si sim eiusdem debitor de consimili sũma possũ ei scribere vt eos pariter trahat. Quo casu, quatenus Caius, receptis litteris, siue numcio, id exequatur, intelligitur vere, & substantialiter celebratum Cãbium, In quo tamen Caius non sustinet duplicem personam, nec in eo contractu præstat consensum nomine meo, nec meo nomine contra se ipsum acquirit actionem; quod reprobaui in primo dicto, sed adhibendo consensum consensui meo per litteras, vel per nuncium præsito; vnam tan tũ
36 personam refert videlicet propriam secundum quam actiuè, seu passiuè, prout refert natura negotij contrahit obligationem, quam, & ego pariter contraho non ex persona cuiusquam, sed ex mea, vigore consensus per me præstiti, per nuncium, vel epistolam.

Hinc obiter mihi sunt admonẽdi mercatores,
37 qui indistinctè dum scribunt alicui, vt de aliqua quantitate pecuniæ tractam sibi, aut remissam faciat, dicunt se dare, aut dedisse ordinem taliter faciendi. Nam dum prædicta scribunt creditori seu debitori suo, & inquuntur de pecunia sibi debita, seu credita, executio sustinetur vi veri consensus prestiti per litteras non autem mãdati nec oritur, aut oriri potest actio mandati, quod est vtile ad plura, quæ non sunt huius loci, & ideò prudens omitto; præstaturus oportunius suo loco. Et licet hoc postremum dictũ verè egrediatur terminos propositæ quæstionis, eo consilio proposui, vt plenior fieret eiusdem expositio, ac resolutio.

Nunc, satisfaciendo contrarijs. Ad primum respondeo, ideo consulem, & Præsidem posse, se filium familias, apud se ipsum, emancipare, Quia dicta emancipatio est quidam actus voluntariæ iurisdictionis, in quo expediendo nihil impedit vnam eamdemque personam pluritm vices sustinere. *d. l. si Consul. C. de adopt. l. accipientis ff. de auct. & consen. tutor. l. 32. ff. de ritu nupt. l. fi. Iulius §. 1. ff. de contr. empt.* Secus autem si essemus in iurisdictione contentiosa *l. ille à quo §. tempus tuum ff. ad Trebell. l. si plures ff. de pact. l. prator ff. de tutor, & cur. dat. sub. & alijs adductis per glos. ad. l. cõsul verbo filius*
38 *fam.* secus etiam si essemus in correlatiuis,
39 & ad inuicem oppositis, vt eximus supra in primo dicto.

Ad secundum respondetur. Seruum communem vtrique domino vtiliter stipulari; sicut
40 & qui esset procurator duorum, seu pluriũ ipsorum nomine stipulando, eorum nominibus vtiliter acquirit etiam in Cãbio, sed isti non sunt termini nostrę quæstionis, quę quærit de obligatione actiua, & passiua, vi eiusdem contractus, per eandem personã plurium procuratorum.

Ad tertium respondetur plures esse lecturas
41 ad illum textum *in l. accipientis de autor. & conf. tut.* in quo habetur vnum eumdemque tutorem eodem actu posse duobus pupillis simul auctorari *allatas per glos. ibi* Prima est quando vnus pupillus conueniebatur a Sempronio de boue, & alius pupillus agebat contra eumdem Sempronium de Domoide quibus pupillis vnus, & idem erat tutor; Sed hæc lectura, si est vera, cum hic actus sit respectu diuersorum iudiciorum. nihil ad casum nostrum, qui consistit in terminis eiusdem contractus coresp ctiuè inter easdem personas, qui sunt termini longè alieni; Quod idem contingeret si *admitteremus* secundam lecturam, *de qua ibidem per eandem glos. Bart. d. l. accipientis ff. de aut. & conf. tut. Bald. in l. licet §. si plures ff. de proc. num. 30.* Quod si admittamus tertiã lecturam *de qua in argumento* quę absque dubio, vti verior a Doctoribus approbatur id procedit, eo quia, licet tutor pupillis auctoretur tamen in ipsius persona actiones & iudicia non radicantur sed in ponis ipsorum met pupillorum, & preterea cessat ratio incompatibilitatis contrariorum in eodem subiecto, licet sub diuersa formalitate, super qua fundatur conclusio per nos, vt supra formata.

42 Ad quartum eodem modo respondetur Nã quando Auus, & nepoti, & nepti, auctoritatem, ad nuptias contrahendas, interponit, obligatio inter coniuges oritur, & radicatur nec ex huiusmodi nuptijs in auo aliquæ oriuntur actiones, in quibus cõsiderari possit in compatibilitas.

43 Ad quintum respondetur: Solutione eius
44 quod debetur omnem tolli obligationem.

Inſtit. quib. mod. toll. obligat. & liberationē contingere, quæ in iure fauorabilior eſt obligatione *l. Arianus ff. de actio. & obligat. l. fauorabiliores ff. de reg. iur.* Et contingit in executionem obligationis olim ſuſceptæ, & ſic non exigit plurium conſenſum, vt in contractu. Vnde nil mirum, ſi re peruenta in creditorem, etiam circumſcripta perſona debitoris contingit, vt in caſibus in argumentis expreſſis, quæ non quadrant terminis propoſitæ quæſtionis, & deciſionis eiuſdem, vt per ſe patet.

42 Ad ſextum reſpondetur Quod tunc demum, habito reſpectu ad perſonas ratione officij, poteſt vna perſona plurium vices ſuſtinere; quando dicta officia ſunt compatibilia ad inuicem, nec ſunt correlatiuè oppoſita; Ita diſtinguit Bald. *in l. ſi Conſul. num. 5. C. de adoptio.* per iura per eum ad ducta, quæ ſupple ex eis; quæ adduximus ſupra pro formanda noſtra concluſione.

43 Ad ſeptimum reſpōdetur. Textū *in l. cum ipſe* de tutore emente rem pupilli, bona fide, vel procedere; quando alius contutor, qui habet adminiſtrationem in ſolidum, auctoratur pupillo, vt voluit gloſ. *in 2. dict.* & probat Bald. *ibidem n. 3.* docens aliter tutorem non poſſe emere ehac eadem ratione. Quia nemo poteſt emere a ſe ipſo, ſed requiritur diſtinctio perſonarum; Vel etiam admiſſa alia gloſ. lectura, de qua in argumēto, procedit in pupillo adulto, cui tutor auctoratur, & ſic adeſt alius conſenſus, licet imperfectus, & actiones habent perſonam diſtinctam, in qua radicentur. Nam alias (exiſtente pupillo in infantili ætate) quo caſu non adhibetur eius conſenſus in contractibus, tūc impoſſibilis, omnino eſt talis cōtractus, vt docet Bald. *d. l. cum ipſe C. de contrah. emptio. num. 4. in fin.* Nec vtiliter poſſunt concurrere iura correlatiua, & incompatibilia plurium perſonarum in vna eademq; perſona per ſupradicta; Et ideo reſpectu correlatiuorum, & incompatibilium impoſſibile eſt, vt vna eademque perſona pluribus vices ſuſtinere poſſit, licet id contingat in non correlatiuis, & compatibilibus.

Ad vltimum reſpondeo, ſtylum mercatorum, rationabilē ſuſtineri ex eis, quæ firmauimus ſupra in ſecunda concluſione, & in reſponſione ad quintum, & ſeptimum argumentum; Et ſuſius explicabimus infra ſuo loco in ſequentibus diſputationibus. Quatenus vero is ſtylus ſe tundaret in eo, quod vnus, & idem ex vi mandati, & tamquam procurator præcisè, ſub duplici formalitate perſonarū, vellet ſubſtātiare contractū Cābij, is ſtylus tāquā erroneus nō poteſt, operando impoſſibile in iure, ullo modo ſuſtineri, ſed venit omni ratione damnādus; q. n. immo oſtēdit ea q̄ huiuſmodi miniſterio expediūtur fictitia omnino eſſe, & corruere.

DISPVTATIO I.

QVAESTIO XVI.

An & quando Nunciū miniſterio poſſit per contrahentes expediri contractus Cambij.

1 *Nuncius quilibet latè Procurator dicitur.*
2 *Procurator quilibet non dicitur nuncius.*
3 *Procurator ſtipulādo nomine domini ſibi acquirit actiones, quæ in propria perſona racionabiliter dicēt teneatur inde cedere vtiles Domino.*
4 *Nuncius quærit Domino ſine teſtione.*
5 *Nuncius tamquam organum ipſius Domini, & in illius perſonam verba concipit, Procurator verò in propriam perſonam.*
6 *Contrahens vti Procurator ſi nuncius ſit, vel e contra nil agit.*
7 *Geſta per aliquem meo nomine vti Procuratore abſq; mandato poſſum ratificare: nō ſi ſe. gerat, vt nunci⁹, & de ratione. n. 8. & 17.*
8 *Cābiū per nunciū poteſt contrahi, declarato ex perſona vnius tātū, non ex perſona amborum contrahentium, num. 13. 17. & 24.*
9 *Cābium per Procuratorem poteſt contrahi.*
10 *Cābiū vbi per nūciū celebretur nō radicatur. in cāſu ſu mūcij, ſed in voluntate, & cōſenſu principalis, & nūcius nihil in ſe concipit. ſed portat in ore ſuo verbum Domini.*
11 *Mos Genuenſium contrahendi Cambia vſu Proxenetarum refertur.*
12 *Alteri per alterum non quaritur.*
13 *Lim. in ſeruo, filiofamilias tutore, & quibuſ alio ratione publici officij, idē in nuncio.*
14 *Præſentia vnius ex cōtrahentib. requiritur, vt nuncius ex altera parte intercenire poſſit in Cambio, & ſupra nu. 13. & 18.*
15 *Conſenſus contrahentiū ſimultaneus eſſe debet ratione eiuſdē teſperis alias vitiatur.*
16 *Etiam ſi ſolius diei interuallum intercedat.*
17 *Vēditio nō valet ſi ego dico vēdo tibi domū decē ſi vis, et tu reſpōdeas die craſtino.*

22 *Ampl.etiã si dixistes crastina die respõdebo.*
23 *Quod dictum est in venditione habet locum & in transactione.*
25 *Proxenet a stabilire contractu Cambÿ inter aliquo, debẽt curare omninò, ad illius perfectionẽ, vt cõtrahentes simul alliquã. ur.*
26 *Non tamen ex omissione contractus dicitur imperfectus, quia ex notula, quam ipsi faciunt cogunturetiam inuiti contrahentes implere.*

1 IN eo differt propositaquæstio à præcedenti; quod, licet largè sumpto vocabulo, quilibet Núcius dicatur etiam
2 Procurator *Glos. in l. multum, verbo potes C. si quis alteri vel sibi & ibi Bald.* non tamen, è conuerso; quilibet Procurator dicitur, aut dici potest Nuncius *l.1.in prin. ff. de procur. gl. dicto verbo potes in l. multum C. si quis alter. vel sibi Bald. ibi dem num. 17.* Et ratio differentiæ in eo po-
3 tissimum consistit. Quod Procurator stipulando nomine Domini, sibi acquirit actiones, quæ in propria ipsius persona radicantur, licet postmodum teneatur, vtiles cedere ipsi Domino *l. cum qui §. Iulianus quoq; & ibi scribent ff. de constit. procu. l. cũ per eos in fin. C. si quis alter. vel sibi scribẽt. l. possessio quoq; §. & si possessio ff. de acquir. possess.* Nuncius verò non obstante regula in contrarium, quod alter alteri stipulari
4 non potest, acquirit Domino, absque vlla cessione *l. qui autem §. fin. & l. & licet, & ibi Gl. & Bart. ff. de const. pecun. l. multum, & ibi gl. verbo potes Bald. num. 21. C. si quis alteri vel sibi Castr. ibidem num. 4. DD. in l. consensus ff. de actio. & obligat.* Et ex eo facilè dignoscitur an quis se gerat, vti Nuncius, an vti Procurator. Quod nuncius est
5 tamquam organum ipsius Domini, & in illius personam verba concipit, puta, Vendis ne Titio Domino meo Domum talem pro centum? Procurator vero concipit verba in personâ propriam, puta vendis ne mihi, vti procuratori Domini mei, domũ talẽ pro centum *l. & licet, & ibi gl. ff. de const. pecu. Bart. in l. qui autem §. fin. nu. 2. ff. eod. gl. in verb. pot. l. multũ C. si quis alter. vel sibi, & ibi Bald. n. 17. DD. in l. consensu ff. de actio. & obligat.* Et ex hoc discrimine fit, quod, licet, tã ad cõstituẽdũ, quã ad esse nuncij, requiratur mãdatũ, sicuti & ad constituendũ
6 procuratorẽ; si is qui procurator est constitutus, se vti nuncij gesserit, vel è cõtra, inutiliter cõtrahit. Quia q; potuit noluisse dicitur; quod autẽ voluit nõ potuit *est Casus in l. multũ C. si quis alteri vel sibi gl. ibi verbo potes in prin. Bal. ibi dẽ n. 4. Cast. nu. 6.* Et ex eodẽ pariter fit; quod si quis gessit aliquid nomine meo, absq; mandato, vt procurator; ego possũ ratũ habere, si autẽ gessit vt nũcius, nõ possũ *Bart. in l. multũ n. 4. C. si quis alter. vel sibi Bald. ibidẽ n. 7. vbi testatur de cõmuni, & sequitur n. 10. Cast. ibidem nu. 4.* Ea ratione quia in gestis p falsũ procurato
rẽ, adest substãtia ipsius cõtractus, videlicet illius cõsensus, qui per ratificationẽ domini, potest stabilis, & firmus reddi; in eis verò, quę geruntur per falsũ nuntiũ, deficit cõsẽsus domini, & propterea nullã recipit
8 ratificationẽ vt eleganter docet Castr. *d. l. multũ n. 4. in fin. C. si quis alteri vel sibi.*
9 Modo ad ,ppositã ẽstionẽ videtur respondẽdũ: quod si de duob. nunciis fermo sit, absq; dubio eorũ ministerio posset cõtractus Cãbij celebrari. Vt puta si. A. nuncius. B. dicat. C. nuncio. D. vult ne ac cõsentit. D. dare Cãbio B. mille scutos auri in auro, ad rationẽ solidorũ sexaginta sex pro quolibet scuto marcarũ in feria proxima, & C. respõdeat vtiq; D. vult, & consentit; certè si supponamus dictos nũcios habuisse mãdatum sufficiens ad præstãdũ ministeriũ prędictũ; nihil videtur obstare, quin dicẽdũ sit, cõtractũ perfectè celebratum, cum tali casu ex parte vtriusq; cõtrahẽtis interueniãt illa tria quę in proposito nuncij pro substãtia cõtractus exigit Bald. *in l. multũ C. si quis alter vel sibi nn. 12.* Persona; quantum ad habilitatem; Voluntas; quantùm ad consensum. Et potestas. Nihil impedit quin dici debeat perfectè Cambium celebrari, ministerio dictorum nunciorum; sicuti absque vlla difficul-
10 tate id dicimus contingere in duobus procuratoribus. Sicuti enim ministerio procuratoris nobis quærimus, & inuicem obligamur, ita & medio nuncij, imo multo magis; cũ id fiat etiã quoad actiones directas & vtiles absq; vlla necessitate cessionis per superius dicta, quod nõ cõtingit in procuratore.

Secundo idem videtur vtiliter fieri, & celebrari posse ministerio vnius tãtũ nũcij, prout refert personam vtriusq; cõtrahentis, & ad id habeat sufficiens mandatũ, cum enim in contractu celebrato per nuncium, substantia

ttantia contractus radicetur non in conſenſu Nuncij, ſed in voluntate, & conſenſu ipſorum principalium, qui originē contractui dant *Bald. in l. multū nu. 11. C. ſi quis alteri vel ſibi Caſt. ibid. nu. 4.* nun-
11 cius vero nihil in ſe concipit, ſed portat in ore ſuo verbum Domini *Bald. d. l. multum nu. 1 o. C. ſi quis alteri, vel ſibi Bart. l. qui autem §. fin. nu. 3. ff. de conſt. pec. Alber. in l. 2. n. 2. ff. de actio. & obligat.* nihil videtur impedire quin idem organum poſsit vtrūq; conſenſū deferre, & ſic illum contractum ſtabilire qui ſolo conſenſu perficitur, ceſſat enim in totum illa repugnantia quā in vno eodemq; plurium procuratore docuimus ſupra quæſtione præcedenti n. 15. cū ſeqq.

Confirmatur ex conſuetudine mercatorū in noſtra Ciuitate, & vſu procuratorum qui licet regulariter ſecūdū iuris diſpoſitionem gerant officium a nuncio longè diuerſum *l. 1. & 2. ff. de procur.* Tamen, ex vſu noſtræ
12 Ciuitatis, adeunt verumq; contrahentem, & non ſolum ſupreſſo nomine illorum tractant de Cābio celebrando, ſed tractatu ad perfectionē deducto facta nominatione ad inuicem contrahentiū dicunt illa verba for malia, *reſta formato*, & ex hoc ſolo intelligi tur celebratus contractus, in tantū ſi quis ex contrahentibus poſt modū negligat ſta re conuentis, a Magiſtratu cogitur, contento ſola illa probatione, quæ reſultat ex notula facta per dictum proxenetā *ex regulis* Vnde patet communiter intelligi, & in vsū deduci, quod vnius ſolius miniſterio qui vices nuncij refert poterit contractum Cābij celebrare.

13 Dicendum tamen eſt, ſolo, ac nudo miniſterio vnius, ſeu plurium nunciorū, non poſſe cōtractum Cābij celebrari. Cuius cōcluſionis illa ratio a poſteriori poteſt aſſignari. Quia regulariter verum, & indubitatū eſt alteri per alterum queri non poſſe *l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verb. obligat. §. ſi quis alij, & §. alter ſtipulari Inſtit. de inutil. ſtipulat.*
14 Quæ regula licet triplicem patiatur limitationem; in ſeruo, ſcilicet, & filioſam. cuius miniſterio etiam directō acquiritur Domino, & patri *l. Dominus ſeruo ff. de verborum obligat. l. haredis §. nos autem ff. de pact. l. 2. C. de contr. ſtipul. §. ſi quis aly, & ei verò qui*
15 *Inſtit. de inutil. ſtipul.* Itē in tutore ac quolibet alio ratione publici officij cuius miniſterio acquiritur pupillo vtilis *l. cum qui §. pen. ff. de conſt. pecun. l. 4. ff. rem pupil. ſaluā*
for. gl. in §. alterum inſtit. de inutil. ſtipulat. verbo vt ſupra dictū eſt. & demū in nuncio quo tamquā organo fit acquiſitio, & ſic in caſu noſtro *l. qui autem §. fin. cū l. ſequenti ff. de conſt. pecun. cū ibidē adductis per gloſ.*
16 Tamē ſēper in dictus caſibus ſupponitur, alterū ex contrahētib. p ſe ipsū perſonaliter interuenire in cōtractus celebratione; quī cū alio miniſterio nuncij, ſeu litterarū dicitur contrahere in loco in quo nunciū, ſeu litteras recipit; Nec iura, aut eorum interpretes, quos viderim, vnquam hanc limitationem extendunt, neq; ad duos nuncios coreſpectiuè contrahentes neque ad vnum cūdēq; mandato duorū dominorū, & ideō
17 ſtandū erit regulæ negatiuæ. Ratio verò a a priori ea eſt, Quia verè nec eſſe, nec intelligi poteſt contractus, miniſterio nuncij celebratus, niſi interueniēte altera parte, ſiue per ſe ipſam ſiue per Procuratorē in cuius p rſona radicetur cōtractus, & voluntatum vnio ſine qua contractus eſſe non poteſt; Si enim fingamus eſt, nuncū. P. defferre tamquā organum, & inſtrumētum, conſenſum domini ad contrahēdū ad quē proponatur nuncius D. qui pariter tāquā inſtrumentū deffert cōſenſū Domini, iſti duo conſenſus dictorū B & D. erūt ſimul, & vnitūr, quod eſt neceſſariū ad contractū *l. prout quis ff. de ſolu. l. ab emptione ff. de pact.* medio colloquio, & conceptione verborū A. & C. nūciorū quæ vnio rerū ſpiritualium fiet nullo exiſtēte ſubiecto cui inhereat; Quod impoſſibile omnino eſt; Nec in iure cognitū, aut permiſsū. Et ad hāc neceſſitatē, interuētus ſcilicet alicuius ex contrahentibus reſpex t Iuſtinianus Imperator *Inſtit. de obligat. quæ ex conſenſu in princ.* dum loquens de obligationibus quæ ex ſolo cōſenſu fiūt, &
18 de eis ſtatuens quod nuntio, & epiſtola cōtrahi poſſit dicit *Ideo autē iſtis modis obligatio dicitur cōſenſu contrahi quia neq; ſcriptura, neq; preſentia omnimodo opus eſt.* Sicuti enim abſolutè negauit opus eſſe ſcriptura, in huiuſmodi contractibus id ipſum abſolutè non dixit de præſentia, ſed cum illa modificatione omnimodo, ideſt ex parte vtriuſque non permitti; Quod ipſum pertius voluere Doctores *gloſ. in l. conſenſu ff. de actio. & obligat. & ibi Bartol. in princ. Albe. n. 2.* Qui licet admittant in puncto contractum, qui ſolo conſenſu perficitur fieri poſſe per nuncium, vel epiſtolam requirunt tamen conſenſum preſentia-

liter præsitum, quod intelligendum non est de vtroque contrahente, quia destrueret suppositum de Nuncio, seu epistola, sed saltem de altero ex eis, quod & conclusio per nos firmata contendit.

Quæ si vera sunt in duplici Nuncio; prout verissima puto p supradicta, multo magis p cedēt in vnico tantum, qui non est subiectum habile ad recipiendos, nec ad vniendos dictos consensus, nec est instrumētum ad id a iure ordinatum; sed tantummodo ad differendum, tamquā organum, & Pica vt superius diximus, consensum Domini, & per consequens gratis, & sine ratione, aut iure ei talis, ac tanta facultas tribueretur.

Accedat quod consensus contrahentium, pro
19 validitate cōtractus, debet esse simultaneus ratione eiusdem temporis; aliàs contractū vitiat *tex. in l. si ex duobus ff. de duobus reis. DD. in l. 1. §. qui præsens ff. de verb. obligat.*
20 Vnde cum vnius solius dici interuallo vitietur stipulatio *Gl. & DD. & post eos Ias. in l. 1 §. qui præsens ff. de verb. obligat.* Et si vnus dicat: vendo tibi domum pro decem, si vis, & ille nihil respondeat tunc; sed die sequenti respondeat, se velle, non dicitur celebratus contractus venditionis *Albert. post alios in l. non erit §. fin. cum l. sequenti*
21 *ff. de iure iur.* etiamsi ille dixisset cras respō debo *Bald. in rub. C. de const. pec. numer. 13. Alex. l. 1. §. qui præsens num. 3. ff. de verb.*
22 *obligat. Ias. ibidem num. 3. Alcia. num. 8.* Itē si quis, transfigendo, dicat: remitto tibi hanc actionem si des mihi decem, non sustinetur actus, si tu taceas, licet postmodum decem offerat *Gl. in l. 3. verbo. donat. C. de repud. hared. & Bald. ibi nn. 8. Saly. nu. 5. vbi dicit*
23 *notandum in practica.* Sed in nuncijs, corūque ministerio, impossibilis est ista simultaneitas consensuum, sine aliquo subiecto, ergo vtiliter contrahere nequeūt. Nec obstant ea, quæ supra in contrarium adducebam.

Non primum. Nam respondetur assumptum,
24 de quo in eo, nullo iure probari; nec ministerium vtriusque nuncij A. & C. esse sufficiens ad vniendum consensum contrahētium, nullo existente subiecto, in quo dicta vnio subsistentetur, & esset quid omninò aereum, & incompatibile absq; vllo iuris fundamento. Quinimò de iure requiritur præsentia saltem alterius ex cōtrahentibus, per se, vel per Procuratorem, vt probauimus supra. Et licet posset disputatione sustineri, omnia tria illa requisita per Bald. non deficere in hoc imaginario contractu, formaliter, & metaphisicè loquēdo: vere tamē dicimus deficere consensum, qui consistat in quoddam simultaneo sensu, & animorū copula *Bald. in l. ab eo num. 2. C. quomod. & quand. Iudex. & in cap. cum consuetudinis num. 8. de consuetu.* dicta copula cessante, & deficiente subiecto, cessat & ipse consensus.

Non postremum. Quia verum quidem est, super consensu vtriusque contrahentis radicari substantiam contractus, sed hic consensus debet expediri per actum, & conceptionem formæ verborum; vt in proposito docet Bald. *l. multum num. 11. C. si quis alter, vel sibi.* Et hic consensus debet vniri aptè, & legitimè cum consensu alterius contrahentis. Ad quem actum expediendum, & vnionem celebrandam cum non sit a iure ordinatus Nuncius vnus, & idem; sed tantū ad differendum consensum vnius ex contrahentibus; insufficienter sane, & sine ratione, aut iure, ei tribueretur maior, & longè efficacior facultas.

25 Nec obstat confirmatio; quinimo potest facili negotio retorqueri. Quia in regulis dictorum proxenetarum cautum habetur expresè; quod, quando huiusmodi homines, præuio tractatu, aliquem contractum Cambij inter aliquos stabilierunt, debeant curare omninò ad illius perfectionem; vt cōtrahentes insimul alloquantur, & de stabilito contractu cōueniant, vt plerumque fit, & facili negotio in platea bancorum; in qua quotidie conueniunt mercatores. Quod si
26 quandoque id omittunt, parum refert: nam perfectionem illam, quam non recipit contractus ex coloquio contrahentium, consequitur ex executione conuentorum, media solutione pretij, ex parte acquirentis, & datione litterarum Cambij, ex parte distrahentis, id quod tuto fit, non obstante mora. Quandoquidem ex præscripto notulæ, per proxenetam factæ, coguntur contrahentes, etiam inuiti, omnia adimplere mandato Magistratus.

DI-

DISPVTATIO I.

QVAESTIO XVII.

Qua obligatione obſtringatus is qui ſubſcribit litteras Cambij inter alios celebrat.

1 *Fideiuſſor dicitur qui accedit obligationi alienæ.*
2 *Accedere poteſt cuicumque obligationi, ſiue illa conſenſu ſolo ſiue re contrahatur.*
3 *Ampl. etiam reſpectu obligationis, qua ex delicto proficiſcitur.*
4 *Mandatum ſolo conſenſu contrahitur.*
5 *Mandator à fideiſſore in quo diſtinguatur.*
6 *Conſtituti natura eſt, vt obligationi alienæ iam contractæ nudo pacto accedat.*
7 *Conſtitutum non valet ſi non intercedat cõſenſus creditoris.*
8 *Conſtitutum non infirmat obligationẽ principalem.*
9 *Poteſt per litteras contrahi.*
10 *Et quibuſcumque verbis aptis conſenſum ex primere.*
11 *Conſtitutor proprie dicitur quando quis dicit conſtituo me tibi ſoluturum pro Titio*
12 *Dicitur tamen talis, etiam ſi non vtatur verbo conſtituo modo promittat habita relatione ad præcedentem obligationem.*
13 *Ampl. etiam ſi tacitè tantum habita ſit relatio.*
14 *Qui ſuſcipit obligationem ex præcedenti obligatione nouare dicitur.*
15 *Nouatio ſola ſtipulatione non fit, ſed etiam per alios contractus.*
16 *Etiam ſi naturalem tantum producat actionem.*
17 *Nudum pactum inter Mercatores valeat.*
18 *Reus debendi dicitur, & in ſolidum obligari poteſt, licet pecunia in ipſum non peruenerit, & in omnibus ſecundum naturã contractus, cui accedit.*
19 *Poteſt accedere etiam ex interuallo.*
20 *Per mutationem ſtatus alterius debitoris alter non liberatur.*
21 *Solutio facta per vnum ex reis debendi liberat alium.*
22 *Conſtituens ſe principalem propriè fideiuſſor non eſt, nec gaudet beneficio Auth. de fideiuſſorib. & num. 23.*
24 *Expromiſſor dicitur qui pro alio principaliter ſe obligat, etiam nulla præcedente illius obligatione.*
25 *Fideiſſori competit beneficium principalis prius conueniendi.*
26 *Exceptiones competentes principali debitori exceptis perſonalibus competunt, & fideiuſſori.*
27 *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris.*
28 *Subſcribens litteras Cambij pro alio non dicitur fideiuſſor.*
29 *In fideiuſſione neceſſaria eſt ſtipulatio.*
30 *Mandatum re integra reuocatur.*
31 *Morte extinguitur.*
32 *Per mutationem ſtatus Procuratoris dicitur Procurator ipſo iure reuocatus. Item, & per mutationem ſtatus mandantis. 35.*
33 *Nec eſt neceſſaria notificatio.*
34 *Mandatum præcedit ſemper obligationem.*
36 *In conſtituto requiritur animus conſtituendi vltrà conſenſum, & nu. 37.*
38 *Qui conſtituit ſe ſoluturum quod alius debet tamquam ipſe eſſet obligatus, nihil agit.*
39 *Nouatio extinguit præcedentem obligationem.*
40 *Per ſubſcriptionem litterarum Cambij factam per alterum, nulla nouatio fit.*
41 *Reus debendi ſi in eum pecunia non peruenit, poteſt petere quod ſuis impenſis excutiatur alius, in quem peruenit pecunia.*
42 *Conſtitutor vt plurimũ per ſtipulationem ſe obligat.*
43 *Subſcribens litteras Cambij alterius pro cautione creditoris expromiſſor iure dicitur.*

VT in ceteris contractibus, in quibus fidem ſequimur alienam, ſolent plerumque creditores curare, vt ſibi caueatur, vel in ſubſidium, vel pinguius de obligatione alterius perſonæ, & diuerſæ ab ea cum qua principaliter contraxerunt, ad quam negotium non ſpectat. Id ipſum potiſſimum contingit in

in contractu Cambij, inquo plerumque est valdè lubrica fides debitoris, & creditores valdè sunt solliciti de solutione consequẽda, & propterea multis, & variis, ac diuersis modis sibi prouidẽt cauti mercatores quos per discursum totius tractatus, prout sese occasio obtulerit, examinabimus. Nunc in proposito huius disputationis de Cambio simplici, cum de personis agimus; occurrit ille modus, quo contrahentes Cambium, vt magis sit cautum creditori, conueniunt, vt alius præter debitorem subscribat secundas litteras Cambij Cum enim vt supra diximus quæstione 11. numer. 14. & seq. pro executione conuentorum in Cambio soleat debitor conficere, ac tradere litteras Cambij creditoris, pro Cambij adimplemento, ne, litteris illis facto aliquo pereuntibus, creditor remaneat priuatus executione, ac probatione conuentorum, mos ille originẽ duxit duplicandi, ac triplicandi dictas litteras adiecta nota in singulis earũ, aprè referẽdo, *per quæsta prima, seconda, e terza di Cambio, & per una volta tanto,* (vt fusius ex plicabitur in prologomenis secundę disputationis) modo vt dicebamus) frequens stilus creditorum ex Cambio est, vt sibi caueant a principali debitore, vt dictæ secundę litteræ eiusdem Cambij quarum primæ subscriptæ fuerunt a principali debitore, subscribantur ab alio; Qui sic de facto subscribens, nulla admissa except-one, cogitur in ferijs ad solutionem summæ de qua in litteris. Multum autem refert scire quodnã genus obligationis sit illud, quod suscipit hic subscriptor secundarum litterarum, vt patebit ex resolutione quæstionis.

1 Posset dici fideiussoria: ex eo quod accedit obligationi principali *l. 1. ff. de fideiussor.* §. 1. *Instit. eod.* de cuius natura est vt cuicumq; obligationi accedere possit siue consensu,
2 siue re contrahatur *l. 1. & l. græcè* §. *præterea & §. generaliter ff. de fideiuss.* quinimo,
3 siue ex delicto proficiscatur *l. Græcè §. sed si ex delicto. l. si a reo §. fin. ff. de fideiuss. gl. & Bart. l. 1. ff. de fideiuss.*

Posset etiam dici mandator, & ex mandato obligationem oriri: quatenus subscribens videtur mandare illi cui li tteræ dirigũtur vt soluat creditori, & quæ obligatio solo consensu nullo alio requisito contrah itur
4 *l. 1 in princ. ff. mandat. Inst it. de obligat. quæ ex consensu. in princ.* & per hoc a fideiussore
5 distinguitur *Gl. in l. si vero non remunerandi* §. *si quis mandauerit ff. mandat. Bart. in auth. de fideiuss. nu. 8.*

Potest etiam dici talirer subscribens constitutor, ac ex constituta pecunia se obligare,
6 quatenus de natura huius obligationis est, vt obligationi alienæ iam contractæ nudo pacto accedatur *l. 1. §. 2. & toto tit. ff. de cõst. pec. l. 2. C. eod.* interueniente tamen consen-
7 su creditoris *l. eum qui §. quod exigimus, & ibi Bart. ff. de const. pec.* firma semper manẽ
8 te obligatione principali *l. eum qui vbi gl. ff. const. pecu.* Et quæ per litteras absque du
9 bio contrahi potest *l. eum qui §. Iulianus l. Titius. l. his litteris ff. const. pec. Zucar. l. 5. §. satis acceptio ff. de verb. oblig.* Et quibuscumque verbis ex quibus consensus exprimi potest *l. qui autem §. l. verum ff. de const. pec. Ruin. cons. 19. numer. 11. lib. 4. Rol. cons. 4. num. 34. lib. 4. Soc. Sen. in l. legem num. 10.*
11 *verſ. sed tu dilgẽtius C. de pact.* Licet enim absque dubio, tũc intelligatur, cum expressè promissor dicit constituo me tibi soluturum pro Titio *l. 1. §. ait prætor, & §. debitũ. l. qui autem in princ. & l. vbi quis ff. de cõst. pecu. §. de constituta Inst. de act.* Tamen etiã si verbo constituo non vsus fuerit, dummodo quis promittat, habita relatione ad precedentem obligationem, sufficienter intelligitur constitutum *arg. l. 1. §. debitum, & l. Titius & l. quidam ff. const. pec. Alex. l. legẽ nu. 4. C. de pact. Galea. in rub. de verb oblig. num. 47. verſ. sed aduerte, & de magis communi Tom. ellus ibidem num. 72. verſ. alia*
12 *est conclusio* Quinimò, etiãsi relatio ad precedentem obligationem non sit expressa,
13 dummodo tacitè subintelligatur *arg. l. 2. & l. item quia ff. de pact. ita Soc. Sen. in l. legem numer. 10. verſ. aut dicimus C. de pact. Decius ibidem num. 11. Gallat. in rub. de verb. oblig. num. 48.*

Posset etiam dici nouator quatenus ex precedẽ
14 ti obligatione quis obligationem suscipit *l. 1. ff. de nouat.* prout licet facilius stipulatione contrahatur, tamen etiam per alios
15 contractus fit. *l. si mandato meo in princ. & §. vltimo ff. mandat. Burſat. l. 1. num. 3. ff. de nouat.* etiamsi contractus naturalem solum
16 producant obligationem *l. 1. & ibi DD. communiter ff. de nouat. Alex. in l. si cum dotem in princ. nu. 9. ff. solut. matr.* præsertim inter mercatores inter quos pacta nuda de
17 bent obseruari *Bero. cons. 198. nu. 13. lib. 1.*

Posset dici alter Reus debendi, qui in solidũ
18 obligari posset cum altero reo, licet non in ipso

in ipſo, ſed in alio pecuniæ pertinerint, & in omnibus ſecundum naturam cõtractus cui accedit *l.2.ff.de duob.reis l.3.§. vbi dd. ff.eod.l.1.& 2.C.de duo.reis Inſtit.& auth. de duobus reis.l.vir uxori §.ſin.ff. ad Vell. l.vndè queritur ff.cõmod.Caſtr.in l.in perſonam §.qui pecuniam ff. de pact.* Nec refert an eodem contextu, ſeu vnus poſt alterum obligetur.*l.3.ff.de duob.reis* Nec per mutationem ſtatus alterius alter liberatur *l.fin.ff. de duob. reis* & per ſolutionem ab altero factam alter etiam intelligitur liberatus *l.ſi ex aſſe toto ff.de leg.1.l.3.§. vbi duo, & ibi gloſ. pen. ff. de duob.reis.* Quod videtur vſuuenire in caſu iſto.

21 Poſſet dici, quod haberi deberet, perinde ac ſi, ſe conſtituiſſet principalem debitorem ſimpliciter pro ipſo debitore principali,

12 quo caſu, proprie fideiuſſor non eſt, cum ſe principalem conſtituat, licet pro alio ſuſcipiat obligationem Vnde quicquid dixerit *gloſ.in auth.de fideiuſſor.verbo fideiuſſorē* quam non habere cõtradictionem teſtatur Ale.*xconſ.29.num.25.vol.7. & conſ.30 nu.*

23 *12.vol.4.*non gaudet beneficio auth. de fideiuſſoribus . *Alber. in l.Iulianus in princ. nu.3.ff.ad maced. Roncheg.l.3.§. vbi duo n. 771.ff.de duob.reis.*

Poſſet demum dici, expromiſſor, ille videlicet

24 qui ſe pro alio principaliter obligat, etiam nulla præcedente cuiuſquam obligatione. *l.4.ff de cond.cauſ.dat.l. quamuis §.ſi cum eis ff.ad Vell.l.1.in fin.ff. eod. l.non recte C.de fideiuſ.& per illum tex.Bald.in l. & eleganter §.ſeruus..... ff.ad Vell.gloſ.in l.Seium aut Pamphilum §.additio verbo interceſſerat ff.de ſol.gl. verbo fideiuſſorem §.ſi quis igitur auth.de fideiuſſor.*

Sed ſi eſſet fideiuſſor, ei competeret beneficiũ debitoris principalis, prius conueniendi.&

25 excutiendi *ſecundum terminos auth.præſente C.de fideiuſ.& auth.de fideiuſ.& mãdati.* Item exceptiones omnes, exceptis perſonalibus, quæ competunt principali *l.exceptiones quæ perſonę ff.de except*, Et tamquam

27 ſtricti iuris, ſtrictam recipere deberet interpretationem *l.quicquid aſtringendę ff. de verborum oblig.* Quæ omnia ſunt aliena a praxi, & naturæ huius obligationis. Propte-

28 rea taliter ſubſcribens, nõ eſt habẽdus pro fideiuſſore, ad quem etiam neceſſaria eſt

29 omnino ſtipulatio *l.1.§.verbis ff. de actio. & obligat.l.blanditus C. de fideiuſ.* Quæ nulla ratione interuenit in ſubſcriptione de qua agimus.

Item ſi eſſet mandatum: vtique re integra re-

30 uocari poſſet; quinimo ipſo iure, morte mãdantis, extingueretur *l. mandatum C. man-*

31 *dat.* Sicuti etiam per mutationem ſtatus ip

32 ſius procuratoris *l. cum quis in princ. l.ſi Cornelius ff.de ſolut.l.in confirmando ff.de inoff.teſt.l.pater harede vbi Bald.ff.de teſta. tut.l. rogaſti §.ſi fugitiuus, & ibi Alex. Iaſ.& Dec. ff.ſi cert.pet. Alex.l.reum qui §. qui ſibi aut filio n.3.ff.de verb.obligat.* Etiã

33 circumſcripta quacumque notificatione. *Bald.d.§.ſi fugitiuus Dec.ibidem numer.4. Iaſ.ampliat.4.Cephal.conſ.354.n.21.vol.3.* Prout etiam per mutationem ſtatus ipſius mandantis *l.ſi quis alicuius ff. de acquir. hæredit.Soc.conſ.112,multum abundè num. 12.vol.1.Dec.d.§.ſi fugitiuus numer.5.* Et

34 ſic non eſſet plenè conſultum creditori, ſecundum contrahentium intentionem. Sed

35 non eſt dicendus mandator, tum quia mandatum ſemper præcedit obligationem principalem *l.ſi verò non remunerandi §.ſi quis mandauerit & §.ſequenti ff. mandat, poſt gloſ.Bart.nu.6.1.Anch.de fideiuſ.in princ.* tum etiam quia vis obligationis ſic ſubſcribentis, non conſiſtit tantummodo in mandato, contento in litteris Cambij, directo illi per quem eſt facienda ſolutio, qui de facili poſſet illud non acceptare; Sed magis principaliter reſpecta illius, ad fauorem cuius, vigore dictæ ſubſcriptionis, videtur conſiteri, ſe Cambium celebraſſe, & eſſe per conſequens debitorem pecuniarum in litteris cõtentarum, quæ ſunt valdè aliena a quacumque ratione mandati.

Multo minus poteſt dici obligatio ex conſtitutu pecuniæ. Quia ſuper omnibus in obligatione ex conſtituta, contrahenda, vltra conſenſum animus præcisè conſtituendi eſt neceſſarius *l.1.§.cum qui ff.de conſt. pecun.docet eruditiſſimus Duaren. ff.de conſt. pecu.cap.1.in fin. & l.5.§. ſalis acceptio de*

36 *verb.obligat.* Vnde non intelligitur obligatio ex conſtituta, niſi conſter de animo con

37 ſtituendi *Iaſ.in rub.de verb.oblig. num. 11. verſ.ſed caue Tornil.ibidem num. 37. cum ſeq.* Et propterea certum in iure eſt, eum, qui ſe conſtituit, quod alius debet, tamquã ipſe eſſet obligatus nihil agit, nec in aliquo obligatur *l.1.in fin.& l.vlt. & ibi Bart. ff.*

38 *de conſt.pec. Bart.in l.eum qui §.idem Iulianus in fin.ff.eod.* Propterea, cum talis ſubſcriptor faciat ſe ipſum debitorem ex illo Cambio, quod ipſe verè non contraxit, in

omnibus,

omnibus, & per omnia, perinde ac si ipse contraxisset, esset que illius debitor, nō potest dici habere animum constituendi, nec per consequens ex constituta se obligare.

Nec etiā Nouator dici potest, aut debet. Cum certum sit per nouationē, in casibus, in quibus contingere de iure nouissimo potest. *Ad formam l. fin. C. de nouat.* priorem obligationem in totum extingui, & aliam de nouo oriri *l. 1. ff. de nouat. §. præterea Iust. quibus mod. toll. obligat. l. 1. cum gl. verbo.*
39 *peremptā C. de iudic.* Vnde cum sibi prouidens de hac subscriptione, non intēdat obligationem priorem extinguere, sicut de facto nō extinguit, sed aliam, pro maiori cautione prioris, acquirere, hoc ipsum excludit
40 vniuersam naturam nouationis *l. stipulatus sum §. adhiberi ff. de nouat. Bald. in l. referi ptum §. si pacto num. 7 ff. de pact.*

Sicuti nec etiam potest dici alter reus debendi: ex quo sequeretur, quod, constito in hūc subscriptorem litterarum non peruenisse pretium dicti Cambij, sed in principalem debitorem, posset hic, quamtumuis obligatus in solidum, obijcere; quod saltem suis
41 expēsis excuteretur principalis *l. unde quæritur ff. commod. Bart. in l. si incerto §. duobus vehiculum num. 12. ff. comm. & in l. 3. §. vbi duo numer. 15. quæst. 7. ff. de duobus reis Rom. cons. 114. num. 4. Cremen. sing. 39. Barbat. cons. 43. num. 5. vol. 2. Dec. cons. 268. nu. 2. Castr. in l. sed Iulianus nu. 3. ff. ad Maced. l. vir vxori §. fin. num. 3. ff. ad Vell. in l. 3. §. vbi duo num 2. ff. de duob. reis in l. in persona §. qui pecuniam num. 3. ff. de pact. & cons. 409. considerata in princ. & cons. 331. in prin. vol. 1. Aret. l. 3. §. vbi duo in fin. de duobus reis vbi testatur de communi sententia.* Quod esset contra intentionem contrahentium, qui intendunt esse plenissimè consultum creditori, aduersus taliter subscribentem, eumque nulla exceptione iuuari; sed omnino ad solutionem cogere; nulla habita ratione principalis debitoris.

Ei vero, qui se constituit pro alio debitorem; licet hic subscribens valdè assimiletur. Cum tamen sic constituens, vt plurimum per
42 stipulation em se obliget, *vt docet glos. de auth. de fideiuss. verbo. fideiussorem* quod non euenit in hoc subscribente. Et cum habeat effectus communes cum obligatione fideiussoria, & inter cæteras illas quæ deducātur ex nullitate, seu defficiētia obligationis principalis, quæ ab hoc subscribente sunt alienę; qui in dictis litteris nullā mentionem facit alicuius alterius obligationis ab alio susceptæ, & per consequens nullam, ex persona illius (circumscripta solutione per eum facta) habet exceptionem; non videtur adaptanda casui nostro dicta obligatio.

Reliquum est, vt cōcludamus: dictum subscri-
43 bentem validè, ac legitimè obligari, tamquam expromissorem, cum huiusmodi obligatio sit conformis menti, & intentioni contrahentium, & dispositio iuris ei assistat ad omnes illos effectus, quos vniuersalis praxis mercatorum ei tribuit. Quæ ea est, vt nullo alio requisito, nullaque admissa exceptione, taliter subscribens, in omnibus & per omnia, ac si esset principalis debitor, teneatur ad solutionem dicti Cambij. prout expresse cauetur inter nos Genuenses, iure municipali *stat. ciuil. lib. 4. cap. 12. de societatibus cū ratio mercat.* Et cōsequenter hinc deducimus illos, qui has secundas litteras subscribunt, vel conueniunt se subscripturos, omnino ad solutionem Cambij teneri, perinde ac si ipsimet, recepto illius pretio, Cābium celebrassent. Nec vlla prorsus exceptione iuuari, desumpta, vel ex facto, seu defectu debitoris principalis, nec ex illius persona, prout est de natura expromissoris. Et consequenter quæstiones omnes, quæ circa præmissa possent contingere, deridēdas esse, habita ratione taliter subscribentis, perinde ac si, expresse se tamquam expromissorem obligasset.

DISPVTATIO I.

QVÆSTIO XVIII.

An contractus Cambij vnius solius consensu possit consistere.

1 *Consensus est duorum, vel plurium in idem sensus.*
2 *Consensus dicitur quædam copula animorū.*
3 *Consensus est materia cōmunis & generalis cuicumque contractui generice sumpto.*
4 *Consensus in particulari contractu constitutus in suo esse specifico secundum formā contractus requisitam, per quā ab alijs differt.*

§. Cam-

5 *Cambium conſenſu perficitur ſimultaneo, fallit num.7.*

6 *Inuitus obligari non poteſt.*

7 *Teſtator grauans hæredem ad dandum mille ad Cambium Caio certo pretio; Caius oblato pretio hæredi implet, & hæredis diſſenſus non officit, quin Cambij contractus dicatur celebratus & numer. 8. & 10.*

9 *In obligatione facti ſuccedit intereſſe.*

10 *Vel dicitur ipſa contractus celebratio legata.*

12 *Gabella tamen ſoluenda non eſſet, cum non ſoluatur niſi pro vero contractu.*

ONSENSV perfici contractum Cambij, ſæpius diximus; & cũ 1 conſenſus nihil aliud ſit quam plurium in idem ſenſus, *Bald.l.ab eo C.quemod, & quãd. Iud.* & quædam veluti 2 copula animorum *Bald.in cap. cum conſuetudinis num.6.extr.de conſuet.* videtur quæſtio hæc de indubitabili negatiua. Quod eo magis dicendum videtur, quod conſenſus in propoſito, de quo agimus peculiari quodam modo requiritur. Licet enim conſenſus ſit quædam veluti materia communis, & generalis cuicumque contractui generi- 3 cè ſumpto *l.1.§.conuentionis ff.de pact.* conſtituitur poſtmodũ in ſuo eſſe ſpecifico per formam ſupradictam.per quã in eſſe dedu citur ad hanc, vel illam formam contractus, per quã differt ab alijs. *Bald.in l.1 in princ. num.2.C.de iure emphit.* Cum igitur con- 4 tractus, de quo agimus cõſenſu perficiatur 5 & ſic habeat formam ſpecificam conſtitutiuam in plurium ſimultaneo ſenſu poſitam, & collocatã; videtur impoſſibile quod vnius ſolius conſenſu poſſit conſiſtere. Eo addito, quod, cũ ſit vltro citroq; obligatorius, vt vidimus in quæſtione decima, videtur quodãmodo inintelligibile ſolo vnius conſenſu poſſe celebrari & aliquẽ inuitum obligare, dicente Imper. *l. 11. C. de contrah.emp.*

6 „*Inuitum comparare, vel diſſuadere poſſulantis deſiderium iuſtam cauſam non cõtinet.*

7 In contrarium eſt veritas, dari ſcilicet poſſe caſum, quo vnius ſolius conſenſu huiuſmodi contractus poteſt celebrari. Puta ſi teſtator legaret vt pro feria proxima Sanctorũ, 8 detur Cambio Titio ſcuti mille marcarũ, pretio ſolidorum ſexaginta quinque. Nam tali caſu, ſi Titius oblato pretio prædicto hæredi, is ne dum conſentiat celebrationi cõtractus prædicti, quinimmo expreſſe diſſentiat, adhuc contractus intelligitur celebratus, & poterit conueniri hæres in dicta feria Sanctorum, & quantumuis repugnãs cogi ad ſoluendos dictos ſcutos mille marcarum, Licet enim in hac facti ſpecie; hæres videatur damnatus ſolummodo ad factum 9 *l.conſilio in fin.de curat.furioſ.* Et ex conſequenti, eo renuente adimplere, ad intereſſe tantummodo, nullam tamen actionem ad ipſos ſcutos marcarum eſſe ortum, cum contractus, ex quo oritur, celebratus non appareat. Veritas tamen eſt in contrarium, nam facta oblatione prædicta, contractus intelligitur celebratus. *Bart. in l. ſi fideiuſſor §. meminiſſe nu.1 ff. de legat 1. & in l.vxorẽ §. agri plagam ff. de legat. 3. Iaſ. d. §. meminiſſe num.4. vbi ita dicit tenere omnes.* nec ad ce- 10 lebrationem contractus obſtat diſſenſus hæredis, dicente in propoſito Vulpiano, *l labeo ſcribit. 5 o. ff. de contr. emptione.*

„*Egoetiã ex vẽdito agi poſſe puto quaſi adim„pleta conditione, cum per emptorem ſtet quo„minus impleatur.* Non igitur erit impedimento celebrationi contractus deffectus, quinimmo, nec diſſenſus hæredis, cum per actorem impleatur conditio præuia pretij oblatione, ſub qua intelligitur factum legatum à teſtatore.

Et ex his etiam colligitur, concliatio contrariorum, quæ ſupra adduximus: Licet enim verè, & propriè, hoc non conſentiente, quinimmo renuente debitore, contractus celebretur, & ex eo oriatur actio ex Cambio; Suppletur tamen hic deffectus a conſenſu ex parte teſtationis. Qui licet per mortem defecerit, nec potuerit per conſequens vniri cum conſenſu legatarij, nec eſſe aliquo tempore ſimultaneus, & hæres, qui in eius locum ſucceſſit, eumque repreſentat, renuat, tamen negari non poteſt quandoque conſenſum adfuiſſe etiam ex altera parte, & inde, quadam veluti fictione iuris, in odium hæredis parere nolentis, fingi conſenſum illum perdurare. Seu verius in vim vltimæ voluntatis ſuſtineri, quod ex eo cognoſcitur. Quod, iſto caſu, actio inſurgens

ex Cambio assumit vires, non ex aliquo cõtractu verè, & propriè inter partes inito; sed ex testamento, cum videatur legata ipsa contractus celebratio. *Gl. in l. æstimationibus verb. in hæreditate ff. de pet. hæred. quam solemnem dicit Angel. ibi.* Et consequenter, si strictè, & propriè loqui velimus, dicendum esset, oriri actionem ex Cambio vnius solius consensu; non autem contractum ipsum, qui potius habetur pro celebrato, iuris fictione, ob contumaciam hæredis, quam quod vere fuerit celebratus. Vnde si pro contractu Cambij esset soluenda gabella, vt in ciuitate nostra, in casu præmisso soluenda non esset. *Ad traddita per Bart. in l. lege falcidia non debetur ff. ad l. falcidiam.*

DISPVTATIO I.

QVÆSTIO XIX.

An ex taciturnitate oriatur consensus necessarius ad celebrandum contractum Cambij.

1 *Tacens non fatetur.*
2 *Tacere est medium inter affirmare, & negare.*
3 *Taciturnitas quandoque habetur pro contradictione.*
4 *Tacens non dicitur fateri si agatur de illo obligando.*
5 *Præsentia non habetur pro consensu.*
6 *Paria sunt consentire, vel nõ contradicere.*
Fallit si de obligatione inducẽda agatur 9.
7 *Consentire videtur qui petẽti nõ cõtradicit.*
8 *Maxime si sua interest: fallit si de obligatione eiusdem agatur. 9.*
Habetur enim hoc casu pro dissentiente ibid
10 *Tacẽs cõsentit si concurrat actus positiuus.*
11 *Recipiens litteras, in quibus cõtinetur id specificè, de quo agitur, si taceat, & non respondeat, dicitur consentire.*
12 *Non reprobando enim dicitur approbare.*
13 *Restringitur effectꝰ approbationis inter mittentem, & recipientem & exemplificat Auctor.*

1 VIDETVR negatiuè respõdendum; quandoquidem ille, qui tacet non fatetur *l. qui tacet de reg. iur.* & taciturnitas importat mediũ quid inter voluntatẽ expressam, & expressam contradictionem. *Glos. 1. d. l. qui tacet. Glos. fin. in addit. in l. in adoptionibus ff. de adopt. Bart. in l. quæ in dotis num. 21. ff. solu. matr.* Quinimmo habetur quãdoq; pro expressa contradictione *Glos. ibidem.* Et, quod certius est, quando agitur de aliquo obligãdo, ille qui tacet nullo modo videtur cõsentire, vt tradit *Glos. Magistralis in l. filiusfamilias in §. iniustus ff. de præcar. verb. non probatur, & ibi DD. communiter, & in l. Caius 39. verb. non obesse ff. de pignor. act. ib fin. ibi.* Vbi generaliter quod præsentia non habetur pro consensu *latè Bart. in l. quæ dotis ff. solut. matr.* Et inde fit, quod licet paria sint consentire, & non contradicere *l. in adopt. ff. de adopt.* & cõsentire videatur, qui petenti non contradixit *Glos. 1. in l. filiusfamilias de tutel. l. 4. in fin. C. de arbitr. glos. in cap. 1 §. præterea verb. regressum.* Præsertim si eorum interfit *l. qui autẽ §. præterea C. quæ in fund. credit.* Quod etiã habet locum in proposito cõtractuum *Glos. in l. rem alienam C. de pignorat. act. verb. sine mea.* Tamen illa vera sunt in longe diuersis terminis, vt dictis iuribus apparet, sed quando agitur de obligando aliquem personaliter ex contractu, tunc indistinctè verum est, præsentem, & tacentem non haberi pro consentiente, vt post lõgam distinctionem firmat Bartolus. *l. quæ dotis num. 23. in fin. ff. solut. matr.*

Dicendum est, quod si, vltra scientiam actus, interueniat aliquis actus extrinsecus, puta, receptio litterarum, in quibus contineatur specificè substantia actus de quo agitur, is accipiens licet taceat, nihilque respondeat, dicitur consentire, & illum consensum præstare, qui est necessarius ad contractum Cambij celebrandum. *Ad text. in l. si filiusfam. 17. & ad Maced.* Ea ratione, quia is, qui recipiendo litteras

litteras prædictas,contenta in eis non reprobãs habetur pro approbante *Glos.d.l.si filiusfam.verb.contrariæ volant Magistraliter Bart.distinguens in l.quo enim §. ratiõ*
11 *habere.ff.ramrat.* Vnde emanauit illa regula generalis,quod recipiens litteras,& non contradicens contentis in eis , censetur ea approbasse *Angel.d.l.si filiusfam. Bald. in l.2.ff.de pact.& in l.emptor.§. Iucius ff. eodẽ plene Paris.cons.47.num.13.& cons.91.nu. 44.vol.1.* Præsertim inter mittentẽ litteras,
12 & recipientem prout restringit *Cum. cons. 177.Rep.in l.admonendi num.334.ff. de,*& plures sequuta est Rota nostra apud Bellonum *Decis.8.num.13.dec.18.num. 6.dec. 24.num.4.decis.68.num.4.decis.162.num. 2.& 147.num.4.* Id quod valde notandum est,attento frequentissimo vsu , quo inter mercatores prædicta contingunt , & sæpe, in factorum contingentia , posset accidere, eos,qui recipiunt simpliciter epistolam de
» Cambio . *Male illud habeni pro infecto*
» *propter maiorem abũdantiam pecuniarum*
» *subsequtam* quod ei integrum non est ; Si enim Florentinus scriberet Genuensi , vt regalia aduehenda ex Hispania, & per eũ suo nomine recipienda sibi habeat , pretio tunc currenti , deque eis remissam sibi faciat in proximam feriam Sanctorũ, si, post receptionem epistolæ prædictæ cum taciturnitate, Genuensis posito interuallo , rescribat Florentino,se nolle dictas pecunias accipere,nec remissam facere, nõ audiretur tamquam contractu , consensu tacito celebrato ; sicuti non debet audiri Florentinus , qui post epistolam receptam in qua admonebatur , a Genuensi se receptu-

rum dictas pecunias ex Hispania eius nomine,easque remissurũ via Cambij in proximam feriam pretio conuenti,si post receptionem epistolæ,& taciturnitatem rescripserit petendo suas sibi tradi pecunias, seu alteri tradi mandando . Et id nulla alia ratione nisi quia ex parte vtriusq; adest consensus ad Cambium necessarius , alterius quidem expressus in epistola,alterius verò tacitus ex receptione,prædictã cũ taciturnitate , & per consequens à contractu,mutuo consensu perfecto,& illis qui consensu perficitur , non licet parti altera inuita resilire . Id quod etiam est vtile ad multa alia ,tũ ob decoctiones ,ob sequestrationes, ob locum solutionis,ob recambia , & continuationes,& ob multa alia , in quibus maxime refert esse , vel non esse celebratum contractum;vt videbimus infra in secunda, & tertia disputatione.

Et ex his patet conciliatio ad contraria , quæ procedunt,vt loquuntur,in pura, & simplici taciturnitate ; in casu autem decisionis, requiritur præterea aliquis actus extrinsecus , receptionis dictarum litterarum , seu epistolæ,qui est necessarius omninò ad effectum,vt dicatur tacitè resultare consensum,quod ipsum contingit in mandato , in quo licet regulariter requiratur acceptatio tamen per eandem simplicem receptionẽ epistolæ absque propteſtatione, & cum taciturnitate intelligitur acceptatum, *l.si litteras,& ibi Bald.C.mandat. Alber.in l.diligenter fff.mandat. Alex.cons.78.vol.1. Clement.parte de procurat. Bart. Gen.Bell. dec. 125.num.1.& decis.163.num.3.*

DISPVTATIO I.

QVAESTIO XX.

An & qui error vitiet contractus Cambij.

1 *Errans non consentit.*
2 *Consensui nil magis contrarium quam error.*
3 *Etiam in materia Iuris.*
4 *Error in causa non vitiat Cambium , & 7. vbi exemplificat.*
5 *Stipulatio sine causa ipso iure valet.*
6 *Errans in causa potest condicere liberationem ab obligatione contracta.*
8 *Error in nomine contractus non vitiat.*
9 *Pacta circumscripta denominatione transferunt,contractum in aliam speciem.*
10 *Error circa qualitates substantiales contractus non facit abesse consensum.*
11 *Contrahens Cambium , & errans circa monetarum qualitatem,bonitatem,abundantiam,vel penuriam,non habet ansam impugnandi contractum.*
12 *Error tunc vitiat quando cooncernit ipsam substantiam rei in contractu deductã , vel pretium eiusdem.*

13 *Error in Cambio quomodo deprehendatur.*
14 *In ferijs debita omnia ſunt in ſcutis marcarum.*

VM Vulpiano teſte, *l.ſi per errorem ff. de iuriſd. omn. iudic.* ex Iuliani ſententia, non 1 dicatur conſentire qui errat, nihilque reperiatur tam contrarium conſenſui, quam error *Glo.ſ.dat concordantes ibi, & alibi l.quod nõ* 2 *ratione ff.de legibus.* Quod, procedere etiã in errore iuris, receptum eſt *Oldrad. conſ. 214.factum tale eſt in inſtrumento in fin. Bart.in l.Clodius num.2.ff. de acq. hæredit. Alex.in l.1.num. 2.ff. de repud. bon. poſſeſſ. qui dicit hanc eſſe communem ſententiam ſequitur Ruin.conſ.127.num.1.7.20. lib. 3.* 3 *Crauet.conſ.372.num.8.* Non erit extra rẽ noſtram, ſi dum quærimus de conſenſu quo perficitur Cambium, ſtatuamus quo errore excludatur.

Sed certum eſt: non quemlibet errorem excludere conſenſum in Cambio. Nam gene- 4 raliter error in cauſa ipſum non vitiat, nec excludit, cum videamus, ſtipulationem ſine 5 cauſa ipſo iure valere *l. 2. §. circa ff. de dol. except. prout argumentatur Bart.in Lelegan ter in princ. num. 6. ff. de dol.* Quod vſque adeo verum eſt; vt qui errauit in cauſa ſe 6 obligandi, condicere debeat liberationem *l.qui ſine cauſa ff.de condict.ſin. cauſ. is qui plus ff.de condict. indeb.* Quod vtique non contingeret, ſi defectus conſenſus obijci poſſet, ex quo, ipſo iure, contractus nullus eſt. Vnde fit in propoſito, quod ſi quis ſe obligauerat ex Cambio ad centum, pro valuta habita à creditore, vt frequentiſſimè fit, vel à Titio eius nomine, & in hac cauſa erratum ſit, vt quia vel habuerit id, quod ſibi debebatur, vel ex alia cauſa, vel omnino non habuerit, & ſic manifeſtè in dicta cauſa errauerit; non per hoc licebit impugnare contractum ex defectu conſenſus, ſed erit ſuccurrendum alijs iuris remedijs, vel actione ex dicto cõtractu ad pretium, vel ex actione in factum, vel demum ex cõdictione ſecundum factorum contingentiã.

Sicuti pariter, ex eo quod errantes in nomine 8 contractus, cũ non vitiant *l.ſi in nomine ff.de verb.obligat.* ſed ſuſtinetur talis, qualis ex ſubſtantia pactorum colligitur *Bart.in l.*

1.S.quibus autem ff.quod cuiuſque vniuerſ. nom.Zaſ.in epit.eiuſdem tituli num.18.laſ. l.Inſulam num.1.ff.de præſcript. verb. Quæ pacta, quicquid denominationes dicant, ſubſtantiam contractus nõ immutant *l. vbi ita donatur vbi Bart. & cæteri ff. de donat. cau.mortis.* Fit etiam quod, licet contrahentes Cambia vtãtur alijs verbis, & denominationibus, vt vulgo fit, *dicendo, hauer accomodato ſoccorſo preſtato*, & his ſimilia: cõſtito tamẽ, ſibi ſtipulatos ſcutos marcarum, tradendos in feria, pro certo pretio, nihil refert eos erraſſe in denominatione cõtractus, ad effectum excludendi conſenſum. 9

Item cum ex eo: quod quis errauerit circa 10 qualitatem eorum, quæ ſunt de ſubſtantia contractus, non dicitur deficere cõſenſus, & per cõſequens non irritatur contractus. Et ſic putans emere vinum, emit quidem id quod prius vinum fuerat, ſed incepit eſſe acceptum, vel putans emere Virginem, emit corruptam, vel extimans emere agrum, vel vineam vberrimam, illam emit, quæ ſterilis eſt. Talis error non vitiat conſenſum, nec contractum, ſed adhuc tenet venditio *cap. 1.in fin.2.9.quæſt.1.l.in venditionibus verſ. Ergo in vino ff. de contr. emptio. l. aliter l.* 11 *aliqui ff. eod.* Fit etiam, quod contrahens Cambium, qui errauit circa qualitatem generis monetarum, deductarum in Cambio, & circa bonitatem, & valorem, tam intrinſecum, quam extrinſecum earumdem, & circa penuriam, ſeu abundantiam præſentem, vel futuram pecuniarum in loco deſtinatæ ſolutionis, & circa quęcumque alia reſpicientia qualitates quaſcumque, quæ cadunt, tam circa ipſam rem, videlicet circa genus pecuniæ, quod tamquam res deducitur in Cambio; quam circa pretium, hic error nullo modo conſenſum excludit, nec, eius prętextu, poteſt impugnari contractus Cambij.

Reliquum eſt; vt is error conſenſum excludendo, vitiet huiuſmodi contractum, quãdo conſiſtit circa ſubſtantiam ipſam rei, in 12 contractu deductæ; vel pretium eiuſdem prout diſcretis verbis de contractu emptionis, & venditionis docet Vulpianus *in l. in venditionibus ff.de contr.emption. & l.aliqui in fin.ff.eod.* Vbi putans emere fundum Cornelianum emit Sempronianum, vel putans emere Pamphilum, Stichum emit, vel æs pro auro, plumbum pro argento, aut marem pro fœmina; cum erret in ipſo corpore,

pore, non dicitur conſentire, & ſucceſſiuè conſenſus deficit. Propterea qui contraxit Cambium, ſi agens de ſcutis, intelligit de vſualibus, & contraxit de ſcutis marcarum, vel de libris, & intelligens de libris vſualibus contraxit de libris auri, vel de libris Mediolanenſibus, vel Turonenſibus, & alijs modis, quibus contingere poteſt æquiuocatio circa genera monetarũ, vel ex ignorantia, vel alio caſu, tunc abſque dubio is
13 error eſt de illis erroribus, qui non poſſunt conuenire conſenſui, ad cõtractus Cambij neceſſario, & propterea, illo intercedente, contractus erit ipſo iure nullus, nullumque effectum producet. Quomodo autem probetur is error, non eſt huius loci. Certè (vt obiter dicam) magna inſurget præſumptio erroris; habita conſideratione locorum in quibus celebrantur, & ad quæ Cambia deſtinantur; quatenus ſiue pretium, ſiue res deducta in Cambio conſiſteret in diuerſo genere pecuniarum ab eo, in quo ſolent in dictis locis, & plateis Cambia celebrari, ſeu deſtinari eorundẽ ſolutiones. Quinimmo ſi hoc contingeret in Cambijs regularibus eſſet probatio concludentiſſima. In ferijs
14 namq; debita omnia ſunt in ſcutis marcarum. Et in reliquis omnibus plateis eſt deſtinatum certum genus pecuniarum in, quo debent fieri ſolutiones, & ſucceſſiuè, quando diuerſimode, ſeu diuerſo genere pecuniarum conciperetur obligatio, error eſſet manifeſtiſſimus. Ex illo errorum genere, quo interueniente, contractus ſubſiſtere nõ poteſt.

DISPVTATIO I.

QVÆSTIO XXI.

An quis cogi poſſit ad celebrandum contractum Cambij.

1 *Neceſſitas voluntati eſt contraria.*
2 *Iuſſus a Principe quãdo pro coactione priuati habeatur.*
3 *Voluntas coacta adhuc voluntas dicitur.*
5 *Lim. in neceſſarijs ad victum.*
6 *Contractus ab initio voluntatis, ex poſt verò neceſſitatis ſunt.*
7 *Rei ſuæ qualibet moderator, & arbiter.*
8 *Mos quidã refertur, & improbatur, qui ſeruatur in ferijs in perniciem priuatorum.*
9 *Magiſtratus feriarum cur poteſt cogere ad Cambia dandum.*
Imo tenentur & negligentes peccant 11.
Et puniri poſſunt. 14.
10 *Tex. l. annonam ff. de extr. crim. expenditur.*
12 *Monopolium committunt ij mercatores, qui, conſpiratione facta, conueniunt de non diſponendo in ferijs.*
13 *Monopolium quomodo committatur, & 17.*
15 *Pactiones mercatorum, quæ in monopolium incindere poſſunt, iuramento non firmantur.*
16 *Monopolium reijciendum. ex Republica etiã ex ſententia Ariſtot.*
18 *Ledeſm. Tolet, & Salas dictum quomodo. procedat, declaratur.*
19 *Scutus marcarum in ferijs vt mers conſideratur, in quibus ſubinde crimen monopoli poteſt conſiſtere.*

C VM Vulpiano teſte *l. 1 ff. de eo quod met. cauſ.* impoſita neceſſitas voluntati contraria ſit, & conſequenter cõſenſui, de quo agimus, nõ erit abs re, quærere in propoſito. An quis poſſit
1 cogi ad contractum Cambij celebrandum. Quod in eo ſenſu accipi volo, non, vt de coactione illa accipiatur, quæ prouenit a priuato, circa quam nulla eſt dare doctrina diuerſa in Cambio ab alijs contractibus, quę latè traditur in titulis Digeſtorũ, & Codicis *Quod metus cauſa*, ſed de illa, quæ prouenit à Superiore, Principe, ſeu Magiſtratu
2 legitimo, reſpectu cuius magnum eſt diſcrimen, an licitè, vel illicitè coactio fiat, ſi hoc enim poſteriori modo contingeret, non ſecus eſſet, ac ſi a priuato quis cogeretur Tradente eodemque Vulpiano de edicto Prætoris, quo ſuccurritur metu contrahentibus *l. continet §. ſed vtrum ff. de eo quod met. cauſ.*
» *Etenim ſi per iniuriam quid fecit Populi*
» *Romani Magiſtratus, vel Prouinciæ Præſes*

Pomponius

„ Paimponius ſcribit hoc ædictum locum habere. Quero igitur de priori illa coactione. An Princeps, ſeu Magiſtratus ſupremus poſſit licitè cogere aliquem ad Cambia celebrandum; Tunc enim, licet quis inuitus faciat; tamen quia voluntas coacta adhuc eſt voluntas *l.ſi mulier §.ſic metus ff. de eo, quod met. cauſ. & ibi Bart & DD. c. merito 15. quæſt. 1. Dec. 1. Velle nu. 4. ff. de reg. iur.*

3 non ſolum conſenſus non deficit, & per conſequens contractus non vitiatur, ſed etiam deſtituitur quocumque remedio ex ædicto prætoris quod metus cauſa, quia, vt inquit idem Iuriſconſultus *d.l. continet §. ſed vim ff. de eo quod met. cauſ.* nulla atrocitas inter ueniat.

Quibus in terminis conſtituta quæſtione videtur negatiue reſoluenda, neminem ſcilicet poſſe inuitum cogi ad contrahendum Cambium, cum generaliter conſtitutum ſit tam Iure Cæſareo *l. nemo externus Cod. de Iud. & celicol l. fin. ff. ad leg. Iul. de anno. & vbtrobique Glof. & DD. inuitũ C. de contr. emptio.* quam Pontificio *cap. 2. iuncta Glof. extr. de iureiur. & in cap. pen. Glof. 1. poſt princ. ext. de ſepult.* neminem inuitum cogi poſſe ad emendum, ſeu vendendum, etiam

4 res illas, quæ venales fuerunt expoſitæ, vt poſt Petrum, & Cinum Bald. & Albericus tradidere *In l. 1. C. de Epiſco. audie.* Quod licet quandoque videatur permiſſum, id tamen non procedit indiſtinctè de quacumque re, ſed de rebus tãtummodo ad victum neceſſarijs, quæ fuerunt expoſita venalia, ad quarum venditionem, & quidem æquis pretijs, expoſitores cogi poſſunt, *l. 1. §. cura carnis, & ibi Glof. ff. de off. Perfect. urbis l. annonam circa medium ff. de extraordin. crimin. poſt Petrum diſtinguens Cyn. in l. 1. in princ. & numer. 2. C. de Epiſcop. audien.*

5 Cum regulariter contractus, licet poſtquã fuerunt perfecti ſunt neceſſitatis, tamen

6 antequam fiant voluntatis ſint, & ab arbitrio contrahentium dependeant *l. in commodato §. ſicut ff. commod. l. ſicut. C. de actio & obligat.*

Et certe ab hac ſententia negatiua nulla ratione eſt recedendum regulariter, iuribus, & rationibus prædictis: neque enim quiſpiã cogendus eſt a quacumque auctoritate, ſeu poteſtate ad contrahenda Cambia, ac de

7 ſuis pecunijs aliter diſponendum quam ſibi placuerit, cum quilibet in re ſua ſit moderator, & arbiter *l. in re mandata C. mãdat*

8 ſed hæc nobis inſtituta fuit quæſito ad examinandum morem quendam noſtræ Ciuitatis, quo more introductum apud plures fuit, vt ſibi pararent etiam ex alienis pecunijs ingentem numerum ſcutorum marcarum in ferijs, & ad eas ſe conferunt vt vulgo dicitur *con grande auanzo* (Id quod quo modo curent explicabimus infra in prologomenis ad ſecundam diſputationem) ad effectum non ſolum vt illis diſtrahendis opulentius lucrum ſibi pareat, ſed vt adſtingant debitores, & opus habentes in dictis ferijs dictis ſcutis marcarum grauioribus conditionibus eos ſibi comparare, & ab ipſis conſequi, & vt vulgo dicitur *farli paſſare per le piche* Cum enim debitores in ferijs teneantur omnino in termino in eis præfixo omnibus ſuis debitoribus ſatisfacere, ſaltem in vniuerſum, & vt vulgo dicitur *metterſi in bilancio* (Id quod quomodo fiat, explicabitur in eiſdem prolegomenis ad dictam ſecundam diſputationem) Et id nulla alia ratione conſequi valeãt, niſi eoſdem met ſcutos marcarum à prædictis cõſequantur; Hinc eſt, vt quaſuis leges quantumuis duras ab ijſdem patiantur alias decõcturi cum maximo ne dum ipſorum, ſed totius feriæ etiam incõmodo, ac detrimento. Id quod grauius, & attrocius contingebat, dum aliqui ex prædictis, qui ſibi ſcutos marcarum parauerunt vt vt ſupra inſimul conſpiratione facta, conueniebant, de non diſtrahendo, vel aliter Cambia contrahendo niſi tali vel tali pretio, talibus, ac talibus conditionibus vel pro tali, vel tali platea; Tunc enim cum miſeri debitores ab aliis, quam à prædictis dictos ſcutos marcarum conſequi non poſſent, nec competeret facultas immenſam qualitatem pecuniarum de numerato perſoluere, coegebantur omnino, ſi decoquere nolent, dictas leges quantumuis duras accipere.

Dico igitur caſibus prædictis cum prædicti

9 contra iuſtitiam agant, potuiſſe, ac poſſe magiſtratum feriarum prædictos etiam inuitos ad dictas conſpirationes diſſoluẽdas cogere, & Cambia iuſtis pretijs, & conditionibus, bona fide, & more mercatorum celebrare. Moueor ad dictam deciſionem, quia teſte Vulpiano *l. annonam ff. de extraord. crim.* prouinciarum Præſidibus man-

10 datum eſt, vt cuſtodire debeãt, ne Dardanij vllius mercis ſint, ea pæna adiecta, vt, ſi negotiãtes ſint, negotiatione eis interdicatur humi-

humiliores vero ad opus publicũ damnent quales dicuntur esse, teste Glosa, *d. l. annonã verbo Dardanij* illi, qui emunt omnem, quã inuenire possunt certi generis mercem, vt deinde charius distrahant; Et propterea ne dum prohibendi tale quid committere, sed grauibus multis cohibendos iure optabat Rebuffus *In l. mercis 207. ff. de verb. sign. col. 4.* Quod vsque adeo verum est, vt si credimus Ledesmæ *2. parte summ. tract. 8. de*
11 *inst. commut. concl. 19.* si officiales ferijs præpositi id negligent, teneantur, quia hęc negligentia est contra iustitiam commutatiuam, ad reficienda damna eis, qui ex prędictis læsi sunt. Quod dictum multo magis procedit in secundo casu, quando scilicet plures, in idem cospiratione facta, conue-
12 nirent. Dicuntur enim, tali casu, committere monopolium; quod in vniuersum Imperator *in l. vnic. C. de monop.* tum committi
13 determinat *Cum quis illicitis habitis conventionibus conueniat, ac pacisci tur, vt species diuersorum corporum negotiationis non minoris quam inter se statuerent vendeantur.* Sæuissima insuper adiecta pœna (& vtinam in vsu generaliter esset) per eumdem Impe
ratorem ibi *Si quis autem monopolium aussus fuerit exercere bonis proprijs expoliatus perpetuitate damnatur exilij.* Quinimmo, &
14 ipsi Iudices; qui talia committentes non puniunt, & ipsi mulctantur, eodem Imperatorio responso, quadraginta libris auri. Præter quam quod, huiusmodi pactiones con-
15 tra publicam vtilitatem initę, à iure improbatæ nec etiam iuramento confirmantur. *c. non est obligatorum de reg. iur. 6. DD. l. 1. C. de monop. & contra Boss Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 21. num. 26.* Et, tamquam improbum lucrum, resultans ex monopolio, reijcit à Republica ipsa naturę interpres Ari-
16 stoteles *lib. 1. politic. cap. 7.* Licet, exigente publica necessitate, & ad beneficium Reipublicæ aliquando concedat. Cum igitur monopolia committi dicantur. (Qua tamen de re fusius in secunda disputatione peculiarẽ quæstionem instituam) quando plures in-
17 uicem mercatores inter se pacisc untur, vt species diuersorum corporum negotiationis, non minoris quam inter se statuerunt, distrahantur *DD. l. vnica C. de monop. latè Rebuff. de magistris artificiorum. & de monopolys art. 4. Glos. 2. num. 9. cum sequentib. vbi quatuordecim modis monopoliorũ recẽset.* & propterea tamquam contra iustitiam & publicam vtilitatem merito damnantur, vt etiam passim illa damnant præclari viri. *Ledesma 2. parte sum. tract. 8. de iust. & iur concl. 19. Card. Tolet. lib. 5. cap. 63. num. 2. Salas de Cambio dub. 39. Reocll. de obligat. iust. part. 2. quæst. 12. numer. 1. & 2. Vega. in optim. verb. Cambium casu 24. & in summ. part. 1. col. 347. Salon. de Cambys quæst. 4. art. 2. controu. 19. de Molin. de reititut. qu. 36.* Merito dixi cogi posse, & debere talia committentes, ad dictas conspirationes illicitas dissoluendas, cambiaque in ferijs, iustis, & æquis conditionibus contrahendi Vsque adeo vt si prædicta fieri negligãtur, vtrique, scilicet, tam Iudices, quam subditi, in pœnam incidant per supradicta.

Et, secundum prædicta, intelligendi sunt Le-
18 desma, Toletus, & Salas: quos supra laudauimus dicunt, in proposito monopolij, id committi per eos mercatores, qui pecunias supprimunt, vt carius Cambia celebrent, nã si sensus sit de pecunijs realibus, error esset manifestus; cum in his cadere nõ possit monopoliũ. Pecunia enim instituta est in Republica, vt sit mensura omnium rerum, quę cadunt in hominum conuentum (vt sæpius vidimus) & sic simpliciter, & absolutè, ac per se sumpta; habent formaliter substantiam, ac naturam pretij secundum æstimationem rei, auctoritate publica, indictam, propterea, vt sic, non potest esse subiectum monopolij, quod circa species diuersorum corporum, seu mercium committitur, vt supra vidimus. Et succesiuè dum dicitur cogendos esse pecunias supprimentes ad eas in Cambijs collocandas, si sensus esset de pecunijs vsualibus, idem esset, ac dicere pecuniosos viros cogi posse, ac debere ad merces comparandas quod esset absque vllo iure aut ratione. Sed cum pecunia etiã quandoque, & sæpe in Cambio naturam mercis assumat, vt vidimus supra quæstione tertia,
19 & vndecima, quatenus mers est, eatenus circa ipsam poterit committi monopolium, Propterea cum tutius marcarum semper vt mers consideretur in ferijs, ideo super eis verè, & propriè cadit monopolium; & in omnibus alijs generaribus monetarum eiusdem substantiæ. Et ideo in hoc sensu accipiendi sunt viri illi docti, & ideo nos signanter de scutis marcarum, & ferijs loquuti sumus. Et cum eadem cautela audiendi sunt: dũ dicunt mercatores callidos, & monopolia committentes, si vident in ferijs

penu-

penuriam esse pecuniarum eas occultare vt ferius Cambia celebrent. Nam de facto fatuus omnino esset mercator ille qui pecunias vsuales,& reales ad ferias comportasset pro illis implicandis in Cambijs. Quinimmo nihil minus optat, qui ad ferias accedit,vel reperitur creditor, quã pecunias vsuales,& reales exigere,& sibi habere. Et mirum dictu(& quod nullus credet nisi ille qui vim Cambiorum caleat) in negotiatione,ad nullum alium finem instituta, præterquam ad pecunias comparandas, nihil vilius auro est. Et quando debitores in ferijs volunt vtilius sibi prospicere, quam maximas possunt pecuniarum quãtitates ad eas sibi importari faciunt,& inter creditores;illorum deploratur conditio,qui cogitur pecunias ipsas exigere, sibique habere, vt videbimus infra suo loco in secunda disputatione. Et per consequens apparet de quibus pecunijs intelligendi sunt, scilicet non de realibus,& vsualibus, sed de scutis marcarum,& de qua suppressione,non de reali, & actuali, quæ sit in arcis, de qua Poeta,

» *Populus me sibilat, at mihi plaudor in arca*

sed de illa recusatione, qua vtuntur mercatores,in distrahendis scutis marcarum,sibi ab alijs debitis, nisi duris admodum legibus,& conditionibus,& circa quæ consistit monopolium,quos scutos vsuales tantum abest,vt supprimãt,quinimmo eos iactent.

DISPVTATIO I.

QVÆSTIO XXII.

Quod nam pecuniarum genus, tamquam Res, sit deducibile in Cambio.

1 *Laur.Rodulph. sententia quod pecunia omnino sit inuendibilis impugnatur,vel declaratur.*
2 *Nauarrus de contractu Cambij benè meritus.*
3 *Pecunia,vt res deducibilis in Cambio. Declara.vt nu.7.*
4 *Ant.de Rosellis opinio improbata negantis monetam grossam non posse æstimare minutam.*
5 *Et qua ratione dictum eius possit sustineri demonstratur.*
6 *Tex.in l.si ita fideiussorem 43.ff. de solut. explicatur.*
7 *Solutio destinata in qualibet platea potest fieri de consensu creditoris in quouis genere pecuniarum,& alia quacumque, re, & specie.*
8 *Contractus Cambij formaliter non potest concipi in alia moneta, quã vsitata illius Platea,seu feria, in qua solutio destinatur.*
9 *Solutio quando sit in alia specie,tum sit per alium contractum à Cambio separatum. Et de effectu ibid.*
11 *Solutio Cambij si committitur in alia specie, an licita & quomodo.*
12 *Scutus auri antiquitus non erat in vsu, sed marca.*
Marca quod moneta genus esset ibidem.
Et quare adinuenta ibid.

CONSVLTO, ac signãter proposui tamquam res. Cũ enim,vt supra vidimus,in hoc contractu ex parte vtriusque contrahentis veniat pecunia, sed sub diuersa formalitate,rei,scilicet, & pretij.Propterea cum illa quæ proximè disputaui,consensum respicerent, vlterius disputationem prosequendo, recta methodus ad Rẽ ipsam nos quodammodo manduxit,& consequenter ad ea considerandã, quæ circa pecuniam deductã tamquam rẽ in Cambio cõtingunt, vel aliquam dubitationem mouere possunt.

1 Qua in re reiecta sententia Laurẽtij Rodulphini *in tract.de vsur. in secunda parte secundæ partis principalis quæst.26.numer.8.* opinantis;pecuniam omnino esse inuendibilem,& consequenter nulla ratione deducibilem in contractu tamquam res; seu benignius cum eo agendo,ea interpretata, vt inuendibilis pecunia quidem sit,prout, cõsiderata in abstracto,habet valorem à lege & vt sic est mensurata rerum omnium vẽdibilium,quinimmo per eam res omnes fiũt ven-

vendibiles : nam ſub hac formalitate impoſſibile eſt vt cõcipiatur intellectu tãquã vendibilis; vt poſt D. Thomam docet Silueſtr. *In ſumma verbo vſur. num. 5. quæſt. 2.* Cum tamẽ certum ſit ex eodem Siluestro, ibidem, nos vti poſſe pecunia ad duos alios & quidem diuerſos vſus, ſcilicet vt res quæ dam, & ſic ad pondus, ſeu bonitatem, & vt moneta quidem, ſed relatiue collata cũ alia moneta, & prout ab ea menſuratur; Nihil impedit, quin attentis dictis duobus reſpectibus, dici poſſit vendibilis, & per conſequẽs deducibilis tamquam res in cõtractu; Quod optimam confirmationem recipit ex eis, quę in propoſito ſcripta reliquit Naturrus, optimẽ de hoc noſtro contractu meritus, qui *In coment. de Cambÿs num. 2.* octo caſus enumerat, quibus in rerum vſu ſeruit pecunia, ſcilicet ad emptionem, ad vẽditionem ad permutationem, ad oſtẽtationem opum, ad ornatum, ad aſpectum delectandum, ad medicinam, ad pignoris ſubſtantiam. Vnde nemo iure negabit, & deducibilem eſſe vti rem in contractu, de quo agimus, vt tradunt paſſim DD. *Caiet. in opuſ. de Cambÿs cap. 6. 7. Silu. verb. vſura 4. quæſt. 7. dic. 1. & quæſt. 8. dict. 1. Boninſeg. tract. de Camb. cap. 6. numer. 7. Bannes 2. 2. tract. de Camb. dub. 3. Nauar. cap. 17. num. 291. Ledeſ. 2. part. ſum. tract. 8. vbi de Camb concl. 2. & alij paſſim.*

Quã queſtione ſic conſtituta videbatur dicendum, quodlibet genus pecuniarum eſſe deducibile, tamquam res, in præſenti contractu. Ratio videtur inconuincibilis, tamquã deducta ex viſceribus eorum, quæ proxime dixi, ſi enim intantum pecunia eſt deducibilis in præſenti contractu in quantum eius vſus eſt, non ſolum vt conſideratur vti menſura ſed vti menſuratum; Idq; contingat generaliter in quolibet genere pecuniarum, neque ſit magis dicere de vno genere, quam de alio; Ergo quodcumque genus pecuniæ tamquam res deduci poterit in hoc contractu, Neque enim audiendus videtur Antonius de Roſellis *In tract. de vſur. num. 54.* dicens, quod moneta præcioſior, & vt ipſe loquitur groſſior non poſſit æſtimare viliorem, ſeu minorem, & id ea ratione, quia illa res dicitur æſtimare aliã quæ eſt conuertibilis, & commenſurabilis in maiorem, qualis eſt moneta minor, reſpectu, maioris', impoſſibile autem videri è conuerſo.

Nam hæc ratio procedit quidem, facta comparatione vnius corporis ad aliud, & vnum quid integrale. Nam verbi, gratia, ſcutus vnus auri, conſideratus vt vnumquid, non poteſt menſurare, neque æſtimare ſcutum vnum argenti, pariter, vt vnum quid, quem longe excedit valore; cum impoſſibile ſit minus, vt minus æſtimari per maius vt maius, quinimmo ſit penitus inintelligibile. Si vero præcioſior conſideretur, vt diuiſibilis in ſe, prout in praxi diuiditur, non quidem de facto ſed intellectu, & pro faciliori cõputatione, vt vidimus ſupra in prologomenis ad hanc diſputationem; Et ſi è conuerſo moneta minutior, & vilior conſideretur non ſingulariter ſumpta, ſed in quantitate, nihil impedit quin ſolidus verbi gratia ſcuti auri, non poſſit induere naturam menſuræ reſpectu integri ſcuti argenti, nec quin, eamdem rationem, aſſumere nequeat integer ſcutus auri, collatus cum quantitate decem, duodecim, vel adeo plures ſcutos argenti, cum his caſibus detur conuertibilitas, & commenſuratio, quam prædictus vir doctus non agnouit in moneta groſſiori reſpectu vilioris, ac minutioris nec textus in quo ſe fundat hic auctor *l. ſi ita fideiuſſorem 43. ff. de fideiuſſoribus* eius aſtruit intentionem. Reſpondit enim ibi Iabolenus, fideiuſſorem, accedentem obligationi pecuniariæ, quatenus aſſumat obligationem in aliam rem non obligari. Ea adducta ratione: quia licet res poſſit æſtimari pecunia, non tamen pecunia poteſt æſtimari merce. Et ſic apparet quid neget Iuriſconſultus, videlicet mercem, ſeu rem, quæ nullam penitus habet rationem pretij, non poſſe menſurare pecuniam, qui ſunt termini alieniſſimi a queſtione noſtra, in qua moneta, licet præcioſior, habet ingenitam, & propriam naturam, & rationem pretij, & nihil impedit quin in tot partes ſaltem intellectuales poſſit diuidi, & ita minutãs, vt poſſit induere rationem menſuræ, reſpectu cuiuſcumque alterius generis pecuniarum, licet quantumuis minutarum: maximè ſi hæc accipiantur in maiori numero. Et conſequenter, quicquid dixerit Antonius de Roſellis, videtur dicendum, quodlibet monetæ genus deduci poſſe, tamquam rem, in con tractu, de quo agimus.

7 Dicendum tamen est de facto, & secundum institutionem huius celeberrimæ negotiationis, nõ quodlibet monetæ genus deduci posse, tanquam rem, in Cambio. Sed si de regularibus Cambijs sermo sit, quæ fiũt in qualibet mundi parte pro feria Placentina, seu Bisuntina, nullum aliud genus monetæ tamquam rem deduci posse in contractu, præter scutum marcarum; si de illis vero Cambijs quæ in dictis feriis pro qualibet mundi parte, & de irregularibus, quæ de platea ad plateam fiunt, illud tantummodo genus pecuniarum est deducibile, quod in qualibet ex dictis plateis est constitutum ad Cambia celebranda, puta tam Romæ, quam Genuę scutorũ auri in auro de quinque stampis (licet Genuæ fuerit sæpius variatum, & dum hęc scriberentur esset redactum ad scuros argenti) Venetijs, Neapoli, ducatorum, Mediolani, & Bergomi ducatonorum, & sic de reliquis.

Prima pars conclusionis generalior negativa probatur, ex eis, quæ supra posuimus, dum de iustitia Cambij egimus, & probauimus eam consistere in illo tantumdem inter datum, & acceptum; quod consistit in æquivalentia eius, quod datur cum eo, quod accipiendum est. Et pendet ab illis circumstantijs temporis, loci, indigentiæ, seu abundantiæ pecuniarum; Quæ æquivalentia, cum oriatur ex communi consensu, & æstimatione hominum determinata, quæ latè exposuimus supra quęstione decima tertia per auctoritatẽ Principis, per pretij appositionẽ, qui cõsensus, & æstimatio non versatur in proposito circa aliquem nec diuersum genus monetarum præter illud, in quo Cambia solent in dictis feriis, & plateis consuetudine seu lege antiquitus instituta celebrari, & per consequens nec habito respectu ad aliud diuersum genus non solent apponi pretia; Hinc fit quod nullum aliud genus possit deduci in Cambio, tamquam res, præter genera illa iam recepta & nõ cõfirmata, cum respectu aliorum generum, non possit dari aliqua æqualitas, super qua fundatur tota iustitia contractus. Et propterea signãter dixi, procedere conclusionem de facto, & secundum institutionem contractus. Nã de possibili bene possent Cambia aliter vtiuer saliter instituí, itaut mutentur genera pecuniarum, in contractu deductarum, sed cum de facto instituta, & destinata sit vsus ad certa genera in vnaquaque platea, non possunt de facto partes de alio genere conuenire, illudque tamquam rem, in contractum deducere, præsertim in feriis, in quibus impossibile prorsus esset, vt aliquod genus pecuniarum constituere-tur, præterquam scuti marcarum, vt clarius patebit infra in secunda disputatione.

Nec te turbet, quod, licet genus monetæ Cambiorum in Ciuitate Genuę fuerit scutorum auri, & modo sit argenti, tamen sæpe sæpius partes conueniunt in feriis de debito dissoluendo in tot regalibus, aduehendis cum triremibus ex Hyspanijs, vel inibi existentibus, & quod nihil prohibeat, quin licet Romæ deputatus sit scutus auri, in aliquo Cãbio irregulari fieri possit solutio in moneta argẽtea, in tot Iulijs Papalibus tresdecim scilicet, vel circa pro quolibet scuto auri.

Nam non negamus, solutiones destinatas in qualibet Platea, occasione cuiusuis Cambij
8 fieri non posse (si creditoris consensus accedat (in alio genere pecuniarũ, quinimmo & in alia quacumque re, seu specie *l. manifesti 17. l. si operas 20 C. de solut. Glos. Bart. & DD. in l. si quis aliam 40. ff. de solut.* Sed dicimus ipsum contractum Cambij formaliter non posse cõcipi in alia moneta, quam vsitata Cambiorum illius Plateæ, seu feriæ in qua destinatur solutio. Quodsi postmodum in alio genere pecuniæ conuenitur solutio, tunc fit per alium cõtractum separa-
9 tum à Cambio ipso, cuius iustitia alijs iuris regulis dirigenda est; etsi species præstanda esset, prout sæpe in Ciuitate nostra, in qua conuenitur de certis, ac specificatis arculis argenti in massa, & pondere; tunc esset venditio quædam vltra Cambium, *l. 3. ff. pro empt. l. fin. ff. de bon. auct. Iudic. possid.* Quo casu debitor, facta traditione, liberatur, nec tenetur facere rem accipientis; Vnde quatenus arculæ illæ euincerentur, non posset agere creditor ex primæua actione Cambij; sed actione noua de euictione, *l. si prædium Cod. de euict. l. eleganter in principio ff. de pignor. act. Bartol. l. si quis aliam rem vbi examinat solut. Glos. ff. de solut.* Quod notaru dignum est, cum possit dari casus, in quo id scire multum referret, nec forte alia occasio dabitur amplius de prædictis differendi. Sicuti obiter etiam admonitos

volui

voluí Ciues noſtros circa huiuſmodi pactiones in Cambio, nam ſi eæ ſequantur, ad grauamẽ debitoris, quia, ſcilicet, grauius ei futurum ſit, ſoluere in tot regalibus illo pretio conuento, quam futurum fuiſſet in tot ſcutis, iuxta naturam Cambij, & id quidem re, & conſilio, ideſt prꝯcogniꝯ effectu
12 tempore conuentionis, id contineret maximam iniuſtitiam, quæ nullo pacto poteſt iuſtificari cõſenſu debitoris, qui, vt ſatisfaciat in feria, eas leges ſibi indici paſſus eſt, alias non facturus, quatenus ſibi liberum eſſet; Illud enim lucrum, quod verè, & propriè reſultaret, non ex Cambio, ſed ex illo diuerſo genere monetarum, inducto per pactionem illam, eſt omnino illicitum; cum nulla ratione, nulloque licito contractu iuſtificari poſſit: ſed de hoc fortè latiùs alibi.

Ad probandam vero ſecundam partem concluſionis de Cambijs regularibus, ſoluẽdis in feria, in quibus dixi, nullum aliud genus pecuniarum eſſe deducibile tamquam res præter ſcutũ marcarum, reuoluẽda ſunt ea, quæ ſupra diximus, dum pluribus in locis diximus de natura ſcuti marcarum. Quo nullum aliud monetæ genus proprius indu
11 it naturam rei, ſeu mercis. Certum enim eſt: antiquitus non ſcutum auri, ſed marcã auri, in vſu fuiſſe, quę erat maſſa auri puriſſimi, pondo vnciarum octo, ad hoc introducta in ferijs Europæ celeberrimis, vt cũ in eis cõuenirẽt, mercimoniorũ gratia, plures, ac plures diuerſarum Partium, ac Prouinciarum gentes, adeſſet quædam, veluti cõmunis gentibus omnibus, menſura, & apud omnes eadem, ad quam veluti ſcopum dirigerentur vota omnia mercatorum eidem cõformãtes pretia mercium quarumcumq;

Hyeronimus de Luca in tract. de Cãb. verb. marca Molin. de Camb. diſput. 400. Salas de Camb. dub. 6 an princ. Vnde cum hæc marca verè, & propriè ſpecies quædam eſſet, facili negotio, tamquam res, potuit in contractũ deduci; vnde cum poſtmodum pro certiori, & faciliori computatione, & vſu, marca ipſa & cudi, & diuidi cæpiſſet in partes ſexaginta quinque pro qualibet, ſub denominatione ſcutorum, vt teſtantur plures, & ꝑcipuæ dicti Hyeron. de Luca, Molinas, & Salas, & ꝑcipuè de cuſſis late, & doctè Co
13 tarruuias *Intract. de collat. vet* nõ obſtãte diuiſione prędicta retinuerunt eamdẽ naturã rei in Cãbio, vſq; adeo, vt in ferijs, nec in obligatione Cãbiorum, nec in ſolutione, aliud genus pecuniarum ſit in vſu, quinimmo nec eſſe ferè poſſit; vt infra patebit in diſputatione ſecunda attentis legibus ſeriarum.

Probatio vero tertiæ, & vltimæ partis deſumenda eſt ex prima. Cum enim tota iuſtitia Cambij conſiſtat in adæquatione dati, & accepti, iſta autem adæquatio pendeat ex valore, reſultante ex circumſtantijs dictorum generum monetarum, circa quæ computa ponuntur, tam in ferijs, quam in plateis, iam patet, cum circa alia genera de facto nõ verſẽtur prędicta circa ea nõ dari de facto, dictam æquabilitatẽ; Nec etiã per conſequens Cambium, licet per accidens & ex alijs pactionibus in ſolutione, poſſit eſſe aliud genus pecuniarum in ſolutione, vt declarauimus verſiculo. Non negamus.

Quibus non obſtant contraria, cum illa procedant de poſſibili, quod non negatur; concluſio autem procedat de facto, & ſecundũ inſtitutionem contractus, quæ nunc viget.

DISPVTATIO I.

QVÆSTIO XXIII.

An pecuniæ quæ tamquam res in Cambio deducuntur poſſint eſſe propriæ ipſiuſmet Creditoribus.

1 *Verborum in litteris Cambij (pagate à voi ſteſſo) vis ex praxi.*

4 *Emptio rei ſuæ, ſiue ſciemer, ſiue ignoranter inualida.*

3 *Ampl. etiam iure ſibi pignorata.*

4 *Contractus iure gentium fuere inſtituti, vt licitè quæramus res, quibus indigemus.*

Non dicitur queſtuiſſe ſi id actum ſit ne dominium in ipſum tranſeat. ibidem.

5 *Solutum pro emptione rei ſuæ repetitur.*

6 *Cambij ſubſtantia, in quo conſiſtat.*

7 *Text. in l. ſi mandauero tibi. S. ſi mãdauerim ff. mand. perpenditur num. 11.*

1 *Pecunia quæ in cõtractu Cambij deducitur, tamquam res, non poteſt eſſe propria creditoris.*

9 *Mercatorum ſtylus ſoluendi ſibi ipſi, non poteſt verificari in pecunijs propryis.*

10 *Mandatum, de quo num. 1. per verba (pagate à voi ſteſſo) verificatur in ſimplici miniſterio ſoluendo de pecunia aliena.*

12 *Actio oria ex Cambio, remanet extincta per ſolutionem ſibi ipſi factam de mandato, & nouæ actiones naſcuntur.*

13 *Pecunia in contractu Cambij non dicitur in rerum natura, licet futura ſit in proxima feria, & obligatio non dicatur conditionalis, ſed in diem.*

NIHIL frequentius in praxi Cambiorũ, quã pactio illa debitoris, per verba ad ipſum creditorem, relata etiam in litteris Cãbij eidem creditori di rectis *pagate a voi ſteſſo*, ſeu *recambiate con voi ſteſſo*, & ſimilia de quibus latius infra in ſecunda diſputatione.

Ex quibus fit manifeſtum, ſcutos illos marcarum, qui ſunt in obligatione debitoris, & tamquam Res in contractu Cambij deducuntur, præſtandos eſſe per ipſummet creditorem. Quam praxim communiter videtur probare DD *Nauarr. conſ. 32. de vſur. lib. 3. in prin. & verſ. Inter omnia Mich. Sal. ad D. Thom. 2. 2. poſt quæſt. 78. in diſput. de Camb. quæſt. 4. art. 2. contr. 12. num. 1. tom. 2. de Camb. cap. 4. verſ. Rouius. Io. Azor. Inſtit. moral. par. 3. lib. 10. tit. de Camb. cap. 8. verſ. hæc conditio Io. Bapt. Canar. in prælud. qu. 3. relati per Scacc. de Camb. §. 1. quæſt. 5. num. 83. cum ſeq.* Si igitur ſuſtinetur praxis, qua debitor mandat creditori, vt ſibi ſoluat, id, quod in obligationem deduxit, tamquam rem, videlicet, in Cambio regulari, ſcutos illos marcarum ſuſtinendum pariter videtur, quod res, quæ in hoc contractu deducitur, ad ipſummet creditorem, & acquirentem pertinet.

Sed hoc eſt contra ius expreſſum tradente

2 Pomponio. *l. ſane rei 16. ff. de contr. empt.*
„ *Quod ſuæ rei emptio non valet ſiue ſciens,*
„ *ſiue ignorans emit.*

Cui concinit Põponius, qui *in l. debitor 4. ff. de*

3 *pign. act.* ex coſolum rei pignoratę emptionem factam à debitore refellit.

„ *Cum rei ſuæ nulla emptio ſit.* Nec diſſentit Paulus *l. ſi mandauero tibi 22. §. ſi y quorum ff. mandat.* eam adducens regulam tãquam iuris indubitati.

„ *Nam cum rem tuam emas, nulla emptio eſt,*
„ *in tua perſona rei tuæ.* Et id quidem ipſa

4 ratio naturalis dictat; nam cum contractus omnes ad id fuerint inſtituti, iure gentium, vt per eos nobis licitè quæramus res alienas, & quibus indigemus, fruſtra quærimus quod in ſinu habemus, & nemo poteſt videri, eam rem acquiſiuiſſe, de cuius dominio actum fuit, ne ad ipſum tranſiret, vt Labeo docet *l. cum manu ſua in fin. ff. de contr. empt.* nec tranſire poteſt id, quod iamdiu adeſt. Et hinc fit, quod ex emptione rei ſuæ ignoranter factа, nulla oritur obligatio, ſed per ementem repetitur ſolutum *l. rei ſuæ*

5 *ff. de contr. empt.* Et ſi mihi venditam rem meam de meo mandato alij tradideris; dominium in eum non tranſit *l. ſed etſi conſenſum §. ſi rem meam ff. de contr. emptio.* Cum igitur tota ſubſtantia huius contractus ſi cõſiſtat in eo, vt ſæpe vidimus, quod creditor ex Cambio faciat acquiſitionem alicuius generis pecuniarum, tamquam rem diuer-

6 ſam ab eo, quod ſoluiſſet, tamquam pretiũ; dicendum videtur, nõ poſſe rem illam, quæ formaliter in acquiſitione deducitur, eſſe propriam ipſius acquirentis, & creditoris.

Id, quod confirmatur ferè in terminis noſtris ſolutionis pecuniarum faciendæ occaſione debiti præcedentis, etiam miniſterio tertij per reſponſum Pauli I. C. *in l. ſi mãdauero tibi §. ſi mandauerim ff. mand.* per hęc verba

„ *Si mandauerim ſeruo tuo, vt quod tibi de-*
„ *beam, ſolueret meo nomine. Neratius ſcri-*
„ *bit quamuis mutuatus ſeruus pecuniam ra-*
„ *tionibus tuis quaſi a me receptam intulerit*
„ *tamen ſi nummos a creditore non ita accepe-*
„ *rit, vt meo nomine daret, nec liberari me,*
„ *nec te mandati mecum actурum.* Et paulo

7 *r*, poſt ſubdit ibidem rationem. *Quoniam*, in„ quit, *quoties ſuos nummos accipit creditor,*
„ *non cõtingit liberatio debitori.* Si igitur nec mandati actio, nec liberatio contingit, ex numeratione ipſa actuali pecuniæ factа, de mãdato debitoris per ſeruum ipſi domino ac creditori, vt totidem planè verbis conſtat per textum vnius prorſus eiuſdem lecturæ apud Bart. Bald. & alios; Id ipſum, multo certius, contingere erit dicendum de mandato quod idem debitor dat credi-

tori,

tori, vt sibi ipsi soluat. Et id nulla alia ratione nisi, cum terminus, ac finis cuiuscumque contractus sit acquisitio, quæ præsupponit, per necessarium antecedens, carentiã eius, quod acquiritur, impossibile est, immo inintelligibile, quod quis acquirat id, quod habet. Ergo impossibile pariter videtur, quod pecunia, quæ tamquam res in Cambio deducitur, sit propria ipsius creditoris.

Pro cuius quidem quæstionis solutione, est aduertendum: vim argumentorum, de quibus supra, quædam inuoluere, quæ non sũt præsentis inuestigationis, continent enim solutionem ipsam, & quomodo ea possit fieri sibi ipsi, quæ quidem solutio respicit nõ substantiam ipsam contractus Cambij simplicis, quam in hac disputatione prosequimur, sed eius perfectionem, de qua tractãdum est in seqnenti. Et licet, cum de pecunia agimus, quæ vti res in contractu ipso deducitur, non possit eius, substantia rectè cognoſci, nisi relatiuè ad solutionem; Hæc tamen duo formalitates valdè inter se differunt, ad assequendam perfectam, & absolutam scientiam rei, de qua agimus. Supposito igitur (vt progrediatur disputatio) sed non admisso, solutionem posse fieri sibi ipsi, prout verè, ac legitimè in quibusdam casibus, & quibusdam concurrentibus fieri potest, non patiar egredi solutionem argumenti terminos propositæ quæstionis.

2 Dico igitur pecuniam, quæ in contractu Cãbij deducitur, tamquam res, esse non posse propriam pecuniã ipsiusmet creditoris, rationibus, ac iuribus deductis supra pro negatiua sententia, quę omnino concludunt.

9 Ad contraria respondetur, stylum illum mercatorum, & consuetudinem, non inuoluere per necesse, vt debitor sibi ipsi, & de pecunijs, ad ipsum spectantibus satisfaciat vndè possit inferri pecuniam, tamquam rẽ, deductam in contractu, esse propriã ipsius creditoris, sed simpliciter dictat, vt sibi ipsi

10 soluat, id, quod abstrahit a pecunia propria & ab aliena. Et successiuè, mandatum illud potest verificari in simplici ministerio, per ipsummet creditorem præstando in solutione exequenda, non de propria pecunia, sed de aliena: licet ab ipso creditore, nomine tam en debitoris ad illum eumdem effectũ comparata; Quod vtique legitimè fieri potest, vt colligitur ex eodem responso Pauli *d. l. si mandauero tibi* §. *si mandauerim ff.*

11 *mandat.* limitantis traditionem prædictam per hæc verba. *Quod si sic mutuatus sit pecuniam, vt meo nomine daret, utrumque cõtra esse, nec referre alius quis, an idem ipse seruus nomine tuo, quod pro me soluebatur, acceperit.* Is igitur seruus, qui simpliciter pecuniam accipiẽdo mutuò, eamque inferendo rationibus domini, non acquirebat mihi liberationem, si, nomine meo, ad illum eumdem effectum accipiat, & inferat, vtiq; liberat. Ergo valdè refert modus, quo solutio fiat sibi ipsi: si enim fiat de pecunia proprio nomine quæsita, & sic propria ipsius creditoris, non parit liberationem, si verò requisita nomine meo, vtique parit. Verificatur itaque, ac sustinetur stylus in sibi ipsi soluente, non de propria pecunia.

Et si obiter quæras, ad quid conducat ista solutio; cum illes qui erat creditor ante solutionem, idem perseuereret creditor etiã post solutionem eiusdem debitoris, & quidem eiusdem prorsus quantitatis: Vnde ista videtur frustra omnino fieri, & esse pura figmenta ad paliandum vsuram.

12 Respondeo etiam obiter, actionem ortam ex Cambio, & vigentem ante solutionem, remanere extinctam post sequtam solutionem, sed ortam fuisse aliam ex mandato, & id non esse figmentum, sed legitimos modos, & à Iurisprudentia introductos, quibmodis tolluntur natæ, & producuntur nouæ actiones. Vtilitates vero, quæ inde oriuntur, sunt innumeræ (quas fusius prosequi non est huius loci) Tum ex duplicatione, & multiplicatione eiusdem contractus, quæ sæpissime ex prædictis extinctione, & ortu actionum inter casdẽ personas contingunt Tum ob mercedes vulgò prouisiones, debitoribus, fec creditoribus debitas; Tum etiã ob decoctiones, quæ interea contingunt, & oritur dubitatio, cuius periculo, & incõmodo, cedant, vt latius suo loco.

Rursus, vt cõcilietur stylus prædictus mercatorum, conclusioni vt supra per nos formatæ addendum est, quod nullus, qui Cambium cõtrahit (si de regulari sit sermo), siue creditor, siue debitor ex eo cuadat, pecunias vti res in contractu deductas, nec habet, nec etiam, tempore contractus initi, pecuniæ illius generis sunt in rerum natura, licet in feria proxima futuræ sint videlicet scuti marcarum; Et ex consequenti, sũt in cõmercio hominum, non vti præsentes,

13 sed vti futuri. Quo casu obligatio non dicitur conditionalis, sed in diem *l. inter stipulantem*

lantem §. sacram, & ibi Bart. numer. 6 ff. de verb. obligat. Bero, conf. 17 numer. 24. lib. 1.

Vnde promissio, seu mandatum soluendi sibi ipsi, deest, de re non existente, licet extitura, præstanda; non solum abstrahit (vt dicebamus) quod, illa res præstanda, sit, vel creditoris, vel alterius cuiusuis. Quinimmo tempore cõtractus dicit negationem, quod sit cuiusquam, cum nõ entis nullæ sint qualitates, nec dominia.

Et ex prædictis etiam patet hunc stylum mercatorum sibi ipsi soluendi, non redargui à tertio responso Vrbani Sanctissimi, quo videntur damnari solutiones, quæ fiunt ex pecunia creditoris. Nam præterquam quod responso in illo, non damnantur absolutè solutiones illæ omnes, quæ fiunt de pecunia creditoris, sed cum illo additamento, *secundum eamdem rationem banchariam permanentem*. Hic mercatorum stylus non inuoluit, per necesse solutionem fieri de pecunia creditoris, cum (vt exposuimus) fieri possit sibi ipsi, etiam ex pecunia aliena.

Propterea licet scutus marcarum, vt dicebamus quæstione decima tertia in fin. non sit ens rationis; sed inuoluatur, & resoluatur cum diminutione vnius pro quolibet centenario, in totidem scutis auri in auro de quinque impressionibus: certum tamen est eius formalitatem realem, non esse in rerũ natura, nec per consequens dari actu scutũ marcarũ, nisi nomine, & in nominibus debitorum. Scutus igitur marcarũ, qui in contractu Cambij tamquam res deducitur, nõ est formaliter pecunia, sed nomen debitoris, vnde solutio eius, licet possit fieri in tot scutis auri in auro cum diminutione prædicta, tamen sæpe, & plerumque, ne dicam semper; fit de alio nomine debitoris de totidem scutis per viam compensationis, vel delegationis, vel alijs iuridicis, ac legitimis modis, vt suo loco videbimꝰ, quod administrari, & exequi potest ab ipsomet creditore ad sui fauorem, absq; eo quod proprias pecunias sibi soluat, vt per se patet. Ergo mandatum, seu promissio, soluendi sibi ipsi, non inuoluit per necesse, quod pecunia deducta in præsenti contractu, tamquam res, fit propria ipsius creditoris, quod esset contra conclusionem per me firmatam.

DISPVTATIO I.

QVÆSTIO XXIV.

Quodnam sit iustum pretium in Cambio.

1 *Locuplex quis non dicitur ante acquisitionẽ.*
2 *Cambia eatenus iusta, quatenus licitè fiant.*
3 *Pretia rerum non consistere in indiuisibili, sed habere latitudinem quandam.*
4 *In Cambio an detur pretium infimum, medium, & superius.*
5 *Didac. Couarru. laudatur in materia latitudinis pretij in venditionis contractu. & nu. 6.*
7 *Hier. de Luca distinctio in materia Cambij, circa pretij iustitiam impugnatur.*
8 *Pretij iustitia in Cambio qualis.*
9 *Res tanti valet, quanti vendi potest.*
10 *Pretia rerum, secundum veritatem æstimanda, non ex affectu.*
11 *Intellige de re considerata de per se, quatenus subiacet legi falcidiæ, non de re deducta in contractu de partium voluntate.*
12 *Pretia rerum varijs generalitatibus augerì possunt, & potissimum ex qualitate personæ, cum qua contrahitur.*
13 *Cessio contra labentem facultatibus minori pretio, seu summa, quam nomen cessum debet, valet etiam pro supraplurì.*
14 *Qualitas personæ in prætendente lesionem ultra dimidiam probanda est.*
15 *Cambia in vna, & eadem Platea pro vna, & eadem feria eodem tempore variè contrahuntur respectu pretij.*
16 *Personalia non egrediuntur personam.*
17 *Quibus ratio diuersimodè competit, certa doctrina secundum Aristot. accommodari non potest.*
18 *Valor, & pretium idem sunt, strictè tamen differunt, & 20.*
19 *Pretium verè, & propriè ad emptionem refertur, sine quo illa non potest consistere.*
21 *Plinius linguæ latinæ purissimus Auctor.*
22 *Scac. de Camb. §. 1. quæst. 7 part. 2. ampl. 10 num. 67 reprobatur.*
23 *Monetam posse ratione bonitatis materiæ pluris æstimari, quam à Principe tasata*

xata fuerit, quomodo recipiendum.

24 *Valor monetæ an poſſit augeri in plus, quam à Principe eſt taxatus, ratione aliqua.*

25 *Solutio an ſit facienda habita ratione bonitatis intrinſecæ, remiſſiuè.*

26 *Pretium Cambiorum pendet a lege, ſiue taxatione Principis, & à libero conſenſu cõtrahentium.*

27 *Pretium Cambiorum taxatur poſt reditum mercatorum à feria initio dierum ſolutioni præfixorum.*

28 *Verba (metter il conto) ſignificant taxationẽ pretij Cambij publici.*

29 *A quibus Genuæ fiat taxatio pretij Cambij.*

30 *De Platea ad Plateam Cambia non recipiũt taxationem, ſed tantum de Platea ad Feriam.*

31 *In Cambio regulari iniuſtitia non conſideratur, niſi penes dantem.*

32 *Quæ raro contingunt, etiam in Cambio non conſiderantur.*

33 *In Cambio iniuſtitia non poteſt verſari, niſi quatenus pretio minori diſtrahatur ſcutus marcarum.*

34 *Declara hoc verum in Cambio de Platea in Feriam, non autem in celebrato in Feria ad Plateam, quia in hoc regula eſt oppoſita.*

35 *Nullum pretium iuſtius eſſe poteſt taxato publica auctoritate.*

36 *Ad Principem ſpectat pretia rerum prædefinire.*

37 *Pretia rerum non ex affectu, ſeu libidine ſingulorum, ſed ex natura rei, habita conſideratione temporis loci, perſonarum onerum, & ſimilium ſtatui debent.*

38 *Mercatores non poſſunt augere, vel minuere æſtimationem publicam pecuniæ.*

39 *Fallit quando hoc exequuntur vigore legis, vel conſuetudinis.*

40 *Lex eſt commune præceptum virorum prudentum conſultum. Et humanarum, & diuinarum rerum regula 41.*

42 *Leges non debent eſſe ludibrio.*

43 *Iuſtorum, & Iniuſtorum eadem regula.*

44 *Argumentum in contrario ſenſu in taxatione pretij valet.*

45 *A taxatione publica in contractibus extante non licet recedere, vel modicè.*

46 *Læſio etiam in Eccleſia eſt probanda tempore celebrati contractus.*

47 *Taxatio pretij in Cambio reſpicit tempus commune inter taxationem, & tempus feria.*

48 *Ex cauſa tamen recedi poteſt, & exemplificatur.*

49 *Leges tacito Populi conſenſu per diſſuetudinem abrogantur.*

50 *Lex non accommodatur ijs, quæ caſu aliquo fortuito poſſunt contingere.*

51 *Vſus non raro antiqua abrogat.*

52 *Contractus non obſtante iniuſtitia, valet, licet in exceſſu ultra dimidiam reſcindendus.*

53 *Iuſtitia pretij non eſt de ſubſtantia venditionis.*

54 *Cambium eſſe nullum, vel iniuſtum differt.*

QVM pretium ſit veluti medula ipſa huius celeberrimi cõtractus & à quo incipit, & in quod per geminationem reſoluitur tamquam fructus quidam ſementi omnino ſimil ſimus, poſt quam reſſolutionem tum demũ vere, & formaliter lucrum (ſi quod prouenit) apparet, vt vidimus ſupra quæſtione decima tertia, & ante dictam reſolutionem & conuerſionem ſine fundamento imaginamur lucrum, cum teſtetur Paulus Iuriſconſultus *l. pretia rerum 63. ff. ad l. falcid.* „ *Eſt autem præpoſterum ante nos locupletes* „ *dici, quam acquiſierimus.* Et propterea tota mercatorum induſtria circa quãtitatem illius augendam, vel minuendam, merito deſudet, diligentius nobis videndum eſt, in quo potiſſimum iuſtitia illius conſiſtat. Credendum enim eſt Caietano, Siluestro, & Nauarro dicentibus *Caieta. tract. de Cãb cap. 7. Siluest. verb. vſura 4. queſt. 9. Nauar. de Camb. num. 41. verſ ſequitur. 3.* Cambia, eatenus iuſta eſſe, quatenus licitè fiant tunc autem licitè fieri, cum iuſtis pretijs celebrãtur. Et quando minus iuſto pretio Cambia celebrantur, continere ſemper vſuram formalẽ, ſeu virtualẽ vt auctoritate D. Thom. *2. 2. qu. 76. art. 2.* teſtatum reliquit Nauar. *tract. de Camb. num. 24. in fin. verſ. & per aliam.*

1

2

In quo verò potiſſimum conſiſtit iſta iuſtitia, & pro ea dignoſcenda, recurritur communiter ad ſummę auctoritatis virum, Ariſtotelem, *lib. 2. Eth. lib. 6.* tradentem generaliter, rerum pretia non conſiſtere in indiuiſibili; ſed habere latitudinem quamdam; Quod alijs potius verbis, quam ſententia

3

diuerſa,

diuersa, docuit Diuus Thomas *2. 2. quæst. 77. art. 1 ad pri.* dum dixit, iustum rerum pretium non esse punctualiter determinatum, sed magis in quadam æstimatione consistere, ita quod modica additio, vel diminutio non videatur, tollere æqualitatem iustitiæ. Et sic tota ratio iustitiæ pretij se tenet ex parte æstimationis, à qua in totũ pendet, vt generalius docuit Plato *lib. 1. de iusto.* Hanc autem æstimationem non esse, nec accipi debere ita strictè, vt non in se contineat latitudinem aliquam secundum magis, & minus. Ex quibus emanauit illa traditio, communiter recepta, tam apud Theologos; quam apud Iuris interpretes *Sot. in 4. dist. 15. quæst. 2. & ibi Maior. quæst. 29. & 4. Conrad. de contr. 3. part. quæst. 56. Burg ens. cap. cum causa de empt. & vend. Ioann. à Med. de rest. quæst. 31. cũ seq. Carol. Molinæ de contr. quæst. 14. col. 2. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 3.* dari scilicet triplex genus pretij iusti, summum scilicet Medium, &
4 Infimum; Quod etiam, specialiter in Cambio dari plures tradidere. *Naua. in manual. confess. cap. 17. de peccato usuræ circa mutuã num. 228. vers. idem de eo, & nu. 241. vers. centesimo sexto, & in cap. si fenerauerit initio num. 5. vers. quarto noto. Molin. disput. 410. & disput. 345. Salas de Camb. dub. 13. de vendi. ad tem. cap. 7. num. 2. 3. Scac. de Cãb. §. 1 qu. 7. par. 2 ampl. 10 n. 59. & n. 101.* specialiter in Cambio dari, plures tradidere. Sed quæ, & quanta sit, vel esse possit latitudo prædicta tria pretia in se continens nemo (quem ego viderim) in Cambio dixit.

Bene quidem in contractu emptionis, & venditionis doctissimus Couaruuias *var. resol. lib. 2. cap. 3. n. 2.* qui ne dum ex vtilitate, sed
5 etiam ex honestate prædictã latitudinem comprobauit, cum per eam tollat ea indiuidua illa, & rigorosa æqualitas, qua si contrahentes immorarentur, & torquerentur; vix posset deueniri ad celebrationem tàm necessarij contractus, sine quo nequiret in communi, & promiscuo vsu haberi, Couaruuias (inquam) in principio eiusdem capitis, dum materiam exorditur, videtur dictã latitudinem in quadã quasi vicennaria pro-
6 portione stabilire. Ponit enim exemplum in pretio medio de centum, in summo de cẽtũ quinq; in infimo de nonaginta quinq; Quæ proportio, quatenus in contractu emptionis recipienda esset, ob tanti viri auctoritatem. Certè in proposito nostro Cambiorum vlterius esset inuestigandum; Cum enim vera perpetua, ac legalis æstimatio fuerit marcarũ præsentis in feria, sit solidorum sexaginta septem cum denarijs quatuor monetæ auri. (Vt vidimus in prolegomenis ad hanc disputationem quæstione Prima) Latitudo pretij eiusdem fuerit ad dictam proportionem esset de solidis sex, & denarijs octo, & vltra; Ex quibus resultaret inæqualitas in Cambijs, vnius, eiusdemq; feriæ, ab eo quod celebratum esset pretio summo ad rationem de decem pro quolibet centenario, ab eo quod celebratum esset pretio infimo; Quod esset exorbitantissimum; & omnino alienum ab illa mediocritate, quæ tamquam de natura cõtractus ob honestatem, & vtilitatem conceditur, & mutuo veluti consensu naturaliter permittitur, vt supra ex Couaruuia considerabamus.

Cum igitur in Cãbio circa id nihil habeamus à Doctoribus determinatum, nec id, quod statutum est in venditione (quæ maxime ei assimilatur) ad Cambium trahi possit, vtcrius videtur necessario speculandum.

Neque enim in aliquo pretio habenda est illa distinctio, quam in proposito Cambiorum facit Fr. Hyeronimus de Luca, *de Camb. verb. Iustitia num. 5.* dum dixit, quod aliud
7 est pretium defficiens, quod est infra medietatem iusti, aliud mediocre, quod fit secundum consuetudinem, & propter minimam distantiam à iusto, pro nihilo reputatur, quod dicit. Aliud, & tertium summum & consistens in punctuali valore. Aliud demum (quartum, & vltimum) excedens, quãdo terminum, & metam excedit. Nam pretcrquam quod primum membrum egreditur genus iusti pretij. In secundo vero, dũ de distãtia meminit, affert potius aliquam ex causis, quibus variantur pretia rerum, quam quod iustitiam eius aperiat, & ipsũmet cum duobus reliquis membris confundit id ipsum, quod est in quæstione, videlicet, quæ, & quanta sit, vel esse possit in praxi illa latitudo, quæ intercedit inter illud, quod ipse vocat mediocre, & illud, quod appellat excedens, & in quo præcisè consistat illud, quod ipse dixit summum, & consistens in punctuali valore; Nam ijs nõ perspectis, & definitis, adhuc versamur in ideis, ad praxim non sufficientibus.

8 Videbatur igitur dicendum in quæstione pro-

propoſita, iuſtum pretium illud dici; Quod nullo interueniente dolo, aut circumſcriptione, à partibus ita volentibus, ſtatutum ſit. Id, quod tamquam ingenitum, & connaturale contractui bonæ fidei, emptionis, & venditionis, reſcripſere Diocletianus, & Maximianus Imperatores *In l. ſi voluntate C. de reſcind. vendit.* per hæc verba.

„ *Quodſi contractus emptionis, atque venditionis cogitatus ſubſtantiam, & quod emptor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi votum gerentes, ad hunc contractum accedant, vixque poſt multas contentiones paulatim venditore de eo, quod petierat, detrahente, emptore autem huic, quod obtulerat, addente, ad certum conſentiant pretium: profectò perſpiceres, neq; bonam fidem, qua emptionis, atque venditionis conuentionem tuetur, pati, neque vllam rationem concedere reſcindi propter hoc conſenſu finitum contractum, vel ſtatim, vel poſt pretij quantitatis diſcretionem.* Si igitur, auctore Imperatore ſo, ſecundum bonam fidem eſt conuenta circa pretium ſeruari, neque vlla ratio contrarium ſuadet. Ergo pretium illud in emptione, & ex conſequenti in contractu Cambij, pro iuſto habendum erit, quod partes ſibi ipſis in eo ſtatuerũt. Sanè dummodo non excederet dimidium iuſti, vt ibidem ſubijcit Imperator, & latius alibi *l. 2. C. de reſcind. vendit.*

Id, quod ex eo optimam videtur recipere cõfirmationem; quod quælibet res tanti valeat, quanti vendi poteſt, homini ſcienti
9 rei qualitatem *l. mortis cauſa captionis in fin. ff. de donat. cauſ. mort. l. ſi quos C. de reſcind. vend. Bart. in l. pretia rerum* §. *nonnullam ff. ad l. falcidiam ſub numer. 2.* Cum igitur, adeo ſit nota omnibus qualitas ſcuti marcarum, eiuſque valor, & virtus, vt nihil notius ſit in vniuerſo comerciorum ſtrepitu. Tanti valere dicetur, & eius iuſtum pretium erit, quo emptorem inueniet, & per conſequens, pretium erit iuſtum in Cambio, quo partes conuenerint.

Quibus non videtur obſtare ſententia Vulpiani, ſæpius *In falcidia 4. & in l. in lege falcidia verſic. corpora ff. ad l. falcid.* docentis pretia rerum ſecundum veritatem æſtimanda eſſe; videlicet ſecundum
10 intrinſecum valorem rei, non autem ex affectu, nec ex vtilitate ſingulorum, vt declarat Paulus *In l. pretia rerum 63. ff. ad l. falcid.*

Nam hæc procedunt, non de re deducta in
11 contractu de partium voluntate, à qua totaliter videtur pendere eiuſdem æſtimatio & valor; qui ſunt termini quæſtionis noſtræ ſed re cõſiderata de per ſe, quatenus ſubiacet legi Falcidiæ, pro detractionibus faciẽdis ad fauorem hæredis. Quo caſu nullum à teſtatore, nec legatario, nec hærede, de quorum intereſſe agitur, aut agi poteſt, pretium accipere poteſt; cum à nullius ex prædictis conſenſu pendeat, aut pendere poſſit. Et ex conſequenti, nec ab eius voluntate, vel affectu, æſtimationem aſſequitur, vt exemplificat idem Paulus ibidem. Vnde nil mirum ſi, tali caſu, & ad effectum prædictum à partium conſenſu iuſtum pretium legem non accipit.

Secundo probatur ex eo. Quod inter alias qualitates, quæ ſunt aptę, de ſui natura augere, vel minuere pretia rerum, a iure approba-
12 ta eſt illa, quæ reſultat ex qualitate perſonæ, cum qua contrahitur; Cuius rei locupletiſſimus ſit nobis teſtis Vulpianus, *l. ad eum qui 7. §. melior ff. de in diem add.* ex ſententia Pomponij per hęc verba
„ *Idem ait, & ſi perſona idonior accedat „ad emptionem, æque videri meliorem conditionem allatam.* Si igitur non ſolum per argumentum pretij dicitur, in emptione afferri melior conditio, ſed etiam per maiorem idoneitatem contrahentis, patet manifeſta æquiparatio inter maius pretium, & qualitatem perſonæ, quod procedit in vniuerſum conſiderata perſona venditoris, & diſtrahentis, vt generaliter tradunt DD. *Bart. in l. 1. §. ſi heres nu. 2. 3. ff. ad trebell. & l. mortis cauſa cepimus* §. *vltimo ff. de mort. cauſ. donat. poſt plures Rip. dicto* §. *ſi heres num. 25. Cagnol. l. 2. num. 199. C. de reſcind. vendit. Tiraq. de retract. lignag.* §. *1. Glo. f. 8. num. 34.* Et hinc vires aſſumit notabile dictum Bald. *In l. per diuerſas numer. 5. C. mand.* Quod in propoſito ponderat Sigiſmundus Loffredus *conſ. 52. num. 21. verſ. Præterea aduertendũ eſt.* Quodſi ceditur actio
13 contra illum, qui labitur facultatibus minori pretio, ſeu ſumma, quam nomen ceſſum debeat; adhuc etiam pro illo ſupra-pluri ſuſtinet ceſſio aliàs inualida, eo quia vere nomen illud, attenta qualitate perſonæ, minoris eſt pretij. Et hinc etiam

fit, quod quando quis ad rescindendam vē-
ditionem, eo prætextu, quod læsus fuerit
14 vltra dimidiam iusti pretij, qualitas perso-
næ, ex qua id desumitur, per agentem pro-
bari est necesse. *Bart. d. l. 1. §. si hæres num.*
3. ff. ad trebell. Loffred. dicto cons. 52. nu. 27.
Menoch. cons. 343. num. 26. Pinell. in repet.
l. 2. C. de rescind. vend. part. 3. c. p. 4. num. 20.
24. Id quod praxis admittit frequentissime
in contractu Cambij: in cuius celebratione
15 passim videmus, vnum eumdemque contra-
hentem, eodem tempore, in eadem platea,
pro eadem feria, Cambia cōtrahere, varijs,
& diuersis pretijs. Et id quidem ad mensu-
ram idoneitatis illius personę, cum qua cō-
trahit, eamdem namque partitam libratam
puta viginti millium, quam dare voluit ad
Cambium Caio parato recipere ad rationē
sexaginta sex, & denarijs sex pro quolibet
scuto marcarum, dabit Marco libentissimè
ad rationem solidorum sexaginta sex, &
denarijs decem; & sic cum iactura dimidij,
pro quolibet centenario, & sæpe longe vl-
tra; Et id nulla alia ratione, nisi quia Mar-
cus habetur pro idoneiore debitore, & vul-
go dicitur, & explicatiùs infra in prolo-
gomenis *miglior lettera*, quam habeatur
Caius. Et id quidem merito, cum admodū
fragilis sit mercatorum fides, vnde sæpe cō
tingunt decoctiones, & propterea non mi-
rum, si dicta qualitas maioris, vel minoris
idoneitatis, æquiparatur maiori, vel mino-
ri pretio, & pro pretio habetur. Quod si ve-
rum est, prout verissimum, tam in praxi, quā
in iure, frustra videtur quæri de iustitia
pretij in Cambio. Illa enim, quæ perso-
16 lia sunt, personam illam non egrediuntur,
Arg. §. sed cum Principi Inst. de iur. natural. §. fin. Inst. de replicat. Ergo vel dicēdum
est, non esse assignabilem iniustitiam pretij
in Cambio, vel assignandam diuersimode,
& secundum diuersitatem omnium, & sin-
gularum personarum. Quod omnino impos
sibile est, cum eis, nulla possit accommodari
17 doctrina secundum Philosophum in meta-
physicis, *Arist. metaph. lib. 11. cap. 2.*
18 Pro clariori discussione huius quæstionis ad-
uertendum est, quod licet pretium idem sit
ac valor, & sæpius pro synonimis accipian-
tur, & vtrumque ad rei, de qua in propo-
sito agitur, æstimationem referatur. Tamē
si strictè de eis sit sermo, non parum inter
19 se differunt; pretium enim verè, & propriè,
ad emptionem refertur, sine quo nec esse
nec intelligi potest *l. pacta conuenta l. in*
venditionibus §. de contrahend. emptione l.
2. ff. eod. §. pretium Inst. eodem. Et sic, est
quid extrinsecum ipsi rei, quod ei accidit
20 Valor autem prærequam quod, est quid
generalius, & cuicumque rei, verè, & pro-
priè applicatur; videtur denotare quid
magis intrinsecum ipsi rei, abstrahendo
à quacumque venditione, aut quouis con-
tractu. Et sicuti pretium nulla ratione
dicitur de pecunia (secluso proposito Cam-
biorum, de quo agimus, & in sensu, de
quo in eo) ita verè de illa dicitur valor,
& sic scutos auri solis, vel Hyspaniarum,
vel quinque ducatum, propriè dici-
mus valore tot., vel tot libris, vel re-
gulis. Et hinc purissimus linguæ latinæ
21 auctor Plinius dixit *Nat. histor. lib. 3. cap.*
3. 8. Aureus nummus post annum sexagesi-
mum secundum percussus est, quam ar-
genteus, ita vt scrupulum valeret sex-
tertijs vicenis. Et successiue in proposi-
to nostro contractus Cambij, dum de
pretio agimus, intelligimus de illo, quod
tamquam quid extrinsecum pecuniæ, eam
mensuratæ, & ad eam refertur, tamquam
ad rem, & mercem; prout in proposi-
to huius quæstionis; Dum vero de va-
lore pecuniæ, intelligimus de ea, tam-
quam pecunia formaliter, & prout habet
illum intrinsecum valorem à bonitate in-
trinseca, auctoritate Principis taxata.
Ex consequenti, primum est variabile,
& extrinsecum; secundum vero fixum, &
intrinsecum.

Hinc tibi maximè cauendum est ab eis, quę
sine lege, & contra rationem, & ve-
ritatem tradidit Scacia *de Cambijs* §. *1.*
quæst. 7. part. 2. ampl. 10. f. 346. num. 57.
22 Vbi dicit, pretium non esse omnes illos
solidos, quibus æstimatur scutus mar-
carum, sed tantum excessus ille, qui in-
tercessit inter æstimationem scuti mar-
carum, & ipsum valorem eius. Hinc
etiam fit quod decisio illa Doctorum.
Scot. Nauarra. Ledes. Tolet. Couar. Les-
sius. Palac. Guarez. Lugol. Siluestr.
Rebell. Garsi. relat. per Salas de Camb.
dubit. tertia numer. tertio. Quæ habet;
23 Quod ratione puritatis materiæ, pos-
sit moneta pluris æstimari a contrahen-
tibus, quam à Principe taxata fuerit,
Cui contradixit Ioannes Medina *quæst.*
3. de Camb. Licet per eos tradatur in
propo-

propoſito Cãbiorum,& pretij, quo poſſunt Cambia celebrari;ſi diligentius attendantur eſſe aliena,à propoſito noſtro,cum verè reſpiciant potius valorem monetæ, quam pretium Cambiorum. Et ex conſequenti, ſicuti germana , & propria permutationi monetarũ vulgo *Cambio minuto* (quod ſupra perpendi quæſtione quinta , & ſexta) ita aliena prorſus a propoſito noſtro,

Hinc etiam eadem ratione excluduntur à propoſito illæ aliæ quæſtiones,an valor prædictus poſſit augeri in plus,quam ſit à Principe taxatus, ratione maioris commoditatis transferendi,conſeruandi, numerandi , &
24 vbique negotiandi.Item ratione antiquitatis:pulchritudinis, veritatis . Item ratione vſus , ſeu expendibilitatis , de quibus DD. omnes,& præcipuè Theologi recentiores. *Nauar. Ledeſ. Salas. Ioannes Medin. Leſſius Rebellus. Vega Im. Tolet. & alij* ſuas extendunt diſputationes de Cambijs. Quæ verè cum reſpiciant potius expendibilitatem ipſarum pecuniarum,prout formaliter ſunt inſtitutæ,& ſic valorem earum , quam pretium , quo vtimur in eſtimatione in Cambio,qui ſunt termini diſputationis noſtræ.

Ideo admonitum Benevolum Lectorem volui in propoſito huius quæſtionis dum de pretio loquor me intelligere de illo propriè, & in hac poſteriori acceptione, prædictis omnibus omiſſis, tamquam ijs , quæ omni prorſus carent difficultate , & ſunt omninò
25 aliena à diſputatione noſtra. Sicuti pariter aliena ſunt,quæ in ſimili tractant Interpretes noſtri circa diminutionem bonitatis extrinſecæ,ſeu intrinſecæ monetarum; Et an ſit facienda ſolutio monetę currentis tempore contractus,& teſtamenti,ſeu tempore ſolutionis , & dicì , quo cadit legatum , de quibus latè per DD. *l. cum quid ff. ſi cert. petat. l. prima ff. de contr. emption. l. prima , & fin. Cod. de veter. num. col. lib. 11. cap. quanto de iure iurand. Bartol. in l. Paulus ff. de ſolut. ad quem communiter recurritur Bun. & Budell. in tractatibus ſuper monetis aditis Theſaur. de augument. monet. Roderic. de annu. redit. lib. 2. queſt. 15. Menoch. conſ. 138. Surd. conſ. 335. Felici. de ſol. de cenſib. com. 2. cap. 4. & alij paſſim.* Et ideo omittuntur.

26 Notandum ſecundo. Pretia Cambiorum,regularia de facto pendere,partim à lege , & taxatione,auctoritate Principis facta, partim à libero conſenſu cuiuſcunque contrahentis. Iam enim ab initio, & ortu Cambij regularis,& ſimul cum eo,orta eſt conſuetudo,tam in ferijs,quam in plateis,vbi Cambia celebrantur,taxandi pretia Cambiorũ, pro illa feria celebrandorum. In plateis nãque ſtatim,ac completa feria domum mercatores rediere,præſtitutos habent aliquot dies,intra quos debent fieri ſolutiones debitorum,quæ rediere edicta feria , in quo-
27 rum dierum initio,taxatur pretiũ,quo pretio in illa Platea celebrari debeant Cambia pro proxima futura feria. Et quæ quidẽ
28 taxatio vulgò,*metter il conto*,hic Genuæ fit per ſex Ciues inter omnes peritia , & integritate cõſpicuos,per Sereniſſimum Senatum noſtrũ ſigillatim qualibet vice electos. In qua electione id præcipuum reſpicit Sereniſſimus Senatus, vt eligendi partim ſint ex illis , qui habent expoſitas pecunias in Cambijs,& partim ex illis,qui ſunt debitores ex eiſdem Cambijs ad effectum,ſcilicet vt ex commixtione prædicta ad maiorem æqualitatem id,quod iuſtum eſt ſtatuatur, & in alijs plateis ſit alio modo, ſecundum conſuetudinem cuiuſque ex eis . In ferijs autem eadem taxatio fit à M. Conſule Conſiliarijs , & omnibus Bancherijs ibi conuenientibus, ijs ſcilicet qui bilancium dant , & fuerunt approbati , & id quidem tertio die poſt initium earum , & poſt factas acceptationes , (quas appellant) provt fuſius explicabitur in prologomenis ad ſecundam diſputationem. A qua tamen taxatione ſæpe partes recedunt. Et inde dixi, non ſolum a lege,& taxatione , auctoritate Reipub. facta,pretium penderei; Sed etiam à libero conſenſu contrahentium , prout etiam multo magis ab eodem arbitrio pendere videtur in Cambijs irregularibus cũ
30 de platea ad plateam nullũ pretiũ regulariter à quoquà taxetur. Licet,& hoc à lege pẽ deat,in quãtũ a regulari regulet,&dirigat.

Notandũ tertio,præſertim in Cãbio regulari, totã iniuſtitiam pretij (quatenus iniuſtitia adſit)eſſe penes dantem ad Cambium,nullo autem modo eſſe regulariter penes recipiẽtẽ. Licet enim in vẽditione nihil impediat,quin etiã venditor iniuſtitiã cõmittat, vẽdẽdo plùs iuſto pretio,videlicet vltra ſũmam iuxta cõmunes traditiones,de quibus ſupra. Id tamen non eſt contingibile in Cãbio, in quo acquirens ſcutum marcarum , numquam illũ acquiret in Ciuitate Genuę (niſi eſſet fatuus) maiori pretio ſolidorum

sexaginta septem, & denarijs quattuor, secundum computationem Genuensem, & eadem proportione in reliquis plateis: Nã omne id, quod supererogaret, sine vlla necessitate iactaret cum totidem pecuniæ in feria sibi æquiualeant scuto marcarũ, quantumuis futuro. Et id ea ratione contingit, quod scutus marcarum, qui tamquam res, in hoc contractu deducitur, habet certum, & determinatum valorem, vnde nihil mirũ si illum possidens, & distrahens non possit iniustitiam committere. Contrarium eius, quod accidit in reliquis speciebus, quæ in venditione deducuntur.

Quod si vrgeas, adhuc posse maiori pretio distrahi scutum marcarum, quatenus contingeret casus, quo possidens pecunias, licet æquiualentes dictis solidis sexaginta septem, & denarijs quattuor; eas tamen non posset trasportare commodè in feriã, in qua vrgeant creditores. Et propterea tali casu, cogi de facili, posse à possidente in feria scutos marcarum aliquid superadere pretio prædicto; Duplicitur respondeo. Primo circumstantias ipsas, de quibus in obiectione, iustificare illud supraplus, quod esset per capientem expendẽdum in dicta transportatione, neque enim est practicabile in non demente excessum in illo supralucri, cessãtibus dictis circumstantijs. Secundo respõdeo hanc futuram rarissimam auem, & quæ de raro contingunt à iure negligũtur, prout in specie de contractu Cambij testatur Antonius de Rosellis *tract. de vsur. nu. 71. in fin.*

32

Notandum quarto (quod sequitur ex proximo præcedenti) Dum agimus de iustitia, vel iniustitia pretij in Cambio regulari, eam solummodo versari de facto, in minori non autem in maiori pretio. Cuius propositionis probatio pendet ex eis, quæ proximè adnotauimus. Quandoquidem, si pretium nunquam soleat excedere appretiatum. frustratoria esset illa inuestigatio, quæ de facto fieret, ne ex maioritate pretij iniustitia resultaret. Sola igitur ratio iniustitiæ in pretio se tenet ex diminutione eiusdem; Quatenus enim pretium in Cambio diminuatur, vltra quam iustum est, eatenus cõmittitur iniustitia cum obligatione, ad restituẽdum.

Quod etiam manifestius fit argumento à posteriori. Nam circa Cambium regulare, in eo suspicio vsuræ, & iniustitiæ versatur, ne ille, qui dat pecunias præsentes pro futuris; pretextu Cambij, celebret mutuum cum lucro. Qua suspicione (si de vsura actina sit, prout est, fermo) caret omnino ille, qui pecunias præsentes accipit, cum obligatione soluendi de futuro. Vnde cum pecuniæ, in Cambio regulari deductæ, prout induunt rationem pretij, exhurstantur præsentes per creditorem, ideo id solum cauẽdum est, ne minus iusto soluat, cum sit extra omnem dubitationem, quod is, de cuius vsuraria prauitate, seu iniustitia timetur, maiorem quantitatem pecuniarum præsentium soluat, vt maiorem post tempus recipiat.

Notãdum quinto In praxi Cambij regularis, habito intuitu ad pretium, id quod maius pretium est in Cambio celebrato in Platea ad feriam, habet rationem, & naturam minoris in Cambio Celebrato in feria ad Plateam; & è conuerso id quod in celebrato in Platea dicitur minus; in celebrato in feria dicitur maius. Et sic idem prorsus termini habent diuersam, & oppositam naturam, quatenus celebretur contractus in Platea, vel in feria. Vnde fit, quod, sicut totum periculum iniustitiæ in Cambio celebrato in Platea se tenet ex parte minoris pretij nullo versante periculo in maiori, è conuerso in Cambio celebrato in feria totũ periculum versatur circa maius, & summa securitas residet in pretio minori.

34

Et ratio est vna & eadem, & ex eodem fonte proueniens; cum totum discrimen oriatur ex diuersitate modi contrahendi: Sicuti enim in platea dantur pecuniæ præsentes, pro habendis scutis marcarum absentibus, & futuris, & appretiantur dicti scuti per dictas pecunias; vnde, cum simus securi de maiori appretiatione, sumus & meritò tantummodo solliciti, dum de iustitia pretij quærimus de minore. Ita è conuerso in feria, in quæ dantur scuti marcarum præsentes, pro habendis pecunijs absentibus, & futuris; non est dubitandum, ne debitor cogatur ad minus soluendum; sed ne quid maius, vel magis soluat; quod ex taxatione pretij resultat; quæ, quo amplior est, eo melior est conditio creditoris; sicuti è contrario deterior in cambio celebrato in Platea pro feria. Prout è conuerso, quo minus pretium statuitur, conditio creditoris est melior in cãbio celebrato in Platea pro feria, deterior verò celebrato in feria pro platea.

cea. In feria namq; , quò maius pretium taxatur, eò plures libræ reſultant creditori ſoluendæ Genuæ ex ſumma ſcutorum, puta mille marcarum, & pauciores quò minus. Genuæ verò maiorem ſummam ſcutorum marcarum ſoluendorum, in feria eadem Creditori conficiunt quatuor millia librarum , ſi pretium leuius ſtatuatur; maiorem verò ſi maius. Ergo in propoſito pretij cambiorum. de, quo agimus circa magis & minus, & illius iuſtitia diuerſa, & de diametro contraria doctrina in cambio regulari inter ea, quæ celebrãtur in Ferijs licet ex vno, eodemq; fonte proueniant.

Quibus ſit prænotatis. Dicendum eſt: Iuſticiam pretij cambiorum regularium, conſiſtere in taxatione, quæ de pretio fit publica auctoritate, tàm in Plateis, quam in ferijs, prout explicauimus ſupra in ſecundo notabili ; Dictamq; taxationem poſſe ad libitum partium augeri in Cambijs prædictis celebratis in plateis, vt explicaui in quarto notabili; minui verò in eis, quæ celebrantur in ferijs, vt explicaui in quinto notabili retenta eadem iuſtitia. Hæc verò , celebrata in ferijs , non poſſet augeri vltra taxationem; illa celebrata in Plateis non poſſe minui , vt eiſdem duobus notabilibus explicui, abſq; iniuſtitia, & onere reſtitutionis illius exceſſus, aut diminutionis.

35 Prima propoſitionis pars patet abſque contradictione. Nullum pretium iuſtius eſſe poteſt, quam illud, quod taxatũ eſt à lege, ſeu ex legis diſpoſitione. *Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. queſt. 2. art. 3. col. 2. in fin. Cepoll. in tract. de ſimulat. contract. num. 69. verſ. dubitatur Fab. de mont. in tract. de emption. & vendition. quæſt. 5. principali numer. 31. Scac. de Camb. §. 1. queſt. 7. part. 2. ampl. 10. num. 56. f. 343. Nauar. de empt. & vend. c. 23. num. 88. Iacobus à Graffijs conciliorum tom. 2. lib. 3. in conſ. vnico ne clerici, vel monachi in prima difficultate n. 4. 10. Med tract. de rebus reſt. queſt. 31. in print. & in fin.* Et ſanè ratio eſt palpabilis: nã quis iuſtius contrahere poteſt , habito intuitu ad pretium, quam ille, qui Principe auctore con-

36 trahit, ad quem ſpectat pretia rerum prædefinire, *l. 1 §. cura ff. de off. Præfect. vrb. l. 3. & ibi Bald. & cæteri ff. de epiſc. audien. Abb. in cap. 2. numer. 6. de empt. & vendit.* Iuſtiſſima igitur erunt quæcumque Cambia, quæ, pretijs taxatis, tam in feria, quam in Plateis, celebrantur, pretiumque illud habendum erit omni æqualitate æqualius & omni iuſtitia iuſtius. Si enim apud omnes receptum, & vbique decantatum, rerũ preria non ex affectu, ſeu libidine ſingulorum, ſed ex natura rei, metienda, habita cõſideratione qualitatum temporis, loci perſonarum, onerum, & ſimilium. *DD. omnes late in l. 2. C. de reſcind. vendit. poſt alios, quos congerit Genuenſ. num. 168. Cagnol. n.*

37 *233. & nu. 243. Menoch. conſ. 1169.* Et cum ex Silueſtro. *In ſum. verb. vſura 4. queſt. 9. principali* , in materia noſtra habeamus æquiſſimam illam, & prudentiſſimam ſententiam, quod ad iuſtę apretiandãm pecuniam vſualem in Cambio , cum nulla arte deffiniri valeat , oportet vti arbitrio boni viri, iuſti, ſapientis, penſantis conditiones, ex qualitate rei, temporum diſtantiæ localis, & alijs ad rem facientibus. Nullo certè pacto prędicta aſſequi poterimus, niſi media hac taxatione mercatorum. Qui , licet non habeant ex ſe auctoritatem augendi, nec minuendi eſtimationem publicę pecuniæ *poſt Innoc. & Gabr. Nauar. in tract. de*

38 *Camb. num. 52. verſ. & quia pecunias.* Dum tamen id exequũtur, à publico deputati, & vigore legis, ſeu conſuetudinis, perinde eſt

39 ac ſi lex ipſa, vel Princeps faceret, cum lex, nihil aliud ſit niſi commune præceptum virorum prudentũ conſultũ *l. 1. & ibi DD. ff. de leg.* Et in ſpecie de taxatione pretij.

40 *Iac. de Graff. conſ. 10. 2. lib. 3. conſ ne clerici, vel monaci in 1. difficult. n. 4.* Et id ipſum in vim argumenti ſentiunt DD. illi, quos ſupra retuli quæſtione decimatertia, qui imaginati fuerunt in Cambio ſimplici lucrum, & illud concedunt, dummodo ſit proportionatum tranſportationi, ſeu veræ, ſeu virtuali, abundantiæ, ſeu indigentiæ pecuniarum, & alijs circumſtantijs taxãdis arbitrio boni, & prudentis viri. Nam ſicuti non cõcedimus Cambio ſimplici formaliter lucrũ ita cognoſcimus illud prouenire (geminato contractu) originaliter à pretio, cuius iuſtitia cum pendeat à dictis eiſdem circumſtãtijs, nullus erit qui aptius, ſapientius, ac tutius illud terminare valeat, & deffinire, quæ taxatio prædicta, à lege prouenies, quæ

41 merito dicitur humanarum, ac diuinarum regula, *l. 1. ff. de legib.* Quæ taxatio iniuſta eſſet niſi fieret ſecundum dictas circumſtantias.

Secunda

Secunda pars cõclusionis pariter affirmatiua probatur. Nam si remissio maioris pretij in Cambio regulari, celebrato in ferijs, & extensio eiusdem in eo quod celebratur in Plateis est ad beneficium debitoris, & quædam veluti remissio illius pretij, quod secũdum iustitiam taxatum fuit, iuxta explicationem quam posuimus supra notab. quinto, nulla circa hunc excessum, & diminutionem, rel pectiue poterit cadere iniustitia, cũ nullus vmquam dixerit, aut imaginatus fuerit, distrahentem pretio leuiori, quam sit, aut fuerit taxatum iniustè agere; Nec his casibus potest subesse aliqua suspicio vsuræ, cum ille ex contrahentibus, qui remisit de suo iure, per hunc excessum, siue diminutionem, sit ille ex ipsis, qui dat pecunias præsentes pro consequendis absentibus, & futuris, vt explicauimus supra hac eadem quæstione notab. tertio, & quarto.

Tertia & postrema pars conclusionis negatiua, quæ damnat de iustitia pretia, quibus Cambium celebratur, quæ in ferijs excedant, in Plateis minuant taxationem de ipso factam qua de re est eadem disciplina, vt vidimus supra hac eadem quæstione notab. quinto. Probatur ex eadem ratione, & fundamento à contrario sensu. Nam si iustum est illud pretium, quod est legitimè taxatum ergo iniustum erit illud, quod taxationem ipsam negligit, & egreditur. Cũ leges non debeant esse ludibrio *Glos. fin. in l. si quando C. de test lib. & in l. fin. §. vbi autẽ C. de bon. quæ lib. verb. non autem Glos. fin. in l. adoptione C. de adopt.* Sed cum sint regula iustorum, & iniustorũ *l. 2. ff. de legib. & vbi Glos. & DD.* ab ea nulla ratione est recedendum præsertim cum iustitiam ipsã quærimus; Dum enim taxatur pretium, videtur etiam decretum, à cõtrario sensu de minori pretio contrahi non posse *ad tradita per Glos. in l. qui testamento 20. §. cum qui de testam. verb. augumentum*. Et hinc communiter DD. tradunt quod quotiescũque in contractibus taxatum est pretium, non licet ab eo per contrahentes recedere ne obolo quidem grauando, scilicet, cum ex cõtrahentibus; cuius fauore taxatio fuerit introducta *Sot. de iust. & iur. lib. 6. qu. 2 art. 3. col. fin. Capoll. in tract. de simulat. contr. nu. 60. vers. dubitatur Scacc. de Camb. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampl. 20. num. 56. Semitè post alios Couar. var. res. lib. 2. cap. 3. num. 5. Nauar. de empt. & vendit. cap. 23. num. 88.*

Obijcies contra hanc tertiam partem conclusionis negatiuam, quod certum est, ad æstimandum iustum valorem considerandas esse circumstantias omnes quæ illum possũt audere, vel minuere, nulla habita ratione temporis futuri, in tantum, vt deducenti læsionem in venditione, facta per Ecclesiã, fit coarctãda probatio ad tempus celebrati contractus *cap. 1. cap. cum dilecti de empt. & vendit. in terminis Cora. cons. 282. num. 56. lib. 2. post Bart. l. 2. nu. 16. C. de rescind. vendit. Riu. cons. 15. nu. 36. lib. 1. Guid. Pap. quæst. 157. Anton. Burgos. cap. dilecti num. 36. de empt. & vendit. Paris cons. 24. num. 7. lib. 4. Cravet. cons. 111. num. 17. & cons. 114. num. 26. & cons. 151. numer. 7. Menoch. cons. 114. num. 24.* Vnde cum plura Cambia celebrentur in Plateis, lõge post taxationem pretij. non posse pretium taxatum ab initio iustè adæquare contractus alio, ac alio tempore celebratos, cum ea sit natura pecuniæ deducta, in Cambio non solum consideratæ vti metallum, sed vti pecunia, & prout formaliter pretium aliorum est, vt semper crescat, & decrescat ob plures rationes, vt sæpius diximus, & probat in pũcto Doctor Nauar. *de Cambio num. 57.*

Respondeo taxationem, quę ab initio fit factã fuisse habita ratione ad totum illud tempus quod intercedit a die taxationis vsque ad diem celebrationis feriæ, & sic præuisione omnium, quæ humana prouidentia occurrere poterant toto illo tempore, & successiue quocumque tempore celebretur contractus, erit tempus à taxantibus consideratum, & quo longius distabit à tempore taxationis, id erit commodius creditori; in cuius odium fit taxatio, cum minori tempore sit carituras pecunijs, per ipsum, nomine pretij, in Cambio exburſatis. Quod quanti faciendum sit vsus docet, cum regulariter, quo magis accedimus ferijs, & recedimus à tempore taxationis eo magis pretium Cãbiorum augetur ad beneficium debitoris, prout admisimus quæstione decimatertia. Quem vsum inde deducimus, quod de intrinseca substantia Cambij sit tẽpus, vt probauimus supra quæstione octaua. Vnde admittimus id, quod in contrario, in terminis, in quibus loquitur de pretio conuento, nõ de taxato, vel si de taxato, de eo, quod taxatum est, sine præuisione temporis futuri, & sine æstimatione etiam eorum quæ dicto tempore euenire poterant, nos autem versari

sari in taxatione, quæ ad totum illud tẽpus respexit, & totam illam latitudinem trium mensium complexa est.

Obijcies secũdo de facto in ferijs celebrari plura Cambia pretio maiori, quam in taxatione contineatur. Item in Plateis minori. Præsertim adueniente aliquo casu, seu calamitate inopinata; prout contigit anno 1627.

48 præterito, quo anno Battaui occupauere classem Hyspanorum, aduehẽtem ex nouo Orbe Peruano Thesaura, ex qua tot infortunia subsequuta fuere apud mercatores, attẽto præsertim decreto Catholicæ Maiestatis Regis Hyspaniarum, quo decreto, assignationes omnes factę, mercatoribus derogatæ fuere, & aliæ longe inferiores valoris prædictarum loco, tributæ sunt. Vnde caritas rei nummariæ adeo creuit, & adeo imminuta est mercatorum fides, vt longe citra taxationem Cambia celebrarentur, & ad solidos quinquaginta octo pro quolibet scuto marcarum redigerentur communiter Quod denotat excessum de quatuordecim pro quolibet centenario. Res tanto similis.

Respondeo, & plura furta, & sacrilegia, & homicidia de facto committi, non ideo minus dicendum est id lege vetitum, & contra iustitiam esse, & committentes ad refectionẽ & restitutionem teneri. Inter eos igitur numerabuntur, & hi, qui citra, vel vltra taxationem prædictam respectiuè Cambia cõtra iustitiam celebrabunt, præsertim in feria, in qua tam pauci intercedant dies inter tempus taxationis, & tempus negotiationsi (vt explicabimus infra in prologomenis ad secundam disputationem) vt impossibile sit fere facies rerum ita inopinate immutari vt non potuerit præuideri ante pretij taxationem. Quod tamen si contigerit, vt facilius contingere potest in plateis attento cursu temporis trium mẽsium, prout de facto contigit tempore, de quo in motiuo. Tunc si calamitas sit vniuersalis vel alia ratione adeo efficax, vt mercatores communiter secundum cursum platęæ, neglecta in totum taxatione, deteriori pretio contrahant, tunc arbitror id fieri posse absque iniustitia dummodo loco taxationis id seruetur in pretio, quod communiter fieret ab alijs. Quo casu non obstabit lex dicta in taxatione. quæ per talem communem consẽsum, & ex causa rationabili tali casu intelligeretur abrogata, certum enim habemus in iure non solum suffragio legislatoris, sed etiam ex tacito populi consensu per dissuetudinẽ leges abrogari *l. de quibus ff. de leg. & ibi Glos. verbo factis, & verbo abrogatur vbi dat concordantes.* Nec est imputandum taxantibus pretia quod id non caeurint in taxatione, cum lex constituti non debeat circa ea, quę casu aliquo fortuito accidere possunt, *l. ex his ff. de legib.* Quæ licet vera sint

50 in rigore iuris, suadeo tamen iustitiæ amatoribus quod si casus contingat, abstineant potius in totum à consimili celebratione contractus cum sine certo Duce, videlicet taxatione, tali casu contrahant, & quonam propterea ei sit à iusto deflectere, & adinstar illius sessoris, qui equum effrenum ascẽdere det in deuia facilè præcipitem agi.

Ad ea vero, quæ sub initium quæstionis, in cõtrarium proposui, patet responsio ex prædictis, cum posita taxatione legali, quæ inuenterato gentium vsu introducta est prout non raro fieri solet, *Instit. de satisd. in princ.* cessat omne contrahentis arbitrium,

51 ex quo posset reddi durior conditio debitoris, vt supra explicuimus. Sed magis in specie.

Ad primum respondetur, argumentum procedere quoad validitatem contractus, qui nõ obstante iniustitia pretij, vsque adeo, summo iure, valet; vt etiam in excessu vltra dimidiam sit rescindendus, *l. 2. C. de rescind. vend. cum ibi notat.* Substantia enim ipsa contractus venditionis, in qua ratio pretij viget, sustinetur etiamsi pro vno solido tãtum fieret; cum iustum prrtium non sit de

53 illius substantia, *i. si rus fructus in fin. ff. de iur. dot. l. donationis ff. de donat. int. vir. & vxor.* valebit igitur summo iure contractus Cambij, celebratus pretio iniusto, sed contrahens committet iniustitiam in contrahendo, & ex consequenti, tenebitur saluo contractu, ad restituẽdum, in vtroque foro, excessum illum, ob quem resultet iniustitia.

54 Et hinc obiter colliges discrimen inter Cambium iniustum, & Cambium nullum, seu paliatum, Nam illud tale dicitur, quando adsunt substantialia ad Cambium, sed ex parte alicuius ex contrahentibus adest iniustitia in pretio, & tunc tenẽtur tantum cõtrahentes ad illum excessum. Nullum vero, seu paliatum quando deest aliquod substãtiale in Cambio, & per consequens desinit esse tale, & resoluitur in mutuum, quo casu tenẽt cõtrahẽs ad restitutionẽ toti' interesse. Quod fere motiuũ nõ facile alibi legas.

Ad

Ad secundum respondetur. In taxatione haberi rationem à deputatis ad mumus prædictum, qualitatum omnium quantumuis personalium. Et hinc fit quod raro, ne dicã numquam, Cambia celebrantur pretio taxato à mercatoribus boni nominis, sed sæpe, etiam initio negotiationum leuiori pretio cum eis agitur in Cambio, pretio vero taxato rarò cum alijs veuntur, quam cum ijs, qui sunt deterioris conditionis, & cum duo simplices denarij, diminuti, vel aucti in pretio, importẽt quartam partem vnius scuti pro quolibet centenario. Hinc fit, vt à summa, quæ communiter taxatur, qui est iustus valor scuti marcarum futuri, vsq; ad solidos sexaginta septem, & denarijs quattuor, tanta ferè semper interueniat latitudo, vt in ea possit versari, & exequari, pretio ipso, diuersitas personarum, considerata in argumento, absque eo, quod summa taxata, ideſt, iusta omnino, negligatur contra iustitiam, nec prætextu personę minus idoneæ est permittenda iniustitia; præsertim; quia quando persona est adeo deploratæ conditionis, vt adhuc creditor sibi prouisum non putet, possit vel non contrahere, vel, non nisi cum fideiussore. Et ex consequenti ex prædictis saluatur stylus mercatorum admissibilis, qui ferè semper, versatur in pretio magis vel minus augendo super summa taxata, secundum qualitatem personarum, & alias circumstantias, quod si infra dictam summam fiat in Platea pro feria, prout aliquando factitatum audio, id esset corruptela contra iustitiam & per consequens omnino exterminanda à foro.

DISPVTATIO I.

QVAESTIO XXV.

An ante taxationem pretij possit Cambium celebrari certo, ac determinato pretio.

1 *Conuentio de Cambijs celebrandis valet. declaratur nu. 6.*
2 *Et facta celebratione attenditur tempus cõuentionis.*
3 *Consentiens non dicitur lædi scient.*
4 *Actus humani tunc demum finitiram ab euentu interpretationem sumunt, quando consilium ad malum etiam dirigitur.*
5 *Venditio valet; etiamsi euentus rem ad nihilum reducat. vt iactum retis.*
6 *In Cambio regulari conuentio non valet de celebrando Cambio certo pretio, nisi modo hic designato.*
7 *Humanis fraudibus obuiandum est.*
8 *Actus gestus præter solitum maxima non caret suspicione.*
11 *Pretium non potest conferri in arbitrium eligendi per contrahentes.*
12 *Minus in arbitrium eligendi per alterum ex contrahentibus.*
Castr. in l. mercis in princ. ff. loc. reprobatur ibidem.
13 *Pretium non potest conferri in arbitrium vnius ex contrahentibus.*
14 *Pretium potest conferri in certam, & determinatam personam.*
15 *Item habere relationem ad pretium legis.*
16 *Venditio valet iusto pretio facta.*
17 *Venditio (alla voce) iuxta stylum Neapolitanum valida, & quomodo intelligatur.*
18 *Spes si habet fundamentum de præsenti; & legari, & in contractu deduci potest.*
19 *Ante pretij taxationem de publico factam summa iure agendo, possunt Cambia celebrari.*

HÆC quæstio oritur ex eis, quæ disputaui in proxima præcedenti quæstione, vbi firmaui: Cambia regularia nec vlteriori, nec citeriori pretio ab eo; quod taxatum fuerit respectiuè in feria, & in Plateis celebrari regulariter posse. Sed quia in facto quandoque contingit, vt quædam Cambia celebrẽtur, vel potius conueniantur celebranda, antequam dicta taxatio fiat. Quæritur; an Cambia prædicta possint certo, & determinato pretio stabiliri. Non rarò namque prouidi mercatores, præuidentes se in proximis futu-

futuris nundinis, vel redditibus ex eis, opus habituros pecunijs ad Cambium, pro ſatisfaciendis ſuis creditoribus, anticipatè conueniunt cum alijs de pecunijs ſibi dandis ad Cambium, & cum tunc temporis taxatio nundum ſit facta, aptè quæritur an in dicta conuentione poſſit præfigi pretium, certum Cambijs tunc celebrandis.

Sententia affirmatiua probatur ex eo quod nihil impedit, nec vlla adeſt prohibitio quo minus tunc temporis poſſit conueniri de Cambio celebrando cum diſpoſitio trahatur ad tempus. in quod effectus illius confertur *l. quod ſponte, & ibi Bart. & Bald. C.* 1 *de donat. ant. nupt. l. Titio cum moreretur ff. de vſufr. Tiraq. in tract. primog. queſt. 4. nu. 174.* Et per conſequens habetur perinde ac ſi tempore præfixo celebrarcſ, cum illud ſolum attendi debeat *Bart. & reliqui in l. ſi cui §. ultimo ff. de legatis primo Alex. conſ. 61. num. 5. Ruin. conſ. 63. nu. 4. lib. 5. Menoch.* 2 *conſ. 770. num. 2.* Sed ſic eſt quod de ſuſtantia Cambij eſt pretium vt probauimus ſupra quæſtione vndecima. Ergo pariter, qui nimmo neceſſariò poterit conueniri de pretio, ſine quo Cambium nec eſſe, nec intelligi poteſt. Sed ſic eſt (ex ſuppoſito) quod tunc temporis nulla adhuc eſt facta pretij taxatio. Ergo poterit Cambium celebrari, ſeu conueniri, certo pretio, ante quamcumque taxationem, nec debet priuari debitor commodo præuentionis prædictæ.

Secundo quia partes ſic contrahentes, verſatis militer, vti periti mercatores, & verſati in huiuſmodi contractibus, nõ eſt credendum quod in appoſitione pretij ſint receſſuri à 3 pretio taxando, & quatenus in aliquo ſit exceſſus id non eſt ſufficiens nec aptum ad contractum de iniuſtitia condemnandum, cum *is* in eo non lædatur, quod ſciens prudenſque conſentit *l. qui autem §. præterea ff. quæ in fraud. credit. l. nemo videtur 188. ff. de reg. iur.* Et licet contingeret quod prædiſinitio illa pretij in Cambio celebrando 4 in feria, exiſteret vltra taxatum, vel in eo quod deſtinaretur in Plateis citra, nõ ideo minus iuſtum eſſet, cum ſiniſtra interpretatio in iure ciuili, tunc demum circa actus humanos ſumatur, quando non ſolum euentus, ſed conſilium etiam ad malum dirigun tur *l. fraudis 80. ff. de regul. iur.* Vnde cum hic Genuæ conuentum fuerit inter Titiũ, & Sempronium de celebrando Cambio in feria, tunc proxinè imminenti pro Madrito, ad marauedinos, quattuor centum nonaginta pro quolibet ſcuto, mercarum, & id quidem inter ſcientes, prudenteſque mercatores, & bona fide, non videtur id Cambium reddi iniuſtum ex eo, quod poſtmodum in dicta feria taxatio fiat, ſeu (vt vulgo dicitur) computum ponatur pro Madritto ad marauedinos quadringẽtos octuaginta, licet enim hoc caſu debitori damnum contingat, cum conſilium abfuerit, non per hoc contractus aliàs legitimè celebratus damnari poteſt de iniuſtitia.

Tertio facit, quia, ſicuti videmus validam, & 5 iuſtam eſſe venditionem illam, certo pretio factam, licet, id quod in venditionem deducitur ad nihilum redigatur vt iactus retis, vel captus piſcium *l. nec emptio verſ. nec aliquando, ff. de contr. emptio. l. nam hoc modo ff. de hæredit. vel act. vend. l. ſi iactum retis ff. de actio. empt. & vendit. Zaſ. conſ. 12. num. 13. & 20. lib. 1.* Et id nulla alia ratione, niſi quia, id, quod in contractu deducitur, eſt quid incertum, vnde terminatio illa pretij non minus poteſt reſultare commodo venditoris quam emptoris. Id ipſum dicendum eſt in caſu propoſito. Cum enim ſit incertum, quonam pretio futura ſit taxatio in feria, ſeu in redditibus, ſuper dicta in certitudine poterunt contrahentes conuenire, abſque eo quod vllus ex eis ex euentu poſſit deiniuſtitia contractus conqueri: non ſecus, ac ille, qui licet cõgruum pretium ad congruentiorem capturam conuenerit, tamen nullos piſces acquiſiuit cum plures, ac plures potuiſſet acquirere.

Tenenda eſt regulariter (me auctore) negati- 6 ua ſententia non eſſe ſcilicet ſic de facili concedendum conueniri poſſe de Cambio regulari celebrando ſtatuto certo ptio ante illius taxationẽ, & quatenus cõueniatur celebreturq; illud pluris, q̃ in ferijs, illudque minoris, quod in plateis conuẽtũ recipiatq; fuerit magnã præferre ſuſpicionẽ ne id contingat per iniuſtitiã poſſe tamẽ conuentiones prædictas fieri, dummodo pretium referatur ad taxationẽ faciẽdã, & quid pluris in Platea, ſeu quid minoris in feria.

Prima pars propoſitionis negatiua probatur. Quia humanis fraudib. doliſq; ac malis artibus quãtũ fieri poteſt obuiandum eſt, *l. ſi fundo in fin. ff. de rei vendi. Dec. in l. ea eſt natura cauillationis n. 2. ff. de reg. iur. Alciat. de præſ. reg. 2. præſup. 31. in fin. Cranet. conſ.* 11 *285. vbi plenè col. 2. & in trac. de antiq. tẽp. 4. part. prin. nu. 36. per Menoch. cõſ. 622. n. 1.*

7 omnique iuri, & æquitati conuenit ita efficere, & cauere ne fraus fiat legi *l.non dubiũ C. de legib. & ibi DD. Menoch. cons. 284. num. 35.* Cum igitur si id permitteremus, facili negotio, mercatores, neglecta omnino dicta taxatione, super qua tota iustitia contractus fundatur ad libitum (ne dicã ad libidinem) passim Cambia celebrarent cum maximo detrimẽto miserorum debitorum; dictæque taxationi, tanto consilio introductæ, frau dem facerent, meritò id denegandum est, & omnino à praxi tollendum. Auidus enim, & effrænis lucrandi animus facile perspiceret, quod sibi non esset expectanda taxatio, quę tamquã sacris limitibus præfixis in proxime præcedenti quæstione coercetur, sed anticipatè contrahendo, vel conueniendo, leges quas vellet, diceret misero debitori in maximum iustitiæ detrimentum, & totius negotiationis præpostera inuersione. Et licet non negemus posse legitimè fieri, seu conueniri de faciendo cõtractum anticipate, illum conferendo ad tẽpus habilc; tamen vt plurimũ, & à communi stylo, tam in Plateis, quam in Feria, statum est tempus, celebrandi huiusmodi cõtractus, vt videbimus in Prologomenis ad secundam disputationem. At actus gestus
8 præter solitũ, non caret maxima suspicione *post Bart. Bald. & alios latè Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 20. num. 17.* meritò igitur iure suadente, & æquitate obuiandũ est iniustitiæ circa actum de sui natura suspectum præsertim quia prætextus ille, quo
9 foueri posset huiusmodi corruptela, desum ptus ex prouidentia mercatoris sibi anticipatu prouidentis de eo, quod sibi opus futurum est, facile tollitur de medio, ex secunda parte huiusçemet conclusionis affirmatiua. Nihil enim impedit quin contrahãt, vel
10 conueniant de contrahendo Cambium cuiusuis quantitatis, pretio taxando, idest pretio omni iustitia æqualius, seu pluris seu minoris beneficio debitoris, vt sępius explicauimus. Quantumuis enim pretium sit de substantia huius contractus, sine quo esse, nec intelligi potest; & regulariter pretium conferri non possit in arbitriũ eligendi per cotrahentes attento probabili dissensu contrahentium in electione faciendæ *Bart. l. si merces in princ. ff. locat. & conduct.* nec etiã
11 in arbitrium eligendi per alterum ex contrahentibus, vt male opinatus est Castren-
12 sis *d. l. merces in princ.* Quia licet hoc casu cesset ratio discordiæ, subintrat tamen aliæ & potentior, ad inualidandum contractum: nam tali casu pretiũ in substantia videretur collatum in arbitrium vnius ex cõtrahentibus, quod iuri repugnat *l. quod sæpe §. 1. ff. de contr. empt. 10. Roma. cons. 157. n. 4. Ari. Pinell. in rub. de rescind. vẽd. 2. part. cap. 1. n. 6.*
13 Certum tamen est: quod cum pretiũ, eiusue quantitas conferri possit in certam, & determinatam personam, quam partes communi consensu eligant *Saly. in l. vltim. nu. 2. in fin. C. de pact. pign.* multo magis conferri poterit in taxationem, mandato legis fa-
14 ciendã, & ad id ipsum institutam, quod idẽ
15 est, ac dicere, iusto pretio, ad tradita per Nauarrum *c. 23. de empt. & vend. nu. 88.* quod
16 in puncto docuit de venditione facta *alla voce* iuxta stylum Neapolitanum *cõs. tom. 2. lib. 3. ne Clerici, vel Monaci cõs. vnico n. 2.*
17 Ne ergo, prætextu prudentię iniustè agant mercatores; quatenus rebus suis conducat, anticipatè conuenire de Cambio, quod sine pretio esse non potest, nec taxato vti possũt, cum taxatio adhuc facta non fuerit, id quidem conueniant, sed pretio regulato a taxatione fienda, idest a pretio, quod iustum omninò futurum est, vt ex Nauarro vidimus supra proximè. Et, quatenus id negligant, fateantur necesse est ipsã iustitiam negligere, nullo remanente prætextu eam paliandi. Et ex his, quæ proxime dixi, colligitur probatio ad secundam partem cõclusionis affirmatiuæ, cum nihil impediat, quin celebrari possint Cãbia pretio taxando; possuntq; contrahẽtes à pretio prędicto illud augendo in Placeis, & minuẽdo in feria ad beneficium debitoris tuto recedere, vt probauimus in supra proximè prędicti quæstione.

Sicuti etiam ex prædictis patet solutio contrariorum quę supra adduximus.

Ad primũ enim respondetur cõcedendo totũ, sed cũ pretium ipsum, apto tempore, taxandum sit publica auctoritate, ab eo de facto non esse recedendum nisi modo explicato, ne aperiatur via fraudibus, & iniustitiæ; & prætextus commodi resultantis ex anticipata conuentione tollatur, cum eadem commoditas permaneat, conuento pretio, cum relatione ad taxationem.

Ad secundum: non esse negandam peritiã mercatorũ, sed ab eorumdem auaritia pręcauẽdum, ne iniustitiæ, & fraudi via aperiatur.

Et

Et admittimus quod niſi illa duo concurreant ad læſionem, conſilium ſcilicet, & euẽtus, actus non ſunt improbandi. Et conſequenter; non negamus, quoad euentum, quod ſi pretium ſtatutum a contrahẽtibus, ante taxationem, non excederet in feria taxatione, poſtmodũ factam, nec eſſet minus, quam in Plateis exinde dictum eſſet, quod tunc actus ille de iniuſtitia damnari non poſſet. Sed ad precludendam viam ne prædicta introducantur, nequaquam praxis prædicta eſt tolleranda.

Ad tertiũ reſpondemus quod in illo caſu non emitur quid certum; veluti piſces, ſed quid omnino incertum, & ſpem quandam: quæ (quãdo tamen habet aliquod fundamentũ de præſenti) ſicuti poteſt legari §. *ea quoque* 18 *Inſt. de legat.* ita etiam poteſt in contractũ deduci. Quæ tamen cum fallaciſſima ſit, vt exclamat Marcus Tullius pro Millone (vnde illud Terentianum adagium *In adelph. 2.3.15. ſpem pretio non emo*) nil mirum, ſi exitus ſperatus non correſpondeat, non per hoc vitiari contractum de iniuſtitia. Et ratio à priori eſt: quia pretium quo emitur iactus retis, non eſt ordinatum ad hoc, vt in eo iuſtitia conſtet piſcibus ipſis, ſed ſpei capturæ; quæ ſi longe excederetur à pretio, vtique eſſet iniuſta, ſed non ex euentu, quã do nulli piſces caperentur. Nihil ſimile in contractu Cambij in quo non aliqua ſpes, ſed res venit, cum qua eſt conferendum pretium, ad æqualitatẽ iuſtitiæ deducendũ, & per conſequens ſunt longe diuerſa, vnde nulla illatio. *l. Papianus exuls cum.*

Sed prædicta intelligenda ſunt prout loquuntur regulariter, & inſpecta æquitate, & bono vſu dicti contractus, & ad præcauendum ne fraus fiat legi, ſeu taxationi per legem inductæ. Nam alias, ſummo Iure agẽdo, nihil proponitur per quod; etiam ante quacumque taxationem, iuſtè, iuſtoque pretio Cambia poſſint celebrari. Quinimmò, ijdem deputati de publico, ad pretia ſtabilienda, ſolent miniſterio Proxenetarum, in ipſa muneris executione explorare, an aliqua Cambia iam tum celebrata ſint, vel tractata, ſeu concluſa certo ſtatuto pretio, & quo, vt inde tutius valeant ſuum arbitrium inſtruere; circa quantitatẽ ſeruandã in dicta taxatione. Damnandi de manifeſta iniuſtitia mercatores illi, qui ſibi ipſis conſcij de ingenti ære alieno, quo præmuntur, & egent, pro ſatisfaciendis ſuis indigẽtijs, adhuc tamen ſubdolè, & per interpoſitas perſonas, curãt aliqua Cãbia in leui quãtitate celebrari, vel ſtabiliri, vel offerri, & quidem pretio debitoribus leuiori, & id quidem per Proxenetas, adhoc, vt ad eorundem relationem deputatos fallant. Quæ machinamẽta contra omnẽ iuſtitiam non fugiunt eum, qui eſt ſcrutator cordium Deus.

DISPVTATIO I.

QVÆSTIO XXVI.

De Cambio Irregulari, eiuſue iuſtitia, & iniuſtitia.

1 *Cambia irregularia de Platea ad Platea, licet nõ habeant taxationem publicam, poſſunt tamen, & debent, vt iuſta ſint, a taxatione facta in dictis reſpectiuè Plateis proportionabiliter recipere moderationẽ 8.*

2 *Et eo magis quando, & quo magis apropinquatur feria.*

3 *Augumẽtũ pretij Cãby in Plateis fieri in dies pmatori, vel minori pecunia abũdãtia Et exemplificatur num. 4.*

4 *Cambia regularia ab irregularibus differũt in multis, & quibus 6.7.*

9 *Ratio vbi dictat aperiè aliquid, lex reijcit, neceſſitatem probandi.*

10 *Ratio dicitur quadam lex tacita, mentibus hominum inſita.*

11 *Æquiparatur veritati, & ipſi Deo.*

HActenus diſputauimus de pretio in Cambio regulari, eiuſq; iuſtitiam, vel iniuſtitiam deduximus ex obſeruantia, ſeu negligẽtia taxationis, & receſſit licito, vel illicito eiuſdẽ. Nunc reſtat videre de eadem re in Cãbio irregulari. Cum enim in Plateis, inter ſe inuicem, nulla fiat taxatio pretij in Cambijs celebrandis, quinimmo, impoſſibile omnino ſit, id in praxim deducere, rationibus ex facto ipſo apparentibus, & tamen inter Plateas, ad inuicem, plura ce- 1 lebrentur Cambia, quæ irregularia appellauimus ſupra quæſtione quinta

aliunde petenda est iustitia pretij, quam a taxatione, quæ non est, nec adesse potest. Propterea videntur hæc Cambia remanere in illis difficultatibus, & angustijs, ex quibus eduximus Cambia regularia, duabus proximis quæstionib. præcedentibus; rationibus in eis expressis, quæ hic vitandæ superfluitatis gratia repetere supersedeo.

Breuiter, ac resolutiuè procedendo: dico primo quamtumuis non taxentur pretia de platea ad plateam in Cambijs, ea nihilominus desumenda esse ex taxatione facta in Plateis, sed relatiuè ad ferias, proportionabiliter sumptis, scilicet, taxationibus, factis in duabus illis plateis (inter quas casus contingit Cambium celebrari) & ipsis inuicem collatis, respectiuè, ad feriam; deducendo discrimen quodcumque, quod inter illas plateas intercedat, tam respectu generis pecuniarum, quomodocunque diuersi, quam, & etiã maioris, seu minoris indigentiæ earumdem in dictis plateis, Puta, si Cambium celebrandum sit inter Ciuitatem Genuæ, & Ciuitatem Mediolani, tunc inspicitur taxatio facta tam Genuæ, quam Mediolani pro feria, tunc proxima Sanctorum, & quatenus pretium taxatum Genuæ sit de solidis sexaginta sex, & denarijs quattuor auri pro quolibet scuto marcarum, Mediolani vero de solidis 163. pro quolibet pariter scuto qualitatis prædictæ, facile est colligere proportionem prædictã ministerio Arithmeticæ (quæ est peculiaris ars mercatorum) & vt ipsi loquuntur *con la regula del tre*, quot solidi, seu libræ soluendæ sunt Mediolani pro centum scutis exbursatis Genuæ, si Cambium Genuæ pro Mediolano celebretur, & è conuerso quot scuti soluendi sint Genuæ pro libris septingentis exbursatis Mediolani, quatenus Cambia celebrentur ibidem. Ex quibus patet, quod, nihil obstante, quod pretia non taxentur in plateis pro plateis, inter quæ Cambia irregularia celebrantur, adhuc eorum pretium ad iustitiam & æquitatem reducendum ex pretijs respectiuè ad feriã taxatis, dictisq; taxationibus, vtcũq; ijsdẽ prorsus rationib. & iuribus, expressis in duabus præcedentib. quæstionibus, quæ hic non repetuntur; Et hinc, suo prorsus nomine, hæc Cambia irregularia diximus, cum alieno quodammodo pretio, & ad aliud instituto, regulentur vt in quæstione quinta de hac re.

Sed prædicta de plano procedunt, & absque dubitatione, quando Cambium celebratur statim, aut paulo post taxationem factã in Plateis de pretio. Cum enim tunc certa sit iustitia pretij, & certa sit ratiocinatio prædicta, adequatè colligitur iustitia pretij in Cambio quamtumnis irregulari. Sed dato augumento eiusdem: quo casu, si, ad augumenti mensuram, celebretur Cambium, nullam iniustitiam versari probauimus supra quæst. vigesima quarta, cũ tamẽ augumentum prædictum regulariter vsueniat in qualibet platea, & in nullo ex extremis, ad inuicem collatis, adsit illa certitudo inuariabilis valoris, quæ reperitur in regularibus respectu scuti marcarum, sed vtrobique vigeat eadem inconstantia. Inde oritur effectus non leues, pro quorum explicatione.

Notandum primo: pretia Cambiorum in plateis à summa taxata, regulariter, semper eo magis augeri, quo magis, ac magis appropinquanter feria, in quam destinantur solutiones, ad quam taxatio illius pretij destinatur, etiamsi omnes aliæ circumstantiæ defficiant ex quibus alias possunt pretia Cambiorum variari. Et id solum ratione breuioris, seu longioris temporis intercedentis inter exbursationem pretij, & solutionis summæ in contractu deductæ. Et id praxis quotidiana docet: quam praxim iure subsistere probaui supra quæstione decima tertia, & quæstione octaua, vbi probaui: tempus esse de substantia huius contractus & quæstione decimatertia in qua turatus sum a contrarijs, prædicta variatione non obstante, subsistere validitatem huius celeberrimi contractus.

Not. secundo: augumentum prædictum contingens in pretio quotidie maius, ac celerius fieri in Plateis ex maiori abundantia, & minori indigentia pecuniarum, quę contingit, & quatenus contingit in dictis plateis. Puta si Genuam post factam taxationem aduehatur ex insperato, vel expectetur de proximo aduehenda aliqua magna pecuniarum quantitas. Vel licet nullæ pecuniæ aduenient, vel sperentur, nulla vrgeat in Regnis, vel Prouincijs, maxime alienis, pecuniarum necessitas, augetur quidẽ pretium, quo magis accedit tempus feriarũ ex notatis supra, sed id augumentum fit lõge maius, ac celerius, quam respectiuè fiat in alijs plateis, in quibus prædicta non cõtingunt. Et hinc dicitur Genuę vulgo apud mercã-

mercatores, puta, monetam eſſe latã, quod ſignificat abundantiam, Romæ vero ſtrictã quod denotat inopiam, vt explicabimus in prologomenis ſecundæ diſputationis. Et hinc etiam tota induſtria mercatorũ in eo potiſſimum deſudat, vt ex præuiſione futurorum, ſuas pecunias, ſeu credita tranſmittãt, via Cambij, ex ferijs in Plateas, in quibus præuideant, ſeu ſperant monetam futuram ſtrictiorem ob eiuſdem penuriam.

5 Not. tertio hoc habere commune Cambia irregularia, cum regularibus, quod ſicut in iſtis ille, qui primo ſoluit in loco cõtractus, ſoluit pecuniã nomine pretij, ille vero qui ſoluit in loco deſtinatæ ſolutionis, ſoluit pecuniam ſub rei formalitate, vt explicauimus ſupra quæſtione decima quarta; id ipſum contingit in irregularibus. In hoc tamen valde differunt, quod licet in illis nõ poſſit verſari iniuſtitia niſi ex parte creditoris ſoluentis: in iſtis poteſt interuenire ex parte vtriuſque, & per conſequens ad eã euitandam cautius eſſe in iſtis agendum. Ratio prædictæ differentiæ eſt. Quia in regulari id, quod apretiatur (vt ibidem vidimus) eſt quid conſtans, & perpetuo firmum manens, eiuſdem valoris ſolidorum ſexaginta ſeptem cum denarijs quattuor, auri in auro de quinque ſtampis, ad quam computationem ſolidi ſexaginta octo faciunt vnum ſcutum auri in auro qualitatis prædictæ, vnde non eſt ferè dabile, quod ex parte recipientis, maior quantitas pecuniæ recipiatur, quã ſit valor ꝓdictus, ex quo ſolũ reſultaret iniuſtitia ex parte debitoris, quę certitudo valoris, cum ceſſet in Plateis, & loco illius ſuccedat maxima variatio, nil mirum; ſi etiam ex parte recipientis valuta pecuniæ loco rei, in loco deſtinatæ ſolutionis præſtandæ, poſſit verſari iniuſtitia.

Not. quarto tũc ex parte recipientis pecunias
6 nomine pretij, & promittentis eas ſoluere, tamquam res in Cambio irregulari, poſſe verſari iniuſtitiam: quando exenditur, & amplificatur pretium Cambiorum in loco deſtinatæ ſolutionis. Et ſucceſſiue illa eadẽ pretij amplificatio, quæ in ſoluente eſt ſecura à quacumque iniuſtitia in regulari, è contrario in promiſſore, ac recipiente in irregulari, reſpectu loci diſtãtię ſolutionis, eſt petra ſcandali. Et ratio eſt, quia magis æſtimatur a contrahentibus ſpecies monetæ in qua eſt deſtinata ſolutio, quæ plerũque ſecundum formalitatem eſt imaginaria, & maior quantitas pecuniarum exburſanda venit, in quo conſiſtit iniuſtitia quatenus æqualitas debita excedatur; Quod ipſum contingeret in ipſis regularibus; quatenus contra ſtylum, & conſuetudinem ille qui exburſaſſet pecunias in plateis, quantũuis nomine pretij, & illud quidem auctum, modo explicato, ſibi tamen ſtipularetur ſcutos marcarum ad ſolidos ſexaginta nouem pro quolibet ſcuto, quod licet impraćticabile de facto facit ad doctrinam.

Not quinto. Quod cum in Cambio irregulari
7 iniuſtitia reſpectu pretij, poſſit verſari ex parte vtriuſque contrahentis, & conſiſtat ex parte dantis, in diminutione minus iuſto, ex parte vero recipientis, in augumento plus iuſto; poſſe dari quamdam veluti compenſationem diƈtorum exceſſuum; per quam Cambium alias iniuſtum iuſtificetur. Minuat enim ad libitum ſuum pretium Cãbij ille qui exburſat pecunias præſentes, nã ſi, eodem exceſſu, ille, qui in ſe recipit alibi ſoluturus, amplificabit pretium, & è conuerſo, conſeruabitur æqualitas nullaque intercedet iniuſtitia.

Dicendum igitur ſecundo: pretium iuſtum in
8 Cambio irregulari, quod regulatur ſuper augmentis factis ad pretia, taxata in Plateis, debere deduci, & elici ex poſitione pretiorum, in vtraque platea auctorum, & in illa ſumma, ad quem ex curſu illius temporis, quo contractus celebratur aucta ſũt; Nec licere abſque iniuſtitiæ labe ſoluenti illud ad effectum prædictum diminuere, etiam ſi diminutio eſſet intra pretium à lege taxatum, niſi aucto, eadem proportione, illo currenti in Platea deſtinatæ ſolutionis. Licere autem è conuerſo recipienti, & promittenti augere pretium ſoluendorum ab eo; quod tunc temporis currit in Platea deſtinatæ ſolutionis, dummodo ad ratam ciuſdẽ proportionis minuatur illud, quod currit in loco celebrati contractus.

Probatur hæc concluſio in omnibus ſuis partibus per ſupradicta. Nam quoad primam partem ſi ex pretijs taxatis in vtraque Platea circa quos celebratur contractus, reƈtè deducitur iuſtitia pretij in hoc, de quo agimus, eadem ratione, cum eadem proportio interſit, deducetur ex pretio vtrobique aucto (quod licitè fieri pluries diximus.)

Secunda vero pars negatiua, cum ſua limitatione, patet ex prenotatis ſupra. Nam diminutio illa tollet fundamentum, ſupe-

que

quo fundatur proportio; ex qua deducitur iustitia pretij in præiudicium creditoris modo explicato,& per consequens, resultaret iniquitas, nisi, quodam modo, compensaretur cum augumento, ad eamdem ratam, facto pretio, pecuniæ in obligationem deductæ, in loco destinatæ solutionis, qua cõpensatione interueniente, omnis tolleretur inæqualitas & iniustitia.

Tertia demum, & vltima pars ex eisdem fit manifesta; nam cum excessus ille in æstimatione pecuniæ, deductæ in obligationem, qui esset aptus tollere fundamentum, super quo fundatur proportio, & iustitia pretij; compensetur, pro rata, cum diminutione illius pretij; quod soluitur in loco celebrati contractus, omnis tollitur amaritudo, & cõstante æqualitate, constat iustitia pretij ex parte vtriusque.

Et ex his beniuole lector, per solam expositionem terminorum, satis per se certa, & manifesta, adeo vt altiorem excludant probationem, coliges iustitiam pretij in Cambijs irregularibus esse magis certam, & adstrictam necessitati, cum in pretio deducendo à pretijs currentibus in Plateis erga ferias non liceat partibus recedere, nisi per quandam veluti compensationem, modo explicato. In regularibus vero adest latitudo à pretio taxato ad pretium currens, intra quẽ, citra iniustitiæ labe, licet contrahentibus in pretio variare. Ratio illa videtur posse assignari, quia in regulari intercedit maior dilatio temporis præiudicialis creditori, non solum propterea quod tardius recipit sibi debitum, sed ob periculum nominis debitoris, quæ non æque vrgent in Cambio irregulari, & propterea minores circumstãtiæ militant, quę possint induere partẽ pretij, & ideo æqualitas magis, vt ita dicam, numerica in eo requiritur Præterea, cum tam ex parte dantis, quam recipientis, possit interuenire iniustitia in Cambio irregulari, vt supra vidimus, nil mirum si in eo cautius sit agendum.

Obijcies me plura in hac quæstione, & quidẽ singularia dixisse, sed nihil penitus probasse, & propterea merito interrogari posse qua auctoritate id determinem.

Respondeo prædicta omnia desumi ex visceribus ipsius praxis Cambiorum, incognita omnino à iure, & Doctoribus tam Theologiæ quam Iuris penitus intacta, & ignota prorsus, vnde frustra quærenda sunt iura, aut Doctorum placita ad prædicta confirmanda, exceptis ijs quæ adduxi in duabus proximè præcedentibus quæstionibus; vbi de hac eadem pretij natura egi, & hic repetere superfluum duxi. Vnde cum prædicta rationibus confirmauerim, ni fallor, satis apertis, lex ipsam legis necessitatem reijcit *l. fluminum* §. *adiectur vers. vitium ff. de dam. infect.* l. *Itherorum circa finem ibi natura nos docet ff. de verb. signif.* l. *nam hac natura ff. de condit. indebit.* l. *cum ratio in principio ff. de bon. damnat. cap. secundo requiris, & ibi Panor. de appellat. glos. cap. cõsuetudo dist.* l. *scire oportet* §. *sufficit ff. de excusat. tutor. & ibi Bala.* Nec mirum: ratio enim, quæ etiam legis anima dicitur, est, & ipsa lex quædam tacita, insita mentibus hominum *dicta l. cum ratio ff. de bon. damnat.* Et adeo extollitur à iure ipso, quod veritati non solum, sed ipsi Deo a Sacris canonibus æquiparatur *cap. qui contempta, & cap. frustra 8. distinc.* Licet igitur in proposito vbi defficiunt iura, & silent Doctores, nec iura, nec Doctores, ad firmandas conclusiones, de quibus supra, adduxerim, nõ ideo minus mihi videor eas probasse, si rationibus id fuero assequutus.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

DISPVTATIO I.

QVAESTIO XXVII.

Quando monopolium, vel iniustitia committatur in Cambio ex parte pretij.

1 *Monopolium est delictum seuerissimè puniendum.*
2 *Reipublicæ pernitiosissimum est ex sententia Card. Toleti.*
3 *Vnde dicitur monopolium.*
4 *Multipliciter committitur remissiuè.*
5 *Recensentur modi, quibus monopolium in Cambio committitur, vel committi solet à Cambistis in feryis, & nu. 6. 7. 8. 9. 10.*
11 *Artes, & machinamenta, quibus mercatores etiam communicato consilio vtuntur, siue in Plateis, siue in feryis per introductionem pecuniarum, vt eis melior fiat conditio, licita esse demonstrantur, modo fran-*

fraudes, & mendacium abſint, & nn. 12.

13 *Dolus bonus permiſſus.*

14 *Dolum non committit qui ſuo iure vtitur.*

15 *Ampl. etiamſi alteri damnum indè proueniat.*

16 *Cuilibet licet conditionem ſuam meliorem facere, modo animum nocendi alteri non habeat.*

17 *Mendacium non officioſum illicitam reddit omnem negotiationem.*

18 *Artes, & machinamenta mercatorum Cambiorum facta ad effectum, vt Cambia viliori pretio ſiue grauiori celebrentur; non per pecuniæ veram, & realem apportationem, ſed per abuſum auctoritatis in taxando pretio, vel alijs quibuſuis fallacijs, ne iuſtum pretium taxetur illicita ſunt, & doloſa dolo malo, & nu. 19.*

20 *Io: Medin. cap. de rer. reſtit. queſt. 31. verſ. primis tamen non obſtantibus, ſententia probatur.*

21 *Monopolium committitur etiam in rebus ad vitam minimè neceſſarijs, & ſic in neceſſarijs etiam ad vitam ciuilem.*

Contrarium. nn. 22.

23 *Pecunia vſus non eſt principaliter inſtitutus ad Cambia celebranda, ſed vt ſit quoddam veluti pignus ſocietatis humanæ, & menſura rerum omnium, & 29.*

24 *Pecunia eſt genus generaliſſimum, prout pecunia eſt, & 27.*

25 *Tex. in l. vnic. C. de monop. ponderatur, & declaratur.*

26 *Bulla Pij V. ſuper Cambijs quatenus loquitur de pecuniæ congeſtione, de qua intelligi debeat.*

28 *Dictio (vt) denotat cauſam finalem.*

29 *Congeſtio pecuniæ per mercatores vbi fit nõ in genere, ſed de illa tantum ſpecie, quæ ſolutiones fiunt, monopolium ſapit.*

30 *Contrariorum eadem potentia.*

31 *Quod operatur propoſitum in propoſito, id operatur oppoſitum in oppoſito.*

32 *Congeſtio pecuniæ, quæ fit ad abundantiam inducendam fauorabilis eſt, & ideo ampliandæ, alia vero, quæ fit ad diuerſum finẽ reſtringendæ ſed vide n. 33. odia reſtringi debere, & fauores ampliari ibid.*

34 *Monopolium, & iniuſtitia differunt.*

35 *Conſilium Auctoris in taxatione pretij.*

CERTVM eſt, & à iure determinatum: monopolia vti iniuſtitiæ continentia, ne dum 1
phibita in comercijs, ſed etiam prædicta committentes ſeueriſſime puniendos, *l. vnica C. de monop. Rod. in tract. crim. cap. 132. in princ.* & dicitur monopolium quaſi ſingularis negotiatio à voce græca (monos) quæ vnum ſignificat, & (polia) quod eſt venditor, ſeu (polium) quod eſt venditio *Gloſ. vnic. in rub. C. de monop.* Hæc igitur monopolia, quæ merito Cardinalis Toletus *de inſtr. Sacer. lib. 8. c. 33. de negot. verſ. ſexto illicita* teſtatur reipublicæ perniciosiſſima, multipliciter committi teſtantur 2
DD. *Med. in ſuis tract. art. 2. tit. de rebus reſtit. queſt. 30. in 6. modo verſ. deinde ex monopolio Mich. Sal. tit. de his qui monop. exer. num. 1. verſ. eſt autem Rod. pract. crim. cap. 132. Decia. in tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 21.* Et in Cambio præcipuè plures aſſerunt, & deteſtantur *Fabra in tract. de Cãbitio num. 20. & 21 verſ. quarto Rebell. de obligat. iuſt. part. 2. queſt. 12. numer. 1. & 2. Tolet. ſum. cap. 83. 10. Azor. de inſtit. moral. part. 3. lib. 10. tit. de Camb. cap. 11. in fin. qu. 13. Vega in epito. verbo Cambium caſ. 24. & caſ. 25. & in ſumma part. 1. col. 374. Salon. in tract. de Camb. queſt. 4. art. 2. Contr. 13. Gab. 4. diſt. 15. queſt. 10. art. 3. dub. 2. 10. Medin. C. de reſtit. queſt. 36. Salas de Camb. dubit. 38. Scacc. de Camb. §. 1. queſt. 7. part. 3. limit. 10. & plures apud eoſdem* & nos ſupra tetigimus, quæſtione vigeſſima prima, dum incidit ſermo de ijs, qui cogi poſſunt ad Cãbia celebrãda. Sed dum in ſpecie ad has, vel illas negotiationes, tamquam continentes monopolia deſcendunt, non idem apud omnes ſermo, nec in ſermone eadem veritas, tam reſpectu praxis, quam iuris: quibus recencendis non immoror, quilibet per ſe videre poterit locis ſuperius laudatis.

4 Ego vero plura genera negotiationum circa Cambia refferam; non raro viſitata temporibus noſtris, in quibus verſari poteſt dubitatio, an monopolium interueniat: iſq; poſtmodum ſingillatim diſcuſſis, quidnam de quolibet in propoſito cenſeam, aperiã, neglectis ijs, quæ vel in praxi non ſunt, vel nihil ſapiunt de monopolio.

Primum

Primum solent mercatores grauati ingenti ære alieno per eos dissoluendo in ferijs, ad eas magnam vim pecuniæ in auro de quinque stampis transmittere, eamque in dictis ferijs palam habere, non ad effectum, vt ex illis numerationē debita, dissoluant vere, & realiter; (sæpe namque ne dicam semper id quod per eos debetur longe excedit pecuniam allatam) sed eo consilio, vt illi negotiatores in ferijs, & qui ad eas accedunt de ductis deducēdis, creditores, & apud quos vt vulgò dicitur, *è lo auanzo* timore, ne ipsi cogantur credita sua in numerata pecunia accipere (quod regulariter abominantur, tamquam damnosum) vel taxationem pretij, seu pretiorum minorem facere, vel, taxatione non obstante, Cambia celebrent pretio minori, id quod commodo cedit debitoribus in feria. & (vt vulgo dicitur) habētibus *il mancamento*. Et hanc coaceruationem pecuniæ faciunt, quandoque singuli de per se; quandoque plures, communicato consilio, & ad id respicit cap. 12. Capitulorum feriarum in quo habetur. Quod ille debitor, qui est soluturus in pecunia numerata, id exequi debeat intra dies quattuor, à die acceptationum ipso die comprehenso quod si elegerit id facere tempore traditionis bilanciorum (quę tempora declarabimus in prologomenis ad secundam disputationem id ei liceat, tamen intra dictos quattuor dies pecuniam ipsam in saculis, publico signet sigillo, dictisque quattuor diebus clapsis, prohibitum est, soluere debita in pecunia, vt supra non obsignata, prout in dicto cap. 12. Quod caput cū alijs exponet in calce huius operis.) Quæ nisi ad esset lex, procul dubio, artibus prædictis in totum ferè eluderetur vtilitas, seu beneficium ex Cābio resultans. Quandoque enim non obstante dicta lege artificijs huiusmodi eo deuentum est, vt creditores conuenierint cum debitoribus ea solum obligatione susecepta, de sibi soluendis totidem scutis marcarum in alia feria, & sic nullo prorsus lucro percepto.

Item solent ijdem debitores vel singulariter, 3 vel plures communi consilio, dum sunt in feria, in se suscipere obligationes soluendi via Cambij in Plateis, in quibus, vel ex taxatione iam facta, vel ex alijs circumstantijs cognoscunt futuram inopiam pecuniæ, & per consequens fere certo cognoscatur solutionem prædictam in dicta Platea fore longe grauiorem quam in alijs; quod summopere exoptant creditores. Sed postmodum curant, vt ingens vis pecuniarum in dictam Plateam transportetur, & id quidem antequam adueniat tempus solutionum in dicta Platea (tatutum). Ex quo sequitur, vt inperato ex abundantia illa oriatur vilitas monetæ, et ex consequenti pretia taxentur ibidem pro feria sequutura ampliora, vt inde talia machinantibus leuior cuadat, & minori commodo creditorum, destinata solutio. Vel offerentes pecuniam numeratam creditoribus, qui nihil minus volunt quam pecuniam in dicta Platea, sed eam elegerunt id solum respicientes, vt exinde in feriam sequuturam maiora emolumenta consequantur; Et ideo, dictam exactionem realem recusātes, cogūtur inuiti. his artibus, ad Cambia celebrāda pro feria sequutura, pretio ipsis debitoribus leuiori, ab eo quod destinabatur, & cessante dicta machinatione, absque dubio futurum fuisset.

Tertio solent etiam ijdem debitores ante pretij taxationem, vel in ipsa taxatione, vel etiā post eam, leuiores, & minutiores quasdam summas offerre, seu dare etiam ad Cābium medio proxenetarum accipere volētibus cautè, & clanculum ne ars detegatur & id quidem in Plateis pretio ampliori, in feria autem leuiori, ad effectum scilicet, vt inde sumpto augumento, pretia taxentur, vel taxata augeantur, vel minuantur respectiuè, vt supra, quo effectu sequito ipsi postmodum ingentem summam capiunt ad Cābiū ad normā prædictā, intercesse lōge minori ab eo, quo fecissent prædictis cessantibus.

Quarto frequentissimus est vsus cōtinuationum (quæ quomodo fiant, & quatenus licitè fiant apparebit in tertia disputatione) quarum vigore conuenitur, vt creditor in feria transmittat, via Cambij in certam Plateam, seu certis plateis sibi ipsi, vel ipsius correspondenti, debitum, inde reuersurum ad ipsummet creditorem in feria sequenti a qua denuo transmittatur ad eamdem, seu easdem Plateas, indeq; ad se ipsum in alia feria, & sic successiuè per plures, & plures ferias, & annos, vsq; ad actualem solutionē faciendam per ipsum debitorem, & id quidem pretio in dictis Plateis, seu Ferijs taxando. Quibus in continuationibus, cum ex ante conuentis, certo sciat creditor Plateam, seu Plateas, ac Ferias, inter quæ

credi-

creditum ipſius cum prædicto debitore(cũ quo conuentionem inijt de facienda continuatione) prædictas veluti tranſmigrationes ſit factarum,ea curat diligentiſſime, ex quibus taxationes(in quibus faciendis vel per ſe, vel per ſuos ferè ſemper interuenit) fiant leuiores , vel ampliores reſpectiuè, prout vtilitati ſuæ magis eſt conducturum.

Quintò cumulatio illa pecuniæ, & tranſportatio,quam in primo,& ſecũdo caſu diximus fieri ſolere à debitoribus;ad effectum producendi maiorem abundantiam, ſit quandoque etiam à creditoribus, vel alijs pecunioſis, ac diuitibus ad effectum , omnino contrarium,& id quidem in Plateis,nũquam tamen in ferijs(nam pecuniæ exiſtẽtes in ferijs, penes quemuis exiſtant, ſemper producunt abundanciam) Id autem contingit hoc modo . Cum enim in qualibet platea, in qua Cambia celebrantur pro ferijs: ſit lege , vel conſuetudine ſtatutum certum genus pecuniarum , in quo fieri debeant ſolutiones debitorum ex Cãbio . Illud ipſum genus pecuniarum reddiguntpecunioſi homines in poteſtatem ſuam , ad effectum , vt illo egentes ad actualem ſolutionem , teneantur volentes , nolenteſque illud ipſum ab ipſis comperare , via Cambij , nec valentes aliter facere , id exequi taxato pretio viliori , non quidem ipſius generis , de quo agimus , ſed eius computationis , quo celebrantur Cambia in illa Platea . Quod licet non ſit neceſſarium,cum de facto ſolutiones in Plateis poſſint conſici in alijs , ac diuerſis pecuniarum generibus ab eis,quæ ſunt determinata, & id miniſterio cuiuſdam conuerſionis: contrariũ eius,quod cõtingit in ferijs reſpectu ſcutorum de marchis in quibus ſolis fiunt ſolutiones , vnde diximus in eis committi monopolium ſupra quæſtione vigeſima prima.Nihilominus cum etiam dictæ conuerſiones fiant cum iactura debitoris,inde cõſequenter neceſſario , pretium Cambiorũ, ad ratam dicti detrimenti, diminui in præiudicium,& læſionem eorum,qui opus habent pecunia ad Cambium.

Sexto ſæpe contingit vt mercatores , qui in
9 Plateis in ſe onus aſſumpſerunt,ſatisfacere creditoribus pro debitis alienigenarum , quod etiam quãdoque faciunt de proprijs pecunijs,&(vt vulgo dicitur)*recapitano debiti de foræſtieris*(id quod nulla alia ratione curant,niſi recipiendo à ſibi ipſis, ſeu ab alijs pecunias ad Cambium)ijdem ipſi, vel interueniẽtes in Plateis ad taxationẽ pretij Cãbiorum,& per ſe met ipſos, vel miniſterio aliorum,ſummopere curãt , vt pretia quam fieri poſſit minora taxentur, ad cuius quidem pretij menſuram poſtmodũ ſumãt ad Cambium pecunias, vt ſupra deputatas per dictos exteros,vel eis ſcribant ſe ſumpſiſſe,dantes eiſdem de prædictis debitum pro feria tũc proxima (& vt vulgo dicitur) *li ne fanno l'aſsignatione al conto*.Et tamen ijdem vere,& realiter eaſdem quantitates ab alijs non recipiũt;niſi pretio aucto à taxato(quatenus ijs carẽt) & (quatenus eiſdem abundent)nullũ reperirẽt in eadẽ Platea mercatorẽ paulo idoneiorẽ,qui eas ſumeret ad Cambium,niſi eodem pretio non leuirer aucto.

Demum non rarò illi ipſi,qui auctoritate pu-
10 blica interuenerunt in ipſamet taxatione pretij,ad eã deuenerunt certi , ſe ab illa receſſuros,ſed carius,vel vilius Cambiaturos; prout etiã de facto carius , ſeu vilius poſtmodum Cambia celebrant, ſtatim a dicta taxatione, ad maiorem ipſorummet vtilitatem.

Pro determinatione igitur prædictorũ:duas regulas conſtituo omnino,& de diametro cõtrarias: ex quibus, ne dum caſus prædicti, ſed omnes alij,quos forte vſus introduxerit,poterunt determinari.

Prima ſit:quaſcumque artes, & machinamen-
11 ta,quibus vtuntur,aut vti poſſunt mercatores Cambiorum ſiue quilibet de per ſe, ſiue plures inſimul iuncti , & communicato conſilio,quibus ſiue in plateis , ſiue in feriæ per introductionem pecuniarum, vt melior fiat conditio debitorum ſeu egentium pecunia ad Cambium , qui eas commodiori pretio per dictam introductionem comparare poſſint , licita eſſe , nullamque iniuſtitiam inuoluere , ratione pretij Cambia exinde celebrata , dummodo tamen fraudes , & mendacia abſint. Nec per conſequens dici de illis poſſe monopolium circa prædicta à prædictis committi

Ratio eſt: quia nulla ratio , aut lex prohi-
12 bet , quominus , vel ſinguli , vel plures, etiam comunicato conſilio , abundantiam cuiuſcumque rei in aliqua peculiari parte , ſeu loco importent. Nec quiſ-

quam prohibetur id facere, & sollicitè sibi
13 cauere, vt id ad propriam vtilitatem contingat: diceretur enim tali casu vti dolis bonis quod vtique permissum est *l. quod sæpè §. 1. vers. veneni ff. de contr. emptio. l. qui venenum ff. de verb. signif. l. 1. §. non fuit ff. de dol. mal. glos. verbo seruant: vbi dat exemplà & verbo itaque dicta l. 1. §. dolum malè ff. de dolo malo.* Et cum quilibet in quælibet partē, possit pecuniam, seu pecunias importari facere, & inde asportare, dolo malo, nō
14 videtur facere, cum iure suo vtatur *l. 5. §. 1. ff. de lib. hom. exhib. l. nullus videtur ff. de reg. iur. cap. cum ecclesia de elect. Glos. fin. in l. quia ff. de alien. ind. mut. fac.* Quod locum habet etiamsi alteri inde damnū proueniat *Abb. d. cap. cum ecclesia n. 11 de elect. Ruin. cons. 74. nu. 14. lib. 1. Rim. Iun. cons. 56. n. 83.*
15 quantumuis inde suum tātum commodum vere prosequatur *Glos. in l. si donatarius §. fin. verbo dolo ff. de cond.* Vnusquisq; enim potest sibi prodesse, dummodo alteri nocēdi, animum non habeat, sed suam conditionem meliorem fæciendi *l. 1. §. ij dem aiunt, & l. 2. §. idem Labeo ait si vicinus ff. de acq. plu. arcani. l. cum eo ff. de seruit. urban. prædio. Glos. in l. qui hominibus in fin. ff. eod.* Pro
16 pterea ex prædictis iustificantur ea, quę posuimus in primo, & secundo casu, cum enim vtroque in casu contingat diminutio pretij in Cambio, sed per veram, & realem abundantiam, quantumuis ea producatur ex insperato, & ex solertia mercatoris, seu mercatorum, nullo iure prohibente, nulla ratio militat, quin per supradicta dicendum sit licitè, & iuridicè fieri.

Dixi dummodo fraus, & mendacium absit, nā si prædicta interuenirēt, imponendo mendacijs, & falsò vulgando, breui aduenturam magnam vim pecuniæ in illa feria, seu Platea, vel etiam, (vt quandoq; factum audiui) aduehi faciendo sacculos alligatos, & obsignatos magna custodia, & cura & expensis, tamquam refertos pecunia, cum tamē inanes essent, vel referti alia, & vili materia, Tali casu, cum vilitas non proueniat vere ex abundantia, sed ex fraude, & mendacio,
17 id, quo vilius contrahunt Cambia prædicta committentes, esset per iniustitiam pretij, eum generaliter verum sit in qualibet negotiatione. Illam illicitam reddi ex mēdacio non officioso *Ioan. Med. C. de reb. rest. quæstione 6. vers. sexto redditur in princ.*

Secunda sit conclusio (priori de diametro
18 contraria) Quod artes, & machinamenta quæcumque, quæ fiunt à mercatoribus Cambiorum, siue solis, siue associatis insimul, ad effectum, vt Cambia viliori, seu grauiori pretio celebrentur, non per pecuniæ veram, & realem asportationem, seu importationem, sed vel per abusum auctoritattis in taxando pretio, vel alijs quibusuis fallacijs, ne pretium iustum taxetur, prout alias futurum fuisset, vt taxarentur, illicita omnino esse, & illud supraplus, vel quid minus, quo contingeret Cambia celebrari, per talia committentes, esse contra iustitiam requisitam in pretio.

Probatur a contrario per ea quæ adduximus in comprobatione prioris conclusionis. Non enim sunt doli boni, sed doli mali teste Vulpiano ex Labeonis sen-
19 tentia *l. 1. ff. dolo malo §. dolum malum.* Ille calliditates, fallaciæ, & machinationes, quæ ad circumueniendum, fallendum, decipiendumque alios adhibetur; clamant namque vndique iura, *l. non ex dolo ff. de dol. l. siue hereditaria ff. de neg. gest. l. sed & si hereditas §. vltimo ff. eodem exhiben. l. ab hostibus §. si vir ff. solut. matrim. l. cum ita in principio ff. de leg. secundo l. nomen §. filio ff. de leg. tertio l. 1. §. 1. ff. de except. dol. l. itaque filio ff. de fur. l. non fraudatur §. nemo ff. de reg. iur. cap. ex tenore, & ibi Dec. numer. 4. & notatur in cap. super litteris de rescript. Bartol. in l. Titio ff. ad municipa. Sigmor. cons. 110. num. 12.* Neminem ex dolo suo debere locupletari. Quæ tamen intelligenda sunt, dummodo effectus destinatus à committentibus prædicta, subsequatur *l. fraudis interpretatio ff. de regul. iur.* Nam effectu non sequuto nihil iniustitiæ adest, quod debet adæquari.

Talia autem esse ea, quæ supra posuimus, casu Tertio, Quarto, Sexto, & vltimo, patet differenti per singula. In omnibus enim illis patet, artes illas non consistere in varietate, & natura rei, sed in fallacijs, deceptionibus, & mendacijs. Et hoc quidem posterius non officiosum, sed affectatum, & cum malitia, vnde dolus, & iniustitia. Quod ipsum, respectu duorum posteriorum, sexti,

nempe,

nempe', & vltimi in ſpecie probatur per Ioan. Medinā *C. de reb. reſt. quæſt. 31. verſ. prædictis tamen non* tradentem generaliter
20 Quod licet nihil iuſtius pretio taxato ; ſi tamen taxatores in taxatione male ſe gerāt, vel alios decipiant iniuſtum omnino (intelligi reſpectu talia committētium) euadere, & conſequēter iniuſtitiam committi in celebratione contractus, regulata taxatione prædicta.

21 Tertia, & poſtrema ſit concluſio. Quod cum monopolium, etiam in rebus ad vitam non neceſſarijs, tunc committatur generaliter, in ijs quæ ad vitam ciuilem ſunt vtilia, quādo quis auctoritate priuata cogit comparantes, ſeu diſtrahentes à ſe vno, ſeu pluribus leges pretij accipere *l. vnica. & ibi Gloſ. & DD.C. de monopol. lo: Med. quæſt. 8. num. 3. Michael Salon. de his quæ monopol. exerc. num. 40. cum alijs ſuperius citatis.* In contractu noſtro Cambij, ſicuti certum eſt committi in ferijs per eos, qui ſcutos marcarum, quibus ſolis ibi fit ſolutio, ſibi acquirunt in magna quantitate, nullo alio conſilio, niſi ad effectum prædictum (vt explicaui ſupra quæſtione vigeſſima prima.) Et dum egi de conſenſu cogendo in Cambio celebrando. Ita mihi valdè dubitabile videtur an committatur in Plateis per eos, qui magnam vim pecuniæ ſibi parant; vt lęuiori, & ſibi vtiliori pretio dent Cambio, quod plures paſſim affirmant Rebellius, Salon, Medina, Vega, Toletus, Salas, Scaccia, & alij ſuperius citati, & alij paſſim. Et ego poſui ſupra in quinto caſu, quem poſui in fortioribus terminis, quando ſcilicet fiat illius generis pecuniarum, quo fiunt ſolutiones Cambiorum in illa platea. Quo caſu; cum illud genus pecuniæ ſit in illa Platea ordinatum ad tale mercimonij genus, efficitur magis neceſſarium vſui contractus Cambij, & per conſequens magis obnoxiū malitiæ, cui obuiandæ eſt ordinata lex vnica Cod. de monopolijs. Et pro hac eadem ſententia, quæ id damnat tamquam monopolium, videtur facere ad litteram Bulla Pij ſuper Cambijs ibi. *Eos verò „ qui conſpirationes fecerint, vel congeſtam „ undique pecuniam ita ad ſe redegerint, vt „ quaſi monopolium pecuniæ facere videan- „ tur pœnis quæ à iure contra facientes mono- „ polia conſtitutæ ſunt teneri ſancimus.* Ergo hic caſus videtur de indubitabili.

Sed in contrarium facit: Quia pecuniæ vſus
22 non eſt principaliter inſtitutus ad Cambia celebranda, ſed vt ſit quoddam vehiculum pignus ſocietatis humanæ, & menſura rerum omnium, vt ſæpius vidimus; Et propterea ea vti poſſumus, & de facto vtimur, ad alios, atque alios vſus, etiam ad lucrum inſtitutos. Poſſumus enim comparare ex pecunia merces; & propterea mercatores, tempore, & loco, quibus magna adeſt pecuniarum abundantia, incumbunt præcipuè mercimonijs, ea ſatis vulgata ratione. Quia, ad ſubducenda lucra, vel damna ex mercimonijs, ſolet haberi ratio ne dum ſortis, quæ in eis exponitur, ſed etiam, & intereſſe Cambiorum; vnde fit, vt quando, propter abundantiam pecuniæ, intereſſe eſt futurum minus, facilius mercimonijs vacent, difficilius verò quando intereſſe prædictum expectatur maius. Et propterea nulla iniuſtitia poteſt in eo imaginari, qui vel per ſe, vel cum alijs, vel ad Cambium, vel aliter, magnas quantitates pecuniarū ſibi comparat tempore abūdantiæ, vt eis vtatur, vel ad mercaturam, vel etiam ad Cambium, quatenus ſpes lucri affulgeat.

Præterea quandoque tanta fuit abundantia pecuniarum in Ciuitate noſtra, vt Cambia (celebrata cum idoneis perſonis) vix reſponderent ad rationem quatuor, vel paulo pluris pro centenario in anno. Cum tamen annui redditus perpetui, puta, in Regno Neapolitano, vel in Statu Mediolani eſſent ad rationem de ſeptem, & ad vtam ad rationem de decem, & vltra, & Romæ in montibus non vacabilibus, ad rationem de quinque pro qualibet centenario. Vnde, facta per aliquem ingenti pecuniarum acquiſitione, via Cambij. Exinde cū maiori emolumento, & ſecuritate, eaſdem pecunias in tot ex dictis redditibus collocaret, vel partim in redditibus partim in mercibus, partim in alijs Cambijs implicaret, illud quærens lucrum, qui eſt finis mercatorum; licet, non raro, ex diuerſitate caſuum, quibus res humanæ voluuntur, contraria contingant. Ex prædictis tamen nulla videtur reſultare iniquitas, ſeu iniuſtitia in dicta coacervatione pecuniarum, licet ex ea maior penuria carumdem relatiuè ad Cambia reſultaret. Et ratio rationis eſt. Quia
24 pecunia, non ſolum eſt genus generaliſſi-

mum, *prout pecunia est*, & respicit plura alia *genera* pecuniarum, vt vidimus supra *quæstione* septima. Sed etiam prout est cõuertibilis in quãcũq; alã rẽ, quæ posset cadere in hominum comercijs, omnia, & quæcunque rerum genera saltem virtualiter, & conuertibiliter (vt ita dicam) absque interuentu alterius cuiuscunque rei sub se contineret, & propterea videtur impossibile circa pecuniam committi posse monopolium, cum *eius vsus* non sit determinatus ad certum quid, vt contingit in grano, vino pane, serico, artibus, ministerijs, & his similibus, quæ si non sunt necessaria ad vitam, sed vtilia, certè ad vnum certum, & determinatum vsum sunt institutra, in vita ciuili. Et hinc respexit ni fallor Imperator *d. l. vnica C. de monop.* (licet id à nullo glossato, vel interprete ponderatum viderim) quidum monopolia condemnat, & seuere punit illa committentes, non solum ponit casus in artibus particularibus, & rebus specificis, sed quando generalius loquit prout Legislatorẽ decet) vtitur verbo speciei, ibi.

„ *Vel ad quemlibet vsum pertinentis speciei.*

„ Et rursum, *vt species diuersorum corporum*

„ *negotiationis non minoris* expresse sentiens in re generica, & multo minus in re omniũ quæ sub Sole sunt generalissima, prout pecunia, non dari monopolium.

Pace igitur, dixerim, tantorum virorum, ego teneo hanc secundam sententiam rationibus prædictis, & ad Bullam Pij respondeo:

26 intelligendam esse de illa pecuniæ congestione, quæ fit in ferijs modo, quem explicaui supra quæstione vigessima prima, vbi dixi, tali casu, committi monopolium. Et ratio est, quia ibi consideratur non vti genus generalissimum, prout dicit conclusio prædicta, vnde resultat in eo non cadere monopolium, sed in specie, vti scutus marcarum, in quibus nil impedit, quominus cõmittatur monopolium, cum ad nullum aliũ vsum fuerit introductus. præterquam ad solutiones in dictis ferijs faciendas. Et hũc esse sensum bullæ patet. Quia non damnat pecunias, simpliciter, vndique congerentes; sed cum illa modificatione *vt quasi monopolium* cogatur, & sic illam tantum congestionem, quæ est ordinata ad monopolium, prout est illa quæ fit de scutis marcarum, quæ ad id poterit referri, cum sit de specie, nullo autem modo de pecunia reali in Plateis,

27 quæ cum sit genus omnium generalissimũ, non potest ordinari ad monopolium: est enim notoria vis illius particulæ *vt* denotantis causam finalem *Bald. cons. 106. vol. 2. Plo. de in lit. sur. §. 43. n. 8. Franc. C. vt debitus num. 1. de appell Corn. cons. 305. num. 12. vol. 4. Comẽ. in regul. de annal. quæst. 1. num. 3. Cardin. clem. vt si quis de stat. & qual. Modos: reg. 33. quæst 1. num. 3. vol. 2. & in glos. faculs. volentes ver. ad hoc in fin. & ibidẽ in proæmio verbo vt.*

28 Et ex prædictis patet maiorem versari difficultatem restringẽdo quæstionem ad dictũ casum quartum per me suprapositum, in

29 quo, congestio pecuniæ non fit de pecunia in genere, sed de illa tantum, in qua in Platea illa, fiunt solutiones Cambiorum. Quibus cancellis restricta quæstione, cum pecunia, quæ congeritur consideretur in specie illa, necessaria ad solutionem Cambiorum, à cessante ratione eorum quæ proxime diximus; videtur in eo committi posse, ac de facto committi monopolium.

Nec videtur sufficienter iustificari ex eo, quod scicut in primo, & secundo casu, ex traditis in prima conclusione, potest per debitores prouideri, vt Cambia leuiori pretio celebrentur, non fit deneganda debitoribus contrariã, & ad finem diuersum solertia, præsertim per eamdemmet congestionem pecuniarum, cum cõtrariorum par debeat

30 esse potentia *l. ab emptione in fin. ff. de pact. & l. fin. §. fin. ff. de leg. 3.* Et sit vulgatum apud nostros, quod operatur propositum in proposito, id operatur oppositum in opposito *d. l. fin. ff. de legat. 3. §. plus autem vbi Angel. & Iaf. notant Inst. de actio.*

Nam militat lõge diuersa ratio, de illa coacer

31 uatione pecuniarum, quæ fit, modo explicato, à debitoribus, ab ea, quæ ab alijs, seu à creditoribus fiet. Illa enim ordinatur ad abundantiam, & ideo fauorabiliter interpretãda, hæc verò ad inopiam, & ideo odio prosequenda. Vnde, nil mirum, si illa amplianda, hæc restringenda sunt *l. cum quidã ff. de liber. & posth. cap. cum odia. de reg. iur. in 6. cum vbique notatus* licet ab eadem causa materialiter proueniant, quæ cũ equinoca sit, & varios, quinimmo contrarios effectus producere possit, nulla potest fieri illatio, de vno ad alterum, tãquam diuersa.

Nihilominus vix est, vt fieri posse credam, mo

33 nopolium committi in Cambio ex congestione pecuniæ, etiam illius generis de quo

in

in caſu. Attenta potiſſimum conuertibilitate, intercedente. de pecunia ad pecuniam, licet generis diuerſi, quæ de facili, & nullo intercedente medio, ad actum deducitur læuiſſima iactura. Vnde fruſtra ſperat quiſpiam, penuriam illam, quæ efficit, vt Cãbia cariùs celebrentur, inducere per coacerua-tionẽ illius ſolius generis pecuniæ, in quo Cambia ſolent in Platea illa celebrari, ſi copia aliorum generum ſuppetat. Vndè hic Genuæ, licet exuberet copia egentium pecunia ad Cambium, congerat ad libitum quilibet ſolus, vel ab alijs aſſociatus ſcutos argentijs in quo genere pecuniarum fit ſolutio, ſi ſuppetat copia regalium ex Hyſpania auectorum, vt ſæpe ſolet, non per hoc Cãbia cariùs celebrabuntur. Et multo minus, ſi, & quatenus adeſſet copia, & abundantia pecuniarum in auro, vt ſæpe adeſt. Conſiderem tamẽ mercatoribus Deum timentibus, vt ab huiuſmodi negotiationibus ſe abſtinerent, reueriti auctoritatem eorum, qui contrarium conſuerunt, & vt in re tanti ponderis cautius agant. Præſertim ſi ea ſolum intentione fietet dicta coacerua tio pecuniarum, vt Cambia duriori pretio celebrarentur, nam tali caſu non diſſentirem ab illis auctoribus ſupra relatis, qui putant cõmitti tali caſu monopolium.

Et ex his patet iniuſtitiam quidem committi poſſe in Cãbio, ratione pretij, ex deductis in ſecunda cõcluſione, reſpectu tertij, quarti, ſexti, & vltimi ex caſibus ſupra propoſitis; nullo autem modo nec in illis, nec in reliquis, committi monopolium, quod verè nõ tadit, nec cadere poteſt in pecunia, attenta
34 illius vniuerſalitate, & conuertibilitate. Diſcrimen autem inter iniuſtitiam prædictam, & monopolium, etiam quoad effectũ, eſt maximi ponderis, cum illis in caſibus ceſſet pœna, ſtatuta contra monopolia committentes, de quibus in lege vnica Cod. de monopolijs: retenta ſane ſententia, de qua ſupra, queſtione vigeſſima prima, vbi in ſcutis marcarum committi poſſe vere monopolium probaui.

Claudãm ſermonem hunc de pretio in Cam-
35 bijs; ſi admonuero omni diligentia curandum ab eis, quibus curæ eſt, aut eſſe debet, frequentiſſimum hunc contractum iuſtè celebrari, vt taxatio fiat modo debito, & à perſonis idoneis, quod, quantum humanæ fragilitas patitur, conſequi poterit, quatenus ad vnguem ſeruentur ea, quæ à Maioribus conſtituta ſunt circa prædicta in capitulis feriarum. In quorum ſexto ſtatuitur neminem admitti debere ad taxationem prædictam faciendam, niſi approbatum, & præſtita fideiuſſione, & niſi conſtet, per exibitionem ſcartafaciorum, eum exercere negotiationes Cambiorum in maiori parte Platearũ, pro quibus ſit taxatio. In octauo vero, & nono datur modus, & forma ſeruãda in facienda dicta taxatione. Et demum in cap. 33. vbi grauatur conſcientia cuiuſcũque, cui conceſſum eſt ius, interueniendi in taxationibus prædictis, ſuam ſententiam exprimere iuſtè, & rationabiliter, quod ſi aliter à quopiam per laſciuiam, vel alia de cauſa factum fuerit, decernendo, ſcilicet, pro quauis platea pretium irrationabile, puniatur à Conſule, & Conſiliarijs pœna ſcutorum quinquaginta. Ex quibus patet: Maiores noſtros, a quibus quodammodo natum habemus huiuſmodi negotiationis genus, & quaſi per manus traditum. Id lumine ipſo naturæ cognouiſſe, æqualitatem totam huius contractus conſiſtere in pretij taxatione, quæ ſi debito modo, & ſeruatis ſeruandis fiat, omnia rectè ſunt proceſſura, quod Deus pro ſua pietate ſecundet.

DISPVTATIO I.

QVÆSTIO XXVIII.

An Cambium regulare ex qualibet Platea Irregulare inter quaslibet poſſit celebrari.

1 *In Cambium regulare poſſit celebrari ſine diſtantia locorum.*

2 *Cambium non poſſe cum lucro celebrari intra limites eiuſdem regni. Sed cõtrarium num. 4.*

3 *In Regno Caſtellæ eſt particulari lege proniſum ne Cambia poſſint cum lucro celebrari intra eiuſdem Regni limites. Declaratur nu. 8. 7.*

5 *Opera, quam quis præſtat alicui tranſportãdo pecunias de loco ad locum eſt æſtimabilis.*

8 *In vno, eodẽque Regno, ſeu Prouincia, in qua moneta*

moneta Cambiorum eadem est, celebrabile Cambium non videtur contrarium num.9.

10 *Distinguit Auctor, vel de possibili, vel de cõgruo, & comprobat.*

1 VM vltra consensum, rem, & pretium, localẽ etiam distantiam esse de substantia Cmabij, pbauerimus supra q̃stione nona: post inspectionem pretij; vt de dicta locali distantia quæramus, exigit disputatio.

Illustrari posset hæc quæstio ex eis, quæ parũ inter se conueniẽtes, tradiderunt Viri grauissimi, circa quæstionem illam, an Cambiũ possit celebrari cum aliquo lucro intra limi-
2 tes eiusdem Regni, Cuius quæstionis docentes tale Cambium esse siccum, & vsurarium, & nulla ratione permittendum, aut celebrandum; Præsertim in Regno Castellæ, vbi adest lex *lib.8.tit.18.lib.5.noua collect.* prohibens tam exteris, quam Ciuibus
3 dare pecunias ad Cambium; cum quocumque interesse, vel incremento, ab vno loco eiusdem Regni, ad alium, etiam vbi fierent ngundinæ, sub pæna amissionis totius pecuniæ, quæ iam data sit accipienti illam ad Cambium, vltra cæteras pænas decretas contra vsurarios. Vnde, fortius, in Regno prędicto celebrari non posse, non pauci tradiderẽ *Ran.2.2.tit,2.tract.de Camb. dub.8. Ledesm.2.part.sum.tract.8.concl.21.de Cãb. Io: Baptista Conrad. tract. de Camb.* Quæ sententia ea etiam nititur ratione. Quia lucrum, quod ex Cambio fit, resultat, vel ex trãsportatione, vel maiori, vel minori inopia pecuniarum. Vnde (vt ait Bannes) cum in eodẽ Regno facilis sit trãsportatio pecuniæ, & per inde sit, ac si vbique esset pecunia ad Cambia transigenda, nihil illius ratione consequi potest, prout nec etiam ratione maioris copiæ, vel inopiæ. Vtenim, opinatur Ledesma, æstimatio pecuniæ ratione abundantiæ, vel penuriæ, attendenda est in diuersis Prouincijs, vel Regnis, & nõ in locis eiusdem Prouinciæ, vel Regni: alioqui, eẽdem in diuersis domibus eiusdẽ opidi, posset æstimatio in ordine ad Cambia variari.

Contraria tamen sententia, & affirmatiua, per-
4 suittens in eodem Regno eum Cambiorum lucro, communior est, & frequentiori calculo recepta per scribentes *Nauar.cap.17.nu. 290. & ad cap.fin.de vsur.num.25.Rebuf. Coli in tract.de Camb.cap.7.num.27. Less. 2.Inst.cap.23.dub.4.num.32. Eman.2. part. sum.cap.104.nu.4.vbi etiam dicit Sot. contrarium alibi docuisse, & sibi esse contrariũ Rebell.de obligat.p.2.lib.11.quæst.6.nu.14. vbi idẽ sentit de Soto Molin.tract.2.de iust. disput.405.part.2.Tolet.lib.5.c.54. Angeles de Camb.art.4.concl.2.Veg.in sum. & Epit. verbo Cambium conf.27.28.* Et hæc sententia satis naturali nitur ratione illi; aiquia si cuti opera, quam præstat, trãsferendo quis pecuniam alterius ab vna Prouincia in aliã, est pretio æstimabilis; cur non, & ex vna Vrbe in aliam, licet eiusdem Prouinciæ, & Regni? Nec putat Molina Sotum auctorẽ
6 contrariæ sententiæ intellexisse de negatione cuiuscumque lucri, sed solum nõ esse dignam tanto pretio, quantum a mercatoribus accipiatur. Vnde concludunt: non posse Cambium dici siccum ex lucro simpliciter, & absolutè, licet celebrato intra fines eiusdem Regni, seu Prouinciæ, sed cũ moderatione licitum esse, etiam in Castellæ Regno, non obstante lege prędicta, cui plures afferunt respõsiones Molin. & Emanuel vbi supra, & alibi: Placa *3.de contract.c.34.*

Verum cum in quæstione septima, vbi hunc nostrum contractum cum mutuo comparauimus, ostensum sit, obligationem ex Cam-
7 bio esse reddendi tantumdem eius, quod ab acquirente solutum fuit, lucrum vero, quod in Cambio intenditur verè, & formaliter non ex cõtractu Cambij simplicis, sed ex reduplicatione, eiusdem, resultare, ve quæstione decimatertia; hinc est, quod cum DD. prædicti loquantur de lucro in Cambio simplici, si intelligẽdi sint de lucro formaliter, quæstio est de indubitabili, & siue huiusmodi Cambium celebretur in eodem Regno, & Prouincia; siue in diuersis toto cælo, adest iniustitia ex parte stipulatoris, cũ defficiat æqualitas illa omninò necessaria in hoc contractu, & sic nulla est peculiaris ratio quærendi, nec decidendi in Cambijs celebratis in eodem Regno, sed est res indubitabilis in quolibet Cambio. Si vero intelligendi essent, prout videntur loqui, de illo excessu in quãtitate arithmetica summæ repromissæ à summa soluta, dum scilicet soluuntur regales centum Madritti recepta promissione, de restituendis centum

tribus

tribus in Ciuitate Hyſpalenſi; quaſi vero il li tres regales ſint in lucro, tunc error commmittitur in hypotheſi. Cum enim longe maior ſit abundantia pecuniarum in dicta Ciuitate Hyſpalenſi, ad quam appellunt theſaura Peruana; quam in Curia tanti Regis, in qua ad ſexcentos vſus opus eſt pecunia, falſum eſt in facto, id quod aſſumitur, illa tria eſſe in lucro. Quinimmo, quatenus iuſtitia adſit, vt ſcilicet dicta maior, vel minor abūdātia, cum temporis dilatione men ſuretur per illa tria, & non plus. Tunc dicēdum eſt tantumdem eſſe in promiſſione ac fuit in ſolutione, & ſucceſſiue non verificari ſuppoſitum quæſtionis, quæ ex hoc redditur omnino vana. Id quod fateantur neceſſe eſt ipſimet Bannes, & Ledeſma *Bann. 2.2.tom.2.tract.de Camb.dub.6.concl.2. Ledeſm.2.part.ſum.tract.3.de Camb. conc. 10.* Dum coarguunt de iniuſtitia Perrum, qui cum dederit Salamanticæ centum aureos Paulo, totidem ab eo repoſcit Romæ, vbi pluris æſtimantur.

Prædictis igitur trāſmiſſis, difficultatem facit in quæſtione propoſita. Quod, vt vidimus
8 in cadē quęſtione ſeptima, ſubſtantia contractus Cambij cōſiſtit in eo, vt veniat quidem tantumdem in promiſſione, ac fuerat in ſolutione, ſed in pecunia diuerſi generis. Sed ſic eſt quod in vna eademque Prouincia, ſeu Regno, moneta, præſertim Cambiorum, eſt eiuſdem generis in qualibet parte illius. Ergo non videtur celebrabile Cambium inter duas Ciuitates eiuſdem Prouinciæ, ſeu Regni, præcipue in quibus idē genus pecuniarum ſit in vſu.

Secundo, ſi ſuſtineri poſſet Cambium, & emolumentum, quod inde quærunt contrahentes; etiam circumſcripta neceſſitate tranſportationis, quæ videtur ceſſare in ijs Cābijs, quæ celebrantur, vel in locis eiuſdem Regni, ſeu Prouinciæ, vel ſaltem admodum vicinis, certe id procederet inſpecta dilatione temporis, & maiori, vel minori indigentia; per ea, quæ ſuperius diximus. Sed ſic eſt; quod eadem ratio dilationis temporis, & maioris, vel minoris indigentiæ, militaret in Cābio celebrato pro eodemmet prorſus loco, vt per ſe manifeſtum. Ergo ſi dicamus Cambia poſſe celebrari inter loca quælibet; dicendum pariter erit, celebrari poſſe pro eodemmet loco. Quod tamquam vſurarium reprobat in puncto, *Sot. de iuſt. 6.qu.12.art.2.poſt alios Molin. diſput.406.* Et apud nos eſt indubitatū p ea; q̄ diſputauimus queſtione nona. Vbi de ſubſtantia huius contractus deduximus eſſe localem diſtantiam.

Tertio, & fortius certum habemus: totam, & vniuerſam notionem iuſtitiæ huius celeberrimi contractus deſumendam eſſe ex iuſtitia pretij, vt vidimus quæſtione vigeſima quina, & vigeſima ſeptima; hanc autem prouenire à taxatione, quæ auctoritate Principis fit de pretio prædicto, tam in Feriis, ſeu Nūdinis, quam etiam in Plateis, ex quibus regulantur Cambia omnia, tam regularia, quam irregularia. Sed ſic eſt, quod nec in omnibus locis ponuntur cōputa pro quibuslibet nundinis, neque in nundinis pro quolibet loco, & Platea. Ergo nec Cambia regularia, nec irregularia poſſunt in qualibet feria, p̄ quolibet loco, nec in quolibet loco pro qualibet feria, nec inter quæuis loca celebrari.

Sed in contrarium facit. Quod nulla ſatis vr-
7 gens videtur aſſignabilis ratio, cur potius inter hæc, aut illa loca, & nundinas celebrari valeat, & non inter illa, & cum frequentiſſima ſint Cambia, quæ celebrantur inter hanc Genuæ Ciuitatem, & Mediolanum, quę nec centum milliaribus diſtant cur non valeat celebrari inter eamdem, & Patauiū, quæ Ciuitas longius abeſt, ſiue Saonam, quę propius eſt ſita; præſertim cum poſſint militare æqualiter omnes circumſtantiæ, iuſtificatiuę huius contractus. Nec videtur ex locorum diuerſitate, cæteris paribus, ori poſſe, vt contractus certis terminis conſtitutus, & conſtrictus, modo licitus, & iuſtus celebretur, modo tamquam iniuſtus & iniquus explodatur.

Quid dicendum? Indubitanter teneo; Si de
10 poſſibili agamus, nihil impedire, quominus tam regularia, quam irregularia Cambia, celebrari poſſint, tam ex qualibet loco pro qualibet feria, quam ex qualibet feria pro quolibet loco, quam & etiam inter loca quælibet. Si vero de facto agamus, prout agendum eſt, regularia quidem ſolum inter nundinas, & loca, in quibus, & pro quibus ponuntur computa. Irregularia, vero inter illa loca tantum, in quibus computa ponuntur pro nundinis.

Priorem partem, aſſertionis huius, probant ea, quæ ſupra poſui pro parte affirmatiua; ſecūdā vero, & poſtremam ea, quæ poſueram ſuperius præſertim in tertio argumento,

pro

pro parte negatiua, Vnde nullus est reliquus labor respondendi contrarijs. Nam ad argumenta pro parte negatiua adducta, respondetur procedere de facto, nõ autem de possibili. Contrària vero procedere de possibili, sed de facto celebranda esse Cambia inter loca prædicta tantum, in quibus adest taxatio certi pretij, quo Cambia debent celebrari, qua taxatione circumscripta omnino remanent in ambiguo. Si igitur emergat frequens negotiatio in aliqua Ciuitate, in qua alias deerat, & desideret celebrationem Cambiorum tam regularium, quam irregularium, facilè erit mercatoribus in ea degẽtibus, accedere ad nundinas, ibique curare, vt computa apponantur pro sua Ciuitate, seu loco, ad quam redeuntes & ipsi, approbatione ad cautelam Principis computum ponent pro sequenti feria, & tunc nacta modos legitimos taxandi iusta pretia, poterit tam regularia, quam irregularia Cambia celebrare, licet modo nõ possit: nec obstabunt ea, quæ in contrarium & negatiuam sententiam adduxi.

DISPVTATIO I.

QVAESTIO XXIX.

An distantia localis debeat formaliter seruari in Cambio an vero sufficiat per æquipollens.

1 *Distantia localis in Cambio an sit necessaria formaliter, & an sufficiat seruari per æquipollens.*
Negat auctor nu. 9.
2 *Non curamus de modo quando effectus habetur.*
3 *Æquipollentium eadem disciplina.*
Lim. in formalibus nu. 20.
Item lim. vbi sumus in dispositione qualificata, propter quam inducitur variatio, seu alteratio substantiæ nu. 21.
4 *Æquipollentia dicuntur, quæ licet aliquam diuersitatem præseferant, producunt tamen eumdem effectum.*
5 *Lucrum in Cambio arguunt Theologi, vel tribuũ transportationi, vel virtuali, vel æquipollenti.*
6 *Quando ex vno, & eodem contractu pecunia soluta in vno loco, repositur in eodem, post temporis dilationem cum aliquo augumẽto, usura est cum declaratione tamen, de qua nu. 7.*
7 *Mercatoribus ingenitum est illud Philosophicum, frustra fieri per plura, quod potest fieri per pauciora, sed sapius decipiũtur in maiori propositione: an aque bene fiat.*
10 *Pactum nullum, nullaue conuentio valet contra substantiam contractus.*
11 *Sed facit transire contractum in aliam speciem diuersam, prout fert natura pacti.*
12 *Donationis causa mortis natura substantialis est, vt reuocabilis quandocumq; sit.*
13 *Pactum de non reuocando donationem causa mortis, facit illam transire in simplicem donationem.*
14 *Cambium si distantiam localẽ non contineat, transit in mutuum.*
15 *Fictio quid.*
16 *Fingendi potestas competit legi tantum, & non homini. 23.*
17 *Fictio secundum Menochium, dicitur ipsamet Iuris dispositio, cui partes renunciare non possunt.*
18 *Fictiones plures etiam de per se à iure approbatæ, concurrere non possunt.*
19 *Plura specialia simul non concurrunt.*
22 *Substantia rerum debet semper esse salua in quacumque materia.*



T distinctius, ac certius intelligantur termini propositæ quæstionis; fingẽdum est: Quod Titius numeret hic Genuæ centũ scutos auri Sẽpronio: pro consequendo ab eodem Romæ tantumdem prædictæ summæ correspondens, secundum æqualitatem iustitiæ, ponderatis, non numerica quantitate tantum, sed distantia locorum, dilatione temporis maiorique, vel minori indigẽtia, modo quo explicaui supra quæstione vndecima: stipuletur autem sibi reddi dictũ
1 tantumdem, non quidem Romæ, sed hic Genuæ, & quidem post illud temporis inter-

interuallum, quod eſſet neceſſarium ſi Romæ fieret ſolutio,& exinde via Cambij eadem pecunia tranſmitteretur Genuam, & ſuper omnia ſeruata æqualitate iuſtitiæ,ſecundum maiorem,ſeu minorem indigentiã pecuniæ Romæ futuram illo ipſo articulo temporis,quo tempore Romæ fuiſſet alias facienda ſolutio. Certè in hac facti ſpecie verè,& realiter deeſt localis diſtantia, cum reſtituatur pecunia à debitore in eodem loco,quo eam recepit,nõ poteſt autem negari,quin omnia adſint æquiualentia, præſertim; ne dicatur debitor magis grauari, quam grauaretur; ſi, & quatenus dicta diſtantia actualiter ſeruaretur.

Ad intimus igitur inueſtigandam ſubſtantiã huius contractus,quatenus exigit diſtantiã localem,quæritur,an modo prædicto, vel ſimili intelligatur eis ſatisfactum. Et certe videbatur reſpondendum affirmatiuè: ex
2 regula illa trita paſſim vulgata: quod non curamus de modo, dummodo habeamus effectum, cum nihil penitus referre videatur
3 id,quod per æquipollentia fit *l.ſi decem miſſa 11.§.ſi cui,& ibi gloſ.verbo non videbitur ff.de legat.3.l.ſi ita eſſet & ibi Gloſ.1. ff.quand.dies legat.cedat.l.mulier 22.& ibi gloſ.verbo trahendum ff.ad Trebbell.l. Gallus §.& quid ſi tantum ff.de lib. & poſth. & plures habent Gloſ.in l.ex facto 17.§.ſi quis rogatus verbo ex voluntate ff.ad Trebell.in l.pater Seuerinam 100.§.conditionum ff.cõdit.& demonſt.in l.ſtatu liberi 29.§. fin.ff. de ſtatulib.& in l.3.C. de hæredib.inſt. cap. in his de verb.ſignific.cap.tua de conſang.& aff.cap.licet ex quadam de teſtib.l.fin.in fin ff.mand.d.l.fideicõmiſſa §.ſi cui ff.de leg.3.* Cum æquipolentium eadem ſit diſciplina idẽ eſt iudiciũ *gloſ.in l.3.C.de inſt.& ſubſt. Bar.in auth.quod locum nu.14.C.ſi ſer.nupt. mul. & in l.fin. C.de donat.* Æquipollentia autem,illa haud dubiè dicuntur,&ſunt,quę
4 licet aliquam diuerſitatẽ præ ſe ferant; producunt tamen eumdem effectum *Iura ſuperius allegata quibus adde in puncto Bald.in l.illud C.de Sacr.eccleſ.* Cum igitur ſiue fiat per debitorem ſolutio Romæ, ſiue hic Genuæ, habemus eumdem effectum, vt fiat re cento illo tantumdem ſecundum æqualitatem iuſtitiæ, quod in ſummis inuicem ſe excedentibus reperitur;attentis circumſtãtijs orientibus ex diſtantia locali, ex qua deriuantur illæ aliæ conſideraciones dilationis temporis,ac maioris, ſeu minoris indigentiæ,ſeu copiæ pecuniarũ,non videtur curandum quod verè, & actualiter prædicta locorum diſtantia non interuenerit.

Prædicta confirmantur ex receptiſſima Theologorum ſententia,qui in ipſa materia Cãbiorum,de qua agimus,cum totam rationẽ lucri tribuant tranſportationi, periculo ſcilicet,laboribus,& expenſis, Licet agnoſcant plures lucrari in Cambio,qui actu non tranſportant,illi ſcilicet, qui priores accipiunt, vt alibi reddant; recurrunt communiter ad tranſportationem virtualem, ſeu operam æquiualentem *Gab.4.diſt.15.qu.11.art.3. dub.12.maior qu.37.Conrad.de contr.q.99. Caiet.de Camb.c.1.& 6.Med.qu.4.de Camb. Sot.6.de iuſt.qu.10.art.1.Nauar.c.17.num. 289.& c.fin.de vſur.n.21.Mol.to.2.tract.2. de iuſt.diſput.403.Rebell. de obligat.par.2. lib.11.qu.16.Leſſ.lib.2.de iuſt.c.23.dub.3. Roder.3.de reddit.qu.5.n.17.Ban.2.2.to.2. in trac.de Camb.dub.5.& vlt.Ledeſ.2.part. ſum.trac.8.vbi de Cambÿs Emanuel 2.parſumc.104.n.1.* Si igitur,in propoſito cõtractus Cambij, communis ſcola Theologorũ admittit adimplementa virtualia, & æquipollentia,circa ſubſtantialia eiuſdẽ contractus,non videtur id denegari poſſe in caſu propoſito, licet agamus de diſtantia locali, ſubſtantiali omnino eiuſdem contractus.

Secundo principaliter videtur ſuaderi poſſe, hęc pars affirmatiua. Quia ſi vllo probabili fundamẽto nititur ſententia contraria negatiua illud eſſe poteſt. Quod quando ex vno eodemque contractu;pecunia ſoluta in vno loco repoſcitur in eodẽ poſt temporis dilationem cum aliquo augumento, tunc certè hic contractus non videtur contradiſtingui poſſe à mutuo, & ſic vſura vt docet Sotus *de iuſt.qu.22.art.2.* ratione quam adducit ſatis concludentẽ Molina *diſput.405. in fin.* Quia ſcilicet pecunia comparatione loci,in quo eſt, numquam habet rationem mercis,ſed ſemper rationem pretij. Sed dicta ratio non videtur obſtare caſui noſtro. Quandoquidem licet ſolutio fiat in eodem loco,& fortè in eodẽ genere monetæ, quo fuerat recepta,id tamẽ verum eſt quoad effectum, formaliter vero, cũ id quod ſoluitur ſit illud tantumdẽ quod erat ex vi contractus ſoluendũ Romæ; Quod quidem tãtũdem colligitur modis alias explicitis qui, decimatertia per conuerſiones, & commutationes pecuniarum diuerſi generis; nihil proponitur quod poſſit vitiare contractum

ſicet namque pecunia, quæ reſtituitur, non poſſit induere rationem mercis, reſpectu pecuniæ primo loco ſolutæ, vt benè ponderat Molina, eſt tamẽ talis, reſpectu pecunię, quæ fuiſſet ſoluenda Romæ, & ſic virtualiter interuenit illa permutatio rei p pretio, quæ excludit notionem mutui, & per conſequens vſuræ, vt vidimus quæſt. ſeptima.

Pro cuius quidẽ queſtionis reſolutione: aduer-
6 tendum eſt (ne terminos eius egrediamur) non agi in ea de recãbio, videlicet, quod in ſpecie propoſita, Romę fiat ſolutio pro perfectione Cãbij celebrati Genuæ, & exinde aliud celebret Romæ pro ſolutione Genuę facienda. De qua re latius eſt querẽdum in tertia diſput. & eſt caſus lõge diſtãs à queſt. propoſita, in qua de nullo recãbio agitur, ſed tantũ de priori Genuę celebrato, in quo tamẽ ſolutio facięda in loco diſtãti, fiat in loco ipſo celebrati contractus, habitis tamen cõſiderationibus, de quibus in facti ſpecie; ex quibus deſumatur æqualitas iuſtitię inter dantẽ, & recipiẽtẽ, modo in facti ſpecie explicito. Quod genus Cãbij quãdoq; fuiſſe in vſu, cõſtat ex eis q̃ tradidimus ſupra q. quinta. Et facile perſuaderi poteſt mercatoribus Cãbiorũ, quibus naturaliter ingeni
8 tũ eſt philoſophicũ illud axiomia, ſtruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora, licet ſæpius decipiãtur in maiori propoſitione. An ſcilicet quid poſſit fieri, æque benè, per pauciora. Quibus prænotatis.

Dicendum eſt in queſtione propoſita, diſtãtiã
9 localẽ omnino eſſe neceſſariã in Cãbio, nec ſuppleri poſſe per æquipollens, & vere vſurarium eſſe, ac fore contractum, qui celebraretur ſecundum formam prædictam.

Ratio deciſionis eſt quia cũ, vt ſæpius vidimus diſtãtia localis ſit de ſubſtantia Cãbij, nul-
10 lu pactum, nulla conuentio contrahentium, cõtra illã poteſt admitti *l. cum precari. ff. de prec. l. 1. in princ. ff. eod. l. pacta conuenta, & ibi Glo. ff. de contra. emptio. Bar. in l. 2. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum. & in l. ſi forte de caſtr. pecul. & in l. vbi ita denotum ff. de donat. cauſ. mort. Bald. c. 1. §. & quia nu. 20. qui feud. dar. poſſ. 1. ſi in l. ſi fundum nu. 4. ff. ſolut. matr. Alex. in l. pen. nu. 22. C. de pact. Alcia. in l. cum quid nu. 1. ff. ſi cert. petat. & in l. 1. nu. 19. in fin. de ſent. quæ ſine cert. pet. Curt. iun. conſ. 56. nu. 2.* Et quatenus de facto fiat & admittatur non remanet, nec remanere poteſt ſalua ſubſtantia dicti cõtra-
11 ctus, ſed tranſit in alium contractum, ſpecie diuerſũ, prout fert natura conuentionis, &
12 pacti, vt in donatione cauſa mortis vſuuenit de cuius ſubſtantia cum ſit, vt poſſit quãdoque reuocari, *l. nõ omnis ff. ſi cert. pet. §. 1. Inſt. de donat.* Si tamen fiat eo pacto adiecto, vt
13 reuocari non poſſit, amittit ſubſtãtiã donationis cauſa mortis, & trãſit in ſimplicẽ donationẽ, quicquid verba cõtrahẽtiũ ſonent *l. vbi ita donatur ff. de mort. cauſ. don.* Eadẽ prorſus ratione: cũ numeretur certa quantitas pro recipiẽda eadem, ſeu tantumdẽ in codẽ loco, & ſic nulla interueniente diſtantia locali, quæ de ſubſtãtia Cãbij eſt, cũ deficiant ſubſtantialia Cãbij, contractus reſol
14 uitur in mutũ, cui per omnia cõuenit, & ex cõſequẽti, quodcũq; tãdẽ nomine vocetur à cõtrahẽtibus, mutuum in ſubſtantia erit. Vnde, ſi quidquã amplius datũ, ſeu promiſſum fuerit, vſura erit.

Nec fictiones, de quibus in caſu, ſũt aptę quic quã operari. Licet enim fictio, quæ dicitur:
15 in re certa quod eſt poſſibile contra veritatẽ pro veritate à iure ficta aſsũptio *Bart. l. ſi qui pro empt. nu. 21. ff. de vſucap. Curt. iun. qui de cõmuni teſtatur conſ. 4. n. 15. Menoch. de præſ. lib. 1. qu. 8. n. 4.* vel vt placuit doctiſſimo Alciato *de præſumpt. in præliud. part. 1. nu. 2. & lib. 6. de reg. iur. cap. 1.* aduerſus ve ritatem in re poſſibili ex iuſta cauſa diſpoſitio, in pluribus caſibus admittitur a iure, *l. 3. §. e contrario vbi DD. ff. de acq. poſſeſſ. l. lege Cornelia ff. de teſtam. l. Gallus §. videndum ff. de lib. & poſth. l. 3. §. hæc verba ff. de neg. geſt. l. ſi tibi §. cum ſeruus ff. de legat. 1. l. ſi quis pro emptore vbi late DD. ff. de vſucap. l. ..... §. vlt. ff. de relig. & ſumpt. fun. l. filio quem pater ff. de lib. & poſth. & tradunt paſſim DD.* Aduertendum tamẽ eſt, quod hæc
16 facultas, & auctoritas fingendi competit legi tantum, non autem homini, de cuius poteſtate non eſt, vt fingere poſſit ea, quæ alias non vera, poſſibilia tamen ſunt. Nec per hominum fictiones poteſt recedi ab eis quæ à iure ſunt introducta, *Textus expreſſus l. ſi forte ff. de caſtr. pecul. Doctores omnes in l. ſi qui in fundi vocabulo ff. de leg. primo, & in l. ſi is qui pro tempore ff. de vſucap. Aret. in l. ſi ita ſtipulatus fuero ff. de verbo. obligation. Barb. l. cum acutiſſimi numer. 58. C. de fideicomm. Soc. in lege cum auus numer. 72. ff. de condition. & demonſtration. poſt alios Menoch. de præſumpt. lib. primo queſtione 8. numer. 18.* Et hinc fit vt animaduertit

Meno-

Menochius, vbi supra: quod fictio dicitur ipsamet legis dispositio, cui per partes renunciari non potest. Non igitur licet, contrahentibus fingere ad libitum, quinimmo nec possunt, fictionibus à lege introductis renuntiare. Vndè cum verè in casu proposito solutio destinata Romæ ibi in veritate non fiat, non possunt contrahentes id fingere, perinde ac si factum fuisset, ad substantiandum contractum Cambij.

Quinimmo etiam in terminis in quibus a lege admittitur fictio; nec etiam in casu nostro
18 procederet, aut admitti posset consideratio quod in casu prædicto non vna, sed plures fictiones concurrunt, non solū scilicet quod Romæ fieret solutio, quæ verè non fieret; sed etiam factas fuisse illas conuersiones, & coæquationes, quæ nec etiam fierent. Id quod etiam in fictionibus à iure approbatis non admittitur; cum sint plura specialia,
19 quæ insimul esse non possunt *l. 1. C. de promiss. cum ibi notatis Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 7. num. 24.* Propterea cum nulla penitus vis possit fieri super fictionibus prę dictis, remanet contractus in simplicibus terminis dationis pecuniæ, cum repromissione recipiendi tantumdē, & quid amplius ab eodem debitore, & ex vi eiusdem contractus, qui alius esse non potest nisi mutuū vt vidimus quæstione septima. Et per consequens, si quid vltra summam datam recipiatur erit vsura præsertim cum dillationi temporis commenseretur lucrum, absque interuētu distātię localis, a qua distantia oriri tempus ingenitum Cambio probauimus quotaua.

Quibus non obstant ea, quæ supra diximus de natura æquipollentium; nam illa non procedunt in actibus, in quibus est data certa, & determinata forma, quæ omnino sequi debet, nec potest adimpleri per æquipollens *l. mauius & l. qui heredi ff. de cond. & demonst. to: Fab. in suo breuiar. ad l. si mater C. de inst. & substit. Bar. ibidem maximè in odiosis, & restringendis, & in l. Gallus §. quid si tantum ff. de lib. & posth. & ibi Castr. Imol. Alex. & cæteri.* Cum igitur de forma, & substantia contractus, de quo agimus sit dicta localis distantia, nec etiam posset adimpleri per æquipollens. Licèt, re vera, nec etiā proponitur aliquod æquipollens, de cuius viribus disputari possit, cū dicta fictio, seu dictæ fictiones, sint omnino vanæ, & aereæ, nulla iuris dispositione suffultæ; sine qua ab homine induci non possunt in contractibus, certa lege stabilitis vt vidimus supra in quæstionis decisione.

Accedat etiam: quod quādo dispositio est qua
21 lificata, & propter qualitatem inducitur variatio, seu alteratio substantiæ rei, tunc non valet argumentum ab æquipollentibus, cum substantia rerum semper salua esse debeat in omni, & quacumque materia *Bald. & Angel. l. Gallus §. quid si tantum ff. de liber. & posth. Bart. in l. denunciasse §. quid tamen ff. ad l. Iuliam de adult.* Cum itaque
22 distantia localis sit de substantia contractus de quo agimus, etiamsi sustineri posset, addūcta fictio, seu verius fictiones non possunt per æquipollens supplere dictum requisitum distantiæ localis, & successiue ex illius defectu corruat substantia contractus Cambij necesse est.

Non obstat secundum argumentum. Nam verè fundamentum, de quo in eo militat pro hac parte negatiua, & optimè seruit ad confirmationem adductæ conclusionis: nec vlla ratione satisfacit responsio: de qua in eo. Nam ea, quæ proponuntur fieri tamquā habilia ad iustificandum contractum, de facto, & vere non fiunt, sed solum finguntur fieri. Quod nullla ratione, aut iure per-
23 mittitur in contractibus, qui à dispositione legis habent certam, & destinatam formam & substantiam omnino sequendam a contrahentibus, quibus nullo iure permittitur vti huiusmodi fictionibus; quæ si admitterentur, facile esset, omnia iura subuertere. Et in proposito, de quo agimus, soluta pecunia alicui possemus fingere, eumdē se transferre ad partes longinquas mercari, lucrari dicere, & inde promittere (sane assignato congruenti tempore ad redditum, & distractionem mercium) restituere exactum cum lucro; quod esset ridiculum, & non absimile ab eo, qui mutuat pecuniam rustico ad cūdem finem, per eum consumendam ad vsū præsentis necessitatis exigendam tamen cū lucro bouis, quod omnes explodunt.

DISPVTATIO I.

QVAESTIO XXX.

An in electione sit euiusquam ex contrahentibus Cambium locus, pro quo celebratur, & in quem destinatur solutio.

1 *Locus, pro quo celebratur contractus Cambij, vel in quem destinatur solutio an sit in electione cuiusuis ex contrahentibus, & nu. 12.*

2 *Vega in epit. verb. Cambium cas. 24. num. 3. voluit, quod qui habet effectum Cambiādi tenetur facere Cambium iuxta voluntatem petentis, modo petat pro loco, in quē campsor solet dare litteras, sed vel reijcitur, vel declaratur nu. 16.*

3 *Salon de Camb. quæst. 4. art. 2. contr. 13. dicit apertam esse iniustitiam, nolle dare ad Cambium in locum, vbi campsor minus lucratur, sed declaratur nu. 16.*

4 *Cambiorum vsus ad illum finem tendit, vt absque necessitate transportationis realis pecuniarum de loco ad locum pro maiori commoditate commerciorum virtualiter fiat per litteras, & Cambij ministerio vide tamen nu. 17.*

5 *Finis est causarum omnium potissima.*

6 *Actus humani, & morales naturam boni, vel prauí à fine assumūt, & denominationem. nu. 7.*

8 *Ampl. etiam in casibus indifferentibus.*

9 *Quod mihi prodest, & nemini nocet, facilè concedendum.*

10 *Recessus a naturali ratione dolum arguit.*

11 *Causam damni dans tenetur ad refectionem.*

12 *Locus, pro quo destinatur solutio, siue platea pro qua Cambium celebratur æquè pendet ab vtriusque contrahentis voluntate.*

13 *Contractus ab initio volūtarij, ex post facto necessarij.*

14 *Contractus nec etiam de partium voluntate potest conferri in arbitrium alterius ex contrahentibus.*

15 *Ampl. vt nec etiam pro parte substantiali.*

17 *Exclusio transportationis pecuniarum non est habenda pro causa finali contractus Cambij. Sed est ratio impulsiua nu. 19.*

18 *Causa finalis contractus illa dicitur, ex cuius radice oritur obligatio.*

20 *In dubio causa præsumitur impulsiua, & nō finalis.*

21 *Pluralitas causarum contradistinguit finalem ab impulsiua.*

22 *Cessante causa impulsiua, non cessat contractus, nec ab ea assumit naturam prauí, & recti, & nu. 22.*

23 *Causa plures quando concurrunt, quarum vna nocet, & altera prodest, hac, & non prima attenditur.*

24 *Causa finalis dicitur illa, quæ sola, & vnica est, non si sit coniuncta cum alia.*

AVSAM huic quæstioni prebuere ea, quæ tradit Vega. *In epit. verbo Cambium, Cas. 24. num. 3.* dicens quod qui officium Cambiandi habet, Cambiū facere tenetur iuxta petitionem, & voluntatem recipientis, modo petat in locum, in quem Campsor solet litteras dare. Durius loquitur Salon *in tract. de Camb. quæst. 4. art. 2. contr. 13.* dum ait esse apertam iniustitiam, nolle dare ad Cambium in locum, vbi campsor minus lucrabitur, si ibi habet pecuniam, & correspondentes. Quia cum iniuria Campsuarij suis commodis prospicit: cogit, enim, cum solue re, vbi minus commodè potest. Quæ si vera sunt, erit in electione debitoris ex Cambio, & illius, qui ægens pecunia, eam sibi comparat via Cambij præscribere locum sibi commodiorem, pro quo Cambium illud celebretur, & in quod solutio destinetur, præsertim si creditor ibi habeat correspondentes. Quod ipsum sentiant alij *Franciscus Garz. in tract. contract. cap. 35. nu. 5. Thomas Mercado in tract. contract. opuscul. de Camb. c. 7. Ludouicus Lopez. in tract. de contract. & negot. lib. 2. de cōdit. & preti Camb. cap. 10. in 2. conditione vers. fabsit prog; tertio violenta.*

Secundo ad idem facit ratio. Nam Cambiorū vsus,

vſus,quem neceſſitas, publicaque vtilitas introduxit(prout,totidem plane verbis, atteſtatur Pius Sanctiſſimus,in illa ſua extrauaganti de Cambijs)ad illum ſolum finem
4 tendit,vt,abſque neceſſitate tranſportationis realis pecuniarum de loco ad locũ, pro maiori commoditate cõmerciorum,virtualiter fiat per litteras, & Cambij miniſterio, ſecundum indigentiam eius, qui pecunijs eget in alio,ac diuerſo loco,vt tradunt vnore ſcribentes omnes,qui ratione prędicta probant,& laudant huiuſmodi contractum *Amb.de Vignate cap.ſalubriter num.271.de vſur.Lup.de vſur.§.2.num.10.12.Boninſeg tract.de Cambcap. 3. Michael Salon. ad D. Thom.2.2.poſt queſt.78.diſpu.de Camb.qu. 1.art.2.Scacc.de Camb.§.1. queſt.7.part.1. num.39.*& ſucceſſiuè finis,& ſcopus vtilitatis,ac neceſſitatis Cambiorum ſe tenet ex parte eius ex contrahentibus, qui eget pecunia in alio loco,& conſequẽter cum finis ſit cauſarum omnium potiſſima *late Rodulphus agrico.lib.1.cap. 14. & 16. de inuent.*
5 *dialect.*& à fine adeo regulentur actus humani,& morales, vt ab eo aſſumunt naturã boni,& prauí,*Tex.in cap.qualis in princ.25 diſtinct.& in Irem non nouam C. de iudic.*
6 ac denominationem ſortiantur *cap.cammiſſa in princ.de elect.lib.6.l.ſi ſtipulatus eſt& abs te & l.inſulam intra biennii ff. de verb. obligat l.ſi nõ ſint §. perueniamus ff.de aur. & arg.legat. plenè in glo.cap. dudum 1.de elect. & in cap. ſcientes de cenſib.* Eatenus
7 Cambium erit licitum,quatenus ſecundum finem,ad quem introductum eſt, deſtinabitur ſolutio in alium locum,ſecundum neceſſitatem, & exigentiam debitoris ex eo, Et ſic in electione illius erit determinare locum deſtinatæ ſolutionis.Neq; enim nouum in iuris diſpoſitione eſt; actum per ſe indifferentem,ex fine aſſumere naturam liciti,vel illiciti *Glo.ſi in l.1.in princ.ff. quod cuiuſque vniuer. nom.verb.aliorum textus in l.ſi a reo §.fin.ff.de fideiuſſ. Bald.d.l.1. col.2.vbi de ligis, & notata per eumdem in l.fin.in fin.C.de duobus reis,& in rep.l.penu in vlt.col.C.und.vi Bart.in extrau.quoniam tit.qui ſint rebelli,verbo occulte & in l.ſi vs certo §.nunc vi dendum ff.de commod. Ang. conſ.376. Philoſophia.* Erit igitur licitum
8 Cambium,ſi,ſecundum illius finem,& inſtitutionem, ſeruiat commoditati debitoris, deſtineturque ſolutio in loco ſibi commodo ad ſoluendum,& ſucceſſiuè in eius electione erit,deſtinare locum prædictũ, aliàs Cambium erit illicitum.

Tertio,&vltimo tota iuſtitia Cambij ſimplicis ſiue regularis,ſiue irregularis (vt ſæpius vidimus) conſiſtit in illo tantumdem,quod tã ex parte recipientis,quam ex parte promittentis.deducitur in contractu,conſiſteas in æqualitate,non quidem arithmetica;ſed in illa, quæ reſultat ex ponderatione generis diuerſi pecuniarũ, maioris,vel minoris indigentiæ,diſtantiæ localis, &dilationis tẽporis,inſimul conſideratis,& perpenſis,ſed ſi hoc eſt verum,ſequitur, quod parum referat, aut referre poſſit futuro creditori ex Cambio, puta, celebrando in feria, quod celebretur pro Ciuitate Genuæ, quam pro Ciuitate Romæ;cum vtroque in loco habiturus ſit illud ipſum tantumdem, maximè autem referre poſſit futuro debitori, qui, potius in vno quam in altero loco,eſt habiturus pecuniam. Ideo in eius arbitriũ eſſe debet locus,pro quo celebratur contractus, & in quem deſtinatur ſolutio ; quod,enim, mihi prodeſt,& tibi non nocet, facile concedi ſolet *l.2.§.idem Varus ait ff. de aq.plu.*
9 *arcen.l.vltima ff.de ſeruit.Vrban.prad.Glo. & DD.& poſt alios Iaſ.in 19.in l.2. in prin. ff.ſolut.matr.Soc.Iun.conſ.76.nu. 14. lib.2. late Cranett.conſ.226.num.3.in fin.*Quod ſi non concedatur per futurum creditorem, & ſic per eum recedatur ab eo, quod naturali quidem ratione inditum eſt humanis moribus,& communiter fieri ſolet, merito contra eum arguitur *ad tradita per Glo.in l.generali C.de tabul.lib.10.Bart.in l.nulli C.de numera.& actua.lib.12. & in l.ſi poſt diuiſionem C.de iur.& fact.ignor.Caſtr.in l.pen.num.2.C.de probatio.plenè Curt.Sen. conſ.56.col.3 verſquarto reſpondetur Barbat.conſ.58.col.vlt.lib.*1. Et cum, non con-
10 cedẽdo pecunias futuro debitori per locũ, in quo vel facilius,ſeu leuiori intereſſe eas habiturus erat,ſed pro alio, in quo maiori damno,& grauioribus vſuris erat comparaturus,damnum ex hoc ei reſultãs,cuius cauſa ne dũ occaſio,fuit,creditorad reſectionẽ tenebitur *l.qui occidit §.in hac ff.ad l.aquil. Bart.in l.verum num.2.ff.de furt.Angel.in l.numquam plura col.vlt.ff.de priuat.delict. Dec.cap.nam concupiſcentia num.7.de conſtit.Couar.lib.3.var.reſſol.cap.14.num.2.* Et ſucceſſiuè,non permitten do electionem loci,in quo deſtinatur ſolutio debitori,qua de cauſa ei damnum reſultat, videtur iniuſtitiam

ſtitiam committere, cum onere reſtitutionis. Ergo videtur remittẽdus electioni debitoris ex Cambio locus, pro quo celebratur.

Nec dicas quod ſicuti futuro ex Cambio intereſt, ſeu intereſſe poteſt potius ſoluere in vno loco, quam in alio, ita è conuersò, futuro creditori ex eodem Cambio, intereſſe poſſe, vt potius exigat in hoc, quam in illo; vnde manifeſtè deſtruitur vis ſupradicti argumenti.

Nam, ſaltem procedet argumentũ in eo mercatore, cui æqualiter intereſt ſolutionem fieri in pluribus locis; & (vt noſtri loquuntur) in eo, qui in vtroque loco habet correſpondentes, vel frequentius in eis, qui cum in feriis dant ſuas pecunias Cambio, eo cõ filio eas dant, vt ſibi (in quemcumque tandem locum deſtinetur ſolutio; vel pro quauis platea, illud celebrant) inde illæ cædẽ tranſmittantur, via pariter Cambij, in feriã proximè ſequuturam; nulla autem ratione, vt pecunias verè habeant, ſeu eis neceſſitatem vel vſum habeant in loco, ſeu platea, pro quo ſimplex Cambiũ celebratur. Hoc enim caſu, qui frequentiſſimus eſt, cum in hoc cõſiſtat negotiatio Cambiorum (vt videbimus diſputatione tertiã) parum refert, aut referre poteſt futuro creditori ex Cambio, quod illud deſtinetur potius Romam, quam Genuam; ſed maximè futuro debitori illi, qui facilius eſt inuenturus pecuniam in vno loco, quam in alio, quinimmo in altero eam habet, in altero verò non, & ex conſequenti, ſaltem in his Cambijs debet eſſe in electione debitoris locus, ſeu Platea pro qua celebratur.

Veritas eſt: locum, pro quo deſtinatur ſolutio
11 in Cambio, ſeu Platea, pro qua Cambium celebratur, æqualiter pendere à conſenſu vtriuſque contrahentis; nec quemquam ex eis habere electionem loci prædicti, pro quo deſtinatur ſolutio. Ratio deciſionis eſt. Quia generaliter cõtractus, poſt quam initi ſunt, debent neceſſario adimpleri (ſi de nominatis ſit ſermo) tamen, antequam incantur, ſunt voluntarij, & à libera contrahentium voluntate dependent *l. in commodato §. ſicut ff. commod. l. ſicut C. de actio. & obli-*
13 *gat.* Nõ ergo poteſt, aut debet cogi aliquis ad contrahendum hoc, aut illo modo, ſed vnicuique debet eſſe liberum contrahere, vel non prout ſibi libitum fuerit; licet dum contrahit debeat ſeruare leges iuſtitiæ; cõformes ſubſtantiæ illius contractus, quem celebrat. Quod ſi verum eſt generaliter in qualibet conuentione, vel pacto; & ipſa naturali ratione diſtante, nemo poteſt cogi ad paſciſcendum potius hoc, quam illo modo: multo magis debet habere locum in quæſtione, de qua agimus, videlicet circa locum deſtinatæ ſolutionis in Cãbio, quod eſſe de ſubſtantia ipſius probauimus ſupra quæſtione ſeptima, & quæſtione vigeſtima quarta, de qua re cautum habemus, vt, nec etiam de partium voluntate, poſſit conferri in arbitriũ alterius ex contrahentibus *l. hæconditio in princ. ff. de contrah. empt. l. in vẽdẽtis C. eod. l. quod ſæpe §. 1. ff. eod. ſignanter Bart. in l. ſic legatum in prine. numer. 3. ff. de*
14 *legat.* etiamſi non de tota ſubſtantia, ſed de parte tantum ſubſtantiali agatur *Bald. d. l. in vendentis num. 2. C. de contrah. emptio. d. l. quod ſæpè §. 1. ff. contr. emptio.* Tantum ab-
15 eſt, vt, renuente altero ex contrahentibus ſit in poteſtate alterius, antequã contractus celebretur, locum deſtinatæ ſolutionis definire.

Non obſtant modo, quæ in contrarium addu-
16 cebantur. Nam ad primam difficultatem reſpondeo. Quod, licet maximè facienda ſit auctoritas Patrum, in ea adductorum, tanẽ quatenus loqui videntur contra concluſionem, per nos firmatam, nullo modo ſunt audiendi, cum nullo rationabili fundamento loquantur. Quinimmo contra expreſſa iura, & rationem ipſam naturalem, quæ ſuperius retuli. Præterea Vega, numero præcedenti, ab illo, quo in contrarium citatur, videtur diuerſam ſententiam ſimpliciter affirmare. Et alibi *Epit. & ſumm. concl. 25. & concl. 28.* expreſſe docet: duobus petentibus ad Cambium, poſſe Cambiorem, altero neglecto, dare alteri, qui petit pro alio loco ex quo maius lucrum, ſe reportaturum, ſperat. Nec maiorem conſtantiam reperias in dictis Salonis; licet is magis audaciter, & abſolutè loquatur. Statim namque ab initio ſubdit: licitum eſſe campſori dicere: *Ego nõ „compello, nec obligo te, vt pecuniam meam „Neapoli commutandam recipias, nolo tamen „niſi ad hunc locum tantum, quia mihi ita „expedit conferre; tu quoque vide quid tibi „expediat, ſi in eum locum vis, habe ſque ibi „pecuniam, vel creditum, bene quidem, ſin „minus quere ab alio, liberum tibi eſt: certè ita agentem non damnarem, quia campſor non „tenetur ex officio cuicumque, & in quemcũque*

in

„ *quæ locum pecuniam postulanti conferre, sed*
„ *confert pecunias liberè, & propria sponte,*
(hactenus Salon) Quæ si vera sunt; prout verissima, & admodū cōsona rationi naturali & eis quę posuimus supra in cōclusione per nos firmata: quomodo se compatiuntur cum præcedentibus vbi dixit esse apertam iniustitiam nolle dare. Certè vel prædicta non sunt audienda, vel corrigenda, seu explicanda ex sequentibus, & sic cessat primū fundamētum, quod sola auctoritate dictorum Patrum nitebatur. Nisi fortè Salon loqueretur de continuationibus, quæ fiunt à creditoribus, de quibus hic non est sermo Sed omnem remouent difficultatem, ex auctoritate prædictorum proficiscentem, ea, quæ tradit in proposito Salas *de Camb. dub. 43. per totum.* Vbi distinguit inter mercatorem, qui habet id muneris à publico cum onere dandi Cambio pro qualibet parte, qui certè teneatur dare ad libitum petētis, secus autem in eo, qui tale onus non suscepit. In quibus posteriori bus terminis procedit nostra conclusio. Quinimmò & praxis mercatorum, inter quos numquam auditum, vt aliquis tale onus assumpserit, Sed si de facto contingeret certè in hoc nō procederet firmata conclusio à cessante ratione, de qua supra. Et contraria insurgeret Cum quilibet susceptum munus adimplere omni iure teneatur. Et cum supponatur tali casu mercatorem deputatum à publico ad illud ipsum, ad quod repositur, haud dubiè ex necessitate muneris teneretur.

Auctoritati verò reliquorum trium Theologorum in contrarium adductorum, qui tamen nullo iure, aut Cannone probant hanc sententiam, sed vnica tantum ratione. Quia scilicet mercator negans dare Cabio pro loco bene viso, seu commodiori petenti, sed offerens pro alio sibi bene viso, seu vtiliori vim quādam videatur inferre ipsi indigēti pecunijs ijs Quæ vis omnino sit remouēda ab hoc, & ab omni alio, & quocumque contractu.

Respondetur primò, negando in quæstione proposita, vllam violentiam interuenire, quamtumuis detur petenti ad Cambiū pro alio loco potius, quam pro eo, quem malu isset. Nec tanta est auctoritas dictorum Patrum, vt eis absque iure, & ratione loquētibus, tātum rem credamus. Certum enim habemus; quod omnis, & quecumque vis, quę quomodolibet infertur, ad quinque genera ad summū referri. Vel enim vis dicitur expulsiua, qua ejicitur quis a re immobili, vel ablatiua, quando mobilis aufertur, vel compulsiua, vel turbatiua, vel inquieta tiua quorum tria posteriora notissimę acceptionis non obstare præscriptioni, priora verò duo obesse ex textu, *& ibi DD. S. furtiua. Inst. de vsucap.* Modo certum est, quod si ad aliquod genus prædictorum reduci posset res, de qua agimus, esset tertium genus de vi compulsiua, quę cū metu idem est, quando, scilicet quis metu cogitur ad contrahendum, *l. nihil consensui 116. ff. de reg. iur.* Quo casu adinuentum est Prętoris ædictū, *de eo quod met caus.* Quod tamen, vt intret, necessarium est, vt sit eius generis, vt cadat in hominem constantissimum, vt loquitur Caius I. C. *l. metum autē 6. ff. quod met caus.* Nec quelibet timoris suspicio sufficit, vt in *l. precedenti.* Quinimmò Vulpianus expressè hæc habet. *Nec timorem infamiæ hoc edicto contineri Padius dicit lib. 8. neque alicuius vexationis timorem per hoc adiectum restituit.* Tantum abest, vt timor maioris damni in Campsuario pro vno, quam pro alio loco contrahentis; dici possit metu compelli ad contrahendum. Et sanè cum totidem verbis eiusdem I. C. *in l. 1. ff. eod.* habeamus vim esse necessitatem impositam contrarię voluntati, quis dicere possit, necessitatem aliquam imponere campsorem, ex eo quod dare non vult pro tali loco, licet campsuarius optaret. Certè contra Baldus de diametro *in l. metum num. 1. ff. quod met caus. num. 1.* Vbi docet non videri metum pati aliquem nisi alius metum inferat.

Secundo dato vim interuenire, id non percutit cōtractum Cambij, prout Cambium est, sed est generale vitium cuiuscumque contractus vi initi, qui, vel ipso iure nullus efficitur, vel non raro tenet, sed annullandus est, cum voluntas, coacta voluntas sit. *l. si mulier 8. si metus ff. de eo quod met caus. & ibi Bart. & DD. cap. merito 15. qu. 1. Dec. l. vel. le nu. 4. ff. de reg. iur.* Et propterea licet violentiæ vitium percutiat ipsam substantiam contractus, quæ in libero consensu consistit non per hoc dicemus Cambium vi contractum vsurarium esse, si tamen cætera interueniant quæ alias ad iustitiam Cambij sūt necessaria.

Tertiò respondeo: verius haud dubie vim passuram fuisse campsorem, si cogeretur; vel inuitus, dare pecuniam pro loco bene viso

ipsi

ipsi petenti, & petens esset in libertate petendi, vel non petendi; saltem potius à Titio, quam a Sempronio, Sempronius autē interpellatus constitueretur in necessitate dandi, quo nihil absurdius, nec magis alienum à libertate cōtractus, de cuius natura est, vt, licet in esse deductus, necessitatis dicantur, tamen antequam contrahantur sūmæ est libertatis.

Quarto respondeo: ex ignoratione praxis Cābiorum peccari in hypotesi quæstionis. Dū enim dicitur. Campsorem non dare pro loco conducibiliori petenti, eo quia minus lucrum consequatur in Cambio, sed velle dare pro loco, vbi maius lucrum consequitur & id quidem damno petentis, quod iniquū esse dicunt: Aaduertendum est, in Cambio simplici iusto pretio celebrato nullum penitus dari lucrum formaliter, cum si pretium iustum sit, debeat adequare per omnia rem apretiatam, vt plenè probaui *in disput. 1. qu. 13.* Et agnouit ipse Garzia, *dicto cap. 35. num. 6.* licet, ijsdem plane verbis, sibi contrariretur, Nam cum dixisset lucrum Cambij debere esse moderatum, ac iustū subdit. *Di maniera, che il danaro, o maggiore, ò minore dato in vn luogo sia vguale quanto alla stima cō quello, che si hà da render nell' altro* qua posita æqualitate non apparet vlla notio lucri. Siue igitur Cambium celebretur pro Barchinonia, siue pro Hyspali, si iusto pretio celebretur, prout celebrandum esse sæpius diximus, non verificatur hypotesis, quod malit dare pro loco, in quo maius lucrum consequatur. Ratio igitur, qua ducti, malint contrahentes pro hoc potius, quam pro illo loco celebrare contractum, non est lucrum formaliter ex illo contractu. Sed quia debitor, futurus ex illo Cambio, sperat se facilius dissoluturum debitum in vno loco, quam in alio, in quo, vel habet pecuniā paratam solutioni, vel si non habet, facilius est ibi comparaturus, quam alibi, vel pretio leuiori, quia, puta, locus ille magis abundat pecunijs, quam abundet locus, pro quo offert Campsor. Ex quo capite potest verificari esse magis, vel minus damnosum, accipere potius pro vno loco, quam pro alio. Sicuti è conuerso Campsor, qui negat pro vno loco, & offert pro alio, id non facit (si iusto pretio contrahat) vt maius lucrum formaliter consequatur in hoc, quam in illo, sed, quia ipse nō vult habere suas pecunias, sibi soluendas à petente in loco minus opportunoi, n eo scilicet, in quo conijcit, magnam futuram abundantiam pecuniarum, sed in eo, in quo sperat maiorem indigentiam, vt maiori fructu, ibi, ea vtatur. Vno verbo, lucrum, quod intendit Campsor, dādo potius ad vnum, quam ad alium locum; non inest formaliter in ipso contractu Cābij iusto pretio celebrato, sed tantum in spe (qua non rarò, ex contrarijs accidentibus frustratur) & damnum, quod sentit obtinēs pecunias ad Cambium, potius pro hoc, quā pro illo loco, non est intrinsecum ipsi contractui Cambij, sed omninò extrà illum, & ex accidenti personæ petenti. Et propterea immerito omninò, & absque vllo colore ex hoc capite damnatur, tamquam iniustus, contractus iste, iusto aliàs pretio celebratus Sanè quidem ex capite prædicto posset dari casus, vt loquitur Salas *d. dub. 43.* in quo Campsor non dans pro loco, ad libitum petentis, committeret contra charitatem, qua in re ego non moror, dum iustitiam exquiro. Certum tamen habeo, vt sicuti dari potest casus, vt peccet mortaliter contra charitatem, qui non donat petenti, id etiā contingere possit, in non dante ad Cambiū pro loco expetito, sed has circumstantias esse potius imaginarias, & metaphysicas, quam in actum deducibiles in Cambio.

Sexto respondetur. Generale esse, & contractibus omnibus inditum, vt antequam ineantur, à libera vtriusque contrahentis pendeant voluntate, *l. in commodato §. sicut. ff. commod. l. sicut. C. de act. & oblig.* nec substantialia contractus possunt vlla ratione à voluntate alterius ex contrahentibus pendere, vel in eius arbitrio cōmitti, *l. hac venditio. in princip. ff. de contr. empt. l. in venditis. C. eod. l. quod sæpè. § 1. ff. eod. signāter Bart. l. sic legatum. in princip. numer. 3. ff. de leg.* etiamsi non de tota substantia, sed de parte tantum substantiali agatur. *Bald. l. in uendentis C. de contr. empt. d. l. quod sæpè § 1. ff. de contr. empt.* vt supra vidimus, Vnde cum locus, in quem destinatur solutio Cambij, sit de substantia huius contractus, vt omnes intelligunt, qui contractum hunc notum habent, & celebrant, cum sine, co, ne intellectu quidem percipi possit, & ego pro bani plenè disputatione prima, quæstione nona, consequens, & manifestum est, locum prædictum nulla ratione pendere posse à voluntate alterius contrahentis.

Demū si vsus vniuersi Orbis Christiani attendatur;

datur; certo certius, & ab omnibus vbique terrarum obſeruatum nihil minus, quam locum deſtinatæ ſolutionis in Cambio, pendere à voluntate, ſeu commodo petẽtis ad Cambium. Quinimmò ſi id auderet quiſpiam mercatoribus enunciare, riſu profecto ab omnibus excideretur, non ſecus ac ille, qui rem impoſſibilem, & chimericam prorſus effutiſſet.

Et certiſſimum eſt; quod ſi huiuſmodi onus Campſoribus imponeremus, actum omnino eſſet de arte campſoria, nec vllus reperiretur adeo fatuus; vt ſe, ſuamque indutriã propriamq; pecuniam in ea negotiatione exponeret, vt ad libitum petentis in alium, atque in alium locum transferret. Qua de veritate ſi quiſquã dubitaret, interrogatis campſoribus ipſis, quacumque dubitatione eximetur. Quę non in eum ſenſum diſputo; vt putem, vulgi rumoribus, & ad libitum ac ſenſum mercatorum, iuſtitiam contractuũ metiendam eſſe, cum pleraque vulgus ſentiat, &(quod deplorabilius eſt) exequatur rectæ rationi abhorrentia. Sed vt cautius procedant viri docti in opinando circa ea, quæ communis vſus amplectitur, quæ niſi manifeſto errore coarguantur, nec iuſtum, nec è re Chriſtiana eſt condemnare. Sed multò magis conducit (quatenus tamen ratio permittat) ea tueri, & defendere, prout ex rationibus ſuperius adductis tueri poteſt vſus prædictus, etiam ad expulſionem contrariæ ſententiæ, quę vtitur ſola auctoritate auctorum, qui licet vti S. Theologiæ Profeſſores magni faciẽdi ſint, tamen cum de re haud quaquam ad Sacram Theologiam pertinente, quæ do natura contractuũ in ſpecie diſputare dedignatur, agãt; vt meritò dicere poſſimus de contractibus in particulari agentes, falcem in alienam meſſem immittere, in magno haudquaquã habendi ſunt in ea ſententia, pro qua nec Cannonem, nec legem, nec traditionem aliquam Eccleſiaſticam adducunt, præſertim in eo articulo, in quo verbis expreſſis ab aliis eiuſdem notæ viris reijciuntur, prout Garzia, Mercado, & Lopez adducti reijciuntur à Vega, Leſſio, & Salas, qui haud dubiè ſtant pro ſententia a me firmata.

Ad ſecundum reſpondetur: verum quidem eſſe vſum Cambiorum introductum principio fuiſſe maioris commoditatis gratia, & ad excludendam neceſſitatem traſportationis, vt nos probauimus ſupra quæ-
17 ſtione tertia. Non tamen rectè ſtatuitur, quod excluſio dictæ traſportationis ſit habenda pro cauſa finali contractus Cambij; eum illa dicatur cauſa finalis contractus ex
18 cuius radice oritur obligatio, vt do cet Baldus *in l. 1. verſ. quæro quomodo C. de falcid. cauſa dicit. legat. per textum in l. damus ff. de condit. indebit.* ſed potius dicenda eſt
19 cauſa impulſiua prout in dubio præſumenda eſt *Glo. ſin l. 2. §. vlt. Glo. vlt. ff. de donat. & in l. ſed ſi mors §. vltimo ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. Titio §. ſed cum ante nuptias ff. de condit. & demonſtr. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſ. limit. 1. numer. 48.* &
20 probatur ex eo: quod latius patet Cambiorum commercium, quam cauſa illa vitandæ traſportationis, cum etiam alijs de cauſis, & ſolius lucri contemplatione, celebrentur. Vnde contradiſtinguntur impulſiue à cauſa finali *10. Andr. & Franc. cap. quoniam de*
21 *immunit. eccleſ. lib. 6. Bald. & Albert. in l. generaliter C. de Epiſc. & Cler. relati per Tiraquel. vbi ſupra nume. 62.* & propterea etiam, ceſſante dicto fine traſportationis vitandæ, non per hoc ceſſabat contractus, cuius fuit cauſa impulſiua, *l. 2. §. vlt. ff. de donat. l. 1. §. ſecum ff. de poſtl. late Tiraquel. vbi ſupra dicta limit. 1. in princ.* Nec ex eo totalem naturam aſſumet praui, vel recti.
22 Sicuti enim non negauimus dicta quæſtione tertia; vſum Cambiorum neceſſitate introductum fuiſſe, commoditate auctum, probauimus etiam, ibidem, lucri cupidine latius productum. Et per conſequens nihil impedit, quod, ſicuti cætera omnia mercimonia, maximo bono publico; lucri cupidine exerceri videmus, licet neceſſitate primum introducta, & poſtmodum commoditate aucta fuerint, id ipſum vſu venire dicamus in Cambij contractu.

In quo licet ille ex contrahentibus, qui illo æget, ſolam commoditatem ſectetur ad euitandam ſcilicet traſportationẽ; is vero qui ei ſeruit lucrum tantummodo quærit, & præ oculis habet. Et ſucceſſiuè quatenus etiam hæc quæſtio ex cauſa finali, ob quam exercetur huiuſmodi cõtractus eſſet decidenda, & ratio vitandæ traſportationis cauſa finalis dici poſſet, ac deberet, adhuc cum, & cauſa lucri eſſet conſiderabilis ex
23 defectu illius, nulla ratione defficere poterit, aut irritari diſpoſitio *Gl. & DD. in l. liberorum §. 1. ff. de his qui not. infam. late*

Tiraq. vbi ſupra limit. 22. per totam Menoc. conſ. 146. numer. 27. Illa enim meretur dici
24 cauſa finalis alicuius rei, quæ ſola, & vnica eſt: non autem ſi ſit iuncta ſimul cum alia, quæ ſecum ad effectum concurrat *l. Legatis ff. de leg. 2. & ibi Comenſis in 1. & 2. lectura l. ita voluntatis ff. ad l. aqu. Tiraq. d. limit. 22. num. 3.* Cum igitur alter ex contrahentibus quærat vitare tedium, & incommoda trāſportationis, dum contrahit, alter vero lucrum intendat, ſicuti à ceſſatione lucri nō bene infertur ad iniuſtitiam contractus; ita nec etiam à ceſſante fine vtrandæ trāportationis. Sed, cauſis prædictis circūſcriptis, licebit vtriq; ex contrahentibus, abſq; vlla ſuſpicione iniuſtitiæ, cōtrahere Cambium, pro illo loco, quo ſibi conducibilius iudicabit, vel ad euitandam traſportationem, vel ad maius lucrum conſequendum reſpectiuè; prout contingit in quocumque alio cōmerciorum genere, cum omnibus ſit commune. Quod duorum inter ſe contrahentiū diuerſiſſimus, & ferè de diametro cōtrarius eſt finis: nec naturam vel denominationem deſumere poteſt iuſti, vel iniqui, ex adimplemento huius potius quam illius.

Ad tertium, & vltimum reſpondetur admittēdo id, quod aſſumitur: de reddendo tantūdem, pro quocumque tandem loco Cambium celebretur; & ad quod deſtinetur ſolutio. Verum tamen eſt, quod ille, qui nego tiatur ſuper Cambijs, & ſuper eis pecunias expoſitas habet verſatur in ſtatu coniecturali, & cum (vt alibi vidimus) Cambiorum pretia varientur, ſecundum plura contingentia, id ſolum, & in primis, reſpicit, vt pro illo loco contrahant, & in eo ſibi ſolutiones illius tantumdem faciendas deſtinet, vbi opinatur; maiorem fore pecuniarum penuriam, vt inde maius lucrum, reflectendo ad alium contractum pro feria ſequuntura, reportet. Et ſic, non obſtante æqualitate illius tantumdem, futuri in vtroque loco; habet vnde potius eligat hunc, quam illum locū. Vnde ceſſant conſiderationes in argumento factæ.

DISPVTATIO I.

QVÆSTIO XXXI.

An temporis dilatio commenſurari debeat diſtantiæ locorum in Cambio.

1 *Dilatio temporis an commenſurabilis diſtantiæ locorum in Cambio.*
2 *Tempus neceſſariò ineſſe debet Cambio, vti ſubſtantiali, & quale num. 4.*
3 *Agens ante diem quem in locū deſtinata ſolutionis peruenire poſſit, perperam agere dicitur.*
4 *Tex. in l. continuus 137. §. cum ita ff. de verb. obl. declaratur, & nu. 17.*
5 *Statutum conditum. vt litteræ Cambiorū ſol uantur poſt ſex menſes à die præſentationis illicitum fore tradiderunt Nauar. & alij.*
6 *Si finitis nundinis quis habens centum tradat illa Caio cum obligatione reſtituendi in alio loco trāſactis tribus menſibus illicitum.*
7 *In mutuo exigere aliquid ratione temporis vſura eſt.*
8 *Lucrū ex dilatione haberi generaliter prohibitum.*
9 *Scac. de Camb. §. 1. q. 7. par. 1. num. 76. improbatur.*
10 *Silueſter inter antiquiores de contractu Cāby benemeritus laudatur.*
11 *Dilatio tēporis ſi præcisè cōſideretur ne pecunia creditoris remaneat otioſa licet debitor ex ea foriè tūc tēporis lucretur, efficit omne lucrū ſub dicta formalitate vſurarium.*
12 *In Cambijs regularibus non eſt neceſſaria temporis cum diſtantia locali commenſuratio.*
Intellige de ijs, quæ celebrantur in Plateis pro feriys, non è contra, & de ratione nu. 14.
13 *In Cambijs irregularibus neceſſaria eſt commenſuratio temporis cum locorum diſtātia & in his ſi tempus excederet notabiliter exigentiam dictæ diſtantiæ, Cābia, vt plurimum eſſent vſuraria.*
55 *Cambia regularia, pro feriys ratione longioris termini reprobantur quando fiunt pro pluribus feriys.*

16 *Bononienſes laudantur.*

17 *Æſtimare pecuniam præſentem, tamquam abſentem tempore improbatur.*

VM tempus neceſſario, ineſſe Cambio, ex eo ſolum dixerimus; quod, cũ de illius ſubſtantia ſit, vt in locum diſſitum ab eo, in quo celebratur, deſtinetur ſolutio, id ſine dilatione temporis contingere non poteſt. Vſque adeo ex Iuliani, & Sceuolæ ſententia *l. non vtique §. qui ita ſtipulatus ff. de eo quod cert. loc.* vt ſi ante diem, quam in locum deſtinatæ ſolutionis peruenire poſſit, creditor agat perperam, & ante diem dicatur agere, videtur ad menſuram tantummodo dictę diſtantiæ tempus ſeruandum eſſe, & non vltra. Quæ menſura quomodo deſumenda, ac metienda ſit, colligitur ex reſponſo Venuleij *in l. continuus 137. §. cum ita ff. de verb. oblig.* qui non contentus totum negotium ad arbitrium Iudicis, ſeu viri boni remiſiſſe eum inſtituit his planè verbis. *Qui æſtimet „quanto tempore diligens pater familias eſſe „cere poſſit quod factũrum ſe promiſit is, qui „Epheſi daturum ſe ſpoponderit neque diplo„mate idcirco diebus, ac noctibus, & omni tem„peſtate contempta iter continuare cogatur, „neque tam delicate progredi debeat, vt re„prehenſione dignus appareat, ſed habita ra„tione temporis ætatis, ſexus, valetudinis, id „agat, vt maturè perueniat: ideſt eo tempore „quo plerique eiuſdem conditionis homines „ſolent peruenire.* Non ego vltra illud temporis ſpacium, quo commodè in locum deſtinatæ ſolutionis peruenire poterit, licebit terminum ſolutionis prorogare. Et per cõſequens tempus diſtantiæ locali erit neceſſariò commenſurandus, quod tempus ſi excederatur; vſura committitur. Quod vſque adeo certum viſum fuit pluribus doctiſſimis viris *Nau. lib. 5. conſ. 5. de vſur. Eman. 2. part. ſum. cap. 104. nu. 5. Vega in epit. verb. Camaium conſ. 17. numer. 3. & in ſum. part. 1. col. 141. Salas de Camb. dub. 32.* vt opinati ſint (licet alijs, ac diuerſis ducti rationibus) ſtatutum factum, vt literæ Cambij ſoluantur poſt ſex menſes à die præſentationis illicitum eſſe. Et è contra, non pauci *Emanuel Rodrig. 2. part. ſum. cap. 104. num. 2. Ang. in floribus 4. queſt. de Camb. art. 4. de Camb. per litteras d. ſic. 1. col. 2. Vega in epit. & ſum. verbo Cambium conſil. 4. & 5. Ludouic. Lopez. in inſtruct. neg. lib. 2. capit. 4. Sales vbi ſupra dub. 32.* tradiderunt

6 quod, ſi, finctis nundinis puta Metinę, ego habeam centum aureos, & eos tradam, ſoluendos mihi Valentiæ, ſi receptor nolit ſoluere, niſi tranſactis tribus menſibus, vſuram committere. Ergo etiam ſecũdum auctoritatem dictorum Patrum temporis dilatio, interueniens in Cambio, commenſurari omnino debebit diſtantiæ locorum, inter quæ Cambia celebrantur. Et ſi plus temporis concedatur ad ſolutionem, id non ex vi contractus Cambij, ſed taciti cuiuſdam mutui, in quo aliquid exigere vltra ſortem ratione tẽporis eſt vſura, vt in puncto docet Leonardus Leſſius *De iuſt. & iur. lib. 2. cap. 22. num. 54.* Quod generaliter pro

7 cedere vbicumque aliqua ſe ingerit ratio

8 expectati temporis, ſcriptũ reliquit Sotus *De iuſt. & iur. lib. 6. queſt. 8. art. 2. verſus finem.*

Secundo quia ſi tempus prorogaretur vltra illud, quod exigit diſtantia locorum, nõ apparet quo titulo poſſit creditor quidpiam lucrari vigore dicti temporis prorogati, neque enim audiendus eſt Scaccia *de Camb. §. 1. queſt. 7. part. 1. num. 76.* dum in propoſito ait. Quod cum finis campſoris, negotiantis ſuas pecunias ſit commutando lucrari; ne merces emat, vt emptas habeat, ſed vt iterum commuter cum lucro. Ideo ei eſſe licitum conſiderare, quanto tempore pecuniam occupatam in mercib. emptis tenere oporteat, ne mortuæ retineantur pecuniæ. Nam ſi prædicta ratio admitteretur, & ex fine mercatoris, ad lucrum inhiantis, metiri liceret iuſtitiam contractus, nullus dari poſſet cõtractus illicitus, nec vſurarius. Et facile redarguas Scacciam ex doctrina Silueſtri (optime inter antiquiores de hoc noſtro contractu meriti) Qui *in ſum. verbo vſura §. vſura 4. qu. 11. nu. 3.* agens in puncto de lucro, proueniente ex temporis dilatione in Cãbio; docet ex communi omniũ

10 ſententia. Quod ſi dicta dilatio temporis conſideretur præciſè, ne pecunia creditoris remaneat otioſa, licet debitor tunc

11 temporis ex ea forte lucretur, quod tunc quodcumque lucrum prouenieus, ex dilatione temporis, ſub dicta formalitate conſiderati, illicitum eſt, & vſurarium.

Cum igitur tempus illud, quod prorogari cõtingeret, vltra illud, quod est necessariũ, habito intuitu ad distantiam loci, in quo destinatur solutio, non sit necessarium ad Cambium, & tamen de eo conueniatur inter contrahentes, dicendum videtur, sub prætextu Cambij paliari vsuram, & lucrum omne, siue formale, siue materiale, quod ex dicto tempore prorogato resultaret, esse illicitum: cessãte omnino ratione, ob quam licitè in hoc contractu haberi potest ratio dilationis temporis; & remanente illa solũ à Scaccia considerata, & reprobata per doctrinam communem, de vitanda otiositate pecuniæ,

Nec dicas: optimè saluari omnia posse; etiam habito intuitu ad tempus prorogatum, vt supra; seruato illo tãtumdem, mordicus retinendo in Cambio simplici, modo sæpius explicato, quo posito, ac retento; non potest dari dicta temporum distantia nec lucrum, sed omnibus perpensis, bene posse constitui dictum tantumdem, etiam comprehenso tempore prorogato, vltra exigentiam distantiæ locorum. Et successiue nihil proponi, per quod absolutè damnari possit Cãbium, in quo tempus destinatæ solutionis amplius, ac latius sit, quam exigat distantia locorum.

Nã respondetur quod immo prorsus impossibile est, saltem in Cambijs irregularibus, constituì illud tantumdem, secundum æqualitatem iustitiæ requisitum in Cambio; si ponamus temporis dilationem vltra exigentiam distantiæ locorum. Cum enim, vt explicauimus supra quæstione vigesima sexta; ad inuestigandum, & cognoscendum prædictum tantumdem in Cambio, celebrando Genuæ pro Vrbe, sit pro fundamẽto iustitiæ, & æqualitatis prædictæ statuẽdum pretium, quo pretio illo temporis articulo, quo contractus celebratur, Cambia celebrantur pro feria tunc proxima (quod vt scitu facile esset, admonuimus: mercatores in qualibet epistola, etiam de alia re tractante, & in calce illius solere dicta pretia dictim apponere, vt possit ad notitiam suorum corespondentium deuenire) Admittamus igitur nõ ita de facili, nec intra breue tempus, præsumendam pretij variationem, itaut non obstante cursu dierum necessario propter distantiam localem, possit fundari dicta iustitia super quantitate pretij Romę currentis, iuxta notitiam habitam, certè si dictum tempus; vltra exigentiam dictæ distantiæ prorogaretur, & sic vltra dictam commensurationem distantiæ, longius destinaretur solutio, quo tẽpore omnino incertum est pretium prædictũ; cessaret omnino fundamentum iustitiæ contractus, & sine quo probauimus non posse reperiri illud tantumdem super quo obiectio hæc, quã examinamus collocabat effugium. Cũ igitur non sit reperibile illud tantumdem omninò necessarium in Cambio, data dilatione temporis vltra exigentiam distantiæ locorum; Videtur non posse in dubium reuocari hęc sententia. Quod scilicet commẽsuratio prædicta omninò sit necessaria in Cambio.

Demum hæc eadem sententia videtur coniunci ex Bulla Pij sanctissimi decernentis, per hæc verba. *Neque realia aliter Cambia quam pro primis mundinis vbi illæ celebrantur, vbi vero nõ celebrantur pro primis terminis iuxta receptum locorum vsum exercere abusu illo prorsus reiecto Cambium pro secundis, & deinceps mundinis, siue terminis exercendi curandum autem erit in terminis, vt ratio habeatur lõginquitatis, ac vicinitatis locorum in quibus solutio destinatur, ne dum longiores præfiguntur, quam loca destinata solutionis desiderat feneranda detur occasio.* Eccè igitur, quod, expressis verbis, decernitur, in statuendis solutionum terminis, habendam esse rationem longinquitatis, ac vicinitatis locorum, quasi, alijs verbis, diceret; tempus commensurandum distantiæ, quod in hac quæstione examinamus. Et ne dubitemus de vi huius requisiti, an scilicet respiciat subsantialia contractus, an verò accidẽtalia, seu solemnitates, ea additur ratio, *ne dum longiores præfiguntur quam loca desiderent feneranda detur occasio*, in quo versatur vniuersum pondus materiæ, de qua agimus.

Pro resolutione quæstionis dicendum est: in
12 Cambijs Regularibus nõ esse necessariam commensurationem temporis cum distantia locali, sed tempus longè prolixius terminari posse, quam exigat locorum distantia; intelligendo tamen de eis, quæ in Plateis celebrantur pro ferijs; non quæ in ferijs pro Plateis. Sicuti e conuerso in
13 omnibus irregularibus esse necessariam dictam commensurationem temporis cum locorum distantia. In quibus si tempus excederet notabiliter exigentiam dictę distantiæ,

ſtantiæ, Cambia prædicta vt plurimum eſſent vſuraria,

Prima pars cõcluſionis negatiua probatur ex
14 eo, quod, cum ferijs in locis, in quibus celebrantur, ſtatuti ſint termini, de communi conſenſu mercatorum, & auctoritate Principis; quibus terminis ſunt faciendæ ſolutiones Cambiorum omnium, vndecumque prouenientium, qui termini ſuut omnino inalterabiles, non eſt conſiderabilis aliquis exceſſus, ſeu prorogatio termini à cõſenſu partium proueniens, quod inducere poſſit præſumptionem, aut vim mutui virtualis, prout ponderauimus in argumentis contrariæ ſententiæ; cum id auctoritate legis fiat. Et tali caſu illa minor æſtimatio non prouenit ratione temporis, ſed rei in tempore, vt magiſtraliter docet Silueſter *In ſum. verbo vſura S. vſura 4. quæſt. 11. nu. 3.* exemplificans in iſtis terminis quæſtionis noſtræ in marca Lugduni; quaſi diceret in Cambio regulari ad ferias. Quod omninò erat neceſſarium. Nam cum in ferias confluant mercatores, & deſtinentur Cambia ex pluribus, & diuerſis partibus inter quæ aliquæ magis aliquæ minus ab eis loco diſtant; & tamen negotiatio feriarum eodem ac ſtatuto tempore fieri debeat, vt notum eſt, & probabimus infra in prologomenis ad ſecundam diſputationem, impracticabilis omnino eſt dicta commenſuratio, etiã ſi in Plateis ſtatutis tantum diebus celebrari poſſent Cambia, contrarium eius, quod vſuuenit, & oſtendimus ſupra quæſtione ſecunda, & decima tertia, ſed cum in ſolutionibus redituum cuiuſcumque feriæ, in qualibet Platea ſtabiliatur pretium, auctoritatem legis; quo Cambia celebranda ſũt, pro inſtanti feria, licitè abſque dubio tali pretio poterant celebrari Cãbia, eſto quod tempus feriæ vltra duos menſes ſit expectandum, & diſtantia locorum puta Genuæ pro nouis, nõ exigeret tempus vltra vnum, vel alterum diem. Nec in hoc eſt conſiderabile aliquod mutuum virtuale, aut lucrũ, cum in eo auctoritate legis ſeruetur illud tantumdem neceſſarium ad æqualitatem iuſtitiæ; modo explicato dicta quæſtione ſeptima, & decimatertia. Quod ipſum comprobatur ex eadem Bulla Pij loco adducto in poſteriori argumento pro contraria ſententia. Vbi ponderandum eſt: quod dum loquitur de Cambijs regularibus, quæ pro nundinis celebrantur ſolum Bulla diſponit, vt celebrentur pro primis tantum nundinis, in quibus nullam mentionem facit longinquitatis, ſeu proximitatis locorum, quod eſſet impertinẽs in huiuſmodi feriis, vt etiam in puncto animaduertit Leonardus Leſſius *lib 2. cap. 23. dub. vlt. num. 92.*

15 ſolum igitur hæc Cambia regularia pro feriis, ratione longioris termini, reprobantur; quando ſiunt pro pluribus feriis, vt determinat S. Pontifex, nulla autem ratione eſt neceſſe, quod in eis tempus dilatę ſolutionis, commenſuretur cum locorum diſtantia.

Et ex his etiam reſſultat comprobatio ſecundæ partis affirmatiuæ, tam reſpectu Cambiorum regularium, quæ fiunt in feriis pro Plateis, quam in irregularibus: ceſſat enim in iſtis omnibus ratio illa, quæ inducit neceſſitatem celebrandi in feriis, & conficiẽdi ſolutiones Cambiorum vndecumq; prouenientium eodem ſtatuto, & determinato die. Id, quod inter varias, & diuerſas locorum diſtantias, non admittit dictam commenſurationem, & ideo in eis omnino debet fieri dicta coęquatio, & commenſuratio rationibus expreſſis in argumẽtis ſuperius allatis, quæ hic repetere non eſt neceſſe. Et quidem in regularibus huius generis reſt expedita, & caret omni ſcrupulo, cũ vt vidimus ſupra in qualibet Platea ſint ſtatuti termini ſolutionum redituum è feriis qui cum à lege, ſeu conſuetudine ſint taxati, ceſſare faciunt omnem difficultatem; quę non deeſt in irregularibus in quibus plura dependent à conſenſu cõtrahentium. Lau-
16 dandi in hoc Bononienſes, qui dictis terminis præfixis, obtinuerunt à Sanctiſſimo Pio eorum confirmationem. Cęteri tutè contrahent reſpectu huius commenſurationis cum locorum diſtantia, ſi eumdem Pium audient vbi ſupra; dum dicẽs deſtinatę ſolutionis deffinit illis verbis *pro primis terminis iuxta receptum locorum vſum.* Et ſucceſſiuè arbitrium viri boni (quod arbitrium in propoſito, de quo agimus inſtruxit Iureconſultus reſponſo ſuperius in priori argumento adducto.) Summus Pontifex determinauit ad locorum conſuetudinem, quæ abſque dubio ex eo deducta fuit.

Qua in re ne te turbet beneuole lector, quod hæc conſuetudo à Summo Pontifice approbata recedere videatur ab æquitate, de qua in dicto reſponſo I. C. qui eſt contentus indulgere tantum temporis ſpatium, quo

com-

commodè debitor possit peruenire ad locũ destinatæ solutionis: consuetudo autem, & vsus prædictus indulget plures, ac plures dies debitori post quam litteræ fuere præsentatæ in ipso loco destinatæ solutionis, & sic postquam peruentum fuit, & quidem cum tanto excessu, vt in dicta Bulla Bononiensi, concedantur toti tres menses post præsentationem litterarum Cambij; quod videtur obnoxium argumẽtis superius adductis ponderato præsertim reliquo respõso eiusdẽ I.C. Venulcij per sequẽtia verba.

„ *Quod si diplomate vsus, aut felici nauiga-*
„ *tione maturius quam quisquam peruenerit*
„ *Ephesum confestim obligatus est: quia in eo*
„ *quidem tempore facto quod finitum est nul*
„ *lius est coniectura locus.*

Nam aduertendum est quod casus I. C. situs est in eo, qui promisit se soluturum certo loco simpliciter, quasi illuc profecturus, vt euincit contextus ipse. qui autem obligatur ex Cambio, promittit expresse per alium se curaturum solutionem in loco destinato. Et propterea ne dum illuc se non transfert, quinimmo litteras Cambij tradit per ipsummet creditorem transferendas, cuius festinatio itineris, & festinata litterarum præsentatio, non debet efficere deteriorem conditionem debitoris. Addo ex alia causa dictum tempus indulgeri, scilicet fauore ipsius soluere debentis, qui, vt plurimum, est alia, & diuersa persona à debitore Cambij, cui non solum interest habere congruũ tempus post acceptationem litterarum pro pecunijs conficiendis, sed etiam ad effectũ, vt aliter certior fieri possit, per litteras ipsius debitoris ex illo Cambio, de veritate sequutorum, & de causa illius tractæ, & quomodo de ea prouideri se debet, vt fusius explicabimus in sequenti disputatione Quæ ratio, vel ex eo colligitur quod, tam ex communi consuetudine, vbique locorum; quam ex dicta Bulla Bononiensi, eo maius tempus indulgetur post præsentationem, quo loca maius distant, quod nulla alia ratione cõstitutum est, nisi ad effectum dictæ certiorationis. Cum igitur dicta probatio temporis à die præsentationis litterarum fuerit introducta ad alium, & diuersum effectum, respicientem, non substantiam ipsam cõtractus Cambij simplicis, quam examinamus in præsẽti disputatione, sed illius perfectionem, & intuitu personarum aliarum, non facit ad præsentem quæstionem.

Ad argumenta autem superius facta facile respondetur; ea videlicet comprobare partẽ secundam, & affirmatiuam sententiæ per me firmatæ. Non afficere autem, nec militare contra priorem partem, & negatiuam rationibus expressis in cõprobatione eiusdem.

Quinimmò nec tantæ efficaciæ ea esse puto, vt æstimem omnino impossibile esse posse celebrari Cambium vel irregulare, vel regulare quidem, sed celebratum in feria pro Plateis; in quo amplior, & longior prætigitur terminis, quam permittat communis vsus, & consuetudo, finge casum. Titius debitor ex Cambio quod celebratur in feria Nouarum pro Ciuitate Genuę, & qui esset soluturus statuto die in reditibus feriæ, expectat grandem pecuniæ, quantitatem sibi appulsuram è partibus Hyspaniarum, qua commodè posset debitum dissoluere, sed non sperat trium̃es in tempore solutionũ affuturas, sed tum demum post vnum, vel alium mensem, quem casum licet fingere etiam in Cambio irregulari celebrato Romæ ad Genuam. Quæro qua ratione non possit stabiliri terminus solutionis faciendæ; aduentus dictarum trium̃, & quæ iniustitia in hoc possit contingere. Certè si cætera ritè, & rectè interuenient, nec propter hoc Cambium celebretur pretio grauiori debitori ex eo, & dicta dilatio cedat tantummodo commodo debitoris ex Cambio, ideſt, quod debitor ob dictam dilationem in plus nõ obligetur, nihil proponitur quod sonet in illicitum. Nec excessus iste temporis, vltra exigentiam distantiæ locorum, est ille, quem impugnant dicta tria argumenta, nec est illa termini prorogatio, quam damnat S. Pontifex, sed illa ob quam præcisè durior fit conditio debitoris ex Cãbio. Subtilius enim intuenti, ista nõ est dilatio, nec ampliatio temporis in Cambio cuius solutionis dies verè, & formaliter cadit tempore solutionibus præfixo. Sed quędam mora debitoris, de cõsensu creditoris, interposita ad perfectionem eiusdem contractus, quæ si absq; pretio contingat nulla ratione est damnabilis, quinimmo valdè commendabilis.

Non tamen, hoc speciosо prætextu, recedendum est à dicta conclusione affirmatiua: nã vix est, vt credam fieri posse, vt futurus creditor ex dicto Cambio dictam moram gratis indulgeat, & cum charitatem habeat, vt

cum

cum poſſet habere debitorem ſibi obnoxiũ in dictis redditibus ad'ſibi ſoluendum, velit expectare appulſum triremium, præſertim cum ex dicto appulſu ex maiori abundantia pecuniarum, maiori pretio, & ſic ſibi grauiori ſit comparaturus ſcutos marcarũ pro ſequenti feria. Sed veroſimilius eſt, dictam moram vendere debitori, rationando ſcilicet viliori pretio ſpecies monetarum, puta regalium Hyſpanienſium ſibi ſoluendorum poſt dictum appulſum, quam ſit pretium currens tẽpore dictarum ſolutionum;
17 (prout ſæpius factum audiui) hoc enim caſu eſſet pluris æſtimare pecuniam præſẽtem tempore, quam abſentẽtempore, quod iura, & DD. *Azor inſtit. moral. part. 3. lib. 10. tit. de cenſib. cap. 7. Sal. ad D. Thomam 2. 2. quæſt. 78. in diſput. de Camb. qu. 4. art. 2. cont. 18. num. 3. & 4.* meritò improbãt; nam alias nihil diſtaret mutuo, & vſuræ, vt latè Salon, vbi ſupra.

Et ideo ſignanter Summus Pontifex non abſolutè ac ſimpliciter, loco ſuperius adducto, damnauit Cambia in quibus longiores termini, quam exigat locorum diſtantia præfiguntur tamquam vſuraria, ſed ideo prohibet, ne fœnerandi detur occaſio, tacitè innuens poſſe tamen abſque fœnore celebrari, modo ſcilicet ſupradicto ſecundum quẽ declaratam volo dictam ſecundam partem concluſionis affirmatiuam, quod denotaui media illa particula, *vt plurimum.*

FINIS PRIMÆ DISPVTATIONIS.

AD SECVNDAM DISPVTATIONEM TRANSITIO.

ABSOLVTIS ijs, quæ ad aperiendam ſubſtã tiam, & naturam huius celeberrimi cõtractus videri poſſunt ſatis recta methodus nos admonet, vt eiuſdem abſolutionem, & conſummationem ſeu (vt loquuntur noſtri) ad illius perfectionem inueſtigandam accedamus. 1 Cum enim, vt exorditur Ariſtoteles mora-
„lia ſua ad Nicoma. *Omnis ars omniſque di-*
„*ſcendi via actio item atque electio bonum*
„*quoddam expetere videtur.* Quod quidem bonum, in vnaquaque re, nihil aliud eſt, niſi id, cuius gratia cætera fiunt, vt latè docet idem auctor paulo poſt *cap. 7. lib. 1. moral. nicom.* Certum autem ſit in arte, de qua agimus, & per contractum, quem examinauimus; nihil aliud quæri, niſi pecunias in contractu Cambij deductas, & per quarum ſolutionem perficitur extrinſecè ipſe contractus, vt docuimus ſupra diſputatione præcedenti ad inſtar venditionis. Quæ licet ſolo cõſenſu, re, & pretio, optime dicatur perfici; tamen cum finis illius ſit acquiſitio, hæc autem ſine traditionibus non cõtingat meritò dicitur perfici traditione, extrinſecè, ſci licet, & habita conſideratione ad cõſummationem, & abſolutionem eius, quod quærit contrahentes, qui in huiuſmodi commutationibus verſantur. Et licet, non minus diſtet huiuſmodi perfectio Cambij à ſubſtantia ipſius contractus, quam traditio ab emptione, & venditione; tamen cum Viri docti hæc pertractantes, ducti connexitate prædictorum, de eis abſque vlla diſtinctione, & coniunctim ſemper egerint, omnia confuderunt, & inextricabiles difficultates ſe conſecutæ ſunt, ac tenebris denſiſſimis inuoluerũt vt procedente diſputatione clarius apparebit. Vt igitur, ijs vtcũque diſcuſſis, pro mea mediocritate aliquid ſplendoris afferam, hanc diſputationem ſeparatim propoſui, & eam de more inferius proponẽdis queſtionibus examinabo, & ab exemplificatione terminorum exordiar.

DISPVTATIO SECVNDA

QVAESTIO PRIMA

Prologomena.

1 *Litteras Cambij teſſeras appellat Pater Famianus ſtrata.*

2 *Litteræ Cambij quid ſint, & quomodo ſcribantur.*

3 *Litteræ Cambij continent formaliter mandatũ cõſequutiuum Cambij datum illi ad quem dirigitur tractã de ſoluendis pecunijs illi, cui ſit remiſſa in loco deſtinatæ ſolutionis cum expreſſione diei, & loci.*

4 *Litteræ Cambij quandoque continent aliud mandatum ad eumdem, cui dirigitur tractã de imputandis pecunijs ſoluendis in illam, vel in illam cauſam.*

5 *Dicũtur litteræ Cambij, quia continent Cambium inter partes celebratum.*

6 *Diriguntur litteræ ad effectum complementi, & executionis eiuſdem contractus.*

7 *Lupus quem ſequitur Scac. de Camb. S. 1. qu. 2. nu. 13. aſſerentes eo dici litteras Cambij, quia cambiatur pecunia pro litteris, impugnantur.*

8 *Dantur litteræ in probationem, & executionem contractus Cambij.*

9 *Formula litterarum Cambij remiſſiuæ.*

10 *Spachium quid ſit, & an contineat vnum, vel plura mandata.*

11 *Scac. de Camb. §. 5. quæſt. 4. num. 76. cautè legendus, cum ſpachium non contradiſtinguat à litteris aduiſij.*

12 *Littere aduiſij parum diſtant à ſpachijs, & in ſubſtantia nomine tãtum videntur differre, ye tamen in eo ſolum differunt quod littere aduiſij vſurpantur in Cãbijs irregularibus, & ad quem finem fiant.*

13 *Formula litterarum aduiſij remiſſiuè.*

14 *Scartafacium feriarum tenent Bancherij tantum, & quid notetur in illo.*

15 *Scacc. de Camb. §. 2. gloſ. 4. numer. 10. 11. 12. dicens ex acceptationibus oriri bilantium malè dicit, quia oritur etiam ex negotiationibus factis toto tempore feriarum.*

13 *Idem reprobatur quatenus dicit indiſtinctè notata in ſcartafacio poſſe variari, & contraſcribi. Nam ante acceptationes verum eſt, non poſt, & circumſcriptis acceptationibus verum eſt reſpectu negotiorum, quæ tractantur, ſed negotiationibus, feriaque finita, quod eſt dato bilantio, quid in eis citra crimen falſi immutari non poteſt, & num. 17.*

18 *Bilantium quid ſit, quãdo dicatur bilantiare, quomodo, & cui conſignetur, et de illo varia.*

19 *Acceptationes quid ſignificent.*

20 *Acceptationum tempus, & modus, qui ſit in feriis recenſetur.*

21 *Poſſunt fieri acceptationes durãte feria etiã poſt tempus ſtatutum.*

22 *Mancamentum quid nam ſit.*

23 *Auantium quidnam ſit.*

24 *Negotiatio in feriis quid.*

25 *Prouidere. Hoc verbum ſupponit mancamentum, & ſignificat capere ad Cãbium quantitatem neceſſariam pro ſupplenda indigentia.*

26 *Diſponere in litteris Cambij quid.*

27 *Valere ſe quid ſibi velit.*

28 *Pagamenti. Verbum hoc quid ſignificat.*

29 *Incontanti quid.*

30 *Soluere in ſcontris, idem eſt quod in compenſationibus.*

31 *In bilãtijs quãdo tractæ, & remiſſæ ſint aquales ponitur.*

32 *Tractæ, & remiſſæ quando a diuerſis, vel nomine diuerſorum fiunt, non fit vera compenſatio.*

33 *In Bilantijs quando dicatur fieri ſolutio.*

34 *Auaſſa fideiuſſionis ſunt genus, & ſeu conſtituta pecuniæ.*

35 *Obligatus per auaſſũ dicitur obligatus aquè principaliter, & conuenitur non monito, nec requiſito principali, & quando ſi ant.*

36 *Proteſtari litteras quid, & quomodo fiat.*

37 *Soluere ſub proteſtu, & proteſtari litteras differunt.*

38 *Solutio ſub proteſtu poteſt fieri à quouis, & etiam ab eo cui directa eſt tractæ, vel litteræ. & dicitur ſoluere honore litterarum ibid.*

39 *In bilantio non ponitur creditum, pro quo ele uatur proteſtum, nec deſeruit ei, cui erat directa remiſſa.*

40 *Ruptus idem quod decoctus.*

41 *Bancherius quando dicatur rumpere in feriis.*

42 *Facta ruptura in feriis, credita repartiuntur inter ſuos creditores eiuſdem feriæ nulla habita ratione aliorum creditorum quantumuis priorum, & cum priuilegio, & hypotheca.*

43 *Nomen rupti non ſeruit bilantio alicuius bũcherij.*

44 *In feriis bancherij tantum rumpere poſſunt, non aly, quibus tractæ factæ ſunt, & quæ poſſunt dirigi etiã non bancherijs, ſed non ſequuta ſolutione eleuatur proteſtum.*

45 *Ruptura eorum, qui non ſunt bancherij dicitur fieri quando littera proteſtatæ redũctur ad ſcribentem, & is non ſoluit.*

46 *Feria quando dicatur finita.*

47 *Retorni. Verbum hoc quid.*

48 *Per la valuta hauuta quid ſignificetur.*

49 *Cambiati. Verbum hoc quid.*

50 *De ordine, idem quod de mandato ſignificat.*

51 *Pro computo. Idem quod pro cauſa, & negotio, & nullum mandatum inuoluunt.*

52 *A parte, quid.*

53 *Pone, vel ponatis quid, & quæ vilitas reſultet.*

54 *A vſo. In Cambijs irregularibus ponuntur ſemper hæc verba vbi certus dies non ſtatuitur, & denotat temporis interuallum illius Platea conſuetum.*

55 *Viſta in litteris, ſignificat ſolutionem faciẽdam ſtatim.*

56 *Expenſa. In litteris Cambij denotant prouiſiones, cabellas, & cenſarias.*

57 *Prouiſio quid, & quotuplex ſit.*
58 *Gabella Genuæ in Cambijs quæ.*
59 *Cenſaria, ſiue proxeneticum quid, & quantũ.*
60 *Complementum dare, ſiue habere quid.*
61 *Noſtri verbum hoc poteſt ſignificare, vel ſocietatem, vel correſpondentiam.*

LITTERÆ Cambij. Quas teſſeras collibiſticas appellat P. Frãciſcus Strata *D. & P. meus in l. 9. hiſt. ſuãdr.* laconicum quoddã, & ſuccoſiſſimũ documenti priuati genus, quo nihil, in propoſito Cambiorum frequentius nihil notius. Eſt breuis quædam, & compendioſa trium, vel quattuor, ad ſummum verſuum oratio ſubſcripta per debitorem Cãbij, continens forma liter mandatum conſequutiuum Cambij, de quo in ea datum illi, ad quem dirigitur tracta, de ſoluendis pecunijs in loco deſtinatæ ſolutionis illi cui fit remiſſa, cum expreſſione diei, & loci, tam Cãbij celebrati, quam deſtinatę ſolutionis. Cõtinet quandoq; etiam aliud mandatum ad eumdem, cui dirigitur tracta, de imputãdis pecunijs ſoluẽdis in illam, vel illam cauſam. Et dicuntur litteræ Cambij; quia continent Cambium inter partes celebratum, & diriguntur ad effectum complementi, & executionis eiuſdem contractus, vt per ſe patet. Vndè facile reijcis poſt Lupum, Scacciam *de Camb. §. 1. quæſt. 4. nu. 13.* qui tradiderunt ex eo dici litteras Cambij, quia cambiatur pecunia pro litteris; id enim ridiculum eſt, quandoquidem id, quod cambiatur, eſt pecunia præſens pro abſente diuerſi generis, vt vidimus ſupra quæſt. octaua: litteræ verò dantur in probationẽ, & executionẽ contractus; forma autẽ dictarum litterarum, ac tenor eſt apud Scacciam *d. §. 1. qu. 5. num. 72.* Tu vero ſcias, litterarum Cambij formam; quod exterius, & ad terga earundem inſcribitur, & quod interius, & in corpore explicatur: Exterius duo continet, nomen ſcilicet eius, ad quem litteræ ipſæ deſtinãtur, & locum, ad quem eidem diriguntur, quæ duo variantur ad variationẽ perſonę, & loci. Intus verò primo loco tituli, ſeu rubricæ, & in capite ipſarum adnotatur vnica linea, & textura verborum, dies datæ dictarum litterarum, item ſumma pecuniarum, quæ vigore Cambij ſoluendæ ſunt, & locus, in quo datæ fuerunt; quæ etiam mutantur pro varietate locorum, temporis, & ſummæ in Cambio deductæ. Poſt titulum ſequitur à capite ſeries ipſarum litterarum, primò quidem mandatum de ſoluendo ſummam, de qua in Cambio expreſſo tempore ſolutionis, quod quidem perpetuò, & in quibuſlibet litteris Cambij ſeruatur idem. Secũdo ſubditur iterum ſumma ſoluenda, & quidem ad tollendas fraudes non notis numeralibus deſignata, ſed per extenſum expreſſa. Tertiò idem nomen eius, cui debet fieri ſolutio, Quartò cauſa, ob quam mandatur ſolutio, quæ ſemper, & perpetuo eadem eſt ex Cambio ſcilicet. Quintò pretium, quo Cambium illud celebratum eſt, in quo tamẽ mira varietas, non ſolum ex pretij variatione, & diuerſitate, ſed etiam ex eo, quod pretium ipſum quandoque ſolutum dicitur tẽpore celebrati contractus, quandoque ante contractum, quandoque habita tantum de illo fide. Sextò nomen eius, cum quo celebratus fuit contractus Cambij. Septimò licet non ſemper, ſed frequentiſſime aliud mandatum, quo ſcilicet modo is, qui adimpleturus eſt dictas litteras, de per eum ſolutis ſibi ſatisfaciendum ſit. Octauo, & vltimò ſubſcriptio ipſius datoris litterarum, & debitoris ex Cambio. Tot igitur, ac tantis requiſitis inniti tur compendioſiſſimum documenti genus, quorum vires, & effectus examinabimus, dum procedet diſputatio interrim formam ipſam accipe.

„ *1640. à 21. Ottobre in Genoua ſc. 1789. 10.*
„ *7. Marche.*

„ *Pagate in pagamenti di fera proſſima de*
„ *Santi per queſta prima di Cambio ſcuti mil-*
„ *le ſette ſento nonanta noue ſoldi diece, e de-*
„ *nari 7. di marche à Pietro cãbiati à ff. 67. 2.*
„ *con Giouanni, & ponete come vi auiſo.*

„ *Fabritio*
à tergo
„ *Ad Antonio*

„ *Piacenza fera de Santi*

4. cambiati. Quandoque loco illius ponitur: *per la valuta hauuta*, non rarò *conti con Giouanni 7. e ponete come vi auiſo.* Quandoque dicitur: *ponete à mio conto.* Quandoque: *da-*

tene debito à Caio. Quandoq; *valeno per eſſo* Quandoque: *prouedetemene dal mio di Venetia.* Quandoque *contraponetelo à quanto mi reſtate douendo.* Quandoque aliter; In hoc enim poſteriori mandato valdè ac valde variatur mercatorum induſtria.

5 Spacchium litterarum priuatarum genus inter mercatores ſeriarum vſitatiſſimum. In his litteris à datore ſubſcriptis, ſingulariter recenſentur omnes, & ſingulæ tractæ, & remiſſę quæ à ferijs, vel in ferias fiunt, & diriguntur ad illum, ad quem dictæ litteræ inſcribuntur, cum diſtincta notatione quantitatis & perſonarum, reſpicientium ſingulas tractas, & remiſſas, & ex conſequent continent mandatum de exigendis dictis remiſſis; & ſoluēdis tractis. Et quia raro ſumma tractarum adęquat ſummas remiſſarum vel è contra. Continet etiam mandatum de eo, quod fieri velit ipſe dator, de illo ſupralpri quo remiſſæ ſuperant tractas. Vel de modo ſupplendi id, quod deeſſet in remiſſis reſpectu quantitatis tractarum, de hoc loquitur Scacc. *dict⁹ §. 1. quæſt. 5. num. 76.* Sed cautè

11 legendus dum ſpacchium non contradiſtinguit à litteris aduiſij, de quibus infra.

Formam ſpachij ſic habe

1640. à 22. Ottobre in Genoua.

„ *Magnifico ſignor. In coteſta fera de Santi vi*
„ *hò tratto ſc. 1243. pagabili al P. di Giouanni. Di più ſc. 1725. 1. 2 ritorni di Lione di*
„ *fera paſſata pagabili à voi ſteſſo, e ſc. 14315.*
„ *2. 1. per conto del mio d' Anuerſa, pagabili*
„ *à Fabio di Venetia.* (Et hic plures, ac plures aliæ tractæ ex pluribus cauſis, & locis diuerſis ſpectantes ad plures, ac diuerſas perſonas cadere poſſunt, & de facto cadūt, prout etiam poſſunt eſſe vel maiores numero, vel in leuiori, ſeu grauiori quantitate.) *Vi piacerà farne à ſuo tempo accettatione, e paga-*
„ *mento con darmene debito. Et all' incontro*
„ *credito di ſc. 5327. 2. 9. rimeſſi in voi ſteſſo*
„ *per lettera de voſtri di quà, & ſc. 787. per*
„ *lettera d' Antonio di Meſſina, & ſc. 11512.*
„ *10. che d' ordine, e per conto mio vi ſaranno*
„ *rimeſſi da Napoli da Francesco* (Et hic pariter cadit variatio quantitatis, & numeri tractarum, & locorum, vnde prouenient.) *Di quello poi vi mancherà* (ſi vero remiſſæ excederent tractas.) *Di quello poi vi auanzerà ve ne prouederete* (ſiue è contra) *Ii rimetterete.* Et in hoc verſatur induſtria, ac fides mercatorum, & in hoc deſudat eorum induſtria, vt ſcilicet id, quod pro reſiduo remanent creditores via Cambij tranſmittāt in locum in quo futura ſit maior pecuniarum penuria, & exigentia, debitum vero, in quo minor, vt explicauimus ſupra diſputatione præcedēti quæſtione 13. & quæſtione 24.

Litteræ aduiſij: hæc documenta, etiam, priua-
12 ta parum diſtant à ſpachijs, de quibus ſupra proximè: certè ad idem munus peragēdum videntur inſtituitæ; & in ſubſtantia ſolum videntur differre nomine. Re verò in eo ſolum differunt, quod litteræ aduiſij ſolum vſurpantur in Cambijs irregularibus, quæ cum dentur in Plateis pro Plateis; non ſolent comprehendere genericè tractas, & remiſſas, prout contingit in ſpachijs, quæ in ferijs, vel ex ferijs deſtinantur, ſed vt plurimum vnam, ſeu alteram tractam, vel remiſſā quę fieri contingit ei, cui dirigitur. Cauti namque mercatores, in huiuſmodi Cambijs irregularibus, non contenti, feciſſe litteras Cambij, quæ de ſtylo ſolent tradi creditori, per eum conſignandæ ei, cui fit tracta, ad effectum conſequendæ ſolutionis; conficiunt etiam litteras ad eumdem; cui fit tracta, eumque prædmonent de conſignatione litterarum Cambij ſibi facienda, eumq; diſtinctius, inſtruunt de peragendis, & hæ à munere, dicuntur litteræ aduiſij. Harum
13 litterarum formulam ponit Scacc. *d. §. 5. quæ. 5. num. 77. & 78.* & ante eum de eiuſdem Rota noſtra apud Bellon. *deciſ. 142. ante. numerum tertium* licet has non cōtradiſtinguat à ſpachijs, & fortè non male, cum non differant niſi ſecundum magis, & minus ideoque earum exemplare omittere potui, ſed non propterea erit inutile diſtinctius loqui.

Scartafacium libri, ſeu verſus liberculi genus,
14 quo vtuntur mercatores in ferijs tantum, & ne mercatores quidem omnes, ſed ij tātum, qui ſunt bancherij. In hoc liberculo adnotantur diſtinctè omnes, & quęcumque, tam tractæ, quam remiſſæ, quæ ad ipſum bācherium in dicta feria à quauis perſona dirigūtur; tam ipſi bancherio, quam alijs mercatoribus, pro quibus is bancherius habet mandatum, & de quibus; circumſcripta quacumque litterarum Cambij præſentatione, ipſi bancherij initio feriarum notitiam habent miniſterio ſpachiorum, & litterarum aduiſij de quibus ſupra. Item in hoc ſcartafacio adnotantur diſtinctè omnes, & ſingulæ negotiationes, quæ à quolibet bancherio fiunt.

in

in dicta eadem feria, tam nomine proprio, quam & etiam nomine eorum, quorum eſt procurator in dicta feria, vt ſupra. Et in vnoquoque ſcartafacio ea ſolum adnotantur, vt ſupra, quæ ſingulis ferijs geruntur. Indè oritur neceſſitas multiplicandi ſcarta-
15 facia, ad multiplicationem feriarum, & inde denominatio ſcartafacij feriæ Sanctorũ feriæ apparitionis anni, puta, 1632. & ſic de ſingulis. De hoc loquuntur leges feriarum pluribus in locis, & præcipuè *cap. 4.* cũ additione ſub eo facta die 22. Octob. 1609. vbi etiam præſcribitur forma materialis eiuſdem, & de hoc eodẽ loquitur Rota noſtra apud Bellon. *deciſ. 18. num. 17. & 19. & deciſ 91. num. 2.* & de hoc etiam meminit Scacc. §. 2. *Gloſ. 4. num. 10. 11. & 12.* cautè tamen legendus. Nam dum dicit, ex acceptationibus oriri bilancium male dicit. nam bilancium non ſolũ oritur ex acceptationibus, ſed & multo maximè ex negotiationib. poſtmodum factis, toto tempore feriarum. Nec magis ei fidendum, dum ſubdit *nu. 12.* continere memorialia agendorum in illis nundinis, & quæ in eis ſunt notata poſſe variari, ac contra ſcribi, nam verum eſt ante
16 acceptationes, ſed poſt eas criminale eſt ali quid immutare, vel ſimplicem lineæ ductũ. Item verum eſt (circumſcriptis acceptationibus) reſpectu negotiatorum quæ durante feria, tractantur, concluduntur variantur, & immutantur ad libitum contrahentium, ſed negotiationibus, feriaque completa; quod
17 contingit, datis bilantijs, nihil pariter in eis poteſt immutari, abſque falſitate, quę ex bilantijs facilè deprehendi poſſet.

Bilantium. Hęc eſt quędam ſummaria directio
18 ſcripturæ, in qua ſummatim ponuntur tam ad debitum, quam ad creditum partitę omnes, ſpectantes ratione crediti, ſeu debiti ad mercatorem, cuius eſt bilantium, de quo agitur. Et quando partitæ, quæ ſunt ad debitum, adæquantur, reſpectu ſummæ, cum eis, quæ ſunt ad creditum, & è contra, dicitur bilantium bilantiare. Quando verò credita excedunt debita, vel è cõtra, dicitur bilantiare. Extrahitur autem bilantium prædictum in ferijs, per quemlibet ex bancherijs, ex contentis in ſuis ſcartafacijs, & ſolet deſcribi in folio appapiri; Illudque neceſſariò debet conſignari Conſuli, & Conſiliarijs feriarum in actis, & apud acta Cancellariæ feriarum. Et ad hunc finem, & effectum, vt Conſul, & Conſiliarij prædicti, ex neceſſitate muneris ſibi iniuncti, debeant inſimul conferre omnia bilantia dictorum bancheriorum, & ex eis conficere vnum vniuerſale bilantium totius feriæ. Ex quo vniuerſali bilantio, cum appareat illud bilantiare, conſtat in neceſſariam conſequentiam (ſeu verius ex neceſſario antecedenti) bilantiũ ſingulorum rectè procedere; nec negligentia, aut dolo cuiuſquam, aliquid in bilantio ſingulorum ſecus adnotatum eſſe, ac veritas ſe habeat, ea indubitata ratione, quia dolo, aut culpa verſari aliquem, ad proprium incommodum non eſt vertendum. Quod ſi id tentet ad proprium commodum, facilimè deprehendatur, ex non correſpondentia bilãtiorum, illorum bancheriorum ad quorum incommodum prædicta machinarentur vel negligerentur. Ex qua correſpondentia, neceſſaria omnino in dicto bilantio vniuerſali oritur maxima, & quaſi neceſſaria fides ex bilantijs, ad probanda ea, quæ in ferijs contigerunt. Et de hoc fit mentio in legibus feriarum, & præcipuè *cap. 13.* vbi præſcribitur modus, & forma illius & de hoc etiam meminit Scacc. *d. §. 2. Gloſ. 4. num. 11.* legendus tamen cum cautela, de qua ſupra in verbo ſcartafacium. Et de mirabili vi, & effectu horum bilanciorum latius agam infra dum progredietur hæc diſputatio queſtione 18. & 19.

Acceptationes; Hoc verbum ſignificat, ne dum
19 factum ipſum, ſed etiam tempus ipſum, quo fit. Initio namque cuiuſque feriæ, bancherij omnes inſimul conueniunt, in loco quodam apto, cum ſuis ſcartafacijs, & incipiendo à primo, & proſequendo per omnes, vſq; ad vltimum, quilibet ex eis alta voce requirit, ſpecificando ſummam, & perſonas vt ſibi ſatisfiat de qualibet remiſſa ſibi facta, ſiue ab eo cui facta fuit tracta, ſiue ab alio quouis. Et quatenus ab eo, cui facta fuit tracta ſuſcipiatur onus complendi tractam, prædictam, vel ab aliquo alio de dicta acceptatione, ſcripturam dirigit in dicto ſcartafacio. quatenus vero a nullo ſuſcipiatur hoc onus adhibet diligentias, de quibus infra; Certè ad rem noſtrã quatenus quis ſuſcipiat onus prædictum, dicitur acceptare, & res ipſa dicitur acceptatio, & certum tempus, quo hæc contingunt videlicet ipſo initio feriarum dicitur tempus acceptationum. Quod intelligendum eſt regulariter, nam nihil impedit,
21 quominus, etiam tranſacto tempore acceptationum, poſſit acceptari, quod prius non fuerat

fuerat acceptatum; & quominus requirantur nouæ summæ ex eis, quæ durante feria supereuenient. De his fit mentio in legibus feriarum, & præcipuè *cap. 4. & 5.* vbi præscribitur modus faciendarum acceptationũ & de his etiam Scacc. *d. §. 2. Glos. 24. nu. 20.*

Mancamentum. Iam prædixi supra in verbo
22 spachium, quod quando tractæ excedunt summam remissarum, de quibus in spachio esse in consideratione maxima totum illud quod superexcedit soluendum, & hoc, quod contingit in spachio quod tangit tantũmodo illius solius datoris interesse multo magis contingit in scartaficijs bãcherij, in quibus, cum tractæ excedunt quantitatem remissarum; & tam tractæ, quam remissæ fuere acceptatæ, si tractæ excedunt, illud excessum dicitur mancamento. Hoc verbo frequenter vtuntur leges feriarum, sed præcipuè *cap. 3.* cũ additione sub eo facta *die 22. Octobris 1609.*

Auantium è conuerso dicitur id, in quo remis-
23 sæ excedunt quantitatem contentam in tractis. Et nullum in ferijs vocabulum frequẽtius vsurpatur, quam auantiorum, quo denotatur super affluentia nominum, & mancamentorum, quo significatur defficientia eorumdem, facta colatione prædicta, & est, correlatiuè, oppositum verbi, de quo supra mancamenti.

Negotiationum. In hoc verbo idem` contingit
24 quod supra monui, verbo acceptationes. Accipitur enim, tam pro re ipsa, quam pro tempore, quo res geritur. Factis namque acceptationibus, facile cognoscit bãcherius quilibet, quid sibi desit, quid sibi superexcedat, in feria illa, ad effectum, vt possit tradere suum bilantium, quod bilantiet ad effectum de quo supra, verbo bilant; um. Quo cognito: summa diligentia vtitur bancherius negotiando, vt, quatenus sit in mancamento, ab alijs bancherijs, via Cambij consequeretur tantam quantitatem, quanta sit necessaria ad coæquandum dictum mancamẽtum. Casu verò quod sit in auantio, eadem diligentia, cauet, vt illud alijs bancherijs Cambio det, ad effectum consequendi dictam coæquationem bilantij. Et id quod ad prædicta consequenda, dicitur, suo iure, negotiatio, & tempus ad id statutum, quod est dierum octo à die acceptationis, vt *cap. 13.* ex legibus feriarum, dicitur tempus negotiationum. De hoc aliquid tangit, licet diminutè Rota nostra apud Bellon. *decis. 1.* *num. 30.* distinctè leges feriarum *capit. 31.*

Prouidere. Hoc verbum, seu loquendi mo-
25 dus, connotat per necessarium antecedens, mancamentum in eo, de quo dicitur, & nihil aliud formaliter significat in proposito, nisi capere ad Cambium quantitatem necessariam pro supplenda indigentia prædicta, seu mancamento. De hoc verbo sæpius in legibus feriarum, & præcipuè *in cap. 13.*

Disponere è conuerso connotat auantium, &
26 nihil aliud sibi vult, præterquam dare Cambio id, quod superexcedit tractas, de quibus in scartafacio, seu in spachio.

Valere se. Hoc verbum, seu loquendi modus,
27 videtur idem cum illo prouidere se, de quo supra dixi eam capere ad Cambium quantitatem, quæ sibi defficit. Sed ab eodem differt, quatenus contingat id fieri ab eo, qui dicitur se valere, non pro computo proprio ipsius, sed pro computo alterius, ad quem spectaret debitum illud. Ex quo oritur necessitas in eo, qui prouidendo se, de consimili summa, ꝓpriori vocabulo, dicitur valere se, vulgo *valersi*. Et de hoc loquendi modo pluries in legibus feriarum, sed præcipuè *cap. 35.* & eo modo mercatores vtuntur etiã non rarò, in litterijs Cambij: vt ijs, quos re censet Scacc. *§. 1. qu. 5. nu. 89.*

Pagamenta. Hoc verbum, pariter: ex illis est
28 quod significat rem, & tempus præfixum ad rem peragendam, solutiones videlicet Cãbiorum, quæ statutis temporibus tam in ferijs, quam in Plateis fiunt, si de regularibus sit sermo. Nam irregularia habent particularem legem, vt plurimum, dictam a plaeitis contrahentium de qua infra, ad denotandas igitur, tam solutiones ipsas, quam tempus earũ vsurpant mercatores hoc verbum: *pagamenta*, quæ tamen quatenus rem ipsam respiciunt, tripliciter contingunt. De hoc fit mentio in legibus feriarum *capit. 2.* vbi præfiguntur hæc tempora, secundum distantiam à feria.

In contanti, Hoc est, pecunia numerata, sed
29 hoc rarò, & ferè nunquam de facto contingit. Et quod meritò quis mireturin feria illa, in qua nihil nisi pecunia ex parte vtriusque contrahentis deducitur, & tota quanta est in commutatione pecuniarum verè, & realiter versatur, summa semper pecuniarum penuria adest. Et illi ipsi bancherij, qui centies centena aureorum millia, in qualibet feria verè, & cum effectu cõmutant, vix tot pecunias afferunt, quæ ad expẽsas victus pauco-

paucorum dierũ ſufficiant. De his pecunijs feriarum in legibus prædictis *cap. 10. & 11.*

In ſcontris etiam, ſæpe contingit ſolutio, vide-
30 licet per viam cõpenſationis. Quando enim in eodem bancherio coincidunt tractæ, & remiſſæ ab eadem perſona, fit compenſatio pro concurrenti quantitate; quæ ſi æqualis omnino ſit, extinguitur in totum debitum cum credito, & nihil remanet deſcribẽdum in bilantio, tradendo vt ſupra, in qno tamẽ ponitur ſiue ad debitum, ſiue ad creditum id, in quo excederent quantitates prædictę de quibus in dictis tractis, & remiſſis.

Aduertendum tamen eſt in propoſito; quod prædicta poſſunt contingere dupliciter. Primò quando tam tractæ quam remiſſæ, factę ab eadem perſona ſpectant ad ipſummet bancherium. Secundò quando dictæ tractæ, ſeu remiſſæ, eſſent quidem directæ ad eumdem bancherium, ſed nomine alieno (cum vt ſupra adnotauimus: licet plures tractæ, ſeu remiſſæ dirigi poſſint in ferias non bãcherijs, hæ tamen debeãt neceſſario expediri per ſolos bancherios.) Hi duo caſus id habent cõmune; quod in bilantijs, vel
31 nihil ponitur, quando prorſus coæquant ad inuicem, vel exceſſus ſolummodo, ſiue illi ſit debiti, ſiue crediti. In hoc autem valdè differunt: quia primo caſu extinguitur in totum debitum, & creditum, cum tali caſu cõtingat perfecta compenſatio, remanente ſolummodo in eſſe, exceſſu illo, ſi, & quatenus adſit ſiue ad debitum, ſiue ad creditum. Secundo vero caſu, attenta diuerſitate perſonarum, cum non contingat vera compẽſatio, non obſtante dicta confeſſione, quæ tantummodo inſeruit pro ſcripturæ dire-
32 ctione, remanent viua tam debita', quam creditã, de quibus in dictis tractis, & remiſſis reſpectiuè; Vnde, & pro tractis tenetur facere litteras Cambij, & pro remiſſis dare quitationes, illis reſpectiuè nominibus, ad quæ ſpectant. Et de his meminit *cap. 13.* legum feriarum.

In bilantijs, denum, dicitur fieri ſolutio, quo-
33 tieſcumque in bilantijs, de quibus ſupra, verbo, bilantium, ponitur per creditorem nomen illud, cui debet fieri ſolutio, & pro omni, & vniuerſa quantitate, qua ponitur creditor, intelligitur conſumata ſolutio. Quod videtur prorſus imaginabile, & fictitium; ſed apparebit, dum progreditur diſputatio. nec plenius fieri poſſe ſolutionem, quam per bilantia feriarum, nec de ſequuta vel non ſequuta ſolutione; certius doceri poſſe, quam per bilantia. De hoc meminit Scacc. *de Camb. §. 2. Glo. 4. num. 11.* Sed plenius leges feriarum *cap. 13.* & alibi ſæpe, & ſpecificè de ſolutione in bilantijs *cap. 36.*

Aualla fideiuſſionis genus, ſeu verius conſti-
34 tutæ pecuniæ certè, qui obligatur in ferijs per aualium; licet pecunias Cambio non recipiat, æquè principaliter obligatur, ac principalis, cui datę fuere pecuniæ Cambio & poteſt conueniri nullo monito, nec requiſito principali, & nihil frequentius in ferijs
35 quam aualla, in illis caſibus, quando bancherij, qui habent auantia, diffidunt de eis, qui ſunt in mancamento: tunc enim, miniſterio auallorum, conceſſorum ab alijs bancherijs maioris fidei, fit diſpoſitio ab habẽtibus auantia. De his leges feriarum *c. 17.*

Proteſtum. Actus ipſe, quo, renuente facere
36 acceptationem tractæ illo, cui fuit directa, fit coram notario, & teſtibus, per eum, cui dirigitur remiſſa. Quãdoque etiam ſumitur pro ipſo publico documento, quod de proteſtatione ipſa conficitur à notario. Aduertendum tamen eſt; valdè inter ſe differre hęc duo; leuare proteſtums; & ſoluere ſuper proteſtu. Primum enim contingit cum nec ille, cui dirigitur tracta, nec alius pro eo ſol uit ſummam de qua in litteris, & tunc facta proteſtatione vt ſupra dicitur leuari proteſtum, & redire litteras cum proteſtu, ad locum ſcilicet, & ad perſonam, a quibus pro ceſſerunt. Et de hoc plenè per Scacc. *§. 2. Gl. 4. nu. 10. 17. & Glo. 5. nu. 316. cum ſequentibus.* Secundum verò quando verè, & realiter fit ſolutio litterarum, vel ab eo, cui ſit tracta, non abſolutè, & ſimpliciter, ſed pro honore litterarum, id quod exequitur declarando ſe non in executione ordinum, & lit-
37 terarum, ſed pro honore litterarum. ſeu datoris earum ſoluere. Et de hoc poſt Rotam noſtram Scacc. *§. 2. Glo. 5. num. 358.* (Cuius rei quæ ſit vtilitas infra patebit) vel renuẽte quouis modo ſoluere illo, ad quem tracta dirigitur, ſolutio fit per alium, ad quem non fuit directa, ſed ſuper proteſtu. Et de hoc etiam Scacc. *vbi ſupra num. 357.* Et ex hoc diſcrimine effectus alius, ad rem noſtram, &
38 pro terminorum intelligentia oritur. Quod quando eleuatur proteſtum, creditum, de quo in literis, non ponitur in bilantio, nec vllo modo deferuit ei, cui fuit directa remiſſa, ſicuti nec grauat eum ad quem fuit facta tracta diuerſũ ab eo, quod contingit, quãdo

fit

fit solatio *super* protestu. Et de his in legibus feriarum passim præcipuè *cap. 55.*

Ruptus idest decoctus, indè rumpere deco-
39 quere; & in ferijs dicitur rumpere Bancherius, quando nequit se constituere in bilàtio, idest adæquare credita debitis; & ex consequenti efficitur impotens ad tradendum bilantium adæquatum Consuli, & Cõ-
40 siliarijs feriarum, vt supra. Quo casu creditа omnia, quæ is habet in dicta feria, repar-
41 tiuntur inter suos creditores eiusdem feriæ, nec in hoc repartimento, habetur ratio aliorum creditorum, quantumuis priorum, & cum priuilegio; & hypotheca, sed tantum eorum, qui existunt creditores Cambij in dicta feria prædicti rupti. Et hoc casu talis ruptus, tamquam membrum putridum, resecatur à dicta feria, nec de eo, ciusue bilàtio curatur, perinde ac si non esset. Sed creditores eiusdem, qui alias posituri erant in suis bilantijs ad sui creditum nomen dicti
42 debitoris, pro summis sibi debitis, id facere nequeunt; cum existant ad ratam dicti crediti in mancamento, sed quatenus nolint, & ipsi rumpere; coguntur de nomine illius rupti, pro concurrenti quantitate, sibi prouidere ab eo, vel eis, cui, vel quibus remanet ex dicta ruptura auantium. Et hinc notatur in ferijs non rumpere nisi Bancherios, licet enim multæ tractæ dirigantur, etiam non Bancherijs, qui etiam possunt deficere in
43 solutione sicut & Bancherij; tamen, his tractis non completis, consulitur per elcuationes protestuum, vt supra, *verbo protestum*, & cum dicto protestu redeunt ad locum, à quo litteræ processere, quo loci quatenus nen contingat solutio, tunc ibi, & in dicta Platea, dicitur is, non Bancherius rumpere.
44 Ex quo nulla innouatio, præcisè, fit in feria, quia, vt admonuimus, ibidem remissæ, à quibus protesta eleuantur, non possunt poni in bilantijs Bancheriorum.

Feria finita. Per hæc verba denotatur; In Feria
45 illa rectè omnia processisse, videlicet. Bancherios omnes adimpleuisse omnia adimplementa, respectu omnium, & quarumcũque tractarum, & remissarum, quæ ad dictã feriam fuerunt directa. Et in proposito accidit id, quod plerisq; incompertũ est. Quod, scilicet, si in vniuersum sumatur feria, in ea semper perpetuo, & necessario, summæ tractarum adæquant prorsus summas remissarum, nec aliter fieri vllo modo potest. Cum enim nulla possit fieri tracta, de quauis summa, quin, & etiam de eadem fiat remissa, necessario consequitur dicta exequatio. Discrimen est solum, & se tenet, respectu diuersorum; cum variæ, & diuersæ personæ sint illæ, ad quas spectant tractæ, ab illis, quibus spectant remissæ, quæ personæ singulares satagunt ad sibi parandam dictam exequationem, vt vidimus *in verbis auantium, & mancamentum*. Et statim ac, facta fuit dispositio de auantijs, & prouiso de mancamentis, iuxta indigentiam, vel abundantiam singulorum, statim feria dicitur finita, id quod consequitur à præfata consignatione bilantiorum; facta per omnes, & singulos bancherios, & à confectione bilàtij generalis quæ fit à Consule, & consiliarijs. Vt vidimus supra, verbo, bilantium, & de hoc in legibus feriarum *cap. 15.* circa finem cum additione facta die 22. Octobris 1609.

Retornum, multiplicem habet significationẽ
46 Quandoque accipitur pro pretio ipso, quod in ferijs apponitur scutis marcarum, soluẽdis in platea, pro qua constituitur id pretium. Quandoque pro interesse, quod ex eo resultat, quia facta non fuit solutio *in* loco destinato, quo casu redit Cambium *ad* locum, in quo celebratum est, vna cum interesse, ob non factam dictam solutionem, quod ipsum dicitur retornum. Quandoque etiam pro actu ipso, qui actus contingit, dũ non facta solutione in loco destinato, debitum, de quo in Cambio, dicitur redire, & ipsemet actus retornum. De hoc fit mentio in legibus feriarum *cap. 16.*

Pro valuta habita. Hæc oratio, frequentissima
47 in litteris Cambij, continet confessionem datoris, earumdem de pretio habito Cambij, de quo in litteris de hoc expressa dispositio in legibus feriarum *cap. 14.*

Cambiati. Hoc verbum vsitatum est etiam in
48 dictis litteris Cambij, & semper ponitur cũ additione personæ, cum qua Cambiatum dicitur, & significat Cambium celebratum esse cum illa persona, sed non inuoluit per necesse valutam Cambij habitam fuisse.

Conti con. Et hoc verbum vsitatum in litteris
49 Cambij est synonimum cum verbo supradicto cambiati, & semper pariter apponitur cum additura personæ.

Ordo, & de ordine. Idest mandatum, & de
50 mandato, & denotat intercessisse mandatũ, specificum.

Pro computo. Idest pro causa, & negotio, &

pro

51 pro eâ perſona,de quâ agitur, & nullum inuoluit mandatum per neceſſe,ſed puram negotij geſtionem pro alio , & adaptatur tam credito,quam debito : Licet quandoque habet adiunctum etiam mandatum,& tunc dicitur geri de ordine,& pro computo.

A parte,ideſt ex parte,cum enim negotiatores
52 plura adminiſtrent negotia, pro quibus expediendis implicantur ſolent, vt diſtinctè ſcripturam priuatam dirigunt , vnicuique negotiationi dare debitum , & creditum reſpectiuè , de pecunijs ad vnumquemque pertinentibus , quæ computa in libris intitulantur , ſeparata cum ſignis aliquibus id denotantibus, puta, à parte quarta,a parte quinta,& ſignificatur id ſpectare negotiationi granorum,vel ſecuritatum , vel cum participatione,vel intereſſe certarum perſonarum.

Ponatis,ſiue ponas , verbum eſt imperatiuum,
53 vſitatũ pariter in litteris Cambij , ex quibus licet ſemper , ac perpetuo verum ſit , quod dator illarum principaliter obligatur , vti principalis promiſſor , ac contrahens:tamẽ, quia ,non rarò, Cambium illud celebratur, vel de mandato , vel pro computo aliorum. ſolet id ſignificare in litteris Cambij , & in ſpachijs,idq; miniſterio verbi huius , quod eſt vtile ad multa,vt ſuo loco apparebit.

Ad vſum. Et hoc frequentiſſimè in litteris Cã-
54 bijſed ſemper in irregularibus , in quibus quando apponitur certus dies , ipſi actuali ſolutioni, deſtinatus, is ſeruandus eſt , puta intra dies decem , vel viginti a die præſentationis , ſed quando apponitur verbum illud, ad vſum,denotat dillationem illam tẽporis ad ſoluendum , à die præſentationis litterarum Cambij , quod regulariter ſecũdum conſuetudinem illius plateæ ſtatutum communiter, eſt, longius, vel breuius quo minus dictæ plateæ ad inuicem diſtant . Et hoc ad plura deſeruit;non ſolum , vt à die præſentationis habeat commoditatem ille, cui fit tracta,ad parandas pecunias,& vt interim perueniant ab eodem datore litterarum Cambij litteræ aduiſij , per quas ſecurior reddatur de adminiſtrandis , ſed etiam quia interim poteſt dari caſus , etiam, poſt acceptationem , reuocationis dictarum litterarum,vt ſuo loco videbimus .

Littera viſa,e contrario,poſita in eiſdem litte-
55 ris Cambij,denotat ſtatim , facta præſentatione,ſolutionem faciendam per eum , cui tracta dirigitur.

Expenſę. Comprendunt ſoluendas illius expẽ-
56 ſas , quæ contingunt occaſione Cambij celebrati,ſeu perfecti , & conſumati pro ſolutione,& ſunt prouiſiones,Gabella, & genſaria,ſeu proxeneticum.

Prouiſio eſt tertia pars vnius ſcuti , pro quoli-
bet centenario;ſoluitur per debitorem Cãbij illi , per quem fit ſolutio, nomine , vel pro computo ipſiuſmet debitoris:eſt quædã merces,recompenſatiua laboris , debita illi, qui operam ſuam adhibet in illo negotio, complendi tractam,& hæc prouiſio,de natura negotij , debeturilli , qui tractam complendo,munus dictę negotiationis exercet. Quandoque etiam prouiſio datur , pro pretio periculi,per aliquem , qui cum requiratur à debitore,vt rem gratam ſibi faciat,ordinando ſuo coreſpondenti , vt tractam faciendam,ſeu factam compleat,morem ei gerit . Sed pro periculo conuenit , ſibi ſtipulari prouiſionem , ideſt pretium dicti periculi,cum mandando,ſe obliget erga mandatarium,quaſi fideiubendo, & de vtraque loquitur Scacc.S.3.glo.3.num.15. & 15. licet totam rationem reſtringat ad pretium periculi , quod non eſt verum , cum etiam ratione mercedis ſimplicis debeatur.

Gabella eſt quædam præſtatio de vna decimæ
58 parte vnius ſcuti , pro quolibet centenario, quæ ex vectigali in dicto per Sereniſſimam Rempublicam noſtram,debeturin quolibet contractu Cambij , celebrato inter noſtram Ciuitatem Genuę,& locum feriarum.

Cenſariæ. Ideſt proxeneticum,quod pro mer-
59 cede tribuitur proxeneris , quorum munus frequentiſſimum eſt in hac negotiatione,vt vidimus ſupra diſputatione prima quæſtione...

Complementum,ſeu dare complementum. Eſt
60 habere vices alicuius,& pro eo omnia poſſe agere , & adminiſtrare . De hoc in legibus feriarum *cap.29*,

Noſtri. Hoc verbum eſt ambiguum,& eſt aptũ
61 ſignificare tam ſocietatem illam , in quæ eſt particeps,ſeu nomẽ habet is,qui vtitur verbo illo,ſed etiam ſuos coreſpondentes alterius ſcilicet negotiationis, & propterea determinatam ſignificationem aſſumit ex adiuncto,vel ſaltẽ ex ſubiecta materia de hoc verbo Rota noſtra apud Bellon. *deciſ. 135. num.4.*

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO II.

Praxis perfectionis Cambij simplicis.

1 *Cãbij simplicis perfectio, qui fit per litteras confignationem, cui & a quo, quibus ſoluendæ quando, vbi, & materia vniuerſa ſummatim recenſetur per iſtud cap.*



ELEBRATO Cambio ſecũdum praxim, quã expoſuimus ſupra diſputatione prima queſtione ſecũda ad illud perficiendũ 1. debitor 2. tradit ſtipulatori 3. litteras Cãbij 4. binas, & ternas 5. quandoque, directas ad locum deſtinatę ſolutionis 6. cum ſpecifica expreſſione ſummæ, quantitatis ſoluendæ 7. & die, & loco, quo date 8. fuerunt; cum cauſa earumdem 9. præſentandas ei 10. cui de quantitate in litteris contenta per debitorẽ fit tracta, quem etiam per litteras aduiſij, ſeu per ſpachia certiorem 11. facit de eadẽ re. Hæ igitur litteræ præſentantur 12. per ſtipulatorem ipſum 13. vel per illum cui fit remiſſa 14. eidem, cui fit tracta, qui illis receptis 15. vel eas acceptat 16. vel non acceptat. Quatenus acceptat, & ſuo tempore 17. ſoluat 18. per dictam ſolutionem conſumatur, & perficitur contractus Cambij; quod ipſum contingit ſi non acceptet quidem ſimpliciter, ſed ſuper proteſtu 19. & pariter ſuo tempore ſoluat. Si verò non acceptet: tunc vel alius quiſpiam (licet ipſi litteræ nõ fuerint directæ) eas acceptat 20. pro honore litterarum, & ſuper proteſtu, & tunc ſequuta ſolutione idem contingit effectus conſumationis, & perfectionis cõtractus. Vel nemo illas acceptat, & tunc præſentator litterarum facta de eis iudiciali requiſitione 21. contra eũ 22. cui facta fuerat tracta ab eis proteſtum 23. eleuat illudque ad remittentem tranſmittit qui à datore litterarum 24. ſiue volente, ſiue inuito via iuris 25. conſequitur ſummam in litteris contentam vna cum intereſſe, & ex conſequenti conſumationem; & perfectionem prædictam. Et hæc quidem contingunt in praxi ad Cambij perfectionem, & fine quibus Cambium perfici fere 26. non poteſt. Sed plura etiam, vt plurimum, accidunt inter mercatores Cambiorum vſitariſſima, in eadem Cambij perfectione, licet ſine illis optime conſtare poſſit, & de facto quandoque conſtat, præſertim in irregularibus) ex quorum defectu, non raro impeditur de facto, vel deficit, ipſa Cambij perfectio. Reſpiciunt autem hæc omnia. Vel commodum, ſeu incommodum ipſius debitoris 27. ex Cambio. Vel ſtipulatoris 28. eiusdem. Vel eius 29. cui fuit tracta. Vel eius 30. cui fit remiſſa. Vel alicuius tertij 31. vel mixtim ex duobus 32. vel pluribus 33. ex prædictis. Sed hæc omnia ſemper & neceſſario exequuntur, per contractum 34. ſubſtantia diuerſum a contractu Cambij, licet ei adnexum 35. ex quibus adimpletis, vel non, inextricabiles quæſtiones oriũtur inter mercatores, in foro noſtro parum cognitæ, & per conſequens minus iuridicè deciſæ. Denotantur autem hæc omnia, vel in ipſis litteris Cambij 36. vel in litteris aduiſij, ſeu ſpachijs 37. quam breuiſſimis, & ſuccinctiſſimis verbis 38. Quarum cum pleraque reſpiciant ipſam duplicitatem Cambij, de eis relinquetur ſuus agendi locus in tertia diſputatione, examinatis, & diſcuſſis in hac ſecunda ijs, vna cum reſpicientibus ſubſtantiam ipſam perfectionis Cambij ſimplicis, quæ duplicitatem producãm non attingũt & hæc ſuſius de more explico.

1 *Perficiendũ*. Perfectione ſcilicet illa extrinſeca qua conſumatur actus ipſe, ſicuti per traditionem perfici dicimus venditionem, quæ alias ſolo conſenſu, re, & pretio perficitur, quoad ſubſtantiam ipſam, vt ſæpius diximus & præcipue ſupra diſputatione prima quæſtione ſeptima.

2 *Debitor*. Præciſe, ſcilicet, ex illo Cambij contractu, & prout ex illo contractu præcisè obligatur; nam nihil impedit, quominus quandoque abſolutè, & ſimpliciter loquẽdo, verè non ſit debitor, puta, ſi valutam Cambij illius nondum habuiſſet, vel in Cãbio ipſo adeſſet aliqua delegatio, vel datio in ſolutum nominis illius, ad quem fit tracta, vel alicuius alterius ad quẽ tracta ſpectaret, vel aliter quomodocumque.

3 *Stipulatori*. Vt plurimum: nam nihil impedit,

dit, quominus, etiam, tradi poſſint non ſtipulatori, ſed vel cuidam tertio, vel eidem ipſi, cui ſit remiſſa, & eſt facienda ſolutio; vel alteri eius nomine, vel cuicumque alij, cui ex dicto Cambio quæſitum ſit ius, actio vel aliqua commoditas. Contingit namq; ſæpiſſimè, quod ille, qui curat celebrari Cambium, & litteras eiuſdem, non ſit dominus illius Cambij, nec ſibi fuerit ſtipulatus, ſed pro computo, & intereſſe aliorum prædicta adminiſtrauerit, & licet propriè non ſit ſtipulator, tamen ei litteræ traduntur. Et hinc fit, quod licet nomen ipſius ponatur etiam in litteris, ad denotandam, ſcilicet, perſonam, cum qua fuit contractus celebratus, poteſt tamen omitti, & de facto etiam quandoque omittitur.

4 *Litteras Cambij*. Quando ſcilicet Cambium eſt expediendum per alios, & ſecundum ea, quæ communiter accidunt, nam quando Cambium expeditur per ipſoſmet contrahentes, & quando expediri poteſt abſque litteris expoſitum fuit ſupra quæſtione vndecima.

5 *Binas, aut ternas*. Multiplicatio hæc litterarum eſt admodum vtilis, & ferè neceſſaria, cum enim tranſmittuntur per ſtipulatorem, ſi caſu aliquo perirent, vel ſi ille, cui tranſmittuntur, eas nõ ſeruaret; remaneret ſtipulator abſque vlla probatione ſui crediti, & ideo vnis tranſmiſſis, ad effectum perfectionis Cambij, reliquas penes ſe retinet, in ſubſidium probandæ veritatis. Et quoniam vbi eſt maior diſtantia locorum, ibi maius periculum amiſſionis earumdem, ideo cum regulariter binæ dentur, in his caſibus triplicantur. Sed ne abutendo ſtipulator multiplicatione litterarum geminare poſſit exactionem, ideo ſolet in ipſis litteris Cambij, expreſſis verbis, id denotare, videlicet, per has primas, per has ſecũdas, per has tertias litteras Cambij, vnde nullo negotio ſi plures deſiderer ſtipulator plures conſequetur à debitore; ſecuro per dictam denotationem ſemel tantum Cambium illud ſolum iri. Sed caueat is dator plurium litterarum, vt inſcriptiones a tergo faciat omnibus, & quibuſcumque litteris, eas dirigendo eidem perſonæ, nam ſi hanc inſcriptionem non faceret, poſſet receptor doloſè circa eas verſari (vt quandoque factum audiui in maxima quantitate ſcutorũ centum milium.) Nam ſi eaſdem litteras geminatas, vel ternas, ad varias, & diuerſas perſonas inſcriberet, vtrique ſummam compleret, & ſatisfaceret, & ſic debitum datoris geminaretur cõtra ipſius voluntatẽ.

6 *Locum deſtinatæ ſolutionis*. Hic locus denotatus in ipſa inſcriptione litterarum, quæ ſit à tergo earumdem, & propterea, cum maximè intereſſit, non mutari, hinc vſus inoleuit, deſcribendi has litteras in ſimpliciſſimo folio appapiri, quinimmo in parte modica eiuſdem, quæ in prædictis omnem reſpuit fraudem,

7 *Quantitatis ſoluendæ*. Hic ſtat cardo rei, & propterea duplici, ac diuerſo modo in documento, tam compendioſo exprimitur, in corpore ipſarum litterarum. Primo quidem notis numerabilibus in frontiſpicio earumdem, Secundo verbis expreſſis, & extenſis in ipſiſmet litteris.

8 *Datæ*. In frontiſpicio, & veluti titulo ipſarum litterarum locus, & tempus datæ deſcribitur, quod eſt neceſſarium ad plura, & inter cætera in irregularibus, vt ſciri poſſit intra quod tempus, poſt acceptationem, debeat fieri ſolutio, & in omnibus, vt in euentum proteſtationis, ſciri poſſit, ad quẽ locum Cambium redire debeat cum protextu.

9 *Cauſa eiuſdem*. Omnino neceſſaria, nam, ea omiſſa, ex litteris prædictis non conſtaret de aliquo contractu Cambij celebrato. Sed ſonaret in ſimplex mandatum de ſoluendo, & propterea exprimitur in ipſiſmet litteris & nulla alia eſſe poteſt, quam cauſa Cambij, celebrati inter perſonas, ibidem, nominatas, &, non raro, apponitur etiam pretiũ, quo Cambium prædictum fuit celebratum quodcumen neceſſarium non eſt, cum, eo omiſſo, intelligatur de pretio iuſto, & currenti, vndè de facto ſæpe omittitur.

10 *Et*. Nomen huius, cui ſit tracta, non deſcribitur in litteris ipſis, ſed in inſcriptione earumdem: quæ fit à tergo, vna cum loco, de quo ſupra.

11 *Certiorem*. De hoc non curat ſtipulator, qui receptis litteris, de reliquo non eſt ſolicitus, niſi de illarum exactione. Sed id prouenit à fedulitate debitoris, vt curet fidem per ipſum obligatam, diſolui, & prouideat de modo ſatisfaciendi eidem, cui tractum fuit.

12 *Præſentantur*. Hæc præſentatio fit ſtatim, in Cambijs irregularibus, ad effectum, vt currant termini prefixi ad ſolutionem. In regularibus verò, que fiunt in Plateis pro

ferijs, non est necessaria, sed loco illius succedunt acceptationes, vt supra in prologomenis verbo acceptationes.

13 *Stipulatorem ipsum*. Quatenus scilicet, stipulatus fuerit, sibi ipsi solui, verbis expressis in litteris Cambij: aliter vero nihil operaretur eius præsentatio.

14 *Cui fit remissa*. Et cuius nomen est expressum in ipsismet litteris præsentandis.

15 *Receptis*. Hæc receptio non est in eo sensu accipienda, vt ille, cui fit tracta, dictas litteras penes se retineat, sed bene per eum visas restituit illi, cui est destinata solutio, facta notula ad tergum earumdem, ipsius litteraturæ, cum expressione diei, se dictas litteras vidisse.

16 *Acceptat*. De ista acceptatione, etiam facit notulam à tergo vt supra.

17 *Suo tempore*. Scilicet prædefinito, siue à lege aliqua, siue a consuetudine.

18 *Soluat*. Ista solutio debet fieri non solum in pecunia numerata, sed in eodē pecuniarum genere, quod expressum est in litteris ipsis, nec alterius generis, inuito exigere debenti, solutio admittitur.

19 *Super protestu*. Potest enim illemet, cui fit tracta per dictas litteras, eas non acceptare nec soluere simpliciter, & in executione earum: sed super protestu. Quod nihil aliud sibi vult, nisi ipsum non acquiescere velle ordinibus sibi datis, tam per dictas litteras Cambij quam per litteras aduisij, seu spachia, nec eas exequi. Nihilominus tamen, velle eas complere, pro illarū honore, quod valdè refert ad quamplura, vt suo loco videbitur.

20 *Eas acceptat*. Et tali casu facit, & ipse notulas acceptationis, prout ipsemet, cui diriguntur, vt supra.

21 *Requisitione*. Hæc requisitio sit simpliciter & absque vllo libello, requirendo coram notario, & testibus illum, an velit acceptare, & soluere necnè, coque renuente, eleuatur statim protestum.

22 *Contra eum*. Non solum contra eum, sed etiam contra alium quemuis, ad quem, quouis modo, spectat illud Cambium.

23 *Protestum*. Istud protestum continet, ne dū summam, de qua in dictis litteris, sed interesse etiam ob non factam solutionem, tali loco, & tempore, etiam Cambiorum, & recambiorum, vsq; ad actualem solutionem.

24 *A datore litterarum*. Siue alio quouis, ad quem forte dictum Cambium spectaret.

25 *Visa iuris*. Apud nos est expeditissima. Nā in ferijs statim, nulla interposita mora, & ad simplicem requisitionē creditoris sine processu, aut libello, de mandato Consulis, & consiliariorum, In Ciuitate vero intra horas 24. ad formam statuti de cauſ. breuioribus.

26 *Ferè*. Nam non repugnat subſtātiæ ipsius vt absque litteris, & absque interuētu aliarum personarum, contrahentes per se contractum Cambij celebratum in vno loco in alio, ad quem celebratum fuit, illud perficiant per solutionem.

27 *Debitoris*. Commodum, vel incommodum debitoris in eo generaliter versatur, vt debitum suum, quod ex huiusmodi Cambio, & illius perfectione resultabit grauius, aut leuius euadat sibi, id quod tot modis contingere potest, quot modis, debitor quilibet ex quauis causa maiori, vel minori incommodo suo, liberationem consequi desiderat frequentissime enim mandat, illud debitum imputari, pro concurrenti quantitate, eum eo, quod sibi ex alia causa debetur ab eodē illo, cui tractam fecit. Non rarò, è contrario, id iudicans repugnare rebus suis, id ipsum prohibet, mandando, per viam delegationis, vel dationis in solutum, vt ab alio id consequatur, vel de debito prædicto ab aliquo alio se prouideat, vel de eo alicui alio debitum det, in hoc, vel illo computo, vel de bitum prædictum retineat super Cambijs maiori, vel minori interesse, & pluribus alijs modis.

28 *Stipulatoris*. Commodum vero, vel incōmodum stipulatoris, vniuersaliter, versatur circa remouenda, vel imponenda grauamina in exactione ipsa. Quandoque enim, Cābium celebratur, habita fide, de pretio, & idco dator litterarum, licet mandet ei, cui facit tractam, vt illam soluat; mandat tamen, vt id exequatur; dummodo stipulator aliquid præstet, vel adimpleat, respiciens securitatem ipsius, puta, vt sibi prouideat de fideiussore, vel alijs modis.

29 *Eius cui fit tracta*. Commodum, vel incommodum huius versatur, regulariter, circa maiorem, vel minorem spem lucri, quatenus, scilicet, soluendo tractam prædictam, acquirat sibi debitas prouisiones, &, quod maius est, quatenus (cum per dictam solutionem euadat creditor mandantis) se valet de illa, via Cambij, pro illa, vel illa feria, seu platea, cum maiori, vel minori, spe lucri.

30 *Eius*

30 *Eius cui ſit remiſſio*. Et huius commodum verſatur etiam circa idem, de quo ſupra proxime; ſed modo contrario. Spes enim iſta verſatur vltra prouiſiones; quatenus, ſequutus ordinem mandantis, diſponit de auantio, reſultante ex dicta exactione in ſe ipſum, vel in ſuos, faciendo de illo remiſſas per feriasſeu plateas, ſecundum quæ ſperat minus,ſeu maius damnum, vel vtile futurũm.

31 *Alicuius tertij*. Ad commodum, vel incõmodum tertij accidunt hæc ad Cambium additamenta ex deſtinatione ipſorum principalium contrahẽtium dum de tractis, ſeu remiſſis,quæ in via Cambij ſiunt,mãdat eis qui tracta fit,ſeu remiſſa,quod prædicta expediant,benefitio,vel onere,huius vel illius tertij, licet in contractu nõ interuenientis. Id quo iure ſuſtineatur, apparebit in progreſſu diſputationis.

32 *mixtim ex duobus*. Prout, ſcilicet inuicem compatiuntur commoda, ſeu incommoda duorum ex prædictis vel etiam, prout eadem opponuntur, & commodum vnius ex prædictis reſultat in comodum alterius, vel è contra.

33 *vel pluribus*. Prout pariter,commoda, ſeu incommoda plurium complectuntur, & inſimul ſtare poſſunt, & ſibi inuicem compatiuntur,etiam per oppoſitionem relatiuam.

34 *Contractũm*. Mandati,plerumque non rarò conſtitutæ,delegationis, & dationis in ſolutum.

35 *Adnexum*. Per quamdam concomitantiã, ex ſuppoſito perficiendi Cambium, medio litterarum Cambij reſultantem.

36 *Litteris Cambij*. Non ſemper, & quando denotantur, vt plurimũ fit verbis generalibus.

37 *Litteris aduiſij*. Seu ſpachijs in his ſemper perpetuo,& diſtinctiſſimè.

38 *Verbis*. In litteris Cambij verba illa generalia, de quibus ſupra num. 36. ſunt vſitatiſſima illa, *ponete come vi auiſo*. Quæ illum habent ſenſum, vt ille cui diriguntur litteræ ſoluendæ, & cui fit tracta de debito illo, ex adimplemento tractæ reſultante,ea exequatur quæ ſibi per litteras aduiſij,ſeu ſpachia ſignificat in quibus diſtinctius prædicta aperit per illas verborum conceptiones, quas explicauimus ſupra in prologomenis.

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO III.

Quidnam neceſſario continere debeant litteræ Cambij.

1 *In quolibet actu quatuor conſiderantur ſolemnia,naturalia,accidentalia, & ſubſtãtialia.*

2 *Solemnia quæ de actu ſint remiſſiuè.*

3 *In publicis inſtrumentis ſolemnia maximi ſunt ponderis eatenus, vt omiſſio vitiet.*

4 *Notarius omittens in inſtrumentis ſolemnia tenetur ad intereſſe partium.*

5 *Et non raro punitur de falſo.*

6 *In ſcripturis priuatis non requiritur ſolemnitas, quæ in inſtrumentis deſideratur.*

7 *Fallit vbi de hypotheca, & pralatione agitur.*

8 *Naturalia,prout a ſubſtantialib.cõtradiſtinguntur ſunt, quæ à virtute contractus proueniunt,niſi contrarium expreſsè cautum ſit.*

9 *Euictio vbi non remouetur,eſt de natura cõtractus.*

10 *Subſtantialia quæ ſint.*

11 *Annus & dies datæ litterarum,& locus celebrati contractus, & ſolutionis deſtinatæ ſolemnia magis, quam ſubſtantialia concernunt. Intellige vt nu.13.& 21.*

12 *In litteris Cambij, ſi qua addantur præter ſubſtantialia,dicuntur ad facilitorem vſũ & pro facilitori explicatione.*

14 *Genera rerum non aliter dantur, quam in ſuis ſpecieibus,& indiuiduis.*

15 *In litteris Cambij mandatum coninetur per verbum,pagate,licet ſit contractus omnino extrinſecus à ſubſtantia Cambij,& nu. 17.*

16 *Mandatum per litteras dari poſſe, eſt naturaliſsimum.*

18 *Solutio in litteris deſtinata, dicitur verè,& propriè executio ipſius Cambij.*

19 *Executio dicitur quid, diuerſum ſubſtantia ab eo,cuius executio dicitur,& num. 20.*

22 *Solutio litterarum ſi non ſequatur, datur creditori actio arbitraria,contra datorem litterarum.*


image
not
available

dimus id ipsum censet Scaccia *de Camb.* §. *2. Glos. 1. & 2. per totum* examinãdo singulas, rationibus, ac verbis per eum adductis, quæ non transcribo, Ergo nihil vlterius exigitur in litteris Cambij necessarlo, præter
12 substantialia ipsius contractus, licet plura alia possint, & solcant addi ad faciliorem vsum, & pro faciliori explicatione.

Tertio, quatenus dics certa, & locus specificus
13 esset in litteris Cambij exprimendus: prout de facto solent exprimi, id ipsum videtur esse de substantia ipsiusmet Cambij, de qua cum illud probauerimus disputatione præcedenti quæstione octaua eam nec esse nec stare posse sine distantia locali, & temporis dilatione, necessario consequitur, quod si substantialia contractus in litteris Cambij, quæ in illius probationem, & executionem fiunt, exprimi debent, id non nisi expresso tempore, & loco fieri posse, & quidem certis, & specificis, genera enim rerum non aliter dantur nisi in suis speciebus, & individuis *l. semper in generalibus ff. de reg. iur. l. si quid earum §. inter emptum ff. de leg. 3. Liuter agnates ff. de and. legitim. Bart. in l. 1 §. conuentionis in princ. ff. sol. matr. Soc. Sen in l. quæ conditio num. 5. ff. de condit. & dem-*
14 *onstr.* (spem enim, & individuum idē esse apud Iureconsultos admouimus alibi.) Et sicuti, licet substantia emptionis, & venditionis consistat in consensu re & pretio, tamen nulla de facto datur venditio, nisi de tali re, & tanto pretio; eadem ratione non potest dari Cambium nec in esse deduci (de cuius substantia est dilatio temporis cum distantia locali) nisi celebratum tali die, pro tali loco, & successiue, cum expressione certarum dierum, & specificatione locorum, intra quæ celebrantur ergo dicendum videtur nihil aliud in litteris Cambij necessariò exprimi debere, nisi id quod est de substantia contractus.

Dicendum tamen est: in litteris Cambij expri mi non solum debēre omnia, & singula substantialia ipsius contractus, & inter ea certa dies, & locus, seu verius loca specifica, sed etiam alium contractum, omninò extrinsecum substantiæ Cambij; videlicet mādatum; quod expeditur per illud verbum, quo omnes litteræ Cambij incipiunt *pagate*. Prima assertionis pars probatur ex primo, & secundo argumento superius factis. Posterior vero ex eo; quia mandatum est de substantia perfectionis Cambij, quæ contingit litterārum ministerio. Sicuti enim naturalissimum est, per litteras mandatum validè, ac legitimè dari, ac suscipi posse, *l. 1. ff. mandat. l. lata §. amices ff. de verb. significat. l. si litteras, & ibi Glos. C. cod. l. vltima vbi pariter gl. verb. specialiter C. quod cum*
16 *eo.* Ita æque certum est, fieri nō posse, immo nec concipi intellectu, vt quis curet alibi soluat id, quod ipse debet litterarum ministerio nisi ad minimum ope mandati. Propterea, cum tota ratio finalis litterarum Cambij sit pro consequenda perfectione Cambij, quæ solutione debitis contracti ex Cambio consistit, quæ necessario fieri debet in loco desito ab eo, in quo celebratur contractus, & dantur litteræ, sequitur manifestò, in eis necessariò mandatum censeri oportere, nec sine eo stare posse, & consequenter esse de
17 substantia dicatur litterarum, *l. Iulianus §. si quis ff. de exhib. l. 2. l. pacta conuenta ff. de contr. empt. §. Paulus Bald. dicta l. pacta conuēta in princ. & in §. Papinianus in ant. lect. & in l. in vendent. C. de contr. empt. n. 3. & l. 1. nu. 14. C. de vsuf.*

Nec obstant contra hanc posteriorem partem conclusionis, ea, quæ posui in primo, & tertio argumento. Quandoquidem cum litteræ Cambij non solum in probationem sequuti contractus, sed etiam in eiusdem executionem conficiantur: hinc meritò in eis, non solum ea requiruntur, quæ sunt substātialia contractus, sed etiam ea, quæ secundū illius naturam, sunt necessaria ad illius executionem (solutionem scilicet) vigore illius contractus in alio loco destinatam, quæ vere & proprie executio dicitur per textum in
18 terminis *l. centum capue §. neque enim ff. de eo quod cert. loc. & ibi notat glos. verbo executionem.* Propterea cum executio sit quid di-
19 uersum substantia ab eo, cuius executio dicitur *arg. l. pro tribunali, & ibi DD. ff. de re iudic. l. episcopale C. de episcop. audient cap. cum apud 11. quæst. 3. l. si non cogmitio C. si contr. ius, vel vtilit. publ.* vnde, cum agimus
20 de executione sententiæ, vltra sententiam ipsam, exigimus mandatum Iudicis exequentis *l. à Diuo Pio ff. de re iud. & ibi DD. latè Bart. l. si miles §. qui iudicat ff. de re iudicat.* iure merito: cum de litteris Cambij agimus, ad hoc ordinatis, vt eorum ministerio exequatur contractus Cambij, debet in eis id contineri, sine quo dicta executio fieri nequit, quale est mandatum, per superius dicta.

Ad

Ad secundum vero respondetur, diem, & locū
21 exigi in dictis litteris, quæ prout continent contractum Cambij, de cuius substantia sūt absque eis consistere nequeunt; licet in aliis scripturis priuatis alios contractus continētibus, de quorum substantia non sunt, tamquam solemnitates extrinsecæ, negligi possint. Id quod non est peculiare in Cambio, quia Cambium est, sed est commune omnibus cōtractibus, quorum vigore solutio destinatur in certum locum, cum ex Vulpiano habeamus *l. is qui certo loco inst. de eo quod cert. loc.* „ *Quod is qui certo loco dare promisit* „ *nullo alio loco quam in quo promisit soluere* „ *inuito stipulatore potest*, quod si verum est; prout est de indubitabili, patet manifesta ne cessitas exprimendi locum, ad quem dirigi tur litteræ Cambij, non ad alium effectum ordinatæ, nisi ad faciendam solutionem in loco conuento. Quod est verum respectu loci vbi litteræ dantur, & respectu temporis, alia tamen ratione, ad effectum scilicet, vt in euentum, quod solutio deficiat in loco destinato, possit creditor vti beneficio actionis arbitrariæ, qua ei est de iure consultum, ob non factam, loco debito, solutionem, de
22 qua habemus iura expressa *l. non vtique §. nunc de officio l. de ol. quod Ephesi §. interdum cum l. fin. ff. de eo quod cert. loc.* & nos agemus infra, suo loco, cum disputabimus de litteris protestatis, & de vigore „ protestū, cui actioni nulla certa formula in factorum contingentia a iure est præscripta, nec contra eos, quibus litteræ Cambij diriguntur, dari posset, nisi positis certis, & specificis termini locorum, & temporis vt dictis iuribus patet, & suo loco fusius explicabitur. Nec resistunt quæ vlterius in contrarium ponderat Scaccia *d. §. 2. gl. 1. nu. 9.* Quod scripturæ
23 priuatæ probant contra scribentem, etiam sine die, & consuetam vt diximus, litteræ Cambij non conficiuntur, ad effectum probandi tantum, sed etiam pro executione cōtentorum in eis, ex cuius parte se tenet necessitas exprimendi diem, & locum, vnde nō est audiendus dum subdit *d. §. 2. gl. 1. nu. 10.*
24 stipulatorem posse cōtra eum, cui facta fuit tracta per litteras Cambij absque expressione loci, & diei, eleuare protestum, & istud exequi postmodum contra datorem litterarum. nam inanis esset omnino illa protestatio, quæ fieret per stipulatorem de litteris, quæ carerent substantialibus ad litteras Cābij *post alios Alex. in l. 1. ff. de oper. nou. nunciat latè Bart. in l. solum §. morte ff. de oper. nou. nunciat.* nec ex consequenti, sic de facto
25 protestatæ, poterunt exequi cōtra datorem earumdem, attenta illarum nullitate ex defectu substantialium, & creditori imputandum, qui dum litteras illas obtinuit, non adhibuit diligentiam debitam, cum nec etiam
26 ignorantia adeo supina ei profit *l. nec supina ff. de iur. & fact. ignor. l. mariti §. lenocinium ff. ad l. Iul. de adult. l. quod si. in rem in fin. ff. de in rem verso.* cum potius præsumantur tali casu, contrahentes velle facere actum frustratorium *l. non solum, de actio, & oblig. l. an inutilis in princ. de acceptila.* Benè
27 verum est, quod non per hoc, dator harum litterarum informium, lucrabitur pretium Cambij. fortè receptum, sed cum litteræ prædictæ, licet sine effectu, quoad executionem ad quam regulariter ordinantur, probent plenè contra datorem, etiam sine die, & tē-
28 pore. *Rebuff. post alios in tract. de Chirogr. & Sched. in præfat. nu. 88. cum seq.* Illarum vigore cogi per consequens poterit, ad exhibendum indebitè exactum, etiam nullis
29 alijs extrinsecus probationibus, accedentibus, ex illa æquitate desumpta ex *l. sime. & Titium ff. si cert. pet.* quam diuinā appellat, & sequitur in proposito Cābij magnus vir.

DISPVTATIO II.

QVAESTIO IV.

An vltra mandatum, & substantialia Cambij alius contractus, seu distractus inesse possit in litteris Cambij.

1 *In contractu Cambij inesse videtur, ex necessitate, contractus locationis illius mercatoris, in quem confertur mandatum Contrarium nu. 15.*
2 *Mandatum debet esse gratuitum. Intellige, vt nu. 30. & seq.*
3 *Lucrum ex susceptione mandati quis nō debet consequi.*
4 *Tertius, contra quem dirigitur mandatum, non potest opponere defectum ex eo, quod non sit gratuitum,*

§. Susce-

5 *Suſceptum mandatum non dicitur amplius mandatum, ſed locatio operarum.*

6 *Et oritur actio locati, & conducti.*

7 *Exigenti tractum debetur merces, ſiue proviſio, & Genue quanta ſit, & nu. 8. datur tamen ex quadam conſuetudine; & nõ dicitur conuentionalis 35.*

9 *In litteris Cambij virtualiter intelligitur promiſsio datoris litterarum de ſoluendo Declara vt nu. 37.*

10 *Stipulari tertio regulariter prohibitum. Lim. ſi 15. ſit adiectus ſimpliciter, vel ſolutioni nu. 11.*

12 *Procurator Domino recte ſtipulatur.*

13 *In Cambij celebratione geritur negotium abſentis per præſentẽ, & qtandoque à contra.*

14 *Numeratio vbi eſt cauſa alterius miniſtri, tunc nudus miniſter dicitur Procurator, quando vero negotium principaliter pertinet ad eum, cui deberet ſolui, qui numerat dicitur miniſter, & recipiens ſolutionẽ dicitur principalis, & Dominus negotij*

15 *In Cambio verſatur geſtio alieni negotij, & oritur actio negotiorum geſtorum.*

16 *Nouatio, ſit per executionem litterarum Cambij, & ſolutionem interuentu ſcilicet rei.*

17 *Ille, cui fit tractus, quandoque datur pro ſoluendo, & quandoque pro ſoluto, & quando.*

18 *Quando pro ſoluto datur dicitur dationem in ſolutũ in cõtractu interuenire. & n. 19.*

20 *In litteris Cambij præter ſubſtantialia, & mãdatum, nullus contractus, vel diſtractus exprimi poteſt, qui reſpiciat perſonas licet nominatas in litteris, que non interuenerunt in celebratione Cambij. Mandatum in litteris Cambij dicitur interuenire, ſecundũ ſe, & ſui ſubſtãtia, & quomodo 27. Lim. principale dictũ nu. 20. de poſsibili vt nu. 28.*

21 *Nullus contractus ſubſtantiari poteſt ſine cõſenſu vtriuſque contrahentis. Intelligequoad ortũ, vt n. 31. vbi declaratur.*

22 *Mandatũ ex ſolo conſenſu mandantis intrinſecè perficitur.*

23 *Mandatarius renuncians mandato, poteſt panitere, Domino perſeuerante in eadem voluntate.*

24 *Mãdatũ vt ſit contractus vltro citroq; obligatorius requirit conſenſum alterius. Et is debet eſſe correſpectiuus nu. 25.*

26 *Procurator non certioratus de mandato per nnncium, vel per litteras, agendo nil agit.*

29 *In litteris Cambij vltra mandatum de poſsibili ineſſe poſſunt aly contractus, ſeu diſtractus inter interuenientes celebrationi contractus, & facilius in caſibus in quibus trahens, & remittens vtuntur miniſterio Procuratorum. De facto vero ſecus. nu. 30.*

32 *Accipiens litteras Cambij, & tranſmittens illas, videtur conſentire contentis in eis, ac ſi verbis conſenſum expreſsiſſet.*

33 *In litteris Cambij inſunt principia veluti ſemina quædam aliorum contractuum, ſiue diſtractuum celebrandorum ex quatuor actibus, qui ſiunt in executione Cãbij & nu. 34.*

36 *De locationis ſubſtantia eſt certa merces.*

37 *Pactum nullius mercedis diſtruit locationis ſubſtantiam.*

38 *Promiſsio, vel ſtipulatio eſt quid generale, quod ineſt in quolibet contractu, ſed quãdo tranſit in ſpeciale nomen contractus amittit naturam ſtipulationis, & ſortitur ſpecificam naturam illius contractus, in quem tranſit.*

39 *Leges adaptantur ad ea, quæ frequentius contingunt.*

40 *Leges in facto conſtituuntur, quia futura incerto ſunt.*

Ognito, quid neceſſario inſit in litteris Cambij, refert ſcire quid contingat in eiſdem ineſſe.

1 Non ſolum autem videtur quod poſſit ineſſe, ſed quod etiam inſit de neceſſitate contractus locationis illius mercatoris in quem confertur mandatum, cum certum in iure habeamus de ſubſtantia

2 mandati eſſe, vt ſit gratuitum *l. 1. in ſuu. ff. mandat. l. Item C. de procur.* nec vllus ex mandato ſuſcepto lucrum conſequi poteſt, *l. ita §. 1 ff. mandat.* præſertim habito reſpectu inter mandatorem & mandatarium, nã reſpectu tertij contra quem dirigitur, is

3 opponere non poteſt de defectu mandati, ſub prætextu quod non ſit gratuitum *poſt alios Iaſ. l. naturalis §. ſed ſi facio nu. 2. ff. præſcr. verbis.* Et quatenus ſuſcipiat non dicitur amplius mandatũ, nec ex mãdato obligat, ſed locatio; & cõductio operarũ,

4 & per cõſequẽs locati, & cõducti oritur obligatio *l. 1. §. mandatũ ff. mandat. l. naturalis §. ſed ſi facio ff. de præſcript. verbis Aret. in l. Item verſiculo pro intellectu C. de procur.*

5 Vnde cum ex natura contractus Cambij ſit vt ille, qui ſoluit tractam, ſibi ab alio factam

suam consequatur mercedem, etiamsi de ea nihil inter contrahentes fuerit expresse cõuentum, quæ vocatur prouisio, & de generali consuetudine mercatorũ, est tertia pars vnius pro quolibet centenario, summæ solatæ, vt firmat Rota nostra *Bellon. dec. 30. num. 3.* dum constat litteras Cambij, ad hoc ordinari, vt per eas curetur solutio, consequenter dicendum videtur, etiam in illis cõtineri contractũ locationis, & conductionis.

Secundo, licet in litteris Cambij nulla expressa promissio datoris litterarum legatur, nec
9 personalis, nec imp̃sonaliter quidem facta, tamẽ haud dubiè p̃sumẽda, & subintelligẽda videtur promissio, facta per datorẽ litterarũ numeratori, & creditori ex Cambio, de soluendo summam conuentam *auth. si quando C. constit. pecu. Bald. in proposito conf. 348. facẽte sunt litteræ per Borromeũ vol. 1.* Si igitur dicta promissio intelligenda est, etiamsi non exprimatur, multo certius est, cã posse in litteris Cambij expresse contineri.

Tertio, (vt superius vidimus hac eadem disputatione q. 1. & 2. sicuti debitor Cambij facit de debito tractam, quod per viam mandati exequitur expresse per illud verbum, *pagate ita*, & pariter creditor ex eodẽ; facit de credito remissam, quod nihil aliud est, nisi conuenire cum datore litterarum, vt solutio fiat cuidam tertiò, quod expeditur in ipsis litteris per illa verba *pagate a Sempronio*, & ministerio stipulationis, quod licet regulariter tertio fieri nequeat §. *fin. Instit. per quas personas nob. acq.* tamen vti simpliciter adie-
10 cto, vel adiecto stipulationi, nihil impedit
11 fieri (quod fusius examinabo suo loco) & certo fieri potest ministerio procuratoris, *d. §. fin. Instit. de verb. oblig.* quo casu sibi ipsi stipulari videtur, *l. si cũ Cornelius ff. de solut.*
12 Ergo cum in quibusuis litteris Cãbij exprimatur persona, cui, vigore illius, est faciẽda solutio, & in pluribus saltẽ cõtingat per stipulationẽ, necessariò dicẽdũ videtur, & stipulationem in litteris interuenire posse.

Quarto plerisq; in Cãbij celebratione geritur
13 negotiũ abs ẽtis per præsentẽ, quãdoq; è cõtrario p̃sẽtis per absentẽ. Vbicũq; enim numeratio est causa alterius ministri, ibi certũ est quod nudus minister est procurator, sed ubi principaliter negotiũ pertinet ad eũ, cui deberet solui, tũc è cõtra, qui primo numerauit est minister, & recipiẽs solutionẽ esset
14 principalis, & dominus negotij, ut optimè docet in puncto *Bald. d. conf. 348. sub n. 6. & sic an negotiũ* Cũ igitur in Cãbio uersetur gestio negotij alieni, undè oritur actio negotiorum gestorum, *tot. tit. de negot. gest.*
15 & in litteris Cãbij exprimi debeat id, quod geritur, id præterea, vltra substantialia Cãbij, & mandatum exprimi poterit.

Quinto per executionẽ litterarũ Cambij, & sic
16 per solutionẽ vigore illarũ facta fit nouatio rei interuẽtu, & vna obligatio euelit, & egreditur de corpore alterius *l. singularia ff. si cert. per. l. qui negotia ff. mãd. quæ in proposito adducit Bald. d. conf. 328. n. 1. vers. 1tẽ fit nouatio lib. 1.* Si igitur hæc executio, ad quam litteræ ordinantur, inuoluit nouationẽ; nihil impedit, quominus in eisdẽ litteris exprimatur.

Sexto, ille, cui vigore litterarũ Cãbij fit tracta,
17 de summa in eis cõtẽta; quãdoq; datur pro solucdo quãdoq; vero p̃ soluto, quod quãdo, & quomodo contingat docet Baldus *conf. 384. num. 2. vers. amplius sciendum est.* Sed quoties contingit illo secundo, & posse priori modo, interuenit datio in solutum in Cambio, & in ipsis litteris eiusdem, vt pro-
18 bat idem auctor ibidem. Ergo in litteris Cãbij, poterit interuenire datio in solutum.

Demũ nihil impedit, quominus ille, cui fit tra-
19 cta, fit debitor trahẽtis, & ille cui remissa creditor remittẽtis, & ex cõsequẽti quod ad illum effectum fiat, vt contingit compensatio *l. 1. cum seq. & tot. tit. ff. & C. de compensat.* Vndè cũ tã tractæ, quam remissæ fiant per litteras Cãbij, vt supra expositum in prologomenis, & in praxi, nihil pariter impedire debet, quominus compensatio in ipsis litteris exprimatur, & pari modo delegationes, ac dationes in solutũ, & huiusmodi alia

Dicendum primo: præter substantialia contractus, & mandati, de quibus in præcedenti quæstione nullũ contractũ, nullúue distra-
20 ctũ exprimi posse in litteris Cãbij, qui respiciat personas, licet nominatas in litteris, q̃ non interuenerunt in celebratione illius Cãbij. Ratio huius conclusionis est manifesta, quia nullus contractus, nullus distractus celebrari potest, nisi interueniente consensu vtriusque contrahentis, sine quo substantiari non potest *l. 1. §. conuentionis cum seq. ff. de pact. l. obligationum substant. ff. de actio. & obligat. Instit. de obligat. quæ ex consens.* vndè cũ ex supposito dicti p̃sonæ in Cãbio nõ interuenerint, nec p̃ cõsequẽs cõsẽsũ p̃stare potuerint, nihil in litteris exprimi potest, q̃ eas afficiat, tã distrahendo quã cõtrahẽdo. Quodsi interuenerit mãdatũ, & quidem

in

in valida iuris forma,id ea ratione euenit. Quia de peculiari natura mãdati eſt,etiã inter eos cõtractus q̃ ſolo cõſẽſu perficiũtur, vt ex ſolo domini, ſeu mãdãtis cõſẽſu intrin
22 ſecè perficiatur *l.1.in fin.ff.de procur. c.licet de procur.lib.6. Bald.in rub.in fin.ff.mandat. & l.vlt.in fin.ff.ſi quis alter vel ſibi.* Vſque adeo,vt licet mãdatarius expreſſe renũciet mandato in ſe collato, poterit nihilominus penitere,illudque ſuſcipere, perſeuerante
23 tamen domino in eadem voluntate *cap.licet de procur.in 6. Bald.l.inuitus num. 3. in fin. C.de procur.* Licet ad conſequendum illud eſſe,quod ſit contractus vltro citroque obligatorius,&ex parte vtriuſque contrahentis perficiatur,exigat cenſenſum etiam mandatarij. *Bald.in l.1.col.2.verſ.ſi tamen conſtituerem,& ad finem verſ.ita nota ff.mandat.vbi teſtatur ſe ita conſuluiſſe.* Nec quilibet conſenſus ſufficiat,ſed omnino requiratur quod
24 ſit coreſpectiuus conſenſui mandantis ; in tantum. Quodſi procurator agat,nomine do
25 mini,abſque eo quod ſit à domino ipſo certioratus de mandato, ſaltem per nuncium, vel per litteras , nil valet quod agit *l.qui dominum,& ibi Bald.1.mol.nu.2. 3. Aret.numer. 5.ff.de teſtam.Aret.in l.ſed & ſi de ſua num. 2.verſ.circa ſecundum articulum ff. de acq. hæred.it. & conſ.68.num.4.Alex.qui de communi ſententia teſtatur l.licet n.1.C.de procur.& indubitatum dicit Rom.l.abſenti num 9.verſ.aduertendum ff.de donat.* Vnde,dum
26 diximus,in litteris vltra ſubſtantialia Cambij,etiam mandatum interuenire , & exprimi poſſe, ac debere ; intelligendi volumus
27 de mandato ſecundum ſe,&ſui ſubſtantiam intrinſecam,non autem quatenus coreſpectiuus contractus ; nam , ad hunc effectum exigit , & conſenſum mandatarij, qui non præſumitur per neceſſe in litteris Cambij.

Dicendum ſoluendo,de poſſibili, in litteris Cãbij,vltra ſubſtantialia contractus,& mãdata
28 ineſſe poſſe pluresc ontractus,ſeu diſtractus inter perſonas tamen illas,quę de neceſſitate interueniunt in Cambij celebratione', vt probauimus ſupra diſputatione præcedenti qu.2. Et id multo facilius in caſibus in quib. trahẽs,& remittẽs vtuntur miniſterio procuratorũ,pro exequẽdis,vel ſoluẽdis dictis tractis,& remiſſis. De facto verò ſecundum eõmunẽ cõſuetudinẽ mercatorum,& vſum litterarum Cambij, nunquam in eis præter ſubſtantialia prædicta, & mandatum exprimitur alius contractus,ſeu diſtractus , præter prædicta ſuaſtantialia Cambij, & mandatum, ſed ſi volunt dicti contrahentes aliquem alium contractum,ſeu diſtractum vlterius celebrare , id exequuntur miniſterio aliorum mandatorum , expreſſorum tam in ipſis litteris Cambij , quam in litteris aduiſij,ſiue in ſpachijs.

Prima pars huius concluſionis probatur ex eis quæ poſuimus ſupra in poſteriori argumẽto. Nulla enim repugnantia eſſet in litteris Cambij, ſi loco illius verbi , *pagate* , quo exordiri ſolent quæcumque litteræ Cambij & cuius vigore mandatur,vt perficiatur Cãbium , per numerationem, poneretur hoc; compenſate,vel,date in ſolutum tale nomẽ, tale prædium,& ſimilia,ſi tamen cætera adſint,nempe cõſenſus creditoris ex Cambio, qui vt plurimum eſt ſtipulator, qui recipiẽdo,tali caſu , & tranſmittendo litteras prædictas videtur conſentire dictæ compenſationi, ſeu dationi inſolutum , & quidem firmius quam ſi verbis conſenſiſſet,*l.ſi ita §.ei qui ff.de ædil.edict.cap.dilecti filij ext. de appellat. l. 1. cum ibi notatis C. plus valer. quod agit Socin.Sen.conſ.160.numer.4.lib.2. Natt. conſ.131.nu.3.*

Secunda,& poſterior pars concluſionis probatur ex experientia,cum nullæ litteræ Cambij aliter apparẽant celebratæ , vt expoſuimus in prologomenis ad hanc eamdem diſputationem,verbo,litteræ Cambij,&ſuſius qu.2.in praxi,& cõtractus, ac diſtractus prędicti facilius expediãtur in loco deſtinatæ pfectionis Cãbij miniſterio mãdati,ſeu mãdatorũ,cõtẽtorũ in litteris Cãbij,ſeu ſpachijs,& litteris aduiſij,vt experientia docet,

Dicendum tertio ,& vltimo:in litteris Cambij vltra ſubſtantialia contractus , & mandata non ſolum de poſſibili , ſed etiam de facto ineſſe ,& exprimi , vt plurimum , principia ſeu quædam , veluti , ſemina aliorum contractuum, ſeu diſtractuum celebrandorum cum alijs , & diuerſis perſonis, de quibus in prima concluſione , tam inter eas tantum , quam etiam cum altera, ſeu vtraq; perſona principaliter contrahentibus Cambium , de quibus in ſecunda concluſione. Qui contractus,ſeu diſtractus, perficiuntur intrinſecus,ſeu reſultãt per quattuor actus, qui exinde fiunt , pro litterarum Cambij executione . Videlicet. Per receptionem litterarũ. Per præſentationẽ earumdẽ.Per acceptationẽ . Per ſolutionẽ,ſecũdũ naturã reſpectiuè illius contractus , ſeu diſtractus,

de cuius principijs, & seu quasi seminibus dixi. Probatur hæc conclusio ex eo, quod licet verum sit id, quod superius diximus,
31 occasione primæ conclusionis, quod, ad substantiam cuiuscunque contractus, requiritur consensus vtriusque contrahentis, qui respectu illarum personarum extrinsecus aduenientium in Cambio, licet de eis fiat mentio in litteris, non potest interuenire, stante illorum absentia. Verum tamen etiã est, quod iste consensus, & simul sensus, non est necessarius quoad ortum, itaut eodem tẽporis articulo, quo oritur consensus vnius ex contrahentibus, oriatur etiam, & alius sed sufficit (dum de contractibus agimus, qui solo consensu perficiuntur) quod aliquã do vnianeur, & simul sint; licet consensus vnius ex eis longe, quoad originem, præcesserit; dummodo tamen hæc vnio fiat per modos à iure approbatos, ueluti per nuntium, uel per epistolam inter absentes, *l. Labeo in princ. ff. de pact. l consensu ff. de actio. & obligat. l pater naturalis ff. de adopt. l. muta ff. de legat. 3. Inst. it. de obligat. ex consens. Bart. qu. est. 7. num. 4. lib. 1.* Vndè cum recipiens litteras, simul cum eis recipiat consẽsum transmittentis, circa ea de quibus in litteris; si, & quatenus ipsius etiam, ad quem dirrectæ sunt litteræ consensus accedat, qui firmius facit is, qnam uerbis exprimitur (uno scilicet, ex quattuor modis in conclusione expressis, secundum exigentiam contractus seu distractus, de quo agitur.) Tunc absque dubio, resultat, seu perficitur contractus, seu distractus ille, cum consensus utriusque cõcurrat, ut fusius, & distinctius explicabitur, dum de actibus prædictis, & de unoquoq; ex eis, & uim eorumdem inferius agemus in suis particularibus quæstionibus. Quæ omnes circa actus prædictos nersantur, illis scilicet, quibus perficitur Cambium de qua perfectione instituta est præsens disputatio.

Sed ut satisfaciamus argumentis in contrariũ
32 adductis. Ad primum respondetur: uerum esse de natura mandati esse ut sit gratuitum in tantum. Vt licet inter socios mandatum
33 intercessisse, dicendum sit, de peragendis negotijs societatis; *l. nemo ex socijs ff. pro soc. Bald. cons. 120. num. 3. vers. societas autem lib. 1. Roma. cons. 398. nu. 1. Cranet. cons. 129. num. 1.* ex eo tamen, quod non est gratuitũ, non producit actionem mãdati inter socios si credimus Baldo *dicto cons. 120. num. 3. d. vers. societas autem lib. 1.* non per hoc tamẽ mandatum excludit, aut respuit omnem gratificationem, seu remunerationem auctore Vulpiano *l. si remunerãdi in princ. & ibi gl. verb. honor. ff. mandat.* Illa igitur prouisio,
34 quæ contingit in Cambio, induit naturam potius remnnerationis, quã mercedis, quod etiam, ex eo licet colligere, quod, nõ ex pretia conuentione inter partes, quod contingit in locatione, sed ex quadam laudabili
35 consuetudine est introducta. Quinimmo, & non rarò, expresse remittitur, etiam, ex cõdicto, ante executionem contractus: Vnde fit, locationem nullo modo dici posse aut debere; cum de illius substantia sit, vt certa merces constituatur *l. 2. in princ. l. opus l. insulam §. vlt. ff. de locat. & conduct.* & quate-
36 nus fiat locatio cum pacto, vt nulla merces
37 pro ea debeatur, destruitur per tale pactum ipsa substantia locationis *l. si decem ff. de locat. Abb. cons. 72. num. 2. lib. 1.*

Ad secundum respondetur: quod promissio est
38 quid generale, quod incst in quolibe contractu, cuius vigore ad faciendum, vel non faciendum contrahens adigitur. Sed, quãdo transit in speciale nomen contractus, ab eo amittit nomen promissionis, & sortitur nomen specificum, secundum naturam illius contractus, in quem transit *l. 1. §. conuentionum l. adeo l. counentionum l. legitima ff. de pactis l. pactum in princ. ff. de policit. l. ex conuentione C. de pact. l. nuda C. de contrah. stipulat.* Vnde cum promissio, quę contingit in Cambio, de curanda solutione summæ, de qua in eo, transeat in specificum contractũ Cambij, vt probauimus disputatione præcedenti quæstione vndecima, eronea, & extra rem appareret promissio, non secus ac si post celebratam formiter venditionem, promitteret quis rem venditam, ad cuius traditionem, ex vi contractus, nulla alia interueniente promissione teneretur, quo nihil inceptius.

Ad tertium, quartum, quintum, & sextum respondetur ea, quæ in dictis argumentis continentur, non perfici in ipsis litteris Cambij, ex defectu consensus alterius ex contrahentibus; prout probauimus in prima conclusione. Verum quidem est, in casibus prædictis, inesse in litteris principia, & semina eorumdem contractuum, seu distractuum, prout deferunt' consensum' necessarium ex parte contrahentium Cambium, vt expositum est supra in tertia conclusione, quę perficiuntur

ficiuntur tum demum,& resultant,accedente consensu tacito,siue expresso illorum,qui exprimitur quattuor illis actibus. Receptionis,scilicet,præsentationis susceptationis,& solutionis litterarũ respectiuè; prout fusius explicabitur in quæstionibus infra Instituẽdis,dum de vi,& potestate dictorum actuũ fusius agemus.

Ad postremum admittimus, de possibili, illa contingere posse,sed de facto ex communi obseruantia mercatorum non fieri, vt probauimus in secunda conclusione. Propterea cum auctore I. C. ipso *l.nam ad ea ff. de leg.*, habeamus quod *ad ea potius debet adaptari „ ius quæ frequenter,& facile, quam quæ de „ raro eueniunt* nos,eius auctoritatem sequuti,ea tantum prosequi in hac disputatione in animo est,quę de consuetudine accidunt omissis ijs.quæ de possibili possent contingere. Vnde merito verbis Cornelij Taciti, *Annal.lib.3.* dixit Tiberius Imperator. *Ideo „ leges in facto consistunt, quæ futura in in- „ certo sunt, sic à maioribus institutum, vt si „ anteissent delicta pœna sequeretur.*

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO V.

Quot,& quęnam mandata interueniant in litteris Cambii.

1 *Qui patitur alium fideiubere pro se mandare dicitur.*

2 *Ratihabitio mandato æquiparatur.*

3 *Mandatum ab officio.& amicitia traxit originem.*

4 *Mandatum violans amiciti,& ã fidem violat*

5 *Et humanæ vitæ societatem turbat.*

6 *Mandatarius qui suscepto mandato fidem nõ seruat,& actioni mandati damnatur, infamis efficitur.*

7 *Mandatum vel mea tantum gratia, sit, vel aliena tantum,vel mea,& aliena,vel mea tnæ atque aliena.*

In litteris tamen Cambij vno tantum modo gratia mandantis sit nu.16.18.

Possunt tamen plura inesse num.19.& 36.

8 *In litteris Cambij plura semper interueniũt mandata,& nu.9.27.36.*

9 *Mandans Caio,vt soluat Titio, dicitur duo mandata facere,vni de soluendo,& alteri de exigendo.*

10 *Dator litterarum videtur dare primum mãdatum soluendi,& aliud eidem per verba* ponete a conto mio, ò ponete come vi auiso.

Ordinata ad vnum finem non debent trahi ad contrarium.

12 *Mandatarius ex duobus mandatis correspectiuis non potest,vno impleto, aliud contemnere.*

Fallit in litteris Cambij num.33.

13 *Corruunt non solum gesta contra mandatum, sed etiam quæ præter, vel vltra.*

14 *Item ea quæ geruntur non obseruatis qualitatibus,& modificationibus.*

15 *Etiam si defectus sit in modico.*

Declara vt nu.34.

17 *Mandatum ad soluendum mandantis tãtum gratia factum dicitur.*

20 *Mandatum circa aliena versatur negotia, nõ circa propria,& nu.28.*

21 *Mandatum tibi factum,quod tua interest,nõ parit actionem,nisi mea quoque interfit.*

22 *Mandatum contrahitur quibuscumque verbis,modo constet de mandantis voluntate, & mente,& nu.24.*

23 *In mandato venit omne illud,quod tacite intellectu actum fuit.*

24 *Soluere,& exigere an sit correlatiua.*

25 *Correlatiuorum,vno posito,ponitur alterum, & vno destructo,alterum destruitur.*

26 *Mandatum ex mutatione status vnius extinguitur,etiam quoad correlatiua.*

29 *Soluens litteras Cambij,licet continentes mãdatum aliud, habet obligatum mandantẽ actione mandati contraria.*

In qua venit nedum sors, & expensum num. 30 sed,& usura cum sit bonæ fidei nu.31.

33 *Ex separatis non fit illatio.eum ratio separatorum diuersa sit.*

35 *Rot.Ioan.Mercatur.dec.6.nu.19.& 13. dum aquiparat soluentem sub pretextu 3. soluenti declaratur.*

37 *Ex vnico actu duplex contractus oriri potest*

38 *Mandans geri negotium quod quis habet cõmune,cum alio tenetur actione mandati, & tertius, cuius negotia sunt communia actione negotiorum gestorum.*

EX-

EXTRANEA ſunt a quæſtione propoſita ea, quæ latè tradunt iura, & DD. de mandatis generalibus, & ſpecialibus: determinãtes in quibus cauſis hæc requirantur, nec illa ſufficiant, cũ ſemper in litteris Cambij ſpecifica mandata interueniant. Sicuti etiam, egrediuntur fines illius mandata illa, quæ præſumpta dicuntur veluti quãdo quis patitur alium pro ſe fideiubere *l. ſi fideiuſſor C mand.* Et illa, quæ talia dicuntur per quãdam æquiparationem, & reſultant ex ratihabitione *tot. tit. ff. de ratihabit.* Et propterea ijs omiſſis, & agendo de mandato in vniuerſum, prout ab officio, & amicitia traxit originem. *l. ſi ſeruus in fin. ff. de ſeru. export. l. p. §. vlt. ff. mandat. l. quod ſæpe §. ſi quis amico ff. de contr. emptione l. ſi vero non remunerandi §. cum quidam ff. mand* Et propteera qui illud violat, duas ſanctiſsimas res violat amicitiam, ſcilicet, & fidem *Cicer. pro ſex. Roſc.* & quantũ in ipſo eſt humanæ vitæ ſocietatem diſturbat. *Bald. in rub. ff. mand.* vnde merito, qui ſuſcepto mandato fidem non ſeruat, & propterea actione mandati damnatur infamis efficitur *l. furti §. mandati ff. de his qui not. infam.* De hoc igitur fidei, ac amicitiæ veluti adminiſtro, licet vno, & eodem in ſe ipſo; quinq; tamen modos illum celebrandi longe inter ſe diſcitos diſtinguit in propoſito noſtro Caius I. C. *l. 2. ff. mandat.* „*Siue mea tantum gratia tibi mandem: Siue „aliena tantum: ſiue mea, & aliena: ſiue „mea. & tua & aliena.* Quibus, & tua ſextum modum, non incongruè, addit Ioannes. *Gloſ. 1. d. l. 2. mandat. & Gloſ. in §. 1. Inſt. mandat. verbo quinq; modis, facit l. ſi procuratorem §. ſi tutores ff. mandat. vbi caſus de hoc modo.* Si mea, & tua, atque aliena. Ad introſpiciendam igitur ſubſtantiam perfectionis cambij, quam in hac diſputatione inueſtigamus; quæritur hic quot mandata interueniant in litteris cambij, & quibus modis concipiantur.

Videbatur (quoad numerum) dicendum plura ſemper in litteris cambij interuenire mandata, non ſolum quia quando quis mandat in litteris Titio, vt ſoluat centum Sempronio, vt ſemper fit in litteris cambij, duplex oritur mandatum alterum ſcilicet ad Titium, vt ſoluat, alterum vero ad Sepronium, vt exigat, *Caſtr. in l. vero procuratori ff. de ſolut. Sequitur Rot. noſtra apud Bellonum deciſ. 93. nu. 9.* Sed etiam quia dator litterarum; dum vtitur ininiſterio amici, ad quem facit tractam dat mandatum ſoluendi, in ipſo initio litterarum; per illa verba *pagate* Vt autem ille poſſit prædicta expedire, ſalua propria indemnitate, non obſtante ſolutione prædicta, de proprijs pecunijs facienda; dat eidem aliud mandatum: quo ſcilicet, pacto de ſolutis prouidere ſe debet, quod exequitur per illa verba, poſita in calce earumdem litterarum Cambij. *Et ponete a conto mio*, vel illa, *e ponete come vi auiſo*, & alia, vt patet ex formula litterarum Cambij, de qua in prologomenis, per quæ verba, induci aliud mandatum, plus quam manifeſtũ eſt, *l. 1. ſi quis ea quæ ff mand. l. item ſi ſeruus ff. de negot. geſt.*

Econtra verò vnum tantum mandatum in litteris Cambij videtur ineſſe poſſe, ac debere ex natura contractus, de quo agimus. Quandoquidem litteræ Cambij (vt ſæpius diximus) ad illum ſolum finem ordinantur, vt per ſolutionem perficiatur contractus Cambij, & ex conſequenti, illud continere non debent, ex quo de facili oriri poſſet cõtrarius effectus *argum. l. legata inutiliter ff. de adim.* Poſſe autem, de facili oriri, effectũ contrarium ex hac multiplicitate (de fectum ſcilicet ſolutionis) vel ex eo patet. Quod ille cui ſit tracta, qui alias, de facili fuiſſet ſequturus fidem mandantis ſoluendo vigore prioris mandati, ab eo retrahi poſſet, timore ſecundi, cui fortè non acquieſcit (de imputando, ſcilicet, ſolutum in illam), vel illam cauſam). Certum enim videtur, quod, cum hæc duo mandata ſint in eiſdem litteris, & ad inuicem coreſpectiua, non poteſt mandatarius vno adimpleto aliud contemnere, *l. diligenter ff. mandat. cap. cum dilecta de reſcript.* Cum non ſolum corruant ea, quæ geruntur contra formam mandati: ſed etiã ea, quæ geſta fuerint præter citra, vel vltra *cap. piſanis & ibi Abb. num. 6. de reſt. ſpol. cap. ſi cui de elect. lib. 6. l. item earum §. ſed ſi ita, & ibi Bart. num. 1. ff. quod cuiuſque vniu. nom. Io. Andr. in cap. prouidentiam col. 2. verbo contra formam de off. deleg. Fely. in c. cum dilecta n. 41. de off. deleg. Pariſ. conſ. 47. num. 50. lib. 1.* Quinimmo, & ea, quæ geruntur

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

14 geruntur non obſeruatis qualitatibus, & modificationibus mandatic*ap. cum venissent & ibi Bald. de eo, qui mit. in possess. cap. pisanis & ibi Abb. num. 5. de rest. spoliat. Iaſan. l. fi procurator num. 2. C. de procur. & in l. tran*
15 *factionis num. 1. C. de transact.* etiam in modico *Butr. d. cap. pisanis num. 9. de rest. spol. Bald. l. 1. ti. num. 4. C. de suis, & legit. & in l. contractus num. 3. C. de fid. instr. Paris. cons. 47. num. 42. lib 1.* Propterea cum de facili il le, cui mandatur ſolutio per litteras Cambij vigore prioris mandati, de quo in eis, alias ſoluturus, poſſet retrahi à dicta executione, & complemento, timore, & odio ſecundi, & poſterioris, videtur alienum a litteris Cambij, quę certum, ac celerem exitum expectãt appoſitio huius poſterioris nãdati, & quod imnò, debeat eſſe valde ſollicitus creditor ex Cambio ne apponatur in litteris, ex qua rum receptione, & ſic tacita approbatione prædictorum aliquod ſibi præiudicium pariat.

Quaod modos autem mandati, non videntur litteræ Cambij capaces omnium illorum modorum, de quibus ſupra. Cum enim litteræ Cambij, & mandatum, ſeu mandata omnia, quæ in eis continentur, aut contineri poſſent, fiant in executionem. ſeu pro exe cutione, & adimplemento contractus Cãbij inter partes celebrati, cuius vigore tamquam contractus perfectiſſimi nominati, & bonæ fidei, vt vidimus diſputatione præcedenti quæſtione duodecima, debitor ex eo tenetur efficaciter, & obligatus eſt, ad curãdam ſolutionem prædictam, in loco deſtina to, cum id exequatur miniſterio mandati, ſeu mandatorum, de quibus in litteris, vide tur perpetuo verum eſſe, dicta mandata, ſeu mandatum, vnico tantum modo celebrari poſſe, ac debere in litteris prædictis, ſcilicet gratia tantum ipſius mandantis *d. l. 2.*
16 *verſ. mea tantum ff. mandat.* Ille enim ſolus eſt, qui inſeruiens obligationi ſuſceptę ex Cambio pro conſequenda liberatione, curare debet ſolutionem, ideo, iure merito, mandatum ad ſoluendum dicitur ipſius gratia factum *argum. l. ſi ticium §. fin. ff. de noua. l. ſolutionem 23. ff. de ſolut. l. 2. §. vlt. C. de*
17 *actio. & obligat.* Et hinc videmus eũ ſolum litteras dare, & inſcribere, ad effectum, ſcilicet, prædictum conſequendum, de quo nõ debet eſſe ſollicitus creditor, qui ex ſui parte paruit contractus legibus, ſoluto pretio.

Demum, quatenus multiplicanda eſſent man-
18 data in litteris Cambij, ad ſummum duo deberent ſufficere, & vtrumque gratia ipſius datoris litterarũ. Sicuti enim ex vnico actu ſolutionis factæ vigore litterarum Cambij inter cæteros duo reſultant effectus, longè diuerſi, liberatio ſcilicet ab obligatione cõtracta, vigore Cambij a creditore eiuſdem, & noua eiusdem obligatio ad fauorem ſoluentis. vt probabitur infra in hac eadem diſputatione dum de actu ſolutionis agetur quæſtione vigeſima prima. Ita pariter ad producendos hos duos effectus, eoſque ornandos, duplici mandato opus erit, quorum altero curetur liberatio, altero vero obligatio ſecundum formam præſcribendam in litteris per datorem, quod vtrumque ipſius tantum gratia dicetur, cum pariter tendant ad ipſiuſmet debitoris negotia explicanda, *d. l. 2. verſ. veluti ſi tibi mãdẽt vt negotia mea geras ff. mand.*

Dicendum eſt: quod licet litteræ Cambij, vni-
19 co tantum mandato, gratia ipſius mandantis facto, poſſint expediri, tamen eaſdẽ, adeo eſſe capaces mandatorum, vt plura, vſque ad quattuor numero. poſſent in eis interuenire mandata, & non ſolum gratia ſolius datoris litterarum, ſed per omnes ſex modòs ſuperius expreſſos.

Prima pars concluſionis patet ex manifeſta in ſtantia; ſi enim ille, qui dat pecunias Cãbio pro Ciuitate Romæ, curat confici litteras Cãbij directas cuiuis, ſed ſibi ipſi ſoluẽdas, pro valuta ab ipſo habita, nihil præterea in litteris addito, circa debitum, quod oriatur ex ſolutione; certum eſt, tali caſu, quod litteræ Cambij intelliguntur ſufficienter ſubſtãtiatæ, per ea, quæ diximus ſupra hac eadem diſputatione quæſtione ſecunda, & tamen in eo, de vno tantum actu mandati, apparet facto gratia ipſius mandantis, ex quo quidẽ actu, vnum tantum mandatum oritur inter datorem, & eum qui ſoluit, non autem inter eumdem, & receptorem pecuniæ, qui eum exigat vigore proprię ſtipulationis, & acqui ſitionis ex Cambio, in ipſo deficit quæcumque ratio mandat, cum gerat negotium pro prium, quod repugnat ſubſtantiæ mandati, quod circa aliena verſatur *l. 1. ff. de procur.*

20 Licet enim, lato modo, dici poſſit, dum mãdo Seio, vt tibi ſoluat, vt etiam videar mandaſſe tibi, vt ab illo exigas; tamen cum in caſu propoſito ille, cui eſt facienda ſolutio, rẽ propriã curet, ſuccedit id quod tradit Vulpianus *l. diligenter §. ſi tibi ff. mand. Plane §.*

tibi

21 *tibi mandauero quod tua intereſt, nulla erit „mandati actio niſi mea quoque intererit.*

Ergo verum eſt, quod etiamſi videar mandaſſe, tamen mãdatum omnino ineficax eſt ad producendam actionem, & ſucceſſiue, quoad iuris effectum, vnicum tantum oritur mandatum inter datorem litterarum, & ſoluentem.

Secunda pars concluſionis, quoad numerum mandatorũ, probatur. Nam licet verum ſit, quod ponderaui ſuperius verbo demum. de duplici effectu, reſultante ex vnica ſolutione, per quam perficitur Cambium, & ad quam ordinantur litteræ Cambij, diſtractus ſcilicet veteris obligationis, & contractus nouæ: &, quod ad vtrumque ordinandum, duplex tantum, actus mandati interuenire poſſci. Tamen æquè certum eſt: quod nedum quibuſcumq; verbis mandata contrahuntur, dummodo conſtet de voluntate mandantis *l. 1. ff. mandat. l. 1. §. 1. ff. de pact.* Sed etiam in mandatis illud obſeruandum, quod tacito etiam intellectu actum fuit *l. ſi creditor §. inter ff. mandat.* & in eis mens mandantis etiam tacita regnum obtinet *l. vlt. §. vlt ff. mand. Tiraquell. l. ſi vnquam verbo ſi habeat C. de reuoc. donat.* Et propterea; cum ſoluere, & exigere correlatiua ſint, & ad vnius poſitionem ponatur & alterum, ita, è conuerſo; deſtructo vno, deſtruatur & alterum, *l. fin. ff. de acceptil. & ibi Bart. l. fin. C. de condit. mandat. toll. Bald. in auth. quæ actio. & in l. nemo mamartires C. de Sacroſ. Eccleſ. Gloſ. in clem. vnica de ſum. trin. & fid. catol. verbo æternaliter* neceſſario ſequitur; quod niſi obſtet incapacitas ex parte mandatarij qui, ſcilicet, negotia propria agendo, in rem propriam ageret, vt diximus in prima parte huius concluſionis) ex quolibet dictorum actuum mandati, duplex oritur mandatum relatiue oppoſitum ad perſonas reſpiciens munus diuerſum pariter, & pariter oppoſitum relatiue: & ſic vtrumdum dator litterarum, ad diſtrahendum contractum cambij, mandat ſolutionem ei, cui dirigit litteras, intelligitur etiam mandaſſe exactionem ei, qui vigore earundem exigere debet. Secundum doctrinam Pauli Caſtrenſis *l. nemo procuratori num. 4. ff. de ſolut.* qui etiam meritò dicit vnum verbum, notatu dignum. Quod ſi, aliquo caſu, puta, mutationis fortunæ, cuiuſcumq; ex dictis mandatarijs, quo ad ipſum extinguatur mandatum, extinguitur etiam quoad alium, ex vi dicti correlatiui. Ita, & pariter, dum in eiſdem litteris; vel expreſſe, in eis, vel relatiue ad ſpachia, mandat ei, cui diriguntur, vt prouideat ſe de ſolutis, puta a Sẽpronio; eodẽ actu, duplex eſt aptũ oriri mandatum, ad ipſum, vt exigat, ad Sempronium, vt ſoluat. Et ſic, ex duplici tantum actu mandati, quattuor diſtinctiſſima inter ſe mandata ſunt apta comprehendi in eiſdem litteris.

Quod autem, mandata prædicta poſſint inceſſe litteris omnibus, illis ſex modis, de 27 quibus ſupra (quod etiam ad hanc ſecundam partem concluſionis pertinet) probatur ex eo: quod licet contractus cambij, ad cuius perfectionem litteræ cambij conficiuntur, formaliter ſit contractus inter dantem, & accipientem, qui verè dicuntur cambium celebrare, tamen ſæpæ ſæpius ſpectat ad aliũ, ſeu alios, vt manifeſtius erit ex eis, quæ examinabo quæſtione proxima, Vnde cum mandata in illius executionẽ concipiantur, hinc fit, omnibus illis modis, fieri poſſe, ſecundum contingentiam factorum, vt bẽ ius dicam quæſtione ſequenti.

Quibus ſic firmatis: non obſtant, quæ in con- 28 trarium adducebantur. Nam ad primum reſpondetur, veriſſimum eſſe, quod verba illa, poſita in litteris Cambij *pagate, &c.* ſũt apta, de per ſe inducere duplex mandatum erga ſoluentem, & recipientem. Sed quãdo is qui recipere debet, eſt ipſemet ſtipulator Cambii, ceſſat ipſa mandati actio, *d. l. diligenter §. ſi tibi ff. mandat.* Et per conſequens tali caſu, vnum tantum reſultat mandatum erga ſoluere debentem. Nec eſt neceſſarium, quod in litteris Cambii, poſt mandatum de ſoluendo, apponatur aliud mandatum, de ſibi prouidendo; nam ſine hoc, optime conſiſtere poteſt perfectio Cãbii ad quam litteræ ordinantur, (licet vt plurimum apponatur) & quando non apponitur, non per hoc ſoluens aliquam ſentit iacturam, cum habeat obligatum mandantem ex actione mandati contraria *l. ſi vero non remunerandi §. ſi mihi cũ toto tit. ff. & C. mãd.*

29 In qua venit ne dum ſors, ſed expenſum, *l. inter cauſas §. vlt. l. ſi mandato meo §. ſi fundus & l. is quinegotia ff. mandat.* Item, & uſuræ, cum ſit bonæ fidei, *d. l. ſi vero non remunerandi §. ſi mihi ff. mandat.* Et ex conſe- 30 31 quenti, vnico tantum mandato, optimè litteræ Cambii concipi poſſunt, vt in prima

parte

parte concluſionis probatum fuit, licet de facto plura ſæpius interueniant; vt in ſecunda parte.

Ad ſecundum reſpondetur veriſſimum eſſe literas Cambij ordinari ad perfectionē eiuſdem contractus, quæ conſiſtit in ſolutione, & ex conſequenti præter naturam illarum eſſe, vt aliquid in eis apponatur, quod poſ-
32 ſit retardare, vel aliqualiter impedire dictā ſolutionem, ſed negamus illum, ad quem diriguntur litteræ Cambij, ſoluendæ, non poſſe primum illum actum mandati exequi ſpreto ſecundo. Cum enim, illa duo mandata ſint ſeparata, & de per ſe ſtare poſſint,
33 nullo iure prohibetur mandatarius alterum adimplere, & alterum ſpernere, cum de iure ſeparatorū, ſeparata debeat eſſe ratio, & de vno ad aliud non inferatur *l. cum actum, & ibi gl. ff. de neg. geſt. l. ſi maritus & ibi Glo. fin. C. de donat. inter vir, & vxor, & l. fin. ff. de calumniat.* nec ex ſeparatis fit bona illatio, de vno ad aliud, neque quoad poſitionē neque quoad remotionem *l. naturali 12. §. nihil commune, & ibi Glo. verb. nihil ff. de acq. poſſeſſ. l. duobus 25. ff. de teſt. tutel. l. Papinianus ff. de minor.* Et licet verum ſit, mandata ſeruanda eſſe ad vnguē, cum omnibus ſuis qualitatibus: tamen verum pariter eſt:
34 quod, antequam mandata acceptentur, voluntatis ſint, non autem neceſſitatis *l. commodati §. ſicut ff. commoda.* Et propterea, nulla ratione, culpari poteſt mandatarius ille, qui ex duobus mandatis, ſibi factis altero negle cto, alterum plene exequitur. Verum quidē eſt, quod, ſi litteras prædictas continentes hoc duplex mandatum, indiſtinctè acceptet ad obſeruantiam vtriuſque tenebitur, (vt probabitur infra, hac eadem diſputatione, dum de actu acceptationis agam) ſed cautela eſt, quando mandatarius ſua intereſſe putat, parere priori mandato, non autem poſteriori, acceptare, & ſoluere litteras ipſas, ſuper proteſtu, quod fieri poſſe probat ratio prædicta, admittit conſuetudo ſatis nota apud mercatores, & approbat Rota noſtra apud Bellonum *deciſ. 6. & deciſ. 19. & deciſ. 23. & alibi paſſim.* Cautè tamen legē-
35 da dum dictum ſic ſoluentem, æquiparat tertio ſolienti, ad quem litteræ non fuere directæ; quaſi vero, ad fauorem vtriuſque ſic ſoluentis, oriatur actio negotiorum geſtorum. Nam cum in iſto interueniat mandatum quod verè exequitur ſoluendo, licet proteſtetur contra eaſdem litteras, prout quid amplius, & diuerſum continent, non video, cur, in hoc caſu, non oriatur actio mādati contraria, quæ vti potentior, facit ceſſare actionem negotiorum geſtorum, ſed, & hoc fuſius alibi, ſi ſe occaſio dabit.

Ad id vero, quod in eodem ſecundo argumento continetur, quod impugnat id, quod diximus, de modis quibus mandata dantur in
36 litteris Cambij, in ſecunda parte firmatæ concluſionis, Reſpondetur quod, licet vigore Cambii formaliter, dator litteratum tantum obligetur, & ſecundum dictam formalitatem, ſua ipſius gratia tantum mandet, vt ſumma debita ſoluatur, tamen, quia plerunque Cambium prædictum ad aliū, ſeu alios ſpectat, & ex conſequenti tracta, & remiſſa, quæ inde proueniunt, modo ad hunc, modo ad alium ſpectant, cuius gratia ordinantur, vt patebit ex infradicenda quæſtione; iam patet, & mandata prædicta omnibus illis modis concipi poſſe. *d. l. 2. ff. mandat.*

Ad poſtremum, reſpondetur per ea, quæ probauimus in ſecunda parte, firmatæ concluſionis. Licet enim in litteris duplex tantum actus mandandi interueniat, vt optimè probat dictum argumentum, tamen nihil impedit, quinimmo neceſſarium eſt, ex vi
37 correlatiuorum, quemlibet ex dictis actibus duplicem mandatum producere reſpectu, duplicitatis perſonarum, de quibus fit mentio in ipſo actu. Nec eſt nouum ex vnico actu duplicem contractum oriri, reſpectu diuerſorum, cum id contingat de iure, etiam de contractibus (quod magis mirum eſt) generis omnino diuerſi. Nam ſi man-
38 dauero tibi, vt geras negotium, quod ego habeo commune cum alio, & pareas. Tunc, quoad me, inſurget actio mandati; quoad alium negotiorum geſtorum *Glo. §. igitur cum quis inſtit. de oblig. quæ ex quas contr. verbo ſine mandato in additio.* Etſi mandem, vt rem meam perferas ad Titium, qui eam ſeruet, inter te, & me mandatum, inter me, & Titium depoſitum contrahitur, *l. 1. §. ſi te roganero ff. depoſ.*

DISPVTATIO II.

QVAESTIO VI.

Ad quemnam spectet tracta, ad quem remissa, quæ resultat ex litteris Cambij.

1 *Iuris principia, & præcepta non sunt in dubiũ revocanda.*

2 *Dator litterarum dicitur debitor Cambij cõtenti in litteris.*

3 *Aliquando tamen est creditor tantum & nu. 4. & vbi exemplificatur.*

5 *Creditum, & debitum, de quo in litteris Cãbij tertio potest spectare. Et num. 6. declaratur.*

7 *Cambium in vniuersum potest celebrari vt debitum spectet ad tria genera personarũ nempè datorem litterarum, stipulatorem, & tertios quatenus vigore illius Cambij, vel ad illos peruenit pretium, vel saltem in dictam causam fuit imputatũ aliquod debitum antiquius ipsorum respectu.*

6 *Verbum spectare, idem quod pertinere significat accipitur dupliciter, aque propriè vt nu. 9. tertio.*

12 *Pertinere ad meratio videtur si me mandãte tractaueris illam.*

13 *Item, & aque principaliter, ad me dicitur pertinere cura, sollicitudine, seu ministerio, quod verificatur in tutore, procuratore, mandatario, & negotiorum gestore, post munus acceptatum.*

14 *Actio ad implementum, & ob defectum implementi datur etiam illis, quibus cura, & solicitudinis tantum, negotiũ pertinet.*

15 *Actio duplex, & diuersa omnino ex vno, & eodem facto oriri potest, contra eum scilicet, ad quem negotium spectat cura, & solicitudine, & contra eum, ad quem negotium in veritate spectat.*

16 *Tracta, & remissa ex Cãbio resultãs, quod per litteras perficitur, quibuscũque fiat indistinctè ratione interesse spectat ad illum, ad quem commodum, vel incommodum spectat. & vide num. 31.*

17 *In quolibet contractu fit quædam rei ad rem cõmutatio, vt quid detur, & quid recipiatur.*

18 *Commutatio rei ad rem si fiat, seruatis seruandis, tendit ad dominia rerum acquirẽda, etiam in permutatione specificè sumpta.*

19 *Dominium sine traditione non transfertur.*

20 *Ampl in contractu, qui solo consensu perficitur.*

21 *Fallit in pignore, cuius contractus perficitur sine traditione.*

22 *Actio oritur ex contractu, qui consensu perficitur sine traditione.*

23 *Dominium incorporalium absque possessione transfertur.*

24 *Actionem habens ad rem dicitur habere rem ipsam.*

25 *Dominium quæritur ex traditione facta procuratori, nomine mandantis, etiam ignorantis.*

26 *Tracta, & remissa, sequuta acceptatione spectat ad eum, ad quem sunt, ratione tamen curæ, & sollicitudinis.*

27 *Mandatum cum est susceptum, dicitur necessitatis.*

28 *Et suscipiens tenetur actione mandati directa.*

29 *Nec liberatur ab exactione facta per alium*

30 *Et vbi aliqua ratione posset liberari, qua fuit deretur non posse actionem dari, tamen si gessit tenetur actione negotiorum gestorum.*

32 *Tracta, & remissa ratione curæ, & solicitudinis, potest tamẽ spectare, vel stipulatori vel ei cui fit tracta, vel cui fit remissa, nũ autem datori litterarum, vel tertio.*

33 *Mandatum sibi ipsi inutile. & nu. 36.*

34 *Fallit si suo Procuratori fiat, qui hoc dicitur diuersam personam induere.*

35 *Tracta, & remissa vni, & eidem potest spectare ratione interesse, & ratione curæ, & solicitudinis. Intellige si stipulator. lit. 37. vt æquè competat 38.*

39 *Contraria in eodem subiecto non possunt per manere.*

40 *Natura semper præoptat nouas edere formas.*

Quidnam

Vidnam ſint tracta, & remiſſa, & quomodo reſultent ex litteris cãbij, ſatis expoſuimus ſupra in ꝓlogomenis, & in praxi ad hanc eãdem diſputationem. Et ex oiſdem videtur facile diſſolui hęc queſtio, quam tamen difficilimam eſſe, ob multiplicitatem facti, vix mercatoribus Cãbiorum explorati, patebit ex modo dicendis.

anè cum tracta fiat per debitorem ex Cambio, ad ſoluendum debitum ſuum, vigore illius cõtractum, nulli videtur dubium, quin tracta prædicta ad ipſum debitorem Cambij, & ſic datorem litterarum ſpectet. Sicuti è conuerſo remiſſa, quę fit ad conſequendũ id; quod ſtipulator acquiſiuit ex Cambio; quia ad ipſum, pariter, ſpectat. Nullus enim vnquam dubitauit, quin quæſita, & diſtracta per contrahentes, reſpectiuè; vigore cõtractus à iure approbati, ad ipſos reſpectiuè pariter non ſpectent, eſſet enim dubitare de ipſis principijs iuriſprudentiæ, eiuſdemq; prima fundamenta, & præcepta cõuellere *l. 1. ff. de iuſt. & iur.* §. *iuris præcepta. Inſtit eodem.*

Pro diſcuſſione igitur propoſitæ quæſtionis, quę petit ipſa penetralia rei, de qua agimus recolendum eſt. Quod licet ſubſtantia contractus Cambij, vt ſæpius diximus, conſiſtat in permutatione pecuniæ, præſentis pro abſente loco, & tempore, quæ duorum contrahentium conſenſu certo pretio ſtatuitur. Tamen, non raro, dicta pecunia præſens rea liter & de facto nõ interuenit, ſed ꝓ quodam æquipollens, quod plerumque conſiſtit in nominibus, vel in ſpe, vt expoſitũ eſt ſupra præcedenti diſputatoine quæſtione ſecunda *num. 3. & 4.* Cum de praxi Cambij ſimplicis agebam. Item, & non rarò, preſentia vtriuſque contrahentis non interuenit, perſonaliter, in loco celebrati contractus, & in quo dantur litteræ Cambij, ſed vnus ex eis tantum; quo caſu, conſenſus alterius ad contractum neceſſarius, optime expeditur per nuncium, vel epiſtolam, vt probauimus ſupra præcedenti diſputatione quæſtione decima ſexta, dum quærebamus, quænam perſonarum diuerſitas, requiratur in Cambio.

Quibus addo, prædicta plerumque contingere præſertim in Cambijs regularibus nihil enim frequentius inter mercatores, quam iubere, vt id, quod ſibi debetur, vel futurum eſt, vt debeatur, ſibi remittatur via Cambij, aut, è conuerſo trahatur id quod debet, vel debiturus eſt ipſe, & prædicta tali vel tali modo, & ad hunc, vel illum locum. Quæ dum mandatarius exequitur, id facit, via Cambij, quod celebrat, ſine interuentu actuali pecuniarum, per ſe ſolum, abſente altero contrahente.

Secundo etiam in facto præmittendum eſt.

2 Quod licet regulariter dator litterarum ſit debitor Cambij, quod continetur in litteris id tamen non eſſe ſemper, & perpetuo verũ plerumque enim ipſemet dator eſt creditor ex Cambio in dictis litteris contento. Puta,

3 Titius eſt debitor de mille Sempronij, ſiue ex cauſa redactus mercium; ad eum perti-

4 nentium, ſiue exactionis pecuniæ ad eũ ſpectantis, ſiue Cambij, vel alia cauſa; vt diſſoluat debitum prædictum, ei ſcribit, vt de eo ſe prouideat via Cambij in proxima feria, tali, vel tali modo, ab illa, vel illa perſona. Dũ Sempronius id exequitur, petitur miniſterio litterarum Cambij, in quibus, vt vidimus hac eadem diſputatione queſtione tertia, neceſſariò eſt inſerenda ſubſtantia Cambij, vna cum mandato. Sed cum dicta ſubſtantia in hoc conſiſtat, vt ſibi imputet, tamquam acceptam de præſenti pecuniam ſibi à Titio debitam, nemo non videt, creditum ex Cambio prędicto, ex dictis litteris reſultante, hoc caſu ad ipſummet datorem litte-

5 rarum ſpectare, ſicuti eadem ratione poteſt contingere, vt tam creditum, quam debitũ ex eodem Cambio reſultãs ſpectet cuidam

6 tertio. Si enim, Sempronius creditor Caij, mandet Titio, vt de mille ſibi per Caium debitis tractam faciat eidem Caio, vel alteri perſonæ in feriam proximam, vel è conuerſo remiſſam, quatenus ſit debitor illius. Nemo pariter non videt, quod, dum Titius prædicta exequitur, commodum, vel incommodum dicti Cambij ad dictos Sempronium, vel Caium reſpectiue ſpectat, de quorum mandato prædicta adminiſtrauit, licet ipſe etiam obligetur, ratione miniſterij vt inferius patebit.

Tertio in facto pariter, illatiue ex prædictis

7 ſupponendum eſt, celebrari poſſe Cambiũ in vniuerſum, vt debitum ex illo reſultans ſpectet ad tria genenera perſonarum, ad datorem ſcilicet litterarum, ad ſtipula-

rorem ad tertios: quatenus ſcilicet, vigore illius Cambij, vel ad illos peruenit pretium eiuſdem, vel ſaltem, in dictam cauſam imputatum fuit aliquod, ipſorum antiquius debitum reſpectiue. Et quoniam ad perfectionem dicti Cambij, quam in hac diſputatione quærimus requiritur ſolutio debiti prædicti, quæ plerumque ne dicam ſemper, fit miniſterio litterarum Cambij, in quibus vltra ſubſtantialia Cambij, etiam mãdatum neceſſario exigitur vt vidimus hac eadem diſputatione quæſtione tertia ex quo proficiſcuntur tracta, & remiſſa, quæ non raro fit ce rtis perſonis in ipſis litteris denotatis. Ideo poſterius genus perſonarum, de quo ſupra, tertios ſcilicet, aptè poſſumus etiam diſtinguere (quatenus comprehẽdimus ne dum contractum Cambij, ſed etiam litteras quæ pro illius perfectione celebrantur) inter eos, quibus fit tracta, & inter eos, quibus fit remiſſa, & in omnino tertios, non cõprehenſos, nec in contractu ipſo, nec in tractis, nec in remiſſis. Itaut, in vniuerſum, ſint quinque genera perſonarum, de quibus verificari poſſit ad ipſos ſpectare tractam, ſeu remiſſam, de quibus inſtituta eſt præſens quæſtio. Tutorem ſcilicet litterarum, ſtipulatorem, eum ad quem fit tracta, eum ad quem fit remiſſa. Et omnino tertium.

Quarto præmittendum, verbũ ſpectare, quod idem eſt, & cõuertitur cum verbo pertinere *l. 3. S. ſed vtrum ff. de minor. l. Pomponius S. 1. ff. fam. ercis. l. 1. ff. de naut. fæm. l. 1. in princ. & ibi notatur ff. de off. eius Fely. in rub. de reſcript. col. fin. cap. dilectis de off. arch.* dupliciter æque propriè in iure noſtro, in propoſito, accipi. Primo prout refert, & dicit dominium eius, ad quem res pertinere dicitur, *l. non ſolum S. quæritur ff. de procur. l. 1. S. penult ff. de nou. oper nunciat. l. verbum 181. ff. de verb. ſignif. cap. abbate de re Iudic. in 6.* vel ius quoddam in eadem re, vel ad rem. Quo iuris miniſterio res illa poteſt haberi. *Gloſ. in l. d. verbum ff. de verb. ſign.* Vel demum ratione intereſſe, quod quis in illa re habet, prout exemplificat Vulpianus ipſe, *l. ſi quis 6. S. ex hoc adicto ff. de edendo* per illa verba, *Pertinere autem videtur ad me ratio ſi modo eam tractaueris me mandante* Secundò modo, æque principaliter, dicitur pertinere cura, ſcilicet ſolicitudine; ſeu miniſterio, quæ contingunt in tutore, curatore procuratore, mandatario, & negotiorum geſtore, poſtea quam munus acceptauerunt quibus certum eſt negotia aliena pertinere cura tanetum, & ſolicitudine. In tantum, vt pluribus in caſibus, tam propter adimplementum, quam ob deffectum adimplementi, actio oriatur *totis titulis mandat. de procur. de tut. & adminiſtr. tutel. de negot. geſt. cum ſimilibus*, Quod vſque adeo eſt verum, vt ex vno eodemque facto, duplex, & toto cælo, diuerſa actio reſultet contra eum, ſcilicet, ad quem negotium ſpectat cura, & ſolicitudine, & contra eum, ad quem negotiũ in veritate ſpectat *per textum in l. Liberto 31. S. inter negotia, & ibi Gloſ. Sempronio tenebatur, quam ſequitur Bart. & cæteri ff. de neg. geſt.* Et diſtinctius id ipſum habemus ex reſponſo Aphricani *l. mandatis filio 45. ff. de neg. geſt.* per illa verba. *Quia & ſi Titius „ id mandatum ſuſcepiſſet, & ne eo nomine te„ neretur ego emiſſem, agerem cum Titio ne„ gotiorum geſtorum, & ille tecum, & tu cum „ illo mandati.* Vndè meritò dicimus, aliud pertinere ratione intereſſe, aliud pertinere ratione curæ, & ſollicitudinis.

Quibus ſic prænũtiatis ſit in propoſita quæſtione. Prima concluſio quod ſemper, & indiſtinctè tracta, & remiſſa, quæ neceſſario reſultat ex quolibet Cambio (quod per litteras Cambij perficitur, quibuſcumque tandẽ fiat) ſpectat ratione intereſſe (& ſic illo priori modo) ad illum, cui ſpectat reſpectiue cõmodum, vel incommodum Cambij, de quo in eiſdem litteris. Itaut ad illum (quicumq; tandem ille ſit) ad quem ſpectauit commodum cambij, ſpectet tracta; remiſſa verò ad illum, ad quem ſpectauit Cambij incommodum.

Probatur hæc prima concluſio. Quia generale eſt in vnoquoque contractu, vt fiat quædam commutatio rei, ad rem, vt quid detur, & quid recipiatur *totis titulis ff. & C. de rer. permut.* Etſi dicta commutatio fiat, ſeruatis ſeruandis, ex iuris ciuilis diſpoſitione, tẽdit ad rerum dominia acquirenda, etiam in permutatione ſpecificè ſumpta *l. 1. S. item emptio ver ſ permutatio ff. de rer. permutat. l. naturalis S. 1. ff. de præſcr. verb. l. vlt. C. de rer permut. Bart. & cæteri l. ex placito ff. de verb. oblig.* Propterea ille, qui incommodum ſenſerit ex parte ſua in cõtractu Cambij in ſolutione ſcilicet, ſeu imputatione pretij, cõſequens eſt ex natura eiuſdem actus, vt cõmodum ſentiat, quod cõſiſtit in remiſſa; qui vero commodum ex pretio ſibi ſoluto, ſeu imputato, ſentiat incommodum ex tracta.

Et

Et ſucceſſiue ab eoſdem ſpectet tracta, ſeu remiſſa, reſpectiue, & quidem illa ſpectatione ratione dominij, ſeu intereſſe, de qua ſupra in primo modo quarti præmiſſi. Licet enim dominia rerũ nõ transferantur abſq; traditione *l. traditionibus C. de pact.* etiam
39 in illis contractibus, qui ſolo conſenſu dicũtur perfici qualem eſſe noſtrum Cambi pro
20 bauimus diſputatione præcedenti quæſtione nona, cum diuerſum ſpeciale ſit in contractu pignoris, qui abſque traditione perficitur *l. 1 l. 2. ff. de contr. emptio. l. conſenſu ff. de actio. & oblig. Baldus in l. traditionibus nu. 11. C. de pact. & ibi Saly. num. 16. Neguſ. de pign. 1 mem. tertia partis num. 1.* tamen, cũ
21 ex huiuſmodi contractibus, actio oriatur,
22 etiam circumſcripta traditione, *l. iuriſgentium in princ. ff. de pact. DD. communiter in l. traditionibus C. de pact.* & incorporalium dominia habeamus abſque poſſeſſione *Gloſ. magiſtralis in l. 3. §. ex pluribus ff. de acq. poſſeſſ. verbo nec enim, alia Gloſ. §. neque ſi cui Inſtit. de actio. verbo vendicat.* hinc opti-
23 me dicitur, hanc tractam ſpectare illo primo genere ſpectationis ad illum, qui incommodum ſenſit ex Cambio ſoluit ſcilicet, vel im putauit pretium, quia; cũ ex eo habeat actio
24 nemad rem conſequendam, rem ipſam habere dicitur, *l. qui actionem ff. de reg. iur.* quæ per conſequens rectè ad eum pertinere dicitur niſi reprehendere velimus Vulpianum ipſum, qui *d. l. ſi quis §. ex adicto* ad me pertinere dixit rationem, ex eo ſolum, quod tu de mandato meo eam tractaueris, vnde, ſi poſtmodum traditio ſubſequuta fue
25 rit, mihi etiam ignoranti acquirirur dominium *l. ſi procurator 13. ff. de acq. rer. dom.*

Secunda concluſio, Quod ſemper, & indiſtinctè
26 tracta, & remiſſa, quæ reſultat ex litteris Cãbij, ſpectat, ratione curæ, & ſolicitudinis, & ſic ſecundo, & poſteriori modo, de quo ſupra in quarto præmiſſio, ad eum, ad quem, reſpectiuè, ipſa tracta, & ipſa remiſſa ſiunt in eiſdem litteris Cambij, ſequuta tamen per eos acceptatione.

Probatur hæc concluſio. Nam cum trahere, vt diximus in prologomenis; nil aliud ſit, niſi mandare alicui, vt ſoluat; remittere verò, nihil niſi mandare, vt exigat, iam conſtat, ſequuta acceptatione ad eos ſpectare executionem, & ſic actualem ſolutionem, & exactionem. Non quia ad ipſos ſpectet, primo illo modo, ratione intereſſe, ſed quia hoc poſteriori, ratione curæ, & ſolicitudinis; eſt mandata, poſtquam ſunt ſuſcepta, ſint neceſ
27 ſitat is *l. commodati §. ſicut commod.* & actio
28 ne mandati directa tenetur, *totis titulis de mand. & de procur.* a qua, nec etiam, liberatur quando non fuit exequutus ipſe, ſed
29 alius ipſius contemplatione *d. l. mandati §. 4. ff. de negot. geſt.* Et, caſu quo, liberari poſſet, occaſione alicuius obſtaculi ex ſui parte, quæ impedirer actionem ex mandato, ſi tamen geſſit, obſtringitur actione negotiorũ geſtorum *per textum in l. at qui natura §. ſi libero ff. de negot. geſt. l. ſi deinſſor 34. ff. eod.*
30 Cura igitur, & ſolicitudine, ſpectant tracta, & remiſſa ad illos, quibus ſiunt reſpectiuè.

Tertia concluſio. De omnibus quinque perſo-
31 nis, de quibus in tertio præmiſſo, ſigillatim; ſumptis, & vnaquaque ex eis, verificari poſſe, ſecundum diuerſam factorum contingentiam, ad eos ſpectare, ratione intereſſe, tractas, & remiſſas de quibus in litteris. Probatur hæc concluſio ex contentis in ſecundo præſuppoſito. Cum enim id, quod ſoluitur, vel imputatur, ſub notione pretij, in Cambij celebratione; poſſit reſpicere tam incommodum ipſius datoris litterarum, de cuius pecunijs, ſeu de cuius nomine fiat, quam & etiam ſtipulatoris & eius, cui fit tracta, & eius cui fit remiſſa, & cuiuſcumque alterius tertij ſecundum eſt, tali caſu remiſſam, quæ exinde ex litteris Cambij reſultar, ad eoſdem reſpectiue ſpectare, ratione intereſſe, per ea quæ probauimus ſupra hac eadẽ quæſtione concluſione prima. Sicuti è conuerſo, quatenus eiſdem contigiſſet commodum in Cambij celebratione, dicẽdum erit, tractam, quæ reſultat ex litteris illis ſpectare, & quidem ratione intereſſe, eadem prorſus ratione.

Quarta concluſio. Spectationem tractæ, & remiſſæ ratione curæ, & ſolicitudinis; competere non poſſe omnibus illis quinque perſonis. de quibus ſupra, ſed tribus tantum ex
32 eis, ſcilicet ſtipulatori Cambij ei cui fit tracta, & ei, cui fit remiſſa, demptis nimirum, datore litterarum, & tertio.

De datore litterarum probatur. Quia, vt ſæpius diximus; tractæ, & remiſſæ, quæ ſiunt vigore litterarum Cambij, expediuntur miniſterio mandati, in ipſis litteris neceſſario contenti, vt probauimus hac eadem diſputatione quæſtione tertia. Vnde, cum mandatum ſit ad alium *l. 1. cum toto articulo ff. de procur. l. 1. cum tot. ſit. ff. mand.* impoſſibile in-
33 telligitur eſt, nedum factu, vt quis ſibi ipſi mandet.

mandet. Quod, si sæpe dator litterarum facit litteras ad suum procuratorem, vel ad suum met de feria, vel de tali loco, id contingit quia tali casu, ille procurator & ille suus diuersam personam, & sub formali diuersitate
34 representant aliam personam *l. procuratoris §. si plures ff. de trib. l. Titianus ff. quod cum eo l. habebit ff. de instit. actio. Bald. cons. 142. vol. 5. Rot. Gen. decis. 18. num. 55.* nam alias ad se ipsum, vt ipse est, & sub eadem formalitate, inutiliter mandaret per supradicta. De tertio vero palam est, quia ad eum nullum proponitur dari mandatum, & nihil pariter proponitur per eum gerendum, per quod possit suspicari ad eum tractam, seu remissam spectare posse, cura, & solicitudine, cum id præsuponat officium susceptum, siue ex mandato, siue sponte per ea, quę pro bauimus supra in secunda conclusione hac eadem quæstione.

Quinta conclusio. Nihil impedit, quominus in
35 vna eademque persona concurrat, vt ad eũ spectet tracta, seu remissa, tam ratione interesse, quam ratione curæ, & solicitudinis. Probatur hęc conclusio manifesta instantia. Nam si ad illum, cui sit remissa spectasset in commodum, de quo in Cambio, & ad illum, cui sit tracta spectasset commodum, vtiq; de eodem verificaretur, quod tracta, seu remissa ad ipsum spectat, & quoad curam, & quo ad interesse, per ea, quæ supra in proxima conclusione. Neque enim, aut praxis respuit aut ius repugnat huic concursui in eodem subiecto, sed facile, & plerumque fit, puta, in illo Cambio, cum quis, numerata pecunia Caio, ab eo impetrat litteras Cambij, directas Romam Sempronio, quibus mandatur, vt ipsimet numeratori soluatur summa de qua in litteris. Certè hic numerator, ex eo, quod est passus incommodum ex numeratione in Cambio, habet spectationem in remissa, ratione interesse, & quatenus remissa ad ipsum dirigitur, habet spectationem, ratione curæ, & solicitudinis. Benè verum est, quod, hoc casu, quoad effectum, cessat mandatum, de quo in remissa, cum, tali casu, sit gratia sui ipsius, de cuius interesse agitur,
36 & per consequens cessat mãdatum proprię, vt sæpius diximus, *l. 1. §. tua ff. mand. l. si remunerandi §. si tibi ff. mand.*

Sexta, & vltima conclusio sit. Stipulatore ex-
37 cepto, in nulla alia ex quinque personis superius expressis posse vtramque qualitatem æquè concurrere, vt spectet eidem tracta, seu remissa ratione interesse, & ratione curę & solicitudinis. De datore litterarum, & illo tertio patet probatio, ex conclusione quarta superius firmata. Cum enim sint omninò incapaces spectationis, ratione curæ, & solicitudinis; impossibile est, ex ibi probatis, quod in eis vtraque spectatio possit concurrere.

De reliquis vero duobus. Illo scilicet, cui fit tracta, & illo cui fit remissa. Probatur; nam licet ille, cui fit tracta, eamque acceptat, id consequatur, vt tracta ipsa, vigore mandati suscepti, spectet ipsi, cura, & solicitudine, ex probatis supra in secunda conclusione, & licet ille, cui fit remissa, ea acceptata, consequatur, eadem ratione, vt remissa prædicta ei incipiat spectare; cura, & solicitudine; Vnde, cum de vtroq; possit verificari, quod ad eorum quemque tracta, & remissa spectet, ratione interesse. videtur concludendũ; vtrãque spectationem etiam in duobus prędictis, concurrere posse. Aduertatur; conclu-
38 sionem non negare vniuersaliter, & absolutè vtramque spectationem in eis non posse cumulari, sed cum illa qualitate: æque ac in stipulatore. Quandoquidem ille, cui fit tracta, erit quidem capax spectationis, ratione interesse, quatenus sentiat commodum ex celebratione Cambij, modo explicato, & consequatur etiam spectationem, ratione curę, & solicitudinis, vigore mandati, de quo in litteris Cambij, per ipsum acceptati. Sicuti ille, cui fit remissa, quatenus senserit incommodum Cambij, habebit spectationem ratione interesse, & quatenus mandetur exactio in litteris, spectationem, ratione curæ, & in hoc casu habebunt id commune cum stipulatore, vt ratione in capacitatis ex parte ipsorum, cum non detur mandatum gratia mandantis tantum, quod tali casu, ex tracta, & remissa, per eos adimpletis, nulla resultabit actio mandati; vt vidimus in sexta conclusione sed in hoc consistit inæqualitas. Quod licet stipulator, respectu spectationis ratione curæ & solicitudinis, æquæ se habeat ad tractam, & remissam, cum ad vtramque sit indiferens, & in cõtingentia fac orũ. possit cõsequi spectatio nẽ. ratione curæ, tã respectu tractę, quã remissæ; eãq; vnire spectationi ratione interesse. Id non potest contingere in prædictis duobus. Neque enim fieri potest, vlla ratione, vt illi, cui dirigitur tracta, spectet ratione curæ remissa; Nec illi, cui dirigi-

tur

tur remissa eadem ſpectatione, competat tracta. Et ea eſt ratio: quia cum hæc duo relatiue opponantur, impoſſibile planè eſt, vt ille, qui, ratione muneris, tenetur ad tractam, poſſit participare de munere debito tractæ, cum hæc contraria non poſſint in
39 eodem ſubiecto permanere; *l. ſi inter me, & te, ff. de except. rei iudicat. l. Pomponius. §. ſi is in fine, ff. de procur. l. hac verba ille, aut ille, ff. de verb. ſignif. l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum cum ibi notatis, ff. comod.*

Quibus concluſionibus ſic factis, pro ſolutione, & diſcuſſione intricatiſſimæ quæſtionis. Non obſtat ratio dubitandi adducta in principio quæſtionis huius. Quia: admittimus de natura actus, & ſecundum principia ipſi ingenita, prædicta procedere. Vt ſcilicet ad datorem litterarum, qui recipit pretium ſpectet tracta, & ad ſtipulatorem, qui illud ſoluit remiſſa, & quidem ſpectatione illa præcipua, ratione, ſcilicet, intereſſe. Scuti ad illos, quibus dirigitur tracta, & remiſſa, ſpectat id, quod dirigitur, reſpectiue, ſpectatione tamen rationis curæ, & ſolicitudinis. Sed quoniam, etiam diuerſi modi predicta ſe habere poſſunt, tum reſpectu commodi, & incommodi, contingentis in cambij celebratione; tum etiam reſpectu mandati, ſeu mandatorum quæ apponuntur in litteris cambij; quibus tamquam vehiculis vtimur in cambij perfactione, iure merito ea procedunt, quæ poſuimus in dictis ſex concluſionibus, quæ non repugnant dictæ rationi dubitandi. Quæ licet procedat de facto, & concludat de iure, non per hoc eſt excluſiua contentorum in dictis, ſex concluſionibus, non repugnantibus, vlla ratione, principijs Iuriſprudentiæ, quinimo, per omnia, eidem conformibus, cum adinſtar naturæ ſemper præoptet nouas edere formas *l. 2. verſ. ſed quid diuina C. de vet. iur. enucl. auth. de inſtrum. caut. & fid col ſexta in fin. princ. Gomez. in reg. cancell. reg. de trien. poſſeſſ. q. 5. nu. 1.*

DISPVTATIO II.

QVAESTIO VII.

Quis præferatur in exequendis tractis, ſeu remiſſis, An ille ad quem ſpectat ratione intereſſe, An ille, ad quem ratione curæ & ſolicitudinis.

1 *Voluntas Domini in re propria cuſtodienda*
2 *Ampl. in quacunque diſpoſitione.*
3 *Etiam ſi conſiſtat in abutendo.*
4 *Dominium quid?*
5 *Dominus dicitur plus Iuris habere in re, quam quilibet alius.*
6 *Domino impedito vti iure ſuo datur actio iniuriarum contra impedientem.*
7 *Iniquum eſt homines ingenuos non poſſe de re propria diſponere.*
8 *Mandatum tacitè, & expreſsè reuocari poteſt re integra.*
9 *Res non dicitur in mandato ad negocia integra, quando capta ſunt præparamenta.*
10 *Intellige de præparamentis, intrinſecis non de extrinſecis.*
11 *In mandato ad emendum, res non dicitur integra datis arrhis.*
12 *Stipulator non poteſt impedire ne ſoluatur comprahenſo in ſtipulatione, & ſic adiecto, niſi per litis conteſtationem. Intellige vt nu.*
Quando pactum eſt in ſtipulatione gratia ſolius creditoris nec adiectus eſt creditor poteſt ſtipulator impedire ſolutionem adiecto abſque litis conteſtatione.
15 *In exigenda tracta, vel remiſſa præfertur is, cui ſpectat ratione curæ, & ſollicitudinis illi, ad quem ſpectat ratione intereſſe.*
Fallit ſi aliquid extrinſecum accedat, vt decoctio. & nu. 26. & 47.
16 *Mandatum ſuſcipere voluntatis eſt, exequi ſuſpectum neceſſitatis.*
17 *Ampl. vt per ſe ipſum exequi teneatur.*
18 *In contractu mandati. & eius adimplemento conſideranda eſt perſona eius, ad quem negotium pertinet, & illius, de cuius mandato geſtit.*
19 *Mandatum poſt ius quæſitum eſt irreuocabile. & nu. 22.*
20 *Iscuius negotia geſta ſunt de mandato alterius habet obligatum & qui mandauit, & ipſum geſtorem.*
21 *Ampl. etiam ſi ex mutui, cum actio oriatur ex ipſa geſtione.*

23 Lit-

23 *Litteræ cambij ad illarum extrinſecam perfectionem adinuentæ ſunt ad faciliorem executionem dicti contractus.*

24 *De communi conſuetudine Italiæ habet executionẽ peratam. Et recenſetur praxis Genuenſium.*

25 *In his, quæ celeritatem deſiderant multa ſingularia à Iure introducta ſunt.*

27 *Verba, ſpetta à noi, quid propriè ſignificent; & an idẽ ſit in nominibus, & actionibus.*

28 *Pecunia ſtatim atque data ſunt ad cambium, efficiuntur accipientis.*

29 *Nomina, & actiones inharent ſubſtantiæ creditorum, à quibus diuelli non poſſunt.*

30 *Et vt incorporalia loco non circunſcribuntur.*

31 *Fallit fictione Iuris, & quo ad exactionem*

32 *Ratione intereſſe tracta, & remiſſa non dicitur ſpectare alicui, modo, de quo ſupra nu. 27. ſed tantum ratione periculi, & ſucceſſus.*

33 *Mandans tenetur erga illum, ad quem ratio verè ſpectat de mala adminiſtratione.*

34 *Periculum rei vendita in pluribus caſibus ad venditorem ſpectat. remittitur.*

35 *Is, in cuius perſona actiones, & exceptiones radicantur, & cui per conſequens cõpetit exercitium impediri non poteſt etiam ab eo, cui res ratione intereſſe ſpectat.*

37 *Certi conditio competit ex omni cauſa, & ex omni obligatione ex qua certũ petitur ſiue petatur ex contractu certo, ſiue ex incerto.*

38 *Compleditur omnes contractus, quos iniuimus ſequuti alienam fidem.*

39 *Imo ſat. eſt, quod pecunia mea ad te peruenerit, & nulla ſubſit cauſa permanendi apud te.*

40 *Si mutuo tibi decem quæ ſtipulor dari alteri, inutilis eſt ſtipulatio, & mihi datur conditio.*

41 *Alteri ſtipulari nemo poteſt.*

42 *Fallit in pluribus caſibus. remittitur.*

43 *Stipulator creditori Iure ſtipulatur.*

44 *Creditor, ex cuius perſona quæritur actio, debitori rectè ſtipulatur.*

45 *Petens ante conditionem purificatam, vel cauſa conditionis pendente, dicitur ante tempus petere.*

46 *Conditio nil ponit in eſſe.*

47 *Actus geſtus procuratorio nomine alicuius differt ab illo, qui geritur de mandato alicuius & firmior eſt obligatio, quæ ſit ex hoc, quam ex illo, & nu. 48. & 57.*

49 *Mandatum debet præcedere actum.*

50 *Mandatum Procuratoris dicitur mandatis tantum gratia fieri.*

51 *Procurator contrahens nomine Domini, quæ rit actiones etiam ſine ceſſione.*

52 *Declaratio ſubſidium, vel quatenus contrahat de re, vel circa rem Domini.*

53 *Geſta de mandato, vel in executione mandati dicuntur quandocunque geſta non ſolum gratia mandantis, ſed ſapius gratia alterius.*

54 *Et ſic gerens ſibi quærit actiones actiuas, & paſſiuas licet habeat obligatum mandantem actione mandati contraria.*

55 *Mandans hoc caſu dicitur potius fideiuſſor, quam Dominus, & pro ſinonimis accipiuntur.*

56 *Ex vno, & eodem facto mutuans de mandato alterius duplicem ſibi quærit actionem; mutui erga illum, cui pecunias numeraui; & mandati contra illum, de cuius mandato id fecit.*

57 *Electo de Iure veteri principali, fideiuſſor liberatur, non mandator.*

58 *Glos. in l. ſi mandauero tibi. 22. §. interdũ in verb. & illius reprehenditur.*

59 *Ille, cui ſpectat cambium cura, & ſollicitudine, ſemper dicitur nominatus in litteris, & mandatum reſultans de ſoluendo ipſi, dicitur factum gratia ipſius mãdantis, & ſubſtinetur etiam factum gratia ipſius mandatarij, quando habet annexam ſpecificam perſonam, cui ſolui debet, licet eidem alius eſſet ſoluturus.*

60 *Ille, cui ſit remiſſa, dicitur adiectus ſolutioni contrarium nu. 64.*

61 *Adiectus ille dicitur, qui apponitur ſolutioni alternatiuè facienda.*

62 *Item ille, cui fit ſolutio ex obligatione alteri competenti.*

63 *Adiectus ſolutioni non poteſt ab inuito debitore exigere, cum nullum habeat mandatum.*

64 *Ille, cui fit remiſſa non dicitur adiectus quia proteſtatur litteras cambij, & exigit. Scac. de camb. gl. 7. §. 2 nu. 50. reijcitur.*

65 *Nominatus in litteris acquirit obligationem commodo, & fauore illius, cuius gratia mandatum emanauit.*

66 *Facta acceptatione litterarum nouæ actiõ actiua, & paſſiua reſultat, & creditor ab inuito exigit virtute acceptationis, non ſtipulationis.*

Ne

NE putes lector benevole, me inutilia ad vſum ſectari, dum terminos propoſitæ quæſtionis extendo etiam ad tractas, cum regulariter homines nõ minus videantur auidi exactionum, quæ contingunt in remiſſis, quam contumaces in tractis, quæ circa ſolutiones verſantur. Vndè, quò probabilior eſt contentio plurium circa remiſſas exigendas, eo magis recedere videtur à praxi, vt contendant homines circa tractas. Quandoquidem eſto quod id contingat, vt plurimũ in Cambijs irregularibus, in regularibus tamen, non raro, optabilius eſt ſoluere, quã exigere litteras Cambij; id quod ex pluribus cauſis contingere poteſt, vel ex maiori, vel minori abundantia pecuniarum in loco, velex auantio, ſeu mancamento in ſoluere, ſeu exigere volente, vel ex bonitate litteræ quæ ſolutionem mandat, vel ad quem Cambium ſpectat, vel alijs cauſis, quæ latius explicabuntur in tertia diſputatione.

Videbatur haud dubiè dicendum illum præferendum, ad quem ſpectat intereſſe, cum meritò Iuſtinianus dicat §. *per traditionem Inſtit. de rer. diuiſ. & pro regula regularium ponit Gloſ. in §. verbo regulã ff. de legibus,*

1 *Quod nihil tam cõueniens eſt naturali aqui*
„*tati quam voluntatem domini volentis rem*
„*ſuam in alium transferre ratam haberi*, & certum ſit dominum circa rem ſuam habere latiſſimum, & totale ius, & arbitrium,

2 itaut de ea poſſit diſponere ſicut vult, *l. in re mandata Cod. mand. Gloſ. in l. viles verbo dandi ff. de pet. hereditat.* etiam vſque ad rei abuſum *l. ſed & ſi lege §. contrahit ff. petit. hered. Gloſ. in l. 1. C. de inoff.*

3 *don.* Cum id ipſum ſit de intrinſeca ſubſtãtia dominij, quod definitur, per ius diſponendi de re, ad ſui libitum *Bart. in l. ſi quis vi §. differentia num. 3. ff. de acq. poſſeſſ. ſequitur Alex. ibi num. 6. Pariſ. conſ. 82. num. 4. lib. 3. Cor in l. naturaliter §. nihil commu-*

4 *ni in pralud. num. 9. ff. de acqu. poſſeſſ.* ex quo non ſolum ſit, vt plus iuris dicatur habere

5 in illa re, quam quilibet alius, *l. qui vſumfructum in fin. ff. ſi ſ. vſufr. petat. in bello §. ſi quis ſeruum in fin. ff. de capt. & poſtl. reu. notat Gloſ. d. l. qui vſumfructum verb. dunta-*

xat in fine Sed etiam, ſi ab aliquo impediatur vti iure prædicto, contra impedientem,

6 ei competat actio iniuriarum, *l. iniuriarum §. ſi quis me prohibeat verſat ſi quis ff. de iniur.* Sicut enim æquũ eſſe dixit Iuſtinianus ſupra, vt dominus libere de re ſua diſponere poſſit; ita contrarium iniquum eſſe teſtatur Caius I. C. *l. non vſque ff. ſi à parent. quis*
„*manu. fuer.* in hęc verba *iniquũ eſt ingenuis*

7 *hominibus non eſſe liberam rerum ſuarũ alie*
„*nationem.* Vndè cum impediens vſum prædictum, iniquè agere appareat, merito contra eum datur iniuriarum actio, tantum abeſt, vt de prælatione quiſquam poſſit cum domino contendere.

Secundò maximum haud dubie ſequeretur abſurdum, ſi diceremus præferendos illos ad quos ſpectat ratione curæ, & ſolicitudinis tantum.

Pone: Appius facit tractam de centum Bernardo, & de eiſdem remiſſam Caio imputandis per ipſum in totidem ſibi Caio debitis per Decium, cuius fidem Appius in dicto Cambio eſt ſequutus pretio non exacto. Hoc caſu, quo certum eſt tractam ad Decium, remiſſa ad Appiũ ſpectare, ratione intereſſe, certum pariter eſt, quod poſt acceptationẽ dictarũ tractæ, & remiſſæ reſpectiuè, ſpectationem earumdem quoad curã, & ſolicitudinem eſſe Bernardi quidem tractæ. Caij verò remiſſæ. Fac tali caſu poſt dictam acceptationem Decium decoquere contendẽtibus Caio, & Appio ad exactionẽ dictę remiſſæ, videretur magnum inconueniens, quod dictus Appius poſtpoſitus, faceret iacturam ſuæ pecunię, Caius verò eas quodãmodo lucro haberet, pecuniæq; Appij peruenirent in Caium ad extinctionem debiti Decij iam decocti, & ex conſequenti abſq; vlla ſpe recuperationis in Appio. Quod ipſum, terminos conuertendo, contingeret, ſi ſpectante tracta ad Appium, & remiſſa ad Decium, qui illius fidem ſequutus eſſet in Cambio, ſi poſt acceptationem ſequutam Appius deco xiſſet, & in exactione tractæ præferretur Caius Decio, & huius pecuniæ peruenirent in Caium in ſolutionem debiti Appij decocti, quod videtur maximum inconueniens, & non ferendum in prædictis, & alijs caſibus, qui de facili poſſent figurari.

Tertio illi, ad quos ſpectat tracta, & remiſſa ſolummodo ratione curæ, & ſolicitudinis id habent vigore mandati habiti

de exequendo dictam tractam, & remiſſam reſpectiuè, vt vidimus in quæſtioibus ſupra proximis, ſed ſic eſt, quod mandatum tacitè, vel expreſſè reuocari poteſt
8 re integra §. *rectè Inſtit. mand. l. ante litem cū ſequentibus ff. de procur.* Ergo, &c. & licet res non dicatur integra in mandatis ad negotia, quando cæpta fuere, ſeu facta præparamenta *l. mandatum C. mandat.* id accipiendum de præparamentis intrinſecis, nō autem extrinſecis, & non ſubſtantialibus
9 ipſius negotij *Saly. in l. inter cauſas in princ. num. 9. ff. mandat. Rom. l. 2. §. ſed ſi quis, num. 10. ff. de dona. Ruin. conſ. 115. num. 14. lib. 1.* Et datur exemplum in procuratore ad emēdum, reſpectu cuius, poſt datas arras, res
11 amplius non dicitur integra *Roma. d. §. ſed ſi quis num. 10. ff. de donat. vbi adducit text. in cap. an cauſis de electio.* ſed poſt etiam acceptationem mandati facti per eum, cui ſpectat remiſſa ſola cura, & ſolicitudine, non videtur quod res adhuc non ſit integra Ergo benè poterit reuocari mandatum, prædictum, & ſucceſſiuè, exactio ad ipſum cui ſpectat remiſſa, ratione intereſſe, debebitur exactio, & ex conſequenti erit præferendus.

Quarto ſaltem eo caſu, quando illa ſpectatio ratione curæ, & ſolicitudinis in eo, cui tracta, vel remiſſa dirigitur, prouenit ex mandato, dato gratia illius ſolius, ad quem ſpectat eadem tracta, ſeu remiſſa, ratione intereſſe. videtur haud dubie hic illi præferendus, in exactione, etiam poſt acceptationem, & re amplius non integra, videtur probari reſponſo Pauli Iuriſconſulti, *l. ſi mandato meo 45. ff. mandat.* per hæc verba expreſſa, *„ Item ſi dum negotia mea gerēs „ alicui de creditoribus meis premiſeris, & „ ancequam ſoluas dicendum eſt te agere poſſe „ vt obligationem ſuſcipiam.* Quam diſpoſitionem eſſe promiſcuam, non ſolum fauore mandatarij, vt ibi, ſed etiam mandatoris æquitas ipſa ſuggerit, ne ad imparia iudicentur, ſed etiam expreſſit. Paulus ibidem ſubdens in propoſito. *Et eſt æquum ſicut „ mandante aliquo actionem mandati ſequi- „ mur, ea præſtare iuditio mandati, ita quo- „ que ex eadem cauſa obligatos nos habere mā „ dati actione, vt liberemur.* Si ergo, cepto & non conſumato mandato, datur huic eidem actio, etiam contra inuitum, pro conſequenda indemnitate, multo magis eis competet ius conſumandi quæ cepta fuerunt, & per conſequens, non obſtante, quod res non ſit integra, in hoc caſu, erit præferendus ille, ad quem ſpectat tracta, vel remiſſa ratione intereſſe. Nec dicas, non poſſe ſtipulatorem impedire, ne ſoluatur comprehenſo in ſtipulatione, & ſic adiecto ſolutioni, *l. vero procuratori 12. §. ſed ſi quis ff. de ſolut. l. aliud 100. ff. eodem §. planè ſolutio Inſtit. de inutil. ſtipulat.* niſi per litis conteſtationem, *l. ſi quis ſtipulatus de decem in mille ff. de ſolut. Bart. in l. aliud ff. eod.* Nam, quan-
13 do pactum eſt in ſtipulatione, gratia ſolius creditoris, nec adiectus eſt creditor tunc poteſt vtique ſtipulator impedire ſolutionem adiecto abſque vlla litis conteſtatione *Bart. in l. ſi cum fundum ff. de pact. & l. hoc iure §. penult. ff. de don. Alexand. in addit. ad Bart. l. aliud ff. de ſolut.*

Dicendum eſt (nullo alio extrinſecus aduenīente) præferendum eſſe illum, ad quem
15 tracta, ſeu remiſſa ſpectat, ratione curæ, & ſolicitudinis, ea ratione, quia vt inquit Paulus, *l. in commodato 17. §. ſunt*
16 *„ autem ff. comm. Voluntatis eſt mandatum „ ſuſcipere neceſſitatis eſt conſumare.* Et quidem per ſe ipſum, ad quem tandem vtilitas, ſeu intereſſe pertineat. Cum hęc valdè inter ſe differant, & vti talia diuerſas actiones, ratione diuerſarum perſonarum, producant, *l. nam & l. nam & ſeruus §. final. ff. de negot. geſt. l. ſi pupilli §. ſed ſi quis ff. eod.* Neque enim in con-
17 tractu mandati, & eius adimplemento, conſideranda eſt tantum perſona eius, ad quem negotium pertinet, ſed, & præcipuè eius, de cuius mandato geſſit dicente Iabo-
18 leno *l. ſi quis mandato 12. ff. de negot. Si „ quis mandato Titij negotia Seij geſſerit, „ Titio mandati tenetur, liſque tanti æſtima- „ ri debet quanti Seij, & Titij intereſt, Titij „ autem tantum intereſt, quantum is Seio „ præſtare debet, cui vel mandati, vel ne- „ gotiorum geſtorum nomine obligatus eſt.* Cū igitur is, qui acceptat mandatum, illudque incipit exequi multipliciter ſe obligat, & quidem (reſpectu diuerſorum) ad longe inter ſe diuerſa, actioneſque in ſe tam actiuas, quam paſſiuas, contrahendo proprio nomine, contrahat illarum vigore, & tenetur proſequi, nec poteſt inuitus repelli. Præſertim quia: cum hæc mandata omnibus illis ſex modis, de quibus in

in lege ſecunda ff. mandat. interueniant in litteris Cambij, prout probauimus hac eadem diſputatione quæſtione quinta, poſt iuris quæſtum illi, cuius etiam gratia fuit datum, non poteſt amplius in eius præiudiciũ
19 reuocari. Nam licet verum ſit, quod is, cuius negotia geſta ſunt, de mandato alterius, habet obligatum non ſolum actione negotiorum geſtorum eum, qui mandauit *d. l. nũ & ſeruius* §. *fin. ff. de neg. geſt.* Sed ipſummet
20 geſtorem, eadem actione, tradente Vulpiano ex Labeonis ſententia *l. ſi pupilli* §. *ſed & ſi quis ff. de neg. geſt. ſi, & tuum geſſit ſciens negotiorum geſtorum eũ teneri*, quod procedit etiamſi ignorauerit, cum ex ipſo
21 geſta actio oriatur, *l. quæ vtiliter 47.* §. *Titius pecuniam, & ibi Bart. ff. de neg. geſt.* Cũ igitur per dictam præſentationem litterarũ mandatum fuerit ne dum acceptatum, gratia mandantis, ſed & aliorum, & quæſitum ius ipſi mandatario per dictam acceptationem, ac etiam illi, de cuius vtilitate agitur, ei nullo iure poteſt impediri perfectio negotij, & mandati, quæ ipſa exactione con-
22 ſumatur. Attentis maximè ijs, quæ tamquã principia, ſeu femina aliorum contractuum & diſtractuum reperiuntur in litteris Cambij, vt vidimus ſupra, hac eadem diſputatione quæſtione quarta, ex quibus plures cõtractus ſunt apti nati reſultare vigore receptionis, & præſentationis litterarum, de quibus agemus inferius, ex quibus fortius reſultat, hunc, cui ſpectat tracta, ſeu remiſſa ratione curæ, & ſolicitudinis, omninò eſſe anteferendum ei, cui ſpectat ratione intereſſe.

Confirmatur concluſio, nam litteræ Cambij,
23 quæ ad illius extrinſecam perfectionem deſeruiunt, adinuentæ ſunt ad faciliorem executionem dicti contractus, & propterea de communi conſuetudine totius Italiæ habẽt executionem paratam, & in noſtra Ciuitate adeſt ſtatutum ſub rubrica de cauſis breuioribus, quod concedit litteris Cambij, acceptatis, vt quæ redeunt cum proteſtatione, executionem intra horas viginti quattuor; Hæc executio conceditur ipſi nominato in litteris, & contra nominatum, & acceptantem, abſque eo, quod curetur de eo cui verè ſpectant, quod eſſet magnum inconueniens, vt patebit ex infra dicendis, ex quo, executio de ſui natura celerrima, cum magno totius negotij incommodo, retardaretur, & in longum protraheretur, cum in eis, quæ celeritatem deſiderant, multa ſingularia iura introduxerint *l. 1. ff. de damn. in fect. auth. niſi ſermones C. de ſent. & breuil. recit.*

Et ideo ſignanter dixi, in concluſione (nullo
26 alio extrinſecus adueniente) nam ſi contingeret aliquid, puta, decoctio, ex quo turbaretur naturalis curſus negotiationis, quo caſu plenius de cauſa, eſſet cognoſcendum, tunc certè cautius eſt agendum, & ad euitandos circuitus, qui in hoc propoſito poſſent contingere, & in ipſo circuitu impedimenta compenſationum, quæ eſſent contra æquitatem, diuerſimodè fortè eſt determinandum ſecundum contingentiam factorum, de quibus infra latius ſuo loco.

Nec concluſioni, ſic vt ſupra firmatæ, obſtant ea, quæ in contrarium conſiderabam, quinimmò ex reſponſionibus confirmabitur hæc concluſio.

Nam pro ſatisfactione primi; aduertendum diſtinctius eſt ad id quod diximus ſupra, de ſpectatione ratione intereſſe. quod ſcilicet aliud eſt ſpectare quoad dominiũ propriè & ſpectare quoad ſolum intereſſe. Primum enim, non verificatur, niſi quando propria res, de qua agitur verè, & propriè eſt in no-
27 ſtro patrimonio, prout definit Modeſtinus *l. rem 52. ff. de acq. rer. dom. Rem in bonis noſtris intelligimur habere quoties poſſidentes exceptionem, aut amittentes ad recuperandam eam actionem habemus.* Et de hac ſpectatione loquuntur paſſim iura *l. non ſolum* §. *quæritur ff. de procur. l. 1.* §. *pen. ff. de nou. oper. nuncia. l. verbum 181. ff. de verb. ſign. cap. abbate ext. de re iudica. cum cõcord.* Sed hæc acceptio (prout facit ad caſum noſtrum) ſolum in nominibus, & actionibus poteſt habere locum, nam reſpectu pecuniarum, ipſe ſtatim, ac fuere datæ ad Cambium, & in dictam cauſam quomodocumque ſolutæ, efficiuntur de dominio accipiẽtis *l. cum quis ſibi 38. cum toto tit. ff. de ſolut.*

28 Quæ nomina, & actiones cum inhereant oſ-
29 ſibus creditoris, nec ab eius perſona diuelli poſſint, *l. quis ergò caſus ff. de pecul. l. 3. & ibi notatur ff. pro Soc. Bald. in l. 1. ff. de ſtat. hom. & l. mercatores Cod. de comerc.* & ſint incorporalia, nulla ratione circumſcribi loco poſſunt, *l. Caius in princ. ff. de leg. ſecundo l. fin. C. de præſcr. long. temp. l. ſi fideicommiſſum* §. *tractatum ff. de iudic. l. hac edictali.* §. *his illud C. de ſecund. nup.*

30 verè, & naturaliter (licet fictione iuris, & quoad exactionem, de qua agimus circumscribantur loco *l. Titium, & Menium* §. *Tutores ff. de admin. tut. l. tutores* § *heredes ff. eod. Bald. in l. ex facto ff. ad Trebell. Soc. cos. 101. num. 5. vers. sed dicit quispiam vol. 1*

31 *Alex. cons. 16. in fin. vol. 1.* sed alio, & longe diuerso modo dicitur spectare ratione solius interesse, quando non spectat ratione dominij propriè (modo superius expresso) sed tantum ratione periculi, & succeſſus, quę

32 de non domino verificantur, vt est casus in *l. si quis* §. *ex hoc edicto ff. de edend.* vbi pertinere ad mandantē, dicitur illa ratio, ex eo solum quod tractata fuerit, de illius mandato. Cum enim ipse teneretur de mala administratione erga illum, ad quem ratio illa verè spectabat *l. si quis mandato ff. de negot. gest.* ex hoc solum dicitur eidem spectare ratio ipsa, prout in rebus venditis, quæ licet emptori ratione dominij spectent, in

33 pluribus causis, in quibus periculum ad vēditorem spectat *l. 1. vers. sedsi venditor, & vers. aut conuenit, & per totam ff. de peric. & commod. rei vendit. l. necessario ff. eod. & alibi in rebus vendendis l. si quis in princ. ff. si*

34 *cert. pet.* tradente Vulpiano. *Qui rem vendendam acceperat vt pretio veteretur periculo ſuo ſit, rem habebit* nihil impedit, quominus dici possit ad venditorem spectare, eatenus quatenus, incommodum omne, quod circa illam contingeret, ipsius damno cederet *d. l. 1. d. l. necessario cum toto titulo ff. de*

35 *peric & comm. rei vendit.* In casu igitur spectationis, ratione interesse hoc secundo, & posteriori significatu, quod longe frequentius contingit in litteris Cambij, facilis est solutio argumenti, cum alij sint contrahentes, in quorum personis actiones, & exceptiones radicantur, & per consequens, iure merito, eisdem competit earumdem exercitium *toto titulo ff. de actior. & oblig.* nec

36 poterit ab alio impediri, sub prætextu spectationis prædictæ, sed idem dicendum est, in casu prioris spectationis, quoad dominiū nam, dato, Appium dedisse Bruto iustū pretium in pecunia, pro hbendis scutis mille marcarū in feria, & propterea de eis Brutum fecisse litteras Cambij ad Caium pro ipsis solu endis Decio. Certè, nulla generalior actio videtur competere Appio, pro dictis pecuniis consequendis, siue à Bruto,

37 siue à Caio, & quæ magis adaptari possit, quam certi condictio, de qua testatur Vulpianus, *l. certi condictio ff. si cert. pet.* quod cōpetit ex communi causa, & ex omni obligatione, ex qua certum petitur, siue ex certo contractu; siue ex interto petatur, & gene-

38 ralius alibi *l. 1. ff. eod.* testatur, quod, *Omnes „ contractus quos alienam fidem secuti instituimus completitur.* Et sufficiens est causa concedendi hanc actionem, quod pecunia mea ad te peruenerit, quomodocumque

39 peruenerit, nec vlla subest causa, cur apud te debeat permanere, *l. si me, & Titium 32. ff. li.* Sed nec hæc actio litteris Cambij præstantis, & acceptatis, competit domino; cum in eis expressè cautum legatur, solutionem faciendam Decio. Nam licet indubitata sit Vulpiani sententia *d. l. certi condictio* §. *quoniam ff. si cert. pet.* in propositō eiusdē actionis, quodsi. *Numerauī tibi decem, & „ hac alij stipulatus sim nulla est stipulatio,*

40 & ex consequenti possum condicere. Tamē (præter quam quod, dicta dispositio ex eo procedit, quia generaliter nemo potest alteri stipulari, §. *si quis aly Instit. de inutil.*

41 *stipul.* quod non est vniuersaliter verum, & quāplures casus enumerat glosa *d. §. si quis aly verbo nihil agat.* in quibus contrarium

42 procedit in liberis personis; Et id præcipuè in duobus, qui sunt frequentissimi in materia nostra Cambiorum, & litterarum Cambij. Quando, scilicet, quis stipulatur creditori *l. stipulatio ista* §. *si stipuler & §. si quis insulam ff. de verb. oblig.* §. *sedsi quis stipulatur vers. & si creditori Instit. de inutil. sti-*

43 *pulat.* Item in creditore, ex cuius spacto que-

44 ritur actio debitori, *l. si cum venderet ff. de pignor. actio.* adhuc, casus quæstionis nostræ, non consistit in simplici stipulatione, facta ad fauorem Decij, cui est facienda solutio (de cuius iuribus plenius suo loco) sed vlteriùs in acceptatione, facta per Caium, de litteris sibi præsentatis per Decium (quæstio namque nostra, de hac prælatione, supponit rem spectare ad non dominos cura, & solicitudine, quod non nisi post acceptationem contingit vt supra vidimus) quo casu non obstante quod Appius dici posset dominus, (& alias haberet conditionem per supradicta) sibi imputare debet, qui aliam, & repugnantem legem pecuniæ suæ dixit, & alij soluere mandauit, ex sententia Iaboleni, *l. pecuniam 36. ff. si cert. pet.* in eodem propo „ sito docentis. *Pecuniam quam mihi sine cō- „ ditione debebas iussu meo promisisti Attio „ sub conditione. Cum pendente conditione*

in

„in eo ſtatu ſit obligatio tua aduerſum me tã-
„quam ſi ſub contraria conditione eam mihi
„ſpopondiſſes, ſi pendente conditione petam,
„an nihil acturus ſim? Reſpondi non dubito,
„quin ea pecunia, quam ipſe ſine conditione
„ſtipulatus ſum(etiamſi conditio in perſona.
„Aty qui ex mea voluntate eamdem pecuniã
„ſub conditione ſtipulatus eſt, non extiterit)
„redita eſſe permaneat. Perinde eſt enim ac
„ſi nulla ſtipulatio interueniſſet. Pendente
„autem cauſa conditionis idem petere non poſ
„ſum, quoniam, cum incertum ſit an ex ea ſti-
„pulatione deberi poſſit, ante tempus petere
„videor, facta igitur præſentatione, & ac-
45 ceptatione litterarum, per quas iubet domi
nus ſolui non domino, adeo eſt incapax do
minus exactionis, vt eam conſequi neque-
at, etiamſi iuſſiſſet ſub conditione, condi tio-
46 ne ſcilicet pendente, quæ nihil regulariter
ponit in eſſe.

Ad ſecundum vero, vt plene ſatisfiat, non
47 pauca pertractanda eſſent, quæ non ſunt hu
ius loci, ſed ea reſpiciunt, quæ circa impedi-
menta contingentia in ipſis ſolutionibus
verſantur, de quibus inferius, ſuo loco. Ad
propoſitum ſufficiat id, quod diximus in ip-
ſa concluſione, prædicta ſcilicet, per me fir-
mata, procedere, nullo extrinſecus adue-
niente, qualis ſcilicet eſt caſus decoctionis,
de quo in dicto argumento, ex quo, cum
impediatur curſus executionis ipſius cõtra-
ctus, non mirum, ſi in pluribus caſibus, ha-
benda eſſet ratio domini, præſertim ad inu-
tiles circuitus euitandos, cum tali caſu ple-
narie agatur quoad merita, licet ſummarie
quoad modum procedẽdi; vt ſuo loco fuſius
vbi etiam patebit, dari etiam caſus, in qui-
bus etiam præfertur non dominus, non ob-
ſtante dicta decoctione, quæ ſicuti ſcitu sũt
difficillima, ita in contingẽtia factorum fruc-
tuoſiſſima eſſe poſſunt ob frequentes deco
ctiones.

Ad tertium. Reſpondetur magnum intereſſe
48 diſcrimen, inter actum geſtum procuratorio nomine alicuius, & illum, qui geritur de
mandato alterius. Quæ duo, licet vulgo con-
fundantur, valdè tamen, ac valdè, inter ſe
differunt. Quamuis enim, vtroque in caſu
mandatum præcedat actum ipſum, quod de
49 ſubſtantia cuiuſcumque mandati eſt, *l. ſi vero non remunerandi* §. *ſi poſt creditũ ff. mãd.* tamen mandatum, quo quis conſtituitur procurator, tantum gratia, ſeu commodo ipſius mandantis fit, cum ad hoc conſtitua-
50 tur, vt res domini adminiſtret *l. r. ff. de præ-*
51 *cur.* eique quærit actiones, quateuus eius nomine agit, etiam ſine ceſſione, in ſubſidiũ tamen, vel quatenus contrahat de re, vel
52 circa rem domini *l. Iulianus* §. *ſi vendiderit & ibi Glos. Bart. & DD. ff. de actio. empt. l. poſſeſſio quoque* §. *& ſi poſſeſſio ff. de acqu. poſ ſeſſ. l. quod procurator 68. & ibi Caſtr. nu. 2. ff. de procur. & in l. r. ff. de inſtit. actio. commu nem dicit Alex. & Bart. d. l. quod procu rator.* Quod non contingit in eo, qui in exe cutionem mandati, aliquid agit, quod non
53 ſolum quandoque gratia mandantis, ſed al-
54 terius ſæpius fit. *l. 2. ff. mand.* Et ſemper ſibi quærit actiones, tam actiuas, quam paſſiuas contra eum, cum quo contrahit, licet tali caſu habeat obligatum mandatorem actione contraria mandato *l. ſi quis mihi l. ſi manda uero ff. mand.* qui propterea, iuremerito, nomen potius fideiuſſoris, quam domini meretur. Quinimmo pro ſinonimis in iure accipiuntur *arg. rub. cum toto titulo ff. de fideiuſſ. & mand.* & ex vno, eodemque facto
55 duplicem ſibi quærit actionem, mutui, puta, erga illum, cui pecunias mutuauit, mandati contra illum, de cuius mandato id fecit.
56 Quod in propoſito litterarum Cambij, de quibus agimus nobis expreſſit Gordianus Imperator, *in l. ſi litteras 7. C. mandat. vel contr.* his plane verbis. *Si litteras eius „ſecutus, qui pecuniæ actor fuerat ei qui tibi „litteras tradidit pecuniam, credidiſti, tam „condictio aduerſus eum, qui a te mutuam „ſumpſit pecuniam, quam aduerſus eum, cuius „mandatum ſecutus es mandati actio tibi „competit.* Quinimmo ne dubium parem, ſed
57 fortiorem eſſe obligationem ex mandato, quam fideiuſſoriam ex eo patet. Quod, licet de iure veteri, electo reo principali fi-
58 deiuſſor liberetur, non item liberatur mandator teſte doctiſſimo Cuiacio *ex Paul. recept. ſent. lib. 2. tit. 17. in fin.* Vnde vtiliſſima erat deciſio textus *in l. ſi mandauero tibi 22.* §. *interdum ff. mand.* qua cautum habemus, mandante fideiuſſore creditori, vt experiatur contra principalem debitorem, & eo exequente, extingui quidem obligationem
59 fideiuſſoris, ſed oriri actionem mãdati, quę deciſio valde torſit gloſatorem noſtrum ibi *verbo. Et illius.* Qui, ad ſaluandam nouationem, mirabilia dicit, ſed æque inania, non animaduertens prædicta procedere de iure antiquo, quo iure nouationes, leui negotio, contingebant, quæ per Iuſtinianum
60

redu-

reductæ fuerunt, iure nouissimo, ad angustias de quibus in *l. final. ff. de nonat.* vt demonstrat idem Cuiacius *lib. 32. Pauli ad edictum l. 22. §. si hi per totum.* Quæ igitur sunt in argumento contrario, procedunt in simplici procuratore, gratia domini constituto, non autem generaliter in mandatario, qui cum iubeatur, vt plurimum, gratia aliorum, & sibi ipsi agat, & acquirat, post factam acceptationem, res non dicitur amplius integra, & sic nihil operatur reuocatio.

Demum non resistit quartum, & vltimum, ad quod respondetur, impossibilem planè esse hypothesim, de qua in eo (nisi remissa facta fuerit nominato in litteris tamquam procuratori eius, ad quem spectat eadem tractatione interesse, quibus in terminis, non loquitur quæstio proposita, inter quæ duo, quod interest discrimen, vidimus supra proximè in responsione adtertium argumentū.

Cum enim ille, cui spectat tractatura, & solicitudine, semper fit nominatus in litteris, semper verum est, mandatum resultans ex eis, de soluendo ipsi intelligi factum, etiam gratia ipsius nominati, ex quo capite sustinetur etiam mandatum fictum gratia solius mandatarij, quando habet adnexam specificam personam, cui solui debet, licet eidem alias esset soluturus *l. si remunerandi §. plane ff. mandat. l. 3. in fin. l. 4. ff. de neg. gest. §. tua tantum §. tua, & aliena Instit. mandat.* & per consequens: cum facta præsentatione, & acceptione litterarum per eos, ad quos spectat cura, & sollicitudine, ipsimet sit quæsitum ius, & actio exigendi, & soluendi respective; non potest verificari, quod eius solius, tantum gratia, ad quem spectat ratione interesse, mandatum processerit. Tacitè autem obiectioni, de qua in eodem argumento non insisto, cum licet vulgo tradant Doctores, eum, cui fit remissa per litteras cambij, dici adiectum solutioni, *adducti per Scacc. de camb. §. 2. Glos. 7. nu. 8. cum sequitur* de hoc ego valde dubito. Quia esto, quod is dicatur adiectus solutioni, cui ex stipulatione nulla acquiritur obligatio, *Scacc. vbi supra nu. 8. vers. Primo concludit licet nihil allegat in puncto, & poterat allegare iura, de quibus in obiectione.* non per hoc id generaliter virum non esto; cum ad esse adicti necessarium sit, quod quis apponatur solutioni alternatiue faciendæ *Strach. in tract. de adiect. in prima parte in præfat. nu. 31. & nu. 43. vbi ponit adiecti definitionem*; Nec mirum, quia ille dicatur adiectus, cui solutio fit ex obligatione alteri competenti *l. fin. §. si ita ff. de verb. oblig. Strach. in tract. de adiect. 1. p. de iure, & potestate adiecti nu. 43. cum sequetur.* In litteris autem cambij, nihil magis alienum, quam alternatiua solutio, de qua exemplificat Paulus I. C. *l. cui recte 10. ff. de nonat.* facienda stipulatori, vel ei, cui sit remissa, quinimmo nec ex eis oritur aliqua obligatio (circumscripta acceptatione) ipsiusmet soluere debentis de quo possit verificari alternatiua solutio, facienda creditor, vel adiectus. Et sane si verum est, prout verissimū, adiectum solutioni non posse ab inuito debitore exigere, cum nullam habeat actionem, *l. fin. §. pupillus in fin. ff. de verb. oblig. l. 7. §. sed & si filius fam. §. si mihi ff. de const. pec. Rot. Gen. Decis. 54. nu. Strach. de adiect. p. 1. numer. 43. cum seqq.* & admittit cum cæteris ipsemet Scaccia *de camb. §. 2. gl. 7. n. 30. 40.* qua ratione dicendus erit adiectus is, cui fit remissa, quem videmus quotidie, & protestari litteras cambij, & ab eis, qui eas acceptauerunt, etiam inuitis exigere, vt vsus docet, quem probat ipse Scaccia *d. Glos. 7. nu. 50.* Nam illud effugium Scacciæ quod id faciat non tamquam adiectus, sed tamquam procurator stipulatoris, conuincitur ex eodem facto ipso, quo experimur, huiusmodi protestationes fieri à nominatis in litteris proprio nomine, & proprio nomine curari solutiones etiam in iudicio.

Verius puto: nominatum in litteris cambij, cui ex forma illarum est facienda solutio; ideo nominatum in eis, vt acquirat obligationem commodo, & fauore illius, cuius compertum in iure patet per responsum Pauli *In l. si mandato Tity 59. ff. mandat.* Solum solliciti de eo, ne tali casu præsumatur facta donatio, Quod si admittamus, omnis cessat amaritudo, & omnia transeunt sine difficultate. Nam celebrato contractu cambij, dum pro illius exequutione fiunt litteræ, & sic tracta, & remissa, expectatur exitus an illi, cui fiunt respective, acceptet ex quo formaliter resultat nouæ actio tam actiua quam passiua, respectu prædicatorum duorum, dui verè contrahunt litteræ, & sic tracta, & remissa, expectatur exitus an illi, cui fiunt respective, acceptet ex quo formaliter resultat nouæ actio tam actiua quam passiua, respectu prædicatorum duorum, dui verè contrahunt litteræ acquirendo, hic promittendo per se ipsos quidem, sed de mandato aliorum, cuius vigore ad prædicta deuenerunt. Vnde nil

nil mirum, ſi creditor ab inuito exigit, cum non vigore ſtipulationis præciſe, de qua in litteris, in quibus nominatus tantum fuit ad acquirendum actionem, ſed vigore acceptationis & obligationis ſibi acquiſitæ agat, & dum proteſtatur contra litteras, hæc proteſtatio non afficit eum, cui fit tracta ſed datorem litterarum, qui onus in ſe aſſumpſit, & alium quemuis, ad quem ſpectat, ratione intereſſe, vt ſuo loco fuſius, & facit nomine proprio quia acceptatis litteris, & ex conſequenti mandato, ius prædictum ex eis quæſiuit, vt etiam infra ſuo loco.

DIPSVTATIO II.

QVÆSTIO VIII.

Quot, & quibus modis contingat ſolutio miniſterio litterarum cambij.

1 *Solutionis verbum non ſolum numerationem pecuniæ, ſed omnem, & quæcumque actũ, quo tollitur obligatio, comprehendit.*

2 *Et refertur potius ad ſubſtantiam obligationis, quam ad numerationem.*

3 *Fallit ſi eidem addatur verbum pecuniæ, tunc enim ſolum ſolutionem denotat, quæ per pecuniæ numerationem fit.*

4 *Quãdo in obligatione genus pecuniæ exprimitur, vt ſequitur in cambio, ſolutio nõ poteſt fieri in diuerſo genere.*

5 *Maximè ſi exactor aliquod damnum ex hoc ſentiret, & glos. in l. Paulus. ff. de ſolut. opinio refertur, qua dicit damnum ſatis intelligi hoc ipſo, quod creditori aufertur quod ſibi placet.*

6 *In cambijs præcipuè irregularibus omni alio modo ſolutio ſequi poteſt, præterquam in pecunia. & ſ.*

7 *Declara volente creditore, non autem inuito, quia eo reluctante, ſolatio eſt facienda in pecunia, & quidem in ſpecie illius generis in ipſis litteris comprehenſi.*

8 *Quod dictum eſt de creditore volente, vel inuito, idem intelligitur de eo, cui remiſſa, vel tracta ſoluenda eſt.*

9 *Compenſatione extingui obligationem, & cũ recenſeri inter ſolutionis ſpecies.*

10 *Qui compenſat dicitur ſoluere.*

11 *Paria ſunt ſoluere, & compenſare.*

12 *Compenſatio fit quando in eadem perſona fit contributio debiti, & crediti.*

13 *Compenſatio fit ipſo iure abſque facto hominis, ſaltem quando agitur de vitandis vſuris, vel intereſſe.*

14 *Redarguũtur recentiores quidam dicentes nõ ſortem, ſed vſuras tantum compenſari.*

15 *Perpenditur tex. l. Idem Iuris. ff. de compenſat.*

16 *Compenſatio & in cambijs locum habet prætia declaratione.*

17 *Nouatio eſt prioris debiti in alium transfuſio, per quod ex præcedenti cauſa ita noua conſtituatur, vt prior perimatur.*

18 *Per nouationem pignora, & hypothecæ prioris obligationis expirant.*

19 *Nouatio ex operatione extinctionis prioris obligationis, meritò appellatur ſolutio.*

20 *Poteſt fieri de qualibet obligatione.*

21 *Et non ſolum per noſmetipſos, ſed & per alios de voluntate noſtra.*

22 *Antiquitus quodlibet additamẽtum rei, vel perſonæ inducebat nouationem.*

23 *Hodie verò expreſsè eſt facienda, eatenus vt nec etiam ope exceptionis ſiat ex communi contra Bartolum.*

24 *Declara non eſſe neceſſarium, quod partes dicant velle nouare, ſed ſat eſt quod quoquo modo id ex verbis, & mente partium colligatur.*

25 *L. fin. C. de nouat. non ſuſtulit illam nouationem, quæ fit, vel oritur ex præſumptamente contrahentium, ſed illam, quæ introducebatur ex legis præſumptione.*

26 *Nouatio etiam de iure nouiſſimo ex præſumpta mente cõtrahentium inducitur.*

27 *Nouatio non requirit ſtipulationem, ſed per quemcumque contractum fieri poteſt.*

28 *Maximè in curia mercatorum, in qua nuda pacta loco ſtipulationis ſuccedunt.*
Per nouationem intelligitur facta ſolutio etiam in materia cambij. ibid.

29 *Nouare dicuntur contrahentes, quando ſecundus contractus eſt omnino incompatibilis cum primo.*

30 *Obligatio acceſſoria non nouat antiquam obligationem, ſed vtraque manet.*

31 *Fallit ſi ex verbis contrahentium appareat, ſecundum non accedere, ſed ſuccedere, velle*

velle perſona prioris obligati puta ſi dicat promitto tibi loco Tityꝰ, debitoris tui.

32 *Vel ſi appareat ſubrogare voluiſſe poſteriorẽ obligationem loco primæ concipiendo nouam obligationem ſub commemoratione primæ, vt pro decem, quæ tibi debeo, quindecim promitto.*

33 *Nouare poteſt is, cui rectè ſolui poteſt. Adiectus ſolutioni nouare, non poteſt.*

34 *Ponderatur tex. in l. ſi debitorem. 21. ff. de nouat. & in l. ſi ſtichum. §. fin. ff. de nouat. 35.*

36 *Ille, cui fit remiſſa, nouare poteſt, quia nominatur in litteris non ſolum ad effectum exigendi, ſed & acquirendi obligationem.*

37 *Delegare eſt vice ſua alium dare reum creditori.*

38 *Per delegationem de Iure etiam nouiſſimo fit delegatio.*

39 *Delegatio non exigit expreſſionem huius verbi, ex communi.*

40 *Delegatio fit ſignis, vel nutu, vbi quis fari non poteſt.*

41 *Ad delegationem inducendam eſt neceſſaria promiſſio delegati ad fauorem illius, cui fit delegatio.*

42 *Promiſſio prædicta debet fieri per ſtipulationem.*
Ferret. conſ. 129. nu. 6. reprobatur. ibid.

43 *Et ſaluatur eius opinio, vt poſſit habere locum de Iure Canonico, & in foro, in quo Ius Canonicum ſeruari debet.*

44 *Defectus ſtipulationis etiam de Iure ciuili nõ vitiat delegationem in materia cãbij.*
Inter mercatores apices iuris non ſeruantur, ſed æquitas ibid.

45 *Non eſt differentia apud mercatores inter pactum nudum & ſtipulationem.*

46 *Promiſſio delegati debet fieri de mandato delegantis, ſine quo nec eſſe, nec intelligi poteſt delegatio.*
Nec ratihabitio ſi ſe mandato ſufficit. ibid.

47 *Nouatio facta a meo nomine robur accipere poteſt a ratihabitione.*

48 *Æquiparatur ratihabitio mandato.*

49 *Fallit in delegatione num.*

50 *Ad ſubſtantiam delegationis requiritur etiã vt is, qui delegatur ſit debitor delegantis. Contrarium num. 51 ſed primum verius firmat Auctor 52.*
Tex. in l. delegare la prima ff. de nouat. perpenditur 53.

54 *Item in l. 1. C. de nouat. & in l. quamuis 8. ff. ad Velleia. & 55.*

56 *Per conſtitutionem alterius debitor non liberatur.*

57 *Acceptilatio eſt liberatio per mutuam interrogationem, qua virinque contingis ab eodem nexu abſolutio.*

58 *Acceptilatione contractus Cambij perfici poteſt.*

59 *Acceptilatio ad tollendas obligationes verbis contractas, vires exercet ſuas, eaſque tollit ipſo iure, prout & omnes alias obligationes, circumſcripto remedio Aquilianæ ſtipulationis, tollit quoad effectum, quẽ ſufficit maximè in curia mercatorum, num. 64.*

60 *Ampl. etiam quoad obligationes quæ re contrahuntur.*

61 *Declara hoc verum exceptione pacti, & doli mali.*

62 *Datio in ſolutum vices ſolutionis obtinet.*

63 *Et poteſt fieri etiam in nominibus debitorum.*

64 *Datio in ſolutum diſtinguitur à delegatione quod ignorante, vel inuito eo, aduerſus quem actiones mandantur, contrahi ſolet.*

65 *In Cambio tamen ignorante, vel inuito eo, aduerſus quem actiones mandantur, non fit.*

66 *Leges adaptantur ad ea, quæ frequentius, & facile euentunt, non ad ea quæ de raro.*



LICET receptiſſimum ſit, & in iure indubitatum, ſolutionis verbo non ſolum numerationem pecuniæ, ſed omnem, & quemcumque actum, quo tollitur obligatio comprehendi,

1 *l. ſolutionis 54. ff. de oblig. l. amplius ff. rem rat. hab.* cum ad ſubſtantiam potius obligationis, quam ad numerationem referatur, auctore Paulo *d. l. ſolutionis ff. de ſolut.* Tamen quòd verum eſt, quod ſi eidem verbo addatur pecuniæ, tunc eam ſolum ſolutionem denotat,

2 quæ fit per pecuniæ numerationem, *l. ſolutam 49. ff. de ſolut. & ibi Caſtr. Bart. l. ſolutionis ff. de ſolut. numer. t.*

3 *vbi diſtinguit* Vſque adeo, vt quando genus pecuniæ exprimitur, vt regulariter quinimmo neceſſario euenit in Cambio, per ea quæ diximus diſputatione præcedẽti quæſtione vigeſima ſecũda tũc nec etiã ſi diuerſo

gene-

genere fieri poteſt *l.paulus reſpondi 99. ff. de ſolut.* Præſertim quando ex hoc exactor aliquod damnum ſentiret, *d.l.Paulus* licet
5 Gloſa ibi opinetur, ſemper intelligi damnum pati, hoc ipſo quod ei aufertur, quod ſibi placet *argum.§.praterea Inſtit. de actio* Cum igitur in litteris Cambij, quarum vigore mandatur ſolutio, ſemper exprimatur pecunia,& quidem certi,& determinati generis, videtur dicendum, illarum miniſterio ſolutionem non contingere, niſi in pecunia numerata.

E contra,ſaltem in Cambijs regularibus,quo-
6 rum ſolutiones deſtinantur in ferijs, cum ſolutiones omnes fiant vel in bilantio, vel in ſcontris,vt vidimus in prologomenis ad hanc eamdem diſputationem, quæ fiunt abſque pecuniæ interuentu, videtur concludendum, omni alio modo, præterquam in pecunia, fieri huiuſmodi ſolutiones.

Dicendum eſt: ſecundum naturam actus, de
7 quo agitur,& attenta vi litterarum Cambij: inuito creditore, ſeu illo, ad quem ſpectat exactio litterarum,non poſſe fieri ſolutionẽ, niſi in pecunia numerata, & quidem in ſpecie illius generis,in ipſis litteris comprehẽſi Et hoc probatur per ea, quæ poſui in priori argumento. De conſenſu vero creditoris, ſeu exigere debẽtis Cambium, omni etiam
8 alio modo,quo de iure contingit liberatio obligationum,poſſe ex litteris Cambij ſatis fieri.Quos modos,frequentiſſimos in Cambijs regularibus, operę pretium eſt diſtinctius noſcere.

Compenſationis,quidem modus eſt frequentiſſimus, quo obligationem extingui notiſſimum eſt,cum inter ſpecies ſolutionis recenſeatur, *l.ſi debitor in fin.ff.qui potior.in pig. hab.Amplius ff.rem rat. haber. & ibi Bart. l.vel permutauit ff.de lib.cauſ.Bart. l.aufertur §.qui compẽſationem ff.de iurib.fiſc. Inſ. in §.bone fidei num.62. Inſtit. de actio.latè Menoch.de arbitr. lib.primo caſu 14.* Et qui
9 compenſat, ſoluere dicatur, *l.ſi conſtat de compenſat.l.verum ff.eod.*& nihil interſit,an
10 quis ſoluat, vel compenſet, *l.ſi debitor ff.qui pot. in pign.habe. Afflict.deciſ. 121.num.4. Inſ.in §.bone fidei Inſtit. de actio. numer. 62.*

Quæ tamen contingit, quando in ea ſit con-
11 tributio debiti, & crediti in eadem
12 perſona, *l. prima cum legibus ſequentib. ff.de compenſat.*& abſq; facto hominis, ipſo iure fieri,ſaltem quando alterum ex prædictis eſſet cum vſuris, ſeu intereſſe: probant iura,*l.cum alter,l. idem iuris ff. de compenſ.*
13 Neque enim audiendi ſunt quidam recentiores, dicentes, hoc caſu, non fortem ipſam,ipſo iure, ſed vſuras tantum compẽ-
14 fari, ideſt ceſſare, nam (vt obiter dicam) aperte conuincũtur ex reſponſo Vulpiani,
15 *d.l.idem iuris ff.de compenſat.* per hæc verba loquentis. *Sed etſi inuicem ſit vſuraria pecunia diuerſa tamen vſura. Compenſatio nihilominus locum habet eius quod inuicem debetur.* Quæ verba,de ſorte ipſa, non ſolũ de vſuris,verificari, eo certius eſt, quo probabilius, etiam circumſcriptis vſuris, ipſo iure, fieri compenſationem, abſque hominis facto,vt probat iuribus,& rationib. Tindarus *de compenſat.art.6.numer.74.* ſaltem quoad ortum,& natiuitatem. Quotieſcumque igitur, in debitore Cambij vſuueneriet etiam creditum, reſpectu eiuſdem perſonę cui facere debet ſolutionem nullo alio impediente,poterit, vtique beneficio compenſationis, ſolutionem conſumare, ipſumque
16 contractum Cambij,legitima compenſatione media,perficere, præuia, præſertim, expreſſa declaratione, qua de re nemo dubitat.

Secundo:cum, per nouationem prioris debiti in aliam obligationem fiat tranſfuſio, per quam ex præcedenti cauſa,ita noua conſtituatur; vt prior pereatur, vt vtar verbis
17 ipſis I. C. *in l. 1. ff. de nouat.* In tantum, vt pignora, & hypothecæ prioris obligatio-
18 nis expirent *l.nouatione ff.de nouat.* Cum effectũ ſolutionis operetur,quoad extinctionem prioris obligationis, meritò, quędam ſolutio appellatur, *l.ſi rem §. ſi duo ff. de nouat. l. cum qui ita §. qui proprietatem & ibi Iaſon. numer. 2. & §. ſi hominem numer. 3. ff. de rer. obligat. Dyn.conſ.23. alias 17. Ioan. Andr. ad Specul.rubr. de depoſit. ad fin. Bald. l. vlt. numer. 3. C. de nouat. Angel. in l. ſingularia numer. 6. ff. ſi cert. petat. latè Dec. conſ. 107. col. 2.*
19 Et propterea negandum non eſt,& per nouationem perfici Cambium, & illius litteras quæ ad dictam perfectionem ordinantur, nouatione ſatisfieri, quæ de qualibet ob-
20 ligatione fieri poteſt, *l. 2. & ibi gloſ. ff. de nouat.* & non ſolum per nos ipſos, ſed, & per alios, de voluntate noſtra, *l. doli mali*
21 *19. ff. de nouat.* Verum quidem eſt,quod cum per ius nouiſſimum *l. finali C. de nou.*

correcta ſint iura antiqua, quæ per quodlibet additamentum rei, vel perſonæ, inducebant nouationem, *l.papillus §.qui actum ff. de nouat. l. qui vſumfructum ff. de verb. oblig. l.3.in princ.ff.de duob. reis l.fin. C. de nouat.§.præterea Inſtit.quib.mod. toll. oblig.*

22 vt non contingat nouatio, niſi id expreſsè agatur per contrahentes, nec, etiam, ope exceptionis, vt contra Bartolum, contrarium opinatum, ſtat communis, & recepta

23 ſententia Doctorum *quos longa ſerie recenſet Gabr.com.concl.lib.2.tit.de nouat.concl.1. num.56.Card.Mant. de tacit. & ambig. conuent.lib.17.tit.3.num.11.* Tamen id, non ita ſtrictè accipiendum eſt, vt contingere nequeat, niſi contrahentes dicant expreſſe.

24 Se nouare velle *Saly.in l.vlt,num.5.Cod. de nouat.Alex.conſ.13.nu.14. lib.2.plene Loſfredus conſ.24. num. 18.verſ.quid ſi quis.* Sed ſufficit quoquo modo id ex verbis, & mente contrahentium colligi; cum Iuſtinia-

25 nus in dicta lege finali, non ſuſtulerit illam nouationem, quæ oritur ex præſumpta mente contrahentium, ſed illâ quę introducebatur ex legis præſumptione vt ad rem benè declarat Imola *in l delegare la prima ff. de delegat. verſ. ſi autem aliter* quem ſequitur Cardinalis Mantica *de tacit. & ambig. conuent.lib.17.tit.6.in fin.* Vnde vires aſſumit illa traditio, etiam de iure nouiſſimo, ex præſumpta mente contrahentium nouationem induci *Barb.conſ.88.vol.4. Alex.conſ.13. viſis, & conſideratis num.8.vol.2, Dec. conſ. 400.num.10.in fin.Soc.conſ.22.viſis, & diligenter num.3.vol.1.Alex.conſ.72.numer.2.*

26 *vol.7.* Quoties cumque igitur fit nouatio, circa tractas ipſas, & remiſſas, ad quam nec etiam eſt neceſſaria ſtipulatio, ſed per quęcumque contractum fieri poteſt *l. ſi mandato meo in princ.& §.fin.ff.mand.quem textū ad hoc dicit ſingularem Bart.in l. 1. num. 3. ff.de nou.Alex.qui de communi teſtatur in l.ſi cum dotem in princ.num.9.ff.ſolut. mat.*

27 præſertim in curia mercatorum, in qua nuda pacta, loco ſtipulationis ſuccedunt *Bero. conſ.198.num.3.lib.1.* intelligitur etiam fa-

28 cta ſolutio ad effectum, de quo agimus perficiendi Cambium, & complementi litterarum, ad illius executionem, ordinatarum. Sola difficultas verſatur, circa illam inſpectionem, quando, ſcilicet dicantur contrahentes tacitè, vel expreſsè voluiſſe nouare. Quia in re, illud extra omnem aleam difficultatem eſt, tunc contrahentes nouare voluiſſe, quando ſecundus contractus eſt om-

29 nino incompatibilis cum primo *Bald. in l. vlt,numer.1.C.de nouat. Dec.conſ.400.nu.9. verſ.& his ſtantibus & conſ.463. num.6. 7. & conſ.464.numer.4.5.Nat.conſ.650. num. 12. Decia.conſ.118.num.68.lib. 1. Rimi. Iun. conſ.306.num, 17.cum ſeq.Cephal.conſ. 454. nu.18.& 19.*

Item, licet, regulariter, obligatio acceſſoria

30 non nouet antiquam obligationem, ſed vtraque maneat *l.ſtipulatus ſum §.adhiberi ff.de fideiuſſ. Bald.in puncto 1 n l. ſi pacto num.7 ff.de pactis* tamen, ſi ex verbis contrahentium appareat, ſecundum non accedere, ſed ſuccedere velle, perſone prioris obligati, puta ſi dicat, promitto tibi loco Titij debitoris tui; Tunc certè dicitur facta nouatio *per text.d.l.ſinali in verbo, & hoc expreſſerit Bald. l.2.nu.7.verſ.item ſi verba dicerent C.de execut. rei iudic. & ibi Caſtrenſ.num. 1. Alex. l. qui vſumfructum num.6.ff.de verb.oblig.* Sicuti ſi eiſdem appareat, ſubrogare voluiſſe poſteriorem obligationem loco primę concipiendo, ſcilicet nouam obligationem, ſub commemoratione primæ, puta, dicendo. Pro decem, quæ

31 tibi debeo, quindecim promitto. Quibus, etiam, verbis induci nouationem, teſtantur Doctores *Bart.d.l.pacta conuenta num.2.in 3.not.ff.de contr.emptione, quem ipſe ponit ſub tit.ff.de pact. Saly.d.l fin.num.3. C. de nouat. Mant. de tacit. & ambig.conuent. lib. 17.tit.3.num.16.* His igitur modis poterit

32 contingere ſolutio in Cambio, miniſterio nouationis. Sed difficultatem facit non leuem, quod cum id ſolum, vel potiſſimum competere videatur, illi cui ſpectat tracta cura. & ſolicitudine, per ea, quæ examinauimus in proxima præcedenti quæſtione; id in ſpecie videtur ei prohibitū. Nā vt vtar

33 verbis Pauli I. *C.in l.cui recte 10.ff. de nou.* „*Cui rectè ſoluitur is etiā nouare poteſt, ex-*„*cepto eo ſi mihi aut Titio ſtipulatus ſum,* „*nam Titius nouare non poteſt, licet ei re-*„*ctè ſoluatur.* Quod ſi dicas, textum expreſſe loqui de adiecto, qualis non eſt is, ad quem dirigitur remiſſa per litteras Cambij vt probaui ſupra in eadem proxime præcedenti queſtione in reſponſione ad vltimum argumentum: Colligis quidem factum doctrinæ ibi poſitæ contra vulgarem, ſed alio reſponſo eiuſdem Pauli, *l.ſi debitorem 21. ff. de nouat.* videtur præcludi aditus ad effugium, dicit enim ibi. *Si debitorem*

mecum

„meum inſſero tibi ſolvere, non ſtatim tu „etiam ſtipulando id nouare poteſ quamuis „debitor ſoluendo tibi liberaretur. Ecce igitur, quod hic etiam non ſimpliciter adiectus ſolutioni, ſed ille cui ex mandato alieno (vt in litteris Cambij ille, cui ſit remiſſa) facienda eſt ſolutio, non poteſt nouare licet exigere poſſit. Sed omnis amaritudo
35 tollitur ex reſponſo alterius Iuriſconſulti Vulpiani, ſcilicet, *l. ſi Sticum §. fin. ff. de no-* „*uat.* dicentis. *Non tamen ſi quis ſtipuletur* „*ſibi quod mihi debetur aufert mihi actionē* „*niſi ex voluntate mea ſtipuletur, liberat au-* „*tem me is qui quod debeo promittit etiamſi* „*nolim*. Procedit igitur reſponſum Pauli *d. l. ſi debitorem ff. de nouat.* in creditore nō conſentiente, ſed quando is conſentit, contrarium procedit per hoc dictum poſterius Vulpiani, quod caute legendum animaduertit Acurſius *d. l. ſi debitorem verbo ſtipulando ff. de nouat.* à quo id ipſum deſumpſi. Cum igitur is, cui fit remiſſa, nominetur in litteris, non ſolū ad effectum mandati, in eū collocati à datore, de exigendo, ſed etiam, ad effectum acquirendi obligationem ab eo cui fit tracta, vt ſupra quæſtione proxima in reſponſione ad quartum argumentum & id de expreſſa voluntate, tam debitoris
36 quam ſtipulatoris ex Cambio, nil mirum, ſi nouare poteſt, vt de facto paſſim nou are ſolet.

Tertio, cum delegare ſit, vice ſua, alium dare
37 reum creditori, vel cui creditor iuſſerit, vt ijſdem plane verbis docet Vulpianus, *l. delegare ff. de nouat.* meritò cum per delega-
38 tionem fiat haud dubiè nouatio, etiam de iure nouiſſimo *Gloſ. 1. in l. 3. C. de nouat. Bald. in l. pecunia numer. 2. ff. ſi cert. petat. Bald. d. l. delegare in princ. ff. de nouat. Caſt. ibidem num. 1. vbi communi teſtatur Iaſ. l. ſingularia 37 ff. ſi cert. petat. Dec. ibidem num. 26. Alex. l. qui vſumfructum num. 5. ff. de verb. oblig. Soc. conſ. 267. Profens conſultatio in principio vol. 2. Dec. conſ. 107. In cauſa quæ num. 1. verſ. & hoc etiam hodie, poſt plures Mant. de tacit. & ambig. conuent. libr. 17. tit. 7.* per ſimplicem autem nouationem in-
39 ducatur quædam ſolutio, id ipſum contingere per delegationem, eamque ex conſequenti, perficere contractum noſtrum, neceſſe eſt. Ad quam exequendam, tantum abeſt, vt delegans teneatur, vti verbo ipſo delegationis, vt placuit quibuſdam *Cum. l. delegare l. 1. numer. 2. verſ. aduertè ego pu-*
40 *to ff. de nouat. Alex. conſ. 80. numer. 7. libr. 2. Soc. Sen. l. qui vſumfructum num. 12. ff. de verb. oblig.* reprobatur tamen magis communiter *Bart. l. ſingularia num. 18. ff. ſi cert pet. Bald. l. 2. numer 7. Cod. de execut. rei indic. Caſtr. l. delegare numer. 3. ff. de nouat. Alex. conſ. 173. numer. 7. 8. lib. 7.* immo euincitur contrarium per ipſa Vulpiani verba, *l. delegare 17. ff. de nouat.* dicentis *Delegare ſcri-* „*pturaſ vel nutu vbi fari non poteſt debitorem* „*ſuum quis poteſt*. Non eſt autem leuis difficultas, quæ nam requirantur ad legitimā delegationem. Et vt certa à dubijs ſeiungamus. Primo eſt neceſſaria promiſſio de-
41 legati, ad fauorem eius cui fit delegatio, *l. delegare la 1. ff. de nouat. l. 1. C. eod. l. quamuis §. ſi mulier, ff. ad Vell. & ibi Caſtr. num. 3. Iaſ. l. ſingularia num. 36. ff. ſi cert. petat. & ibi Dec. num. 27.* vbi teſtatur de communi Et hæc quidem promiſſio, de iure fieri debet, neceſſario per ſtipulationem, quicquid
42 in contrarium opinatus fuerit Feretus *conſ. 129. num. 6. per text. in cap. 1. de pact.* Nam eius opinio forte ſuſtineri poſſet, de iure canonico, & in foro, vbi ius canonicū
43 ſeruari oportet, non autem in foro ciuili. *Caſtr. conſ. 352. num. 4. lib. 2. Alex. conſ. 113. num. 11. lib. 6. Cum conſ. 13. nu. 2. & 3. lib. 1. Iaſ. rub. de verb. oblig. num. 8. Felyc. cap. qua in eccleſiarum nu. 80. verſ. tertius caſus* in quo habemus reſponſum Imperatoris *l. 1. C. de* „*noat.* his verbis, *Delegatio debiti, niſi conſentiente, & ſtipulante promittente debito-* „*re iure perfici non poteſt*. Vndè id meritò tradiderunt cōmuniter DD. *Bar. l. delegare la prima nu. 2. vbi dicit memoria tenendum Alex. conſ. 80. n. 9. lib. 2. & conſ. 173. n. 7. lib. 7. Soc. Iun. conſ. 11. n. 9. lib. 1.* Verum quidem eſt, quod, effectus huius ſtipulationis non
44 vitiabit delegationem, in terminis noſtris materiæ cambiorum, de qua agimus Cum enim hæc cambia contingant inter mercatores, in quibus non ſequimur apices iuris, ſed equitatem, merito apud eos nulla fit differentia inter pactum nudum, & ſtipulationem *l. ſi deiuſſor §. quadam & l. quintus & ibi Bart. ff. manda. Bald. l. ſi pro ea nu. 14. C. mād. Alex. conſ. 52. nu. 4. lib. 6. & conſ. 113. nu. 12. & ſeq. lib. 6. Soc. Sen. conſ. 64. numer. 9. lib. 3. Dec. conſ. 7. nu. 3. Bero. conſ. 198. nu. 13. lib. 1.*
45 & per conſequens, hoc primum requiſitum promiſſionis, ſufficienter adimpletum haberi debet, etiam circumſcripta quacumque ſtipulatione.

Secundo, pariter, certum est: requiri, quod
46 huiusmodi promissio fiat de mandato ipsius debitoris delegantis, sine quo nec esse, nec intelligi potest delegatio *Soc. Sen. d. qui usū fructum num. 10. versus unde intelligitur, & num. 11. vers. secundo quod ff. de verb. oblig. Iaf. in l. singularia num. 36. ff. si cert. pet.* Cum non obstet, quod, etiam per rati habitionem, robur tribuere possit nouationi
47 factæ meo nomine *l. si quis absente me ff. de nouat.* Nam, præterquam quod, ratihabitio mandato æquiparatur *l. vlt. C. de maced.* illa dispositio apertè loquitur in nouatione,
48 nos autem loquimur de delegatione, de qua, meritò, diximus non posse illam intel-
49 ligi absque mandato præcedente.

Tertiò existimo exigi necessariò ad substan-
50 tiam delegationis, vt is, qui delegatur sit debitor delegantis. Quamuis enim non me lateat, plures, ac insignes Doctores *Bart. l. singularia num. 19. ff. si cert. pet. Bald. in l. pro debito num. 2. C. de bon. auct. Iudic. poss. fid. & l. 2. num. 7. C. de execut. rei iudic. Angel. & Imol. l. delegare ff. de nouat. & l. Valerianus ff. de præscr. stipulat. Aret. in l. si cui legetur §. si Titio num. 5. ff. de leg. 1. & cons. 5. num. 2. & 3. qui testatur hanc esse veram & communem opinionem Alci. cons. 155. nu. 1. lib. 1. Feret. cons. 129. num. 2.* docere, hanc
51 qualitatem non exigi, per necesse in delegatione, sed quod, etiamsi delegatus non sit debitor, tamen sustineri delegationem, & delegantem liberari. Nihilominus contrarium, quod non pauci, nec leuis auctoritatis *Castr. l. delegare la prima num. 1. ff. de nouat. & in l. qui vsumfructum num. 3. ff. de verb. oblig. Alex. ibidem num. 12. fin. & cons. 10. num. 8. lib. 2. & cons. 173. nu. 7. lib. 7. Soc. Sen. d. l. qui vsumfructum num. 12. & cons. 267. num. 3. lib. 2. Ias. in l. singularia ff. si cert. pet. at. num. 36. & 38.* docuerunt, mihi veritus
52 & magis iuri conforme, videtur. Cum id mihi probet expresse Iureconsultus *l. delegare la prima ff. de nouat.* ibi in verbo alius relato ad delegantem debitorem, quod per consequens, debet verificari in æque debitore *Dec. in cap. decernimus num. 4. de iudic.*
53 *Cened sign. 4.* Item & firmius Imperator
54 *d. l. 1. C. de nouat.* ibi, *nisi consentiente, & stipulante promittente debitore.* Et omniū fortissime Vulpianus *in l. quamuis 8. ff. ad Sena. Vell.* ponderando non quod censeat,
55 non iuuari fœminam Senatus consulto, quę fuit delegata, cui suffragatur, si onus simpliciter debitoris in se assumpsit cum militet diuersa ratio fed, quod discrtis verbis, tamquam diuersa ponit, delegationem, & actum, quo mulier in alterius locum subdit se, hoc est, constituit se debitricem creditoris ad soluendum debitorem, per quam, etiam, constitutionem, non liberari regu-
56 lariter debitorem ipsum, habemus iura indubitata *l. vbi quis ff. de const. pec. item illa §. vlt. & ibi Bart. notat ff. eod.* Vndè, à iure tam aperto, non auderem recedere, præsertim in iudicando, licet non esset temerarium, sequi contrariam sententiam, tantorum Interpretum auctoritate roboratam.

Demum cum Modestino auctore *l. 1. ff. de ac-*
57 *ceptil. Acceptilatio sit liberatio per mutuam „ interrogationem, qua vtriusque contingit „ ab eodem nexu absolutio.* Per quæ verba denotatur ipse effectus stipulationis, vt notat ibi Castrensis; nulli dubium, per eam perfici contractum Cambij; nam auctore Vulpiano. *l. in diem 5. ff. de acceptil. solutionis „ exemplo acceptilatio solet liberare.* Quę li-
59 cet vires suas, potissimum, exerceat ad tollendas obligationes verbis contractas, *l. & vno ff. de accept. §. item per acceptilationem Iustit. quib. mod. tol. obligatio Bart. l. si cum te num. 2. ff. de pact.* quas tollit ipso iure: omnes alias obligationes (etiam circumscripto remedio Aquilianę stipulationis, de quo in *l. & vno ff. de accept. l. pluribus ff. eod. l. si expluribus ff. de præscript.* tollit quo ad
60 effectum, quem solum respicimus, etiam eas, quæ re contrahuntur exceptione scili-
61 cet pacti, & doli mali, *l. si acceptilatum fuerit 19. ff. de acceptil.* Nec etiam poterit obijci in casu nostro, defectus stipulationis in accepto ferente, cum versemur in curia mercatorum, in qua nuda pacta vim obtinent stipulationis.

Item inter alios modos perficiendi numerare possumus dationes in solutum, quæ ad debitum extinguendum a iure permittuntur, *l. eleganter in princ. ff. de pign. actio. l. si fundus §. vlt. ff. de pignor. l. cum dominus Cod. eod. l. si prædium in fin. C. de euict. l. successo-*
62 *res eius C. de solut.* quæ etiam in nominibus
63 debitorum fieri posse certum est *l. si nomen ff. de hæred. & act. vendit.* qui modus, a dele-
64 gatione præcipuè distinguitur, auctore Imperatore, *l. 1. C. de nouat. quod ignorante, vel „ inuito eo aduersus quem actiones mandan- „ tur contrahi solet.* Sed his duobus posterioribus modis tamquam in Cambio eiusq;

perfe-

perfectione rarò contingẽtibus omiſſis, ad
66 exemplum legum, quæ ad ea potius aptã-
tur, quæ frequenter, & facile, quam quæ
de rarò eueniunt *l.nam ad ea ff. de leg.* ſic,
& nos ad eos ſolum quatuor modos dirige
mus, quibus, vt plurimum, miniſterio lit-
terarum Cambij contractus noſter perfici-
tur, videlicet ad Numerationem ad Com-
penſationem ad Nouationem, & Delega-
tionem.

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO IX.

Quænam obligatio oriatur præcisè ex re-
ceptione litterarum Cambij facta per
ſtipulatorem.

1 *Receptio litterarum inducit irreuocabilita-*
tem contractus Cambij & nn.13.
Declara vt num.14.& 33.
2 *Datis litteris Cambij non poteſt cogi accepta-*
tor eas reſtituere, & dator litteras diuer-
ſas dare, & 27.
Declara vt nu.28.29.30.31.32.
3 *Declara in litteris depoſitiuis, non autem in*
litteris mandatarij ſed vide nu.34.
4 *Actio negotiorum geſtorum reſultat ex re-*
ceptione litterarum Cambij quatenus Cã-
bium ſpectaret ad alias perſonas.
Declara non oriri præcisè ex receptione lit-
terarum, ſed id ortũ prius ex celebratione
Cambij nu.15.& 36.
5 *Nouatio inducitur ex receptione litterarum*
Cambij, quatenus debitum ſtipulatori ex
alia cauſa per dictas litteras conuerteretur in cauſam Cambij.
6 *Datio in ſolutum nominis eius ad quem fit*
tractã inducitur ex receptione litterarũ,
quando dator litterarum eſſet creditor
eorumdem, & id exprimeret in ipſis lit-
teris Cambij.
7 *Compenſatio inducitur ex receptione litte-*
rarum Cambij quatenus tractã dirigere-
tur ad ipſum ſtipulatorem, qui ex alia
cauſa eſſet debitor datoris litterarum in
quibus imputatio facienda exprimeretur.
8 *Recipiens litteras, & tacens cenſetur appro-*
bare omnia contenta in litteris ipſis.
9 *Contrarium niſi de conſenſu appareat.*
Sed primum verius, & communiter receptũ
ibidem.
10 *Recipiens cartellum duelli, & non contra-*
dicens cenſetur fateri contenta in illo.
11 *Creditores, quibus deeſt probatio, vtuntur*
cautela ſcribendi ſuo debitori litteras, in
quibus narrato debito, inſtatur pro ſolu-
tione, & ſi non ſequitur contradictio, ob-
tinent ex hoc probationem.
12 *Teſtes tamẽ qui inducuntur in hac materia,*
debent contenta in litteris recenſere.
14 *Ex conſignatione litterarum Cambij, facta*
ſtipulatori per datorem, prout receptio
formaliter eſt, nulla oritur vlterior obli-
gatio, inter contrahentes Cambium ſed
vide nu.16.17.
15 *Actio negotiorum geſtorum oritur ex ſolo*
geſtu nec Domini conſenſum exigit.
16 *Tractã ſi ſit ipſimet ſtipulatori iuxta tradi-*
ta per.....in queſt.6.in 4.& 5.concluſione
tunc recipiendo litteras videtur accepta-
re & mandatum de ſoluendo.
17 *Declara verum, ſed non prout ſtipulator eſt*
ſed prout eſt ille ad quem dirigitur tra-
ctã.
18 *Per receptionem litterarum Cambij factam*
per ſtipulatorem oritur approbatio perſo-
narum per quas tractæ, & remiſſa ſunt
expediendæ, itaut variatio nõ concedatur
ſine mutuo conſenſu. Rebus tamen in eodẽ
ſtatu manentibus.
Declara vt nu.21.& ſeq.& nu.37.
19 *Semel approbatum reprobari non poteſt.*
20 *Ampl. etiam in probatione tacita.*
Intelliges eodem reſpectu quo approbatum
fuit, non diuerſo 22.& reſpectu diuerſa-
rum perſonarum.
21 *Poſſunt tamen, & dator litterarum, & reci-*
piens perſonis, quibus tractæ, & remiſſæ
directæ ſunt, prohibere ne mandatũ exe-
quantur antequã littera ad ipſos peruene-
rint, & ſecundum naturam mãdati illud
reuocare.
23 *Liberatio a contractu Cambij non fit, niſi ſo-*
lutione ſequuta remiſſiue.
24 *Cambia celebrantur vt effectum deſtinatũ*
conſequantur, & ideo intereſt ſtipulatorĩ
quod tractã dirigatur ad perſonam ida-
neam.
25 *Æquitas pro oculis ſemper habenda.*

26 Exce-

26 *Exceptio oritur æquitate ſuadente, licet non detur actio cum facilius concedatur quàm actio.*

27 *Multa conceduntur excipiendo quæ non conceduntur agendo.*

30 *Dator litterarum Cambij tenetur alias dare Diuerſas litteras ſtipulatori, ſi is cui primæ litteræ datæ forent mutaſſet conditionem.*

32 *Mandatū per mutationem ſtatus, & mortem finitur, & ſine illo litteræ Cambij eſſe non poſſunt.*

35 *Bal. in rub. C. de conſt. pecun. nu. 16. & Cur. Iun. conſ. 132. nu. 1. & 6. decleruntur.*

37 *Ex receptione litterarum cambij oritur conſenſus contentorum in eis dummodo ſint certè & ſpecificæ nec contineant calculos dati, & accepti, & modo non ſint litteræ aduisg, ſeu ſpachy circumſcriptæ approbatione perſonarum.*

38 *Vt omnia contenta in litteris Cambij ſint irreuocabilia non ſufficit conſenſus datoris, & receptoris litterarū, ſed neceſſario requiritur conſenſus eius, ſeu illorum, in quem ſeu quos mandata dirigūntur.*

DIximus in quæſtione quarta hac eadem diſputatione, vltra ſubſtantialia Cambij, & mandatum neceſſaria in litteris Cambij, ad illius perfectionem ordinatis, eiſdē ineſſe quædam veluti ſemina aliorum contractuum, ſeu obligationem, quæ per alios actus, qui ſubſequuntur, reſultant, Inter quos, vt prius natura, primū locum obtinet Receptio ipſarum litterarū; Quę receptio, cum de tribus perſonarum generibus Inter ſe diſtinctis de facto veriſicetur, ſeu verificari poſſit. De perſona ſcilicet ſtipulatoris Cambij. De illa cui fit tracta, & de illa cui fit remiſſa: ſigillatim de vnaquaq; agendum eſt, & primo In hac quęſtione de perſona ſtipulatoris.

Quando ſimpliciter celebratur Cambium Inter duos contrahentes, ad quos reſpectiue cambium ipſum ſpectat, ratione Intereſſe: tunc debitor ex eo, dat litteras cambij ſtipulatori, dirrectas ad locum deſtinatæ ſolutionis, pro ipſis transferendis vel tranſmittendis in illum locum; præſentandis, ei, cui ſit tracta, pro curanda ſolutione. Vt expoſitum fuit in praxi tam primę quam huius diſputationis. Ex hác igitur receptione, videtur, in primis, reſultare irreuocabilitatem ipſius contractus cambij, vt placuit Scacciæ, *de Commer. §. 2. gl. 5. q. 18. nu. 447.* Qui poſt plures, quos ibi citat, docet; tunc demum tractus litteris cambij, non licere partibus a contractu recedere; nec cogi poſſe datorem illarum inuitum ad pretij reſtitutionem; neque ad faciendas litteras pro alio loco, ſeu platea, vt ſtatim ſubdit. ibidem. Quod ipſum maxime procedere tradit in litteris; vt ipſe loquitur *ibidem n. 450.* diſpoſitiuis, non autem in litteris mandatorijs.

Item videtur ex dicta receptione reſultare actionem negotiorum geſtorum quatenus Cambium illud ſpectaret ad alias perſonas modo explicato ſupra hac eadem diſput. q. ſexta. Item nouationem, quatenus debitum ſtipulatori ex alia cauſa, per dictas litteras, conuerteretur in cauſam cambij *l. 1. & l. nouatione ff. de nouat. Imol. in l. delegare ff. de nouat.* Item dationem in ſolutum nominis eius ad quem fit tracta; Quando dator litterarum eſſet creditor eorundem, & id exprimeret in ipſis litteris Cābij. *l. ſi nomen ff. de hared. & act. uend.* Item & compenſationem, quatenus tracta diuigeretur ad ipſum ſtipulatorem, qui ex alia cauſa eſſet debitor datoris litterarū, in quibus imputatio facienda eſprimeretur *l. 1. cum ll. ſequentibus ff. de compenſat.*

Tertio. Certū in iure habemus, per ſolam receptionem litterarum, recipientem, licet tacentem fateri, & approbare omnia, & ſingula cōtenta in litteris prædictis, *l. ſi filiusfamilias ff. ad maced. & ibi Bart. Bal. num. 5. Sali. num. 3. & ceteri in l. ſi litteras Cod. mandat. clem. 1. elit de procur. Strach. de aſſecur. gl. 11. nu. 47. ſapius Rota noſtra apud Bel. deciſ. 2. a. num. 4. deciſ. 58. nu. 7. dec. 125. num. 1. dec. 160. num. 3. & dec. 138. nu. 6. & alibi.* Licet enim aliqui opinati ſint; ſolam receptionem cum taciturnitate non ſufficere, niſi etiam appareat de conſenſu *Car. in clem 1. in 3. oppoſit. de procur. quem ſequitur Rota apud Bel. dec. 23. n. 20. Alciat. apud Zuccard. in rep. rub. C. de pact. num. 72.* Tamen in contrarium eſt veritas, quæ euincitur ex iuribus ſuperius adductis; & ab hac ſententia, tamquam communiter recepta, non eſſe recedendum; teſtatur Zucardus *in repet. rub. C. de pact. nu. 67. & 72. In fin.* plura adducens ad illius confirmationem: Et

Alcia-

9 Alciatus ipſe, qui diuerſa alibi opinatus fue
rat, admittit, *de ſingul. certam nu. 30. &*
31. in propoſito duelli, per ſimplicem re-
10 ceptionem cartelli, absq; contradictione,
ſequutam, induci approbationem, & con-
ſtitutionem cõtentorum in eo, Quinimmo, ex
11 hac iuris diſpoſitione emanauit cautela illa, vſurpanda per illum Creditorem, cui
deficit probatio ſui crediti, vt ſcilicet tranſmittat ad ſuum debitorem litteras, in quibus facta narratione debiti prædicti, eum
inſtet ad ſolutionem: qui, ſi receptis dictis
litteris nõ cõtra ad dicat; ex hoc ſolum reſultat ſufficiens probatio illius *Bart. l. quo*
enim ff. rem rat. hab. Rip. qui teſtatur de
Communi l. admonendi nu. 138. ff. de iur.
iur. las. l. que dotis ff. ſol. mat. nu. 92. Math.
Sing. 22. & ibi late add. Cepol. Cau. 19. alex.
conſ. 171. nu. 1. li. 1. Dec. conſ. 430. in fin. &
conſ. 632. nu. 16. Parſ. conſ. 5. nu. 206. lib.
4. extollit mancin. de Conſeſſ. c. 4. nu. 4. Li-
12 cet teſtes qui inducũtur ad probandam hãc
receptionem litterarum debeant etiam deponere plene de contentis in litteris. *Dec.*
c. 2. nu. 15. de fid. inſtrum. Iaſ. d. l. admonẽ-
di nu. 138. math. fig. 22. In fin. cuius rei praxis eſt apud coſdem Interpretes. *Cepol. de*
Caut. 119. pone. quod filius n. 2. Alex. ad
Bart. d. l. quo enim. §. 1. *ff. rem rat. hab.*
Ruin. Con. 63. nu. 3, lib. 5. ſtrac, de aſſecurat.
gl. 11 nu. 47. In fin. Bero. Inter Conſ. Guſ.
conſ. 4. col 1. verb. adhæreo Gab. concl. 2. n.
4. de præſunpt. Menoch. de proſ. lib. 3. præſ.
65. nu. 16. Vnde cum litteræ Cambij, quę
recipiuntur per ſtipulatorem contineant,
neceſſariò mandatum directum ei, cui fit
tracta pro expediendo ſolutione, de qua in
Contractu, ad quam litteræ prædictę ordinantur, vt probaui ſupra, hac eadem diſputatione q. 3. Quinimo & plura mandata poſſint continere, vſq; ad quatuor numero, &
illa quidem, non ſolum gratia ipſius datoris
litterarum, ſed etiam alijs quinque modis,
quorum gratia mandata conferuntur; vt
demonſtrauimus hac eadem diſputatione,
q. quinta; Dicendum neceſſario videtur:
per dictam receptionem litterarum, factam
13 per ſtipulatorem, reſultare in reuocabilitatem omnium mãdatorum, de quibus in dictis litteris, & approbationem perſonæ, ſeu
perſonarum per quam, ſeu quas, vigore dictarum literarum, eſt curanda ſolutio, vel ex
actio ſumæ, de qua in litteris, reſpectiue, ita
vt amplius nõ ſit integrum recedere a perſonis prędictis, nec reuocare dicta mandata.

Dicendum primo per receptionem litterarũ
14 Cambij, quas contingat confignari per datorem ſtipulatori, pro vt receptio formaliter eſt, nullam, prorſus, oriri vlteriorem obligationem inter contrahẽtes cambium. Probatur ex deciſione queſtionis quartæ, de qua ſupra hac eadẽ diſputatione; Nã vel iſta obligatio oriri poſſet inter dictos duos contrahentes correlatiuè, vel inter illos, ſeu aliquem ex ipſis correlatiue cum alijs. Nõ hoc ſecundum: quia cum nullus alius præſupponatur præſens, nec conſentiens, nulla, reſpectu illo rum, poteſt oriri obligatio, nec actiua, nec paſſiua, vt dicta queſt. quarta vidimus. Non primum quia, ex ſuppoſito, poſt celebratum inter illos contractum Cambij, ad nullum alium effectum dantur litteræ, quam ad illius Cambij executionem, & per conſeques, quæuis obligatio inter eos, quæ contingit per dictum Cambium iam præſupponitur contracta, ante dationem litterarum Cambij, quæ cum ſint in executionem, & pro executione obligationis ſuſceptæ &, ab ea quodammodo fluãt & tertias perſonas reſpiciant, per quas eſt facienda ſolutio: impoſſibile eſt. vt aliquam obligationem pariant per ſimplicem receptionem; cum nulla ratione ad id ſint ordinatæ.

Dices ſaltem oriri ob ligationem negotiorum
geſtorum in recipiente litteras; quando
tracta illa, ſeu remiſſa, de quibus in litteris,
ad alium, & non ad ſtipulatorem ipſum ſpe-
15 ctat, cum ex ſolo geſtu oriatur hæc actio,
nec conſenſum domini exigat *l. 1. cum toto*
ff. de neg. geſt. ſatis dicitur reſultare (abſente domino) ex ſola receptione litterarũ,
qua geritur negotium prędictum.

Reſpondeo verum quidem eſſe; quod ſi negotium ad alium ſpectet, oritur dicta actio ad
fauorem abſentis, & ignorantis, ſed non
oritur ex receptione litterarum præciſe, ſed
iam orta fuit ante illarum confectionem;
Et hoc ipſo, quod ſtipulator Cambium celebrauit, ad alium ſpectans, & ſucceſſiue,
litteræ quæ dantur, & recipiuntur pro cambij executione, dantur, & recipiuntur poſt
iam ortam, dictam actionem; quæ per conſequens ex ipſa receptione non oritur.

Obiicies 2. ſaltem. quando tracta fit ipſimet
16 ſtipulatori; quod fieri poſſe probauimus ſupra hac eadem diſpoſitione qu. ſexta In 4 &

5. con-

5. conclusione; tunc, recipiendo litteras, videtur acceptare, & mandatum de soluendo: & per consequens ex dicta receptione resultat obligatio stipulatoris.

Respondeo hanc obiectionem egredi termi-
17 nos propositæ quæstionis; in qua agimus de receptione litterarum, prout respicit personam stipulatoris; Hæc autem obiectio respicit, quidem personam stipulatoris, sed non prout stipulator est, sed prout est illa persona ad quã dirigitur tracta, qua de re est locus suus in sequenti proxima quæstione, inde pete solutionem, ad euitandam confusionem, & ad seruandam methodum.

Dicendum 2 Per receptionem litterarum cã-
18 bij, factam per stipulatorem; oriri approbationem personarum, per quas, vigore litter arum illarum, sunt expediendæ tractæ et remissæ, de quibus in eis. Ita vt, altero inuito, non liceat alteri, consequi variationem dictarum personarum, in alias personas; rebus tamen in eodem statu permanentibus. Et successiue per dictam receptionem, tam in stipulatore quam in datore, oriri ius excipiendi, de dicta approbatione, contra eum ex ipsis, qui dictam variationem prætenderet; Ratio est: quod se-
19 mel fuit approbatum, non potest regulariter amplius reprobari, *l. Pomponius ff. de neg. gest. l. cum mulier 49. & ibi. gl. verbo approbauit ff. sol. mat. Surd. cons.* 18. *n.* 2. *& cos.* 352. *nu.* 41. *& decis.* 132. *nu.* 4. *Monach. Bonon. decis.* 34. *nu.* 2. *Mar. Anton. var. resol. lib.* 2. *resol.* 30. *nu.* 23. *Sanchez. de Matr. lib.* 9. *disp.* 6. *nu.* 9. *Mant. decis.* 274. *nu.* 2. *& 3. Rota rom. apud Far. recent. p.* 2 *decis.* 456. *numer.* 4 etiam si dicta ap-
20 probatio tacite facta fuerit. *Balb. cons.* 156. *Cum duæ sunt nu.* 3. *lib.* 3. Vnde cum per receptionem dictarũ litterarum constet de approbatione prædicta, per ea quæ assumpsimus supra hac eadem q. in 3. argumento; Iam constat a personis expressis in litteris, quibus mittitur tracta seu remissa, nõ posse a contrahentibus altero inuito recedi.

Quod si vrgeas: si non potest a Contrahentibus recedi a personis prædictis, ergo ius est quæsitum ipsis personis per dictam receptionem litterarum; ergo, per dictam receptionem litterarum, insurgit aliqua obligatio, seu contractus ad fauorem illorum? Negabo consequentiam; Nihil enim impedit, quod licet nec dator litterarum, nec receptor possit, vigore dictæ acceptationis, pænitere de personis, & consequi earũ mutationem, altero ex eisdem inuitis; quin possint ijdem prohibere prædictis personis ne mandatum exequantur, antequam litteræ ad ipsos peruenerint, & secundum na-
21 turam mandati illud reuocare *l. si mandasse ff. mandat.* Quod enim dicitur: quod semel approbatum non potest amplius reprobari,
22 procedit eodem respectu: quo approbatum fuit; non autem diuerso, *Tiraq. de nobilit. c.* 28. *nu.* 3. & respectu diuersarum personarum. Licet, enim, liberatio a contractu
23 cambij non contingat, nisi, tum demum, sequuta solutione, vt videbimus suo loco, & per consequens, ad summam negotii parum videatur referre persona, cui dirigitur tracta; qui quatenus non compleat illam, facta eleuatione protextus, redeun t litterae ad datorem, qui tenetur ad satisfactionem, etiam cum interesse, Vnde parum videatur interesse stipulatori, quę nã sit cõditio eius personæ, cui dirigitur tracta: Ta-
24 men quia Cambia vt plurimum celebrantur vt destinatum cursum consequantur, & semper id contingat in irregularibus; valde potest interesse stipulatori, quod tracta dirigatur ad personam idoneam, ex quo potest oriri controuersia, circa repugnantiã variationis personarum, de quibus in litteris; sicuti, e contrario, & probabilius; potest oriri in datore litterarum, cuius valde potest interesse, sustinere tractam, directam personæ destinatæ, quæ forte est debitor ipsius, vel adeo est bona littera, quod pecunias, dicta de causa, suscipiendas ad cambium pro solutione prædicta; meliori conditione, & leuiori pretio recipiat, quam alius esset recepturus. Ratione cuius. interesse, præcedente dicta approbatione, per litterarum receptionem æquum non est, quem inuitum cogi ad mutationem. Quam
25 æquitatem Prætor semper per præ oculis habet *l. 1. & ibi. gl. ff. de instito actio.* Vnde licet nulla oriatur actio, meritò resultat exceptio *arg. l. mauia 30 §. fin. in fin. ff. sol. mat.*
26 quæ facilius cõceditur quã actio *l. depositi 29. §. 1. & ibi. gl. verbo tueri ff. de pecul.* & multa conceduntur excipiendo; quæ agendo denegantur *Angel. Aret. cons.* 31. *Visoso pradicto in fin. verbo quia multa* Imputet. igitur sibi stipulator, qui recipiendo litteras cambij, in quibus erat expressa persona cui dirigebatur tracta, & ordinabatur solutio, non contradixit. Nam post illam tacitam

citam approbationem, non poterit ab in-
28 stitore alias litteras per aliam personã
soluendas, obtinere, & è conuerso. Quod ta-
men non est accipiendum ita stricte, vt ex-
cludatur omne temperamentum, arbitrio
boni viri proueniens; nam si prædicta con-
tingerent, negligenter procedente stipula-
tore, qui vel litteras non statim legeret, dũ
recipit, vel offirranter legeret; & intra breue
29 temporis spatium, exigeret a datore, vt per-
sonas mutaret non esset audiendus excipiẽs
de dicta approbatione, & cessaret æquitas,
superius considerata. Debet enim indulge-
ri tantum temporis spatium, vt secundum
qualitatem rerũ, & personarum potuerit le-
gisse litteras prædictas, & aliquale habere
negotiũ de qualitate dictarum personarum
nam alias ex dicta receptione non insurgit
præsumptio acceptationis *Alci. l. deresta tio
n. 5. ff. de verb. sign. Rubens in l. non solum §.
morte n. 262. ff. de non. oper. nunc Menoch. de
arbitr. cas. 21. nu. 5. & 6. Anch. regien. q. 48.
nu. 5. cum seq.*

Posui signanter in cõclusione (rebus in eodem
30 statu permanentibus) quia si, interim ante-
quam litteræ recepte per stipulatorẽ, confi-
gnarentur, is cui diriguntur, mutaret condi-
tionem, & foro cederet, vel moreretur, tunc
absq; dubio poterit stipulator, & tenetur da-
tor illarũ alias, & nouas litteras eiusdẽ sub-
stãtiæ, & p̃ executione eiusdẽ Cãbij, ad alias
personas integrę fidei, dare. Ratio est; quia
per dictã mutationẽ status, vel per mortem
mandatũ fine quo esse non possunt dicte lit
terę (vt probauimus supra in tertia quæstio-
ne) expiraret *l. mãdatũ C. mand. iuncto l. que
stiõis in fin. ff. qui & a quib. l. locatio ff. mãdat.
l. eius qui in prouincia ff. si cert. pet. l. si cum*
31 *Cornelius ff. de solut.* & per consequens, cua
nescunt illę litterę, ad quarũ confectionem,
cũ tenetur dator illarũ, nil mirũ, si tali casu,
alias litteras ad alias personas directas da
re teneatur, & obstringi possit, prout obstrin
gi poterat ante primas, quę per dictam mu-
tationem euanuerunt.

Quibus sic firmatis non obstant adducta in cõ-
32 trarium. Ad primũ enim respondetur, quod
Cambiũ habeat, ac fortiatur irreuocabilita-
tem ex ipsamet substantia intrinseca, & sta-
tim ac inter contrahentes conuentum fuit
de Cambio in tanta quantitate, ex tali pla-
tea, seu feria, pro tali loco, & tanto pretio,
statim efficitur irreuocabilis vt probatũ fuit
in antecedenti disputatione quæst. vndeci-
mo, & consequens, non habet necesse id
mutari a receptione litterarũ Cambij, quæ
tantummodo in illius executione expediũ-
tur, vt expositum fuit in praxi huius di-
sputationis quæstione secunda. Et ratio
33 adducta ibi per Scacciam, quod scilicet
Cambium fiat advtriusque contrahentis
vtilitatem, & per consequens non possit re-
scindi nisi concurrente vtriusque voluntate,
si strictè intelligatur prout non stringit manifesta in
stantia deducta a contrarijs innominatis
nõ se tenet ex parte litterarum Cambij, nec
illarum receptione, sed ex ipsa actus natura
prout, nec etiam DD. per Scacciam adducti
vim faciunt super litteris, sed super ipsa sub
stantia actus dũ dicunt, dictum contractum
esse irreuocabilem. Circa distinctionẽ autẽ
34 illam inter litteras dispositiuas, & mandato-
rias, non est insistendum. cum nulla ratione
possit applicari litteras Cãbij, quę sũt vnius
naturæ, & fiant semper in executione Cam-
bij, vt ipsemet Scaccia, pluribus in locis,
agnoscit, nec de eis potest verificari, quod
sint simpliciter mandatoriæ. Baldus enim
*in rub. C. de const. pec. n. 16. per errorẽ citatis
n. 12.* & Curtius Iunior *cõs. 132. n. 1. & 2.*
35 ab eo citati, afferunt quidẽ distinctionẽ prę
dictã; Sed extra terminos litterarũ Cambij,
vt apud ipsos videre est; Et præcipuè apud
Curtiũ; qui expresse loquitur de illo, qui per
epistolam scripserat, se velle teneri ad fauo-
rem creditorũ, pro interesse Cãbiorũ vnius
anni, quo elapso, iussit pignora vendi. Dicit
enim Curtius dictas litteras, durante illo
anno reuocari non posse, cũ sint dispositiuę,
per doctrinã illam Baldi, quã extraneã esse a
forma, & substãtia litterarũ cãbij, licet de cã
bio loquatur nemo non videt. Quod ipsum
subodoratus est Scaccia, *ibidẽ verb. hac limi
tatio* dum de eadem distinctione dubitat, li-
cet rationem non attingat.

Ad secũdũ respõdetur, quod quãdo aliqua de
quibus in eo cõtingeret (quod tamẽ de stilo
& cõsuetudine mercatorũ non solet contin-
gere, licet de possibili posset, vt admouuimus
in quarta quæstione huius disputationis) id
nõ proueniret ex vi receptionis litterarum
36 Cambij; sed ex ui conuentionis, initæ inter
contrahentes in dicto Cambij contractu,
ante quamcumque confirmationem, & rece
ptionem litterarum, & sic litteræ prædictæ,
& illarũ receptio faceret quidẽ ad probatio
nẽ, & executionẽ cõuentorũ, sed ad substãtiã
cõtractus, & per cõsequẽs nulla ratione pos
sũt, tali casu obligationes illaq; oriri ex dicta

receptione præciſè, ac ſimpliciter ſūpta, de qua re quæſtio eſt inſtituta.

Ad tertium, & poſtremum reſpondetur (admittendo, per ſolam receptionem litterarum oriri conſenſum, contentorum in eis, dummodo ſint certæ, & ſpecificæ, nec continēāt calculos dati, & accepti *cap. in c. cum in col. 71. de conſtit. Cepol. ad cant. 19. Gabr. com. concl. lib. 1. de præſ. lib. 2. num. 13.* Et dummodo non ſint litteræ aduiſij, ſeu ſpachij *ita Gam. in terminis deciſ. Luat. 326. ſequitur Scaccia gl. prima num. 337. f. 570.*) circumſcripta oppoſitione de qua in ſecunda concluſione, ſuperius firmata, reſpectu perſonarum, de quibus in litteris, a quibus poſt illarum receptionē, (non licet recedere) nihil prætereà reſultare non obſtantibus mandatis, ibi ponderatis. Quia ad effectum, vt ſint omnia irreuocabilia, non ſufficit conſenſus datoris, nec receptoris litterarum, ſed neceſſario requiritur conſenſus eius, ſeu illorum in quem ſeu, quos mandata ipſa diriguntur *l. in commodati S. ſicut ff. commod. l. 1. in fin. ff. de procur. cap. licet de procur. lib. 6. Bald. in rub. in fin. ff. mandat. & in l. 1. col. 2. verb. ſi tamen, & verb. Item nota ff. eod. & in l. vlt. in fin. ff. ſi quis alt.* Qui cum
38 non proponatur interuenire, per receptionem litterarum Cambij, factam per ſtipulatorem, ad quem dicta mandata non diriguntur, merito diximus ex ea nullam reſultare obligationem, cuius tandem gratia contracta fuerint dicta mandata de quibus in litteris.

DISPVTATIO II.

QVAESTIO X.

Ex receptione litterarum Cambij eius ad quem dirigitur remiſſa, quæ obligatio contractus oriatur.

1 *Tacens non fatetur.*
2 *Maxime ſi agatur de illo obligando.*
3 *Immo ad ſui commodum habetur pro negante, quando non ſumus in actibus, in quibus quis tenetur conſentire. Et nu. 4. ſed vide nu. 38.*
5 *Tacere eſt medium inter affirmare, & negare 6.*
7 *Taciturnitas applicanda eſt ad alterum ex extremis ſecundum caſus contingentiam, & diſtinctionē Menochij inter damnū, & commodum vide tamen nu. 38. & ſeq.*
8 *Mandati actio non reſultat contra recipientē litteras Cambij contrarium tamen verius nu. 18. & 19.*
9 *Contenta in litteris effectum non ſortiuntur, niſi præſentatis litteris ei, ad quem littera ipſæ dirigūntur.*
10 *Is, cui litteræ Cambij diriguntur non obligatur ex ſola receptione litterarum ab alijs factā.*
11 *Obligatio, quæ oritur per litteras, oritur inter mittentem. & recipientem litteras, quæ ei ſint directa.*
12 *Geſta vigore mandati, producunt actionem mandati directam, & contrariam.*
13 *Actio mandati excludit actionem negotiorū geſtorum. Declara vt num. 43. 44.*
14 *Is, cui dirigitur remiſſa per litteras Cambij & exigit, non facit hoc, vt amici gerat negotia, ſed vt propria vtiltati ſeruiat.*
15 *Gerens negotia mea non mei contemplatione, ſed ſui lucri cauſa ſuum potius, quam meū gerere videtur negotium ſed vide nu. 45. vbi contrarium firmatur.*
16 *Actio negotiorum geſtorum ad ſui ortū ſupponit geſtionem ipſam.*
17 *Et ſi non de geſtione conſumata, ſaltim de inchoata vel quod acceſſerit ad illud quaſi geſturus 24. 27.*
18 *Oritur actio negotiorum geſtorum inter recipientem litteras Cambij, & illum. vel illos, ad quos Cambium ſpectat, quatenus tamen ſpectarēt ad alios, quam ad eos, qui mandata dederunt. & 43. 44.*
19 *In litteris Camaij continetur mandatum per illarum datorem nō ſolum ad eum, cui dirigitur remiſſa, vt exigat. Itē per tranſmiſſionē litterarū Cābij factā per ſtipulatorem ei, ad quem dirigitur remiſſa, intelligitur ei per ſtipulatorem datum mandatum ad exigendum.*
20 *Mandatum præſumitur ex eo, quod documenta litterarum reperiuntur penes eum, cui fit remiſſa, vel cui ſoluenda eſt.*
21 *Maxime ſi a ſtipulatore eidem fuerunt litteræ vel tradita, vel tranſmiſſæ.*
22 *Et eo magis ſi traditę fuerunt ad effectum exigendi.* 23 *Man-*

23 *Mandatum eſt contractus, qui ſolo conſenſu perficitur etiam per nuncium, vel epiſtolam.*

25 *Accedens geſturus plura negotia aliena, ſi vnum tantum geſſit, non tenetur pro non geſtis.*

Contrarium verius nu. 26.

27 *Accedens ad vnum negotium quaſi geſturus illud, obligatur ex ſola animi declaratione, cum res non dicatur amplius integra, quoad obligationem.*

28 *Conqueri non poteſt cui fuit a principio integrum contradicere ſi recipiendo litteras tacuit, & 38.*

29 *Statuti Ianua lib. 4. cap. 15. praxis explicatur.*

30 *Recipiens litteras Cambij cenſetur munus ſuſcepiſſe demandatum. & 41. & 46.*

31 *Intereſſe venit in actione negotiorum geſtorum.*

32 *Mandatum datoris litterarum, vel ſtipulatoris requirit ſuperuinientiam mandantis vſque dum littera fuerint recepta, & per mortem dantis, vel tranſmittentis finitur. & 33.*

34 *Non ceſſaret tamen ſi exigeret actio negotiorum geſtorum, qua quæreretur hæreditati & contra hereditatem datur.*

35 *Actio negotiorum geſtorum competit ex ipſo geſtu licet non contemplatione illius ad quem verè ſpectabat.*

36 *Actio negotiorum geſtorum ſuccedit loco actionis mandati reſpectu illorum, quorum mandatum defecit.*

Ex quanis cauſa defeciat 37.

37 *Tacens preſumitur conſentire etiam in ſui præiudicium, quando contradicendo potuit impedire.*

Etiam ſi de magno tacitis damno agatur. 39.

40 *Tacens ſi actum poſitiuum facit dicitur conſentire.*

42 *Litteræ Cambij etſi directæ videantur ad eũ a quo fit tracta, tacitè tamen, & implicitè dirigantur ad eum, cui fit remiſſa.*

45 *Actione negotiorum geſtorum tenetur nedũ is, qui lucri cauſa ad aliena negotia accedit, ſed etiam is, qui deprædandi cauſa accedit.*

DIuiſio perſonarum, de qua in proxime precedenti quæſtione, nos admonet, vt diſquiramus de effectibus reſultãtibus ex receptione litterarum Cambij contingentibus in perſonis eorum, ad quos diriguntur remiſſe; ſanè retento eodem themate, vt in eis non cõcurrat munus alterius perſonæ quã receptoris, præcisè dictarũ litterarum, & prout ipſis illę diriguntur, ad eſpediendam remiſſam de qua in litteris.

Videtur dicendum per huiuſmodi receptionẽ nullam reſultare obligationem, ſuppoſito quod recipiens mere paſſiue ſe habeat, nec aliquid dicat, ſed tacitus perſeueret recipiẽdo. Certum enim videtur in iure tacentem non fateri *cap. is qui 44. extr. de reg. iuris in 6. l. qui tacet 142. ff. de reg. iur.* præſertim
1 quando agitur de obligando ipſo tacente, *l. filius familias §. inuitus & ibi gl. verb. non probatur ff. de procur. Dyn. de reg. iur. num.*
2 *3. & 4.* quinimmo ad ſui commodum habetur pro negante *l. de etate §. qui tacuit ff. de interog. act.* Quando non ſumus in actibus
3 in quibus quis teneatur conſentire *l. 2. §. fin. ff. ſol. matr. & ibi gl. verb. contradicat & in*
4 *ad. ibidem.* Et plures caſus recenſet *gloſ. d. l. filius fam. §. inuitus ff. de procur. in verb. non probetur* In quibus taciturnitas non compa-
5 titur conſenſui, quæ ad ſummum eſt mediũ quid inter affirmare, & negare *d. reg. 15. qui ext. de reg. iur. lib. 6. gl. 1. d. l. qui tacet ff. de reg. iur. gl. fin. in l. in adoptionib. ff. de adopt.* Et per conſequens, applicari debet ad alterum ex eſtremis, ſecundum factorum contingentiam, & magiſtralem diſtinctionem
6 illiam de qua per Menochium *de præſumptionibus lib. 2. præſumpt. 43. num. 23.* Quod, ſcilicet, vbi agitur de damno tacentis; dicatur diſſentire, vbi autem de commmodo cõſentire, ſecundum quam doctrinam dicendum eſſet, per receptionem dictarum litterarum, factam a tacente; nullam reſultare obligationem, ſaltem paſſiuam, in recipiente. Prout in puncto receptionis litterarum, nec etiam mandatum reſultare in recipiente, dixit Cardinalis *in clem. prima in tertia oppoſitio. de procur.* & ſequitur Rota noſtra apud Bellonum *deciſio. 23. numer. 80.*

Secundo& magis in specie, ea quæ litteris expiscantur effectum suum non fortiuntur, nisi
9 si litteris ei præsentatis ad quem litteræ ipsæ diriguntur *DD. in l. singularia ff. si cert. pet. per textum in l. qui absens ff. de acqu. poss. & ita tenet Bald. in rub. ff. de dot. prom. & in l. instrumenta in fin. C. de fidei. Ias. in repet. l. admonendi num. 253. ff. de Iur. Iur.* Circum scripta igitur persona ad quam dirigitur tracta, & cui litteræ diriguntur, ex receptio-
10 ne dictarum litterarum, facta per alios nulla videtur oriri obligatio.

Quòd confirmatur. Nam iura, quæ admittunt per litteras induci obligationem, loquuntur expressè de obligatione, quæ oritur inter
11 mittentem litteras, & eum, cui diriguntur *l. Antius titius ff. de instit. act. l. publica. §. fin. ff. depositi. l. emptor §. lucius ff. de pact. l. qui ab senti ff. de donat.* Per receptionem igitur litterarum Cambij, sequutam in quacumque persona, exclusa ea, ad quam litteræ diriguntur, nulla oriri, seu resultare poterit obligatio.

Tertiò principaliter; Quia si aliqua actio resultat, illa esset negotiorum gestorum ex eo, quod iste cui dirigitur remissa negotiū prædictum suscipit, vigore mandati in se collati tam a datore litterarum, quā ab eo, a quo sibi facta fuit transmissio litterarum, vt infra patebit, sed sic est, quod gesta, vigore mandati, producunt actionem mandati directā,
12 & contrariam *tot. tit. ff. & C. de procur.* quæ actio excludit actionem negotiorum gestorum
13 *S. agitur eum quis, & ibi glos. verbo sine mandato infr. de oblig. quæ ex quasi contract. nascuntur.* Ergo ex ista receptione nulla videtur oriri actio negotiorum gestorum.

Cōfirmatur primo; nam is, cui dirigitur remissa per litteras Cambij, illamque exigit, id
14 exequitur, non vt amici gerat negotia, sed vt propriæ vtilitati seruiat, & lucrum consequatur, quoad illarum promissiones, quæ de consuetudine mercatorum ei aquisitur, vt notum est, & diximus supra quæstione quarta. Sed sic est, quod gerens mea negotia, non mei contēplatione, sed sui lucri causa, potius suum negotium, quam meum gerere videtur, vt totidem plane verbis ex sententia labeonis testatur Vulpianus, *l. si pupilli tui §. sed si quis il primo ff. de negot. gest.* Ergo, &c.

Confirmatur secundo, & fortius, actio negotiorum gestorum videtur præsupponere, ad
15 sui ortum, ipsammet gestionem, vt connotant ipsamet verba denotantia hanc actionem, quæ sonant in præteritum; etiā super suppositio factæ gestionis, & ita videtur supponere omnia iura, tā in pandectis, quam in codice, sub hoc titulo compilata. Et in specie ipsa verba edicti prætoris, ex quo hæc actio proficiscitur, relata per vulpianum *l. ait prætor ff. neg. gest.* expresse demonstrāt „ de gestis ĭcquī ibi, *si quis negotia gesserit*, „ Nec diuersimode ea interpretatur ipsemet Vulpianus, *l. ait prætor §. hæc autem ff. de* „ *neg. gest.* per illa verba. *Hæc autem actio* „ *cum ex negotio gesto oritur*. Et dissertis verbis idem I. C. *l. si pupilli §. item quæritur*
16 *ff. de neg. gest.* quem sequitur glosa, & interpretes omnes, docet, re ipsa, & gestu ipso, hanc oriri actionem. Et, dato traditiones prædictas non esse accipiendas, de actu omnino consumato, & perfecto, certè debent,
17 ad minus, recipi de actu incohato, *l. in commodato 18. §. sicut & ibi glos. & DD. ff. commod. l. sicut 5. ff. de act. & oblig.* Cm igitur ex receptione litterarum cambij negotium alterius, nec consumetur, nec incohetur, nec vniuersaliter gestum dici possit, merito cessare habet hæc actio.

Dicendum tamen, ex receptione dictarum litterarum Cambij, præcisè, sequuta in persona eius, cui dirigitur remissa, non solum
18 oriri perfectionem mandati in recipiente, tam respectu datoris litterarum, quam respectu eius, qui eas transmisit. Sed etiam
19 oriri actionem negotiorum gestorum, inter recipientem, & illum, vel illos, ad quos Cābium illud spectaret, quatenus tamē spectaret ad alium, seu ad alios, præter quam ad eos, qui mandata prædicta dederunt.

Prima pars conclusionis probatur. Quia cū in litteris Cambij contineatur mandatum collatum per illarum datorem, non solum ad eum, cui dirigitur tracta, vt soluat, sed etiā ad illum, cui dirigitur remissa, vt exigat. Vt probauimus supra, hac eadem disputatione, quæstione quinta. Item per transmissionem litterarum Cambij, factam per stipulatorem ei, ad quem dirigitur remissa intelligitur, ei, per dictum stipulatorem, datum mandatum ad exigendum, quòd ex eo solum præsumitur, quod apud eum dicta
20 documēta reperiuntur, *l. vlt. & ibi gl. verb. ratihabitione C. de pact. coment quam singul. dixit Bald. in l. si qua per calumniam C. de Epist. & Cleric. Alc. de præs. reg. prima ref. 33.* Et multo magis, quando ei a stipulatore, sue

21 scit domino traditæ seu transmissæ fuerunt *post. Inoc. et Bal. in c. coram de officio delegat. sequitur Felx ibid. nu. 16.* &, absq; vlla dubitatione, vt in casu nostro, quando tradi-
22 cæ fuerun t, ad effectum exigendi *l. ad remobilem ff. de procur. l. debitorum & ibi doctores C. de pact. Vbi est casus Decia. cons. 68. nu. 12.* vbi in specie loquitur de Chirografo in quo est nominatus ille ad quē est faciēda solutio vnde, cum per receptionem dictarū litterarū, factam absq; recusatione, oriatur acceptatio contentorum in eis: vt vidimus in proxima præcedenti quæstione, absq; dubio dicendum erit. Contractum fuisse mandatum, etiam, ex parte recipientis, cum sit ex illis contractibus qui solo cō-
23 sensu perficiūtur, etiā per Nūcium vel Epistolam. *l. prima in princ. ff. mādat. l. prima §. primo ff. de procur.* vt fusius vidimus supra.

Secunda pars conclusionis, pariter, probatur quia ad effectum, vt locus esse possit actioni negotiorum gestorum, non exigitur, quod
24 negotium gestum sit, sed sufficit, quod quis accesserit ad gerendum illud, quasi gesturus. Licet, enim, apud antiquos fuerit controuersum: an cū quis accessit gesturus plu-
25 ra negotia aliena, & vnum tantum gessit, teneatur pro non gestis; etiam quando non constet, alium fuisse gesturum: quorum negatiuam sententiam tenet, post Ioannem antiquum glosatorem, *gl. l. tutors C. de negg. gestis verbo propria voluntate, acriter*
26 *defendit salic. ibidem n. 6.* affirmatiuam vero tuetur post Baldum, Bartolus, post longam distinctionem, *d. l. tutori n. 2. C. de negg. gest.* canonizatam, & infertam in additionibus glosæ, *d. l. tutori* quem; etiam, sequitur castrensis *d. l. tutori n. 3.* Tamen
27 apud omnes, ibidem, est certum, quod quādo quis accessit ad vnū negotiū, quasi gesturus illud, quod tunc, ex eo solū res amplius nō sit integra, ad effectū prædictū, sed actio oriatur ex sola animi declaratione; prout admittit salicetus ipse. Cum igitur; recipiendo quis Litteras cabij, nec cōtradicens cōsentiat muneri, sibi iuncto, & tacite mandatum, seu mandata acceptet, ad cambium prædictum exigendum, consequenter etiā
28 declarat animum sum, circa illud ipsum, & tamquam gesturus ad negotium accedit. Et per consequens etiā antequam agat, ex sola dicta destinatione animi, tenetur, ad fauorem eius, cuius interest, nec conqueri potest de prædictis, cum sibi fuerit integrum contradicere, vt argumētatur I. C. in proposito *l. sicut ff. de act. et obligat.* & hæc conclusio, confirmationem accipit non leuem, in vtraq; sui parte, ex dispositione iuris nostri Genuensis: quo cautum habemus. *Statuti. lib. 4 capit. 15. de camb.* Quod si
29 aliquod cambium esset soluendum, & non acceptaretur; teneatur ille, cui cambium soluēdum esset protestari intra dies triginta; alias remaneat obligatus pro ipso cambio, & interessibus. vsq; ad integram solutionem, etiam si ille, qui soluere deberet, non teneretur. Id quod nulla alia ratione cautum est; nisi quia, per receptionem simplicem litterarum censetur quis
30 minus, de quo in litteris, susceptisse & quasi gesturum, se susceptisse; Vnde nil mirum si tenetur negligens, & quidem cum interesse; quod est ingenitum actioni negotiorum gestorum *l. & qui natura 20. §. non tantum l. qui aliena 37. l. qui sine 4. ff. de negot. gest.*

Admonendus, tamen, mihi es beneuole lector
31 dictam conclusionem intelligendam esse (vt pleraq; alia) rebus sic stantibus, nam, si
32 antequam litteræ cābij recipiātur, is decedat, qui dedit, vel qui transmisit, cessat prima pars firmatæ conclusionis. Cum ad hoc. vt ei sit locus, exigatur superuiuentia man-
33 dātis, vsq; dum fuerint receptæ *l. si cum filius familias §. sed cum quis ff. de donat. Benen. Strach. de probat. nu. 16. Zucard. in repet. rub C. de pact. nu. 73. menoch. cons. 296. nu. 41. lib. 3.* sed, tali casu, non cessaret negotiorum gestorum actio, quę quæritur heditati, & contra heredit atem datur. *I nam & seruius §. 1. & ibiglos. ff. de neg. gest. l. fin. ff. si cert. pet.* & cōpetit ex ipso gestu, licet nō contemplatione illius gestum fuerit, ad quem vere spectabat *l. quę vtiliter 47. §. fin. ff. de neg. gest.* Quæ etiam succedit loco actionis ex mandato respectu illorum, quorum mandatum defecit, si gestum fuerit cum id generale sit quod ex quauis causa defeciat mandatum, is qui aliena gessit, licet putans vigore mandati contrahere, negotiorum gestorum actionem contrahat *l. & qui natura §. si libero ff. de neg. gest. l. fideiussor. 34. ff. ed.*

Quibus non obstant ea, quæ in contrarium considerauimus. Nam ad primum respondetur. Quinimmo verius esse, quod is, qui tacet præsumitur consentire, etiam in sui præiudicium; quando tamen potuit, con-

tradi-

tradicendo, impedire *gl. in l. fideiussor.* §. *pater ff. de pignor. &in c. primo de his quæ fiunt. a Pral. siue cons cap. Bart. l. qui dotis nu. 13. verbo & vero contradicendo ff. sol. matr. & sequuntur ibi Rom. nu. 43. Ias. nu. 76. & in cons. 21. nu. 10. lib. primo Alber. l. iniustus c. de procur. Castr. in l. Caius col. 2. ff. de pignor. act. Felyn. c. non ne nu. 13. de præsumpt. Alex. in. l. sæpe nu. 18. ff. de re, iudic. & cons. 180. nu. 5. lib. 7. Menoch. cons. 120. nu. 10. lib. 2 relati per Menoh. cons. 99. lib. 6. nu. 15.* Idque procedere, etiam si ageretur de magno damno ipsius tacentis; late probat contra eos, qui contrarium in hoc articulo existimant. *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 99. n. post. nu. 15. & in infra per plures numeros.* Sed, in casu nostro, cessat omnis amaritudo, in quo, non solum, recipiens huiusmodi litteras poterat contradicere; sed eas recipiendo, facit illam actũ positiuum, recipientis; quo casu, tacendo
40 per illum actum dicetur consentire. *Doctores d. l. qua. dot. ff. sol. matr. Roma nu. 52. Ias. nu. 90. & 99. Bologn. num. 137. Tiraq. de ll. connub. gl. 5. nu. 30. & de retract. ligna.* §. *primo gl. 9. nu. 154. cum seq. post. alios Menoch. d. præs. 99. nu. 22. verbo Primus ita q. lip. 6. & præs. 9. nu. 20. lib. 3.* Et in specie de recipiente instrum entum, seu litteras mandati, & non contradicente; quod is præ-
41 sumatur consentire, post Abbatem. Iasonẽ Cruetam, & alios, probat Menochius *dict. præsumpt. 99 n. 23. & 25.* Nihil igitur suffragari poteſt taciturnitas, recipienti litteras; quominus dici debet consensisse contentis in eis.

Ad secundum, cũ sua confirmatione, respondetur: verum esse id, quod in eo assumitur: obligationem per litteras non resultare, nisi litteræ perueniant in eum, ad quem dirigũtur, sed dicimus; quod licet litteræ Cambij expresse dirigãtur ad eum, a quo fit tracta, vt denotat espressa earundem inscrip-
42 tio, tacite, tamen, & implicite, diriguntur etiam ad eum, cui fit remissa, ad quem, virtualiter, fit mandatum; vt exigat. Vt vidimus supra hac eadem disputatione q. quinta. Vnde. ex eadem iuris dispositione, fit vt per dictã receptionẽ oriatur obligatio, seu oriantur obligationes, de quibus in conclusione, rationibus de quibus ibi.

Ad tertium respondetur, procedere illud quidem, respectu eiusdem personæ, & inter easdem personas, inter quas aliquid geritur, ex mandato; cum resultat actio ex mãdato, hæc cessare faciat actionem negotiorum gestorum. Sed, respectu diuersorum licet negotium sit vnum, & idem, nihil im-
43 pedit, oriri, actionem mandati, & negotiorum gestorum, primã, ratione mandati, secundã ex spectatione. Quando, scilicet, idẽ negotium ad plures spectat, altero tamen immediate, vt Labeonem sequutus, docet Vulpianus *l. si pupilli* §. *sed. & si quis in fin. ff. de neg. gest. sequitur glos.* §. *igitur cum quis verb. sine mandato Inst. de oblig. quæ & quas cont.* vel quando (vt plerumque in cambijs) ad alterum spectat ratione curæ, & sollicitudinis, ad alterum vero ratione interesse, mandatum vero alter tantum dedit *l. Labeo 32.* §. *inter negotia, & ibi. gl. ver. Semprouo tenebatur ff. de neg. gest. &*
44 *sequitur Bart.* Et ideo signanter posui in secunda parte conclusionis, illam procedere, quatenus tracta illa spectaret ad alium, vel ad alios, quam ad eos, qui mandatum dederunt.

Ad primam confirmationem verò respondetur: illam fuisse sententiam Labeonis, quã
45 tamen reprobat ibidem Vulpianus *d. l. si pupilli* §. *sed si quis ff. de neg. gest.* Docens etiam in fortioribus terminis, eum qui, nedum lucri, sed deprædandi causa, ad aliena negotia accedit, nihilo minus, quinimo, & multo magis, hac actione teneri, quæ cum tota in æquitate versetur, præposterus animus, accedentis ad aliena negotia ei non debet suffragari, ad exclusionem huius actionis, saluberrime institutæ; sed fortius eſt ex præposteto illo animo, debet gerentem astringere.

Ad secundã confirmationem respondetur quẽ
46 satis gessisse, vel saltem cæpisse gerere, ad effectum de quo agimus, dici: qui se contulit ad agendum, & quasi gesturus litteras cambij recepit, absq; vlla contradictione, per quam receptionem cum aquiescat contentis in litteris, & fidei suæ commissis per alios quæ etiam ad aliud seu alios spectat, meritò obligatur. Neque enim negotiorũ gestorũ actio est ex illis obligationibus, quæ re cõtrahuntur. *Inst. quib. mod. re cõtr. oblig.* Ideo etiam si gesta non interuenerunt, non ideo minus, concurrentibus prædictis, insurgit obligatio.

DI-

DISPVTATIO II.

QVAESTIO XI.

Ex receptione litterarum Cambij facto per eum cui dirigitur tracta, quæ obligatio resultet.

1 *Recipiens litteras Cambij continentis tractã ab eo, & remissam eidem, puta ex alia causa, an censeatur obligatus eo ipso, quod recipit litteras. & 9. & 22.*
Soluere sibi dicitur is, cui dirigitur tracta, & remissa, eo ipso, quod litteras recipit. ibid.
Contrarium num. 7.
2 *Solutio quatenus inter diuersas personas sequitur, requirit quod vltra consensum ad actũ facti deueniatur, secus sibi ipsi quis soluat. & nu. 3. & 23.*
4 *Obligatio actiua, & passiua quando conuenerit in vno, & eodem subiecto, respectu eiusdem rei, confunduntur ipso iure, & altera alteram extinguit.*
5 *Ex recepione litterarum Cambij peremptum cui dirigitur tracta, & remissa, compensatio, & nouatio inducuntur.*
Contrarium verius num. 10.
Declara vt num. 11. vt prima opinio vera sit si recipiens erat creditor ex causa precedenti ipsam receptionem litterarum secundum distinctionem, de qua ibi, & nu. 13.
6 *Ex receptione litterarum Cambij per eum, cui fit tracta. & dirigitur remissa delegationem oriri.*
Contrarium num. 25.
8 *Numeratio sine realis sine virtualis requirit actum aliquem positiuum soluentis, seu exigentis, & nu. 24.*
12 *Receptio litterarum tantummodo Cambij non producit actionem actiuam in recipiente aduersus eum, ad cuius fauorem onus suscipit, nisi sequuto implemento.*
14 *Circuitus vitandi regulariter.*
15 *Frustra contendimus facere per plura, quod possumus exequi per pauciora.*
16 *Quæcumque superfluitas vitanda.*
17 *Compensationis accessoria quæ.*
18 *Compensatio non cadit vbi debitum nõ adest.*
19 *Ampl. etiam creditore consentiente, nisi in rium cessio intcruenerit.*
20 *Nudus consensus est inefficax ad producendam cessionem, & actionum vtilium translationem.*
21 *Remissa quando spectat ad receptorem litterarum eiusdemmet, cui fit tracta, dicitur ex necessario antecedens commodum, vel incommodum Cambij, & hoc casu iura dicũtur cessa, seu translata absque cessionis ministerio.*
23 *Mandatum si mandatarij tantum gratia fit, nullum, vel supernacuum est.*
26 *Compensatio in rem est. Et ideo competit fideiussori ex persona debitoris.*
27 *Et concomitatur actionem, quam nata apta est elidere in quemcumque illa transeat.*
28 *Et obstat cessionario vt obliuaret cedenti.*
29 *Etiamsi proficisatur ex obligatione naturali tantum.*
30 *Differt exceptio compensationis ab exceptione dolo facis qui petis id, quod statim restituturus.*
31 *Exceptio dolo facis, est personalis, & venit ad excludendam personam, & non actionem.*

HÆC quæstio non pertinet ad casus; quando vel per stipulatorem, vel per eum, cui dirigitur remissa, traduntur litteræ; illi cui dirigitur tracta: nã hic casus determinatur a particulari receptione, quę specificatur in vim presentationis earumdem, de qua agetur inferius. Sed respicit tantummodo casum, quãdo ipsæ litteræ transmittuntur ad eundem, cui dirigitur tracta, vel per stipulatorem, vel per datorem litterarum, quod contingit, de facto, quando ad eundem dirigitur etiam remissa, per ipsummet, scilicet a se ipso exigenda; ad quos terminos quæsto hæc, licet magis generaliter proposita, reduci debet in praxi.

Longa distat hæc quæstio ab ea, quam supra posuimus in prima disputatione quæstione decima quinta, dum quærebamus quæ personarum distinctio requiratur in Cambio. Nã ibi agebatur de contrahendo, hic modo agimus

agimus de distrahendo, seu perficiendo contractu, iam inito. Item differt ab ea, quam in eadem disputatione quærebamus. An pecuniæ, quæ, tamquam res, in Cambio deducuntur, possint esse propriè ipsius creditoris soluere debentis. Quia illa quæstio supponebat remissam ipsam, & tractam spectare ad eumdem creditorem, a qua spectatione abstrahit præsens quæstio; licet valde conferat ad intelligentiam eorum, quæ ibi deducta fuerunt, quamuis nondum exacta cum nec in hac quæramus de solutione ipsa sed de quodam præambulo ad solutionem; videlicet, de receptione litterarum Cambij ad solutionem ordinata.

Videbatur dicendum: per receptionem dictarum litterarum vt supra factam, vltra exceptionem resultantem, ex approbatione personarum, & obligationem ex mandato, seu negotiorum gestorum, secundum terminos duarum quæstionum supra proxime præcedentium, contingere ipsammet solutionem.

Probatur, quia ad faciendam sibi ipsi solutionem, & actionem respectiuè, quod in effectu mandatur, quando eidem dirigitur tracta, & remissa, solus sufficit consensus ipsius; ad quem sit huiusmodi directio. Sed hic cõsensus sufficienter elicitur per receptionem litterarum, absque contradictione, ergo per dictam receptionem litterarum, absque cõtradictione, intelligitur ad impleta tracta, & remissa, & solutio, ac exactio sibi ipsi facta. Minor propositio patet, per ea, quę supra duabus, proximis quæstionibus; Maiorem probo. Quia, licet regulariter verissimum sit, ad exequendam solutionem, seu exactionem, respectiue, solam voluntatem, & consensum soluere, & exigere debentis, non sufficere, sed plus quam necessarium esse, ad actum facti deuenire. *l. Deum ff. de verb. oblig. l. debitor, l. si cui ff. de verb. sign. l. fideicommiss. §. si rem suam ff. de leg. 3. cum totis titulis ff. & C. de solut.* Id ex eo prouenit, quia prædicta supponuntur contingere interpersonas diuersas, inter quas regulariter exactio, & solutio interuenit, & per consequens, impossibile est, ne dum fieri, sed etiã intelligi, ab vno in alium fieri trãslationem pecuniarum, necessariam ad exactionem, & solutionem, respectiuè, nisi factum ipsum interueniat per quod fiat ipsa translatio. Sed in casu proposito, cum proponatur, fieri solutionem sibi ipsi, & sic in eodem supposito, & eadem persona, verificatur exactio, quæ & a se ipsa exigit, & sibi ipsi soluit, ne dum necessarium non est, dictum factum translationis de vno in alium, quinimmo videtur impossibile de facto, & inintelligibile, & sic solus consensus ipsius sic soluere, & exigere debentis dicetur sufficere.

Confirmatur, quia per receptionem prædictæ litterarum, absque dubio intelligitur recipiens, consensisse mandato, seu mandatis, contentis in dictis litteris de soluendo scilicet, & exigendo, respectiue summam, de qua in eis, & per consequens, actione mandati, seu negotiorum gestorum teneri. & obligatum esse recipientem, ad soluendum, & exigendum, respectiuè, summam prædictam, vt probatum fuit in duabus proximè præcedentibus quæstionibus. Sed fic est quod, quando in vno, eodemque subiecto concurrit obligatio actiua, & passiua, respectu eiusdem rei, sine aliquo facto hominis, & ipso iure confundantur, & altera alteram extinguit; intelligiturque ipso iure facta solutio *l. Stichum 95 §. additio. ff. solut. l. licet C. eod. l. falsi l. si ab eo C. de neg. gest. l. pen. C. de heredit. actio. l. debitori C. de pact. l. generaliter. & l. si deinsores C. de fideiusor* Ergo ex sola receptione litterarum Cambij tali casu intelligitur facta solutio. 4

Secundo videtur ex huiusmodi receptione, facta per eum cui dirigitur tracta, simul cum remissa, resultare compensationem, seu solutionem per viam compensationis, vna cũ nouatione, respectu diuersorum. Nam dato, trahentem, & sic datorem litterarum, esse creditorem de consimili, seu maiori quantitate, receptoris litterarum, & ad quẽ dirigitur tracta, certe per consensum, resultantem ex dicta receptione, vt sæpius diximus, consentit mandato de soluendo, & per consequens, ad tractæ adimplementum remanet obligatus, ad fauorem eius, ad quẽ ipsa tracta spectat ex qua obligatione, vt pote, facta de mandato trahentis, consequitur obligationem consimilis quantitatis, erga eundem, cuius cum proponatur debitor nihil impedit dicti debiti, & crediti sicri compensationem, ipso iure, absque aliquo facto hominis præsertim, cum vtrumque sit debitum, & creditum cum interesse, per ea quæ probauimus supra quæstione quarta. Rursus si supponamus, hac eadem facti specie, tractam prædictam spectare ratione interesse ad ipsum stipulatorem, vel quemuis alium tertium, & in litteris dictũ fuit, quod 5

ex

ex debito resultante ex dicto adimplemento detur debitum stipulatori, vel illi tertio, ad quem spectat verè tracta illa, ratione scilicet interesse. Iam patet, ex tacito consensu, resultante ex dicta receptione, non solū extinctum remanere creditum præcedens, cum debito resultante ex tracta spectante ratione curæ ad ipsum datorem, sed simul, & semel, resultare nouationem; transfusionem, scilicet obligationis debiti veteris dicti receptoris erga trahentem in nouam obligationem illius, ad quem spectat tracta, siue sit stipulator siue quiuis tertius; per ea quæ probauimus supra eadem quæstione quarta in secundo argumento.

Tertio videtur etiam resultare posse ex dicta
6 receptione delegationem, seu solutionem per viam delegationis, tradente Vulpiano, *l. verbum 187. ff. de verb. sign. Quod verbum „exacta pecunia non solum ad solutionem re„ferendum est, sed etiam ad delegationem.*

Pone casum, quod dator litterarum inierit contractum Cambij cum stipulatore, habita fide de pretio, & de illo Cambio fecerit tractam alicui cum ordine, vt de tracta illa det debitum ipsimet stipulatori, per totidem per eumdem stipulatorem ipsi datori debitis litteræque prædictæ; transmittantur per stipulatorem ei, cui dicta tracta, & remissa diriguntur: certè per hanc receptionem litterarum, videtur resultare solutionem per viā delegationis, cum illa tria videantur interuenisse, quæ ad delegationem sunt, ad summū necessaria. Vt probauimus supra quæstione quarta. Primum interuenit, quod is, qui delegat, nempe stipulator, sit creditor, ex supposito. Item interuenit mandatum ipsius delegantis datoris scilicet litterarum, de quo in litteris, ipsius, vt sæpius dictum. Tertio, & consensus ipsiusmet debitoris delegati; qui ex ipsa transmissione, & ex mandato, de quo in litteris, resultat; ergo sufficienter intelligitur, per receptionem litterarum, factam per eum cui dirigitur tracta, cū remissa, posse quandoque resultare vna cum compensatione, & solutione, delegationem.

Dicendum primo: per receptionem litterarum
7 Cambij, factam per eum cui dirigitur tracta nullam resultare, nec resultare posse solutionem, nec per consequens, exactionem, ex eis scilicet, solutionibus, & exactionibus quę consistunt in pecunia numerata: ratio quia ad numerationem quācūq; siue realem, siue virtualem requiritur aliquis actus positiuus
8 soluentis, seu exigentis, vt patet ad sensum, *& probat text. l. si ita stipulatus §. Chrisogonū 126. ff. de verb. oblig.* Ergo cum proponatur, nihil aliud fieri per eū, cui dirigitur tracta, nisi recipere litteras ipsas, absq; cōtradictione, seu reclamatione, q. casus, licet efficax ad eliciēdū cōsēsū, nec est numeratio actualis, nec a iure habet, vt sit aliqua virtualis numeratio; sequit per necesse, quod dicta receptionē, nō īduci dictā solutionē p numerationē.

Dicēdū 2. per receptionē litterarū, factā p eū, cui dirigitur tracta, precisè, & prout talis est (circūscripto mādato; & actione negotiorū gestorū secūdū terminos duarū quæstionū proxime præcedētiū) nullā prorsus resultare obligationē. Nā. quatenus receptor litterarū est, ad nihil aliud tenetur precise, nisi ad obseruantiā mādati, in ipsū peruenti, ad quod obligatur ex tacito cōsēsu, resultante ex dicta receptione. Vnde reliqua quæ in dictis litteris cōtinētur, vigore aliorū mādatorum fortè in eisdē litteris cōtētorū, salua dicta receptione, potest impune negligere. Quinimo cōtra ea expresè p̄ceptari vt posuimus supra q. 5. argumentū euidentissimū ad demōstrādū, receptionē factā per eū, cui dirigitur tracta, & vt sic, nihil præterea aptam esse producere, quam prædicta.

Obijcies: hęc parū referre in praxi, & ad rei sū mā, cū cōtingit fieri tractā ei, cui etiā fit remissa, cōputādā in debitū vetus ipsius recipictis litteras si is, acceptata tracta, negligat posterius mādatū, ministerio acceptationis super protextu, cū, hoc casu, licet remaneat creditor datoris ex adimplemēto tractæ, per seueret eius debitor vetustioris debiti, ex supposito, & sic, vel fiat compensatio, ipso iure, per superius dicta in confirmatione primi argumenti, vel saltē dator ipse poterit dictā facere cōpēsationē ēt illo inuito.

Respondeo. Quinimmo valdè referre, seu refer re posse. nam, sæpius, dicta credita, & debita respectiuè causantur sub multiplici, ac diuersa qualitate, tam spectationis, quam oneris adiuncti, vel aliter, ex quibus sit; valde interesse quandoque receptori prædicta non exequi, nec, ipso inuito, exequi posse, ministerio compensationis, per datorem litterarum *Ang. l. fin. cum ibi notatis C. de compens.* Et in omnē casum, cum nos quęramus vim, & effectū actus, cōtingentis, in propsito satis vtilitatis est, scire q. nam actus ipsi sint p se apti, nati producere; licet nūq; de p se, ad actū deducerētur. Et in hoc vtilitas cōsistit in nostro ꝓposito, vt cuiuscūq, effectus

natura a sua causa cognoscatur, quod in factorum contingentiam confert ad plurima.

Dicendum tertio per dictam receptionem litterarum Cambij, factam per eum, cui dirigitur tracta, vna cum remissa, nullam oriri posse novationem, nullam delegationem. De delegatione, patet, quia nulla proponitur facta promissio, non solum media stipulatione, sed nec etiam per simplicem promissionem, quod ad minimum requiri etiam apud mercatores probauimus; dicta quæstione quarta. De nouatione probatur, quia, dato millies, datorem esse creditorem receptoris litterarum, & per receptionem eumdem receptorē consentire tractæ sibi factæ, ex qua habet datorem obligatum, non per hoc sequitur nouatio prioris obligationis, etiam si supponamus tractam spectare ad stipulatorem ipsum, ratione proprietatis, & dictum fuerit in litteris, quod, ex debito resultante ex dicto adimplemento, detur debitum stipulatori. Quādoquidē, licet prædicta omnia exequantur, non intercueniunt requisita ad nouationem, cuius substantia consistit in illa transfusione vnius obligationis in alium, de qua plene dicta quæst. quarta. Quando enim hæc tacta specie, & in executionē prædictorū. per acceptationē tractę prędictę insurgit debitum stipulatoris ad fauorem acceptantis, adhuc viget actio eiusdem, versus datorē litterarū, postmodum extinguēda. medio cōtrapositionis, seu cōpēsationis, ex credito resultāte per exactionē a se ipso factā, de dicta remissa, quod, si durant insimul eodē tēpore, impossibiles omnino est, quod sequatur nouatio, cuius vi ortum vnius præsupponit extinctionem præcedentis.

Dicendū vltimo per receptionē litterarū Cābij. factā per eum, ad quē dirigitur tracta, si-
11 mul cū remissa. In omnibus illis casibus, oriri cōpensationē, in quibus recipiēs erat creditor, ex causa præcedenti ante dictā receptionē, siue dicta spectatio remisse, non solū verificetur ratione proprietatis. sed etiam si solius curæ, & solicitudinis. In illis verò casibus, in quibus sic recipiens est debitor, ex causa præcedenti, oriri cōpensationē, quando remissa ad ipsū spectat, præcisè, ratione proprietatis, sed nullo prędictę credito, seu debito in dicto receptore; nullā, per dictam receptionē litterarum, oriri compensationē.

Prima pars cōclusionis probatur. Nā, cū per receptionē litterarū Cambij, quis intelligatur acceptasse mandatū. seu mandata de quibus in eis, per superius dicta. & ex consequenti, ex receptione dicti mandati intelligitur obligatus ad solutionē tractę, de qua in litteris si ipsi ad fauorem, & cōmodū eius ad quem spectat remilla; ex quo oritur in ipso actio passiua, ad soluendū. hęc cū actione actiua ia in ipso præexistente aduersus eū cui debetur (ex supposito facile cōpēsatur, ipso iure, cū versemur inter mercatores Cābiorum & ex consequenti in debitis, & creditis, respectiue, cū interesse, secundū tradita supra hac eadem disputatione quæstione quarta.

Dices saltē eamdē compensationē oriri quatenus, si recipiens, esset debitor, ex causa præcedenti, eius ad quem spectat tracta, sicuti enim, in casu præmisso, ex dicta acceptatione fit debitor eius, ad quem spectat remissa, ita, & è conuerso, fit creditor eius, ad quem spectat tracta, & sicuti illo casu, cōpensat debitū oriens ex acceptatione, cū credito præexistēte erga eumdē, ita, ex eodē pacto, & ratione videtur cōpensandū creditū, hoc casu oriens, cū debito præexistenti, cum eadē prorsus militare videatur ratio, & cōtrariorum eadem debeat esse disciplina, *l. & e contra in fin. ff. de vulgar. & pupill. §. illud & ibi gl. Inst. de societ. l. penul. & ibi Bald. C. de solut. l. Iulian. §. si procurator ff. de act. empt. cum vulgaribus.*

Respondetur hoc casu cōpensationē non oriri;
Quia longe diuersa militat ratio, se tenens ex parte ipsius receptionis litterarum Cambij, de cuius vi potissimū agimus. Nam licet per eā oriatur acceptatio mandat, & per cōsequens actio passiua, ad soluendū, cōpensabilis, cū actione actiua, erga eamdem personā prędictē; non tamē est apta, dicta receptio, procedere actionē actiuā, in recipiēte aduersus eū, ad cuius fauorē onus prędictū suscipit, nisi, tū demū sequuto adimple-
12 mēto, vt ratio dictat, & est textus in terminis *in l. si litteras ibi pecuniam traddi. C. mand.* quæ non contingit per simplicem acceptationem mandati,

Bene verū est, quod, si sic recipiens non solum
13 esset debitor eius, ad quem spectat remissa, vt in obiectione, sed etiam creditor eius, ad quem spectat tracta, vt in conclusione, vtrūque ex causa præexistenti, gemina tunc resultaret compensatio, cum totali perfectione Cambij, de quo in litteris, & abolitione crediti, & debiti antiquioris, respectiuè, trahentis, & remittentis. Sed tunc compensatio de qua in obiectione, nō resultaret ex receptione, tāquā causa immediata, & se sola

fūffi-

ſufficiẽte ad dictam compenſationem inducendam, ſed ex præcedenti compenſatione, de qua in concluſione, per quam compenſationem, cum vltra acceptationem mandati, contingat etiam eius executio, nil mirum ſi hoc caſu oriatur etiam actio actiua in ipſo recipiente litteras, aduerſus eum cuius mã datum fequutus eſt, vt probat idem textus *l.ſi litteras C. mand.* Quæ optime cliditur, ſeu compenſatur cum credito eiuſdem præexiſtente, & ſucceſſiue, etiam in hoc caſu, vera erit concluſio: non dari compenſationem, per receptionem hanc, niſi ex cauſa præexiſtenti ſit creditor recipiens eius; ad quem ſpectat tracta. Quandoquidem cauſa immediata, in caſu obiectionis, non eſt receptio ipſa, ſed actio reſultans ex adimplemento, & compẽſatione, ex receptione proueniente, quæ contingere non poſſet, niſi præſupoſito credito præexiſtenti per ſupradicta, & ex conſequenti, veriſſima erit, in iuris rigore, concluſio, ſecundum terminos in quibus eſt poſita licet non incongrue poſſet etiam in his terminis ampliari.

Dices ſecundo fruſtra effingi, in caſu proxime præcedẽti (quo ampliauimus hanc priorem partem huius poſterioris concluſionis) hãc duplicem compenſationem, & multiplicem ortum, & interitum actionum. Nã cum proponatur in eo, eumdem receptorem litterarum Cambij, eſſe creditorem remittentis, & debitorem trahentis, eiuſdem quantitatis, accedente cõſenſu expreſſo per litteras prædictas veriuſq; nihil videtur impedire quominus dictorum debiti, & crediti, relatiuè oppoſitorum, fiat contributio, & compenſatio, abſq; eo quod neceſſarius ſit circuitus, de quo ſupra, qui circuitus in iure regulariter ſunt vitandi *l. dominus teſtamẽto vbi Iaſ. num. 3. ff. de condict. indebit. Dec. in l. cũ fundus §. ſeruum ſuum nu. 1. ff. ſi cert. pet. Marſ. ling. 469. Boer. qu. 189. num. 13. plene Tiraq. de retract. conuc. in fin. nu. 41.* Et fruſtra fit per plura quod poteſt fieri per pauciora *l. fin. vbi Bald. C. de adopt.* & quęcumque ſuperfluitas eſt reprehendenda *l. fin. §. in refutatoria C. de gell. l. fin. C. de precib. Imper. offerend. l. 1. in prin. & ibi gl. ff. quod met. cau.*

Reſpondeo: quin immo neceſſario omnino cõſequi ex facto prædicto, dictam geminam cõpenſationem, dictoſq; ortus, & interitus actionũ, nihilq; in eis dici poſſe fruſtra eſſe vel ſuperfluum, cum omnino neceſſarium ſit, nec ſint euitandi circuitus, qui ad effectum iuris conſequendum ſunt omnino ne-
17 ceſſarij. Ratio eſt quia ad effectum compẽſationis, neceſſarium omnino eſt, inter præcipua, vt ſit creditum, & debitum, reſpectu eiuſdem perſonæ compenſare volentis, & nemo compenſat cum eo, quod ſibi non de-
18 betur, ſtatuente Imperatore *in l. eius §. „C. de compenſ. Eius quod non ei debetur, qui „conuenitur ſed alij, cõpenſatio fieri non poteſt.* Quæ diſpoſitio procedit, etiam volente, & expreſſe conſentiente creditore *gl. d. l. eius Bart. Bal. Saly. Caſtr. & ceteri ibidem* niſi in-
19 teruenerit iurium ceſſio, facta per creditorẽ in eum, qui vult compenſare *ij dẽ qui ſupra. ibidem Soc. iun. conſ. 167. num. 4. lib. 3. Naconſ. 101. nu. 16.* Tali enim caſu, cum per dictam ceſſionem, ceſſionarius acquirat actiones, ſaltem vtiles, & per conſequens, ſit vere creditor, tunc demum poterit locus eſſe compenſationi, & per cõſequens, ſolus conſenſus creditoris non ſufficit, ad effectum prędictum, cum nudus cõſenſus ſit inefficax ad producendam iurium etiam vt illium trãslationem, vt in puncto docet Baldus quem ſequitur Salycetus *d. l. eius C. de compenſat.*
20 Non obſtante igitur tali conſenſu contingere non poterit dicta compenſatio, & neceſſaria. vſquequaq; erit dicta multiplicatio.

Secunda pars dictæ poſterioris concluſionis
21 probatur, quia ſi ex ſuppoſito illius, remiſſa ſpectat ad dictum receptorem, ratione intereſſe, ex neceſſario antecedenti ad eumdem ſpectauit incommodum Cambij, celebrati inter datorem litterarum, & ſtipulatorem, vt explicauimus ſupra hac eadem diſputatione quæſtione ſexta, quod vt *ibi* vidimus nihil aliud eſt, niſi pretium, quo Cambium illud celebratum fuit, exbarſatum, ſeu imputatum de pecunijs eiuſdem, & ex conſequenti, tali caſu, ille contractus Cambij dicitur, & erit verẽ, & propriè celebratus de re, ipſius receptoris litterarũ. Quo caſu, iura ipſa, abſque miniſterio ullius ceſſionis, in ipſummet dominum transferunt actiones, ſaltem vtiles *text. in l. quod procurator ex re 68. ff. de procur. & ibi gloſ. verb. petere poteſt Bart. & ceteri l. in cauſa infra. ff. eod. l. penC. ad exhib. l. Iul. 14. §. ſi procurator ff. de actio. empt. Bart. ibid. vbi tenet aut id contingere ad inſtar inſtitutoris l. pupillo §. 1. ff. de neg. geſtor.* Et, per conſequens, ex dicto Cambio efficitur verus, & actualis creditor eius ad quẽ ſpectat tracta, cuius, ſi proponatur, debitor ex cauſa præexiſtẽti nihil impedit

quia, receptis *his litteris*, ſtatim oriatur cõpenſatio.

Dices, etiam orirj, nõ ſolũ ſi ſit debitor ex cauſa præexiſtenti; ſed etiam ſi ante dictam receptionem creditor non eſſet, nam cum per ſolam receptionem quis dicatur conſentire mandato, & ex conſequẽti obligatus ad tractam ſoluendam, & ſic verè debitor, vt probatum fuit in prima parte huius concluſionis, Ergo, etiam circumſcripto dicto credito præexiſtenti continget compenſatio.

Reſpondetur (ſecundum ea, quę proponuntur)

22 ex dicta receptione litterarum Cambij nullam reſultare obligationem in recipiente, neque mandati, neque negotiorum geſtorũ & per conſequens, eo caſu, nullo præexiſtente debito recipientis litteras, nulla continget compenſatio. Ratio negatiuę prædictę illa eſt; quia, ex ſuppoſito, negotium illud ſpectat, ratione proprietatis, ad ipſum recipientem litteras Cãbij; vnde licet litterę illę Cambij, quæ recipiuntur, habeant vim verborum, habilium, de ſui natura, ad mandatum conferendum, & aliàs eſſent aptæ ad illud inducendum. Tamen cum ad ipſum dirigantur, cuius negotium agitur, ex eis nulla oritur mãdati obligatio, docente Caio ipſo Iure Conſulto; *l. mandatum ff. mandat.*

„ *Quod ſi tua tantum gratia tibi mandem ſu-*
23 „ *peruacuum eſt mandatum, & ob, id, nulla ex*
„ *eo oritur obligatio.* Et alibi notaui. Et ex eodem fõte ſpectationis negotij ad ipſummet recipientem, ceſſat pariter in receptore, per receptionem actio negotiorum geſtorum, quæ ſolum inſurgit, negotio ad alios pertinente. *tot. tit. ff. de negot. geſt.* & probatum fuit ſupra queſtione præcedenti. Niſi igitur debitum adſit in recipiente litteras, ante illarum receptionem, fruſtra dubitamus an per dictam receptionem oriatur compenſatio.

Et ex prædictis patet ratio diſcriminis, cur in proxima parte concluſionis, & caſibus de quibus in ea, non exigatur, quod ſpectatio ſit etiam ratione intereſſe, in ſecunda vero, & caſibus de quibus, ibi, id neceſſario exigatur. Quæ nulla alia eſt, niſi, quia in primis caſibus recipiens litteras, per receptionem efficaciter obligatur ad tractam diſſoluẽdã, licet negotium ad ipſum ſolũmodo ſpectet ratione curæ. Quod eſt ſufficiẽs ad effectum compenſationis per ſupradicta. Id quod nõ poteſt euenire in caſibus ſecundæ partis, in quibus caſibus non intelligitur, facta tranſlatio actionum vtilium, niſi fuerit contractum ſuper re, domini. Quo ſolum caſu ipſe recipiens verè, & propriè dicetur creditor, quod eſt neceſſarium ad compenſationem cum debito præexiſtenti. Quod non contingeret, ſi ſuper re domini, non eſſet contractum; prout non contrahitur, quando illa ſpectatio remiſſæ verificatur tantum ratione curæ, & ſolicitudinis.

Sicut, etiam, ex prædictis patet ratio, & probatio tertiæ, & poſtremæ partis huius poſterioris concluſionis negatiuæ. Quod ſcilicet, nullo præexiſtente credito, ſeu debito in recipiente, nulla continget compenſatio. Nam ſi ſolum in caſibus prædictis, & rationibus ibi expreſſis, licet præexiſtat ſemper creditum, ſeu debitum, ſolum contingit compenſatio; facile elici poteſt: quid ſit dicendum nullo præexiſtente nec debito, nec credito, ex quibus dicta negatiua concluſio eſt indubitata.

Nec prædictis obſtant ea quæ ſupra ad euitandam difficultatem adducta fuere, ad primũ namque reſpondetur, negando maiorem illam propoſitionem. Neq; enim, ad ea peragenda, quæ factum requirunt, ſolus conſenſus ſufficit *Ang. I. ſolent ff. de cuſt. reor. l. aut facta ff. depen. C. aut ẽ facta de pen. diſt. 3. l. in hoc iudicij §. fin ff. pro ſoc. facti autẽ eſſe ſolutionem patet ad ſenſum, & hinc habemus eam nõ præſumi quia facti eſt Bald. cõſ. 48. col. 1. libr. 5. Cranet. conſ. 290. n. 1. Menoch de præſ. lib. 3. præſ. 135. n. 1.* Factum autem illud ſoluendi ſibi ipſi, nec apparet, nec intelligi poteſt, quomodo in eſſe deduci poſſit, ſi ipſam numerationem reſpiciat, cum inter numerantem, & recipientem, ad hoc vt numeratio contingat, & in actum deduci poſſit, de-

24 beat eſſe diſtinctio perſonalis, neceſſaria, ad translationem dominij pecuniæ, quę numeratur *Ang. l. offitium ff. fam. ercis. l. cum indebitum impuberis ff. de condit. indebit. l. fin. ff. de condit. ſin. cauſ. l. 3. in fin. ff. de in rem, verſ.* Et latius probauimus diſtinguendo in diſputatione præcedenti queſtione decima quinta. Quod ſi ſuſtinetur frequentiſſimus ille vſus mercatorum, iubentium in litteris Cambij ſolutiones, ſibi ipſis faciendas, non debet intelligi de actuali numeratione, ſed per alios modos, quibus; circumſcripta numeratione, poteſt contingere ſolutio, & in illis, dummodo concurrant requiſita in hac quæſtione, in propoſito poſterioris concluſionis, per receptionem litterarum factam per eum, cui dirigitur tracta, & remiſſa, vel

ſaltem illa quæ in infra' examinandis quæſtionibus deducentur. Quibus defficientibus dicta ſolutio ſibi ipſi, eſt merum figmentum nec vllo iure poteſt ſuſtineri.

Ad confirmationem reſpondetur: per dictam
25 receptionem oriri quidem obligationem per quam euadit debitor, ſummæ, de qua in litteris, ſed non per hoc remanet creditor alicuius, antequam ſuſceptũ munus adimpleat, ſoluendo ſcilicet id, quod acceptauit. Quæ ſolutio non contingit, niſi, miniſterio compenſationis, exiſtente tamen eodem recipiente creditore, ex cauſa præcedenti eiuſdem, per ea, quæ poſuimus in prima parte poſteriorius concluſionis.

Ad ſecundum reſpondetur: per dictam receptionem nullam oriri nouationem, per ea quæ probauimus ſupra concluſione tertia, ceſſante transfuſione actionis neceſſaria, ad nouationem, de qua ibi.

Sicut ad tertium nullam delegationem ex defectu promiſſionis debitoris delegati.

Quod vero attinet ad compenſationem ſimpli
26 citer, excluſa nouatione, & delegatione, de qua compenſatione ſit fermo in dictis duobus argumentis reſpondemus: procedere, vel non procedere compenſationem illam iuxta diſtinctionem, poſitam in dicta poſteriori concluſione, rationibus ibi perpenſis quas hic repetere ſuperuacaneũ eſſet. Hoc ſolum addito, rationem a priori: cur ſolus conſenſus non ſufficiat ad huiuſmodi compenſationes curandas, ſed neceſſario requiratur præexiſtentia obligationis illam eſſe. Quia compenſatio in rem eſt, vt ponderat, Dynus, *c. is qui de reg. iur. in 6* & ſequuntur Bartolus, Baldus, & Salic. *ad glo. l. eius C. de compenſat.* & probat textus, *l. ſi quis ff. de compenſ.* quo textu, competit compenſatio fideiuſſori ex perſona debitoris principlis. Et vſque adeo in rem eſt, vt comittetur actionem, quã apta nata eſt elidere in quẽ-
27 cumque illa tranſeat, & non ſecus obſtat ceſ
28 ſionario, quam cedenti *Bart. Bald Saly. poſt antiquiores in Leius C. de compenſat.* etiam ſi
29 proficiſcatur ex obligatione naturali tãtum, & conſequenter inefficaci ad agendum, vt in puncto exemplificat Salycetus *d. l. eius C de compenſ.* Vnde merito, re nõ præexiſtente, ideſt obligatione, non reſultat, ex quo ca
30 pite etiam differt exceptio compenſationis ab exceptione dolo facis, qui petis id quod ſtatim reſtituturus, & quæ perſonalis eſt, &
31 venit ad excludendam perſonam, prout nõ minus ſubtilite r quam vere poſt Petrum docte Baldus *d. l. eius C. de compenſat. nu. 6.*

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO X.

Ex præſentatione, & receptione litterarum Cambij, quænam obligatio reſultet.

1 *Acceptatio litterarum cambij dupliciter ſit vel extra locum feriarum, vel in loco ipſo feriarum. Primo modo is, cui præſentantur littera cambij ſcribit in cornu, viſa, & acceptata, cum præfixione diei. 2. verò is, cui eſt directa remiſſa alta voce requirit acceptationẽ, & is, cui dirigitur tractã, conſentit, & tunc in ſcarfacij ducitur linea.*

2 *Datur litterarum liberatur per nouationem & delegationem, facta acceptatione litterarum cambij.*

3 *Si mandem campſori vt ſoluat Caio, vel promittat cenſum, quæ tibi debeo per remiſſionem ſequutam liberor, modo ſim ego creditor campſoris & 17. & ſequatur promiſſio. 18.*

4 *Et quidem ipſo iure ex conſuetudine inueterata totius Italiæ. Contrarium nu. 19.*

5 *Promiſſio qualibet facta in banco mercantilis habetur pro ſolutione.*

6 *Cambium in litteris contentum. ſi ſuper ſe ſoluendum eſt ab eo, cui fit tractã, & ante ſolutionem creditori factam is decoqueat, damnum eſt creditoris. non litteras ſcribentis.*

7 *Per acceptationem litterarũ cambij nulla fit nouatio.*

8 *Nouatio non fit hodie, niſi expreſsè agatur non obſtante additamento perſonæ, vel niſi prior obligatio in nouam transfundatur*

9 *Deligatio requirit inter cetera. vt delegatus promittat, & quidem per ſtipulationem, & vt debitor delegantis.*

11 *Acceptator litterarum non promittit.*

11 *Promiſſio in ſcriptura intelligitur per ſtipulationem, etiam ſi ſcriptura ſit priuata. 12.*

13 *Soc. conſ. 267. in princ. lib. 2. impugnatur.*
14 *Obligatio, quæ oritur ex acceptatione litterarum, non oritur ex promiſſione, quæ ſit, ſed ex conſenſu.*
15 *Ex præſentatione litterarum, & acceptatione oritur plena probatio contra ſcribentem, & lineam ducentem.*
16 *Intell. l. publia Meui a. §. Titius ff. depoſiti traditur.*
20 *Mandans per litteras cambij, vt ſoluatur ſuo creditori, non liberatur, ſi non ſequitur actualis numeratio. & nu. 37.*
21 *Afflicti deciſ. 353. perpenditur, is que laudatur, & notatur.*
22 *Strach. de decoct. par. 5. nu. 5. laudatur, eiuſque doctrina declaratur. Rot. Ian. deciſ. 4. nu. 9. & 10. declaratur*
24 *Cuman. declaratur.*
25 *Bald. laudatur, & in queſtionibus ad mercaturam pertinentibus ſupra ſe ipsum egreſſus eſt, cum fuerit Aduocatus artis mercantiæ, & ideò ab illo non niſi expreſſo iure refragante recedendum.*
26 *Reprobatur tamen eius dictum in l. pro debito nu. 2. C. de bon. auth. Iud. poſſid. vel thema eiuſdem mancum oſtenditur 31. & declaratur nu. 36.*
27 *Text. perpenditur, & verus intellectus affertur in l. omnes. ff. de nouat. & 29. & 32.*
28 *Periculum nominis delegati poſt delegationem efficitur creditoris delegationem acceptantis, ſi ſcinit non eſſe ſoluendo & nu. 30.*
32 *Nouatio fieri poteſt etiam tacitè per viam exceptionis.*
34 *Glos. in l. ſi debitorem. ff. de nouat. intellectus.*
35 *Delegare nil aliud eſt, quam alium vice ſuâ dare reum creditori ſecundum Bartolum, & de requiſitis.*
37 *Dator litterarum tenetur curare opere, & cum effectu, vt pecuniæ, de quibus in litteris, ſoluantur ſtipulatori, & proinde ſtipulator dicitur creditor ſcribentis, nõ autem illius, cui litteræ ſunt directæ. etiam ſi ſint acceptatæ. Vide tamen n. 43. & 44.*
38 *Promittens ſe facturum, & curaturum, quod alius faciet, liberatur, ſi fecit omnem poſſibilem diligentiam ex communi.*
39 *Etiam ſi promiſſio ſit iurata.*
40 *Contrarium.*
41 *Diligentia non prodeſt, quando difficultas aderat ab initio, & ea non obſtante quis obligare voluit.*
42 *Tacitum, quod venit ex natura contractus habetur pro expreſſo.*
43 *Præſentans litteras cambij, ſi fidem plenam adhibuerit illi, cui præſentat, vt præſumitur, ſi litteras dimittat liberat datorem litterarum.*
44 *Contrarium. nu.*

HVNC duplicem actũ vnica quæſtione complector, quia, licet geminus ſit quoad ſubſtãtiã, longe diuerſus & de perſonis diuerſis. & quidem correlatiue oppoſitis verificentur. Tamen cum ſimul oriantur; cum non ſit facile dari, nec intelligi acceptationem ſine præſentatione; nec hæc (circumſcripto proteſtu de quo inferius) ſine illa. Et, quod magis eſt in propoſito; cum eoſdem plane effectus ex idemtitate rationis producant (vt patebit hac eadem quæſtione) non immeritò videri potero vtrumq; actum vna quęſtione comprehendiſſe. Qui actus, de facto, in propoſito litterarum Cambij, de quo agimus, ſe tenent; quoad acceptationem ex parte cius ſolius, cui dirigitur tracta; cum in nulla alia perſona contingat acceptationẽ fieri, niſi in ea, cui litteræ ipſe diriguntur, & ſic tracta. Quoad præſentationem verò, ex parte eius, ad quem dirigitur remiſſa, ſiue ſtipulator is ſit, ſiue ſimpliciter adiectus ſtipulationi; ſiue remiſſa ad eos ſpectet, etiam ratione proprietatis; ſiue ratione tantum curæ & ſolicitudinis. Hęc autem præſentatio, & acceptatio fit dupliciter. Si enim contingat extra locum feriarum, præſentatis, & traditis ipſis litteris Cambij, per præſentationem de qua ſupra; is, cui præſentatur a tergo earumdem litterarum, in cornu earumdem, cum præfixione diei, notat hæc, aut ſimilia verba. *Viſta, & acceptata*; in locis verò feriarum ſit alio, & diuerſo modo. Nam in conuentu omnium Bancheriorum qui ſtato die, celebratur, is cui dirigitur remiſſa, abſq. vlla actuali præſentatione litterarum, alta, & intelligibili voce, pronunciat, & requirit acceptationem dictę remiſsæ; tunc is, cui dirigitur tracta, conſentit & alta pariter voce dicit, ſe eam ac-

acceptare, & tunc de dicta præſentatione, & acceptatione, reſpectiue, ſit quoddam ſignum in ſcartafacio vtriuſque quod ſignum eſt quedam linea parua, quę dicitur in ſcartafacio vtriuſq; ad partitam in eis notatam; In qua fit mentio expreſſa de dicta tracta, remiſſa, & dicta parua linea dicitur ſub nota illa, quæ denotat ſcutos ipſos, quorum numerum deſcribunt notI Arithmetiçe, immediatè ſequentis . Et hoc modo in feriis contingit fieri præſentationes,& acceptationes , & de hoc modo meminit Scaccia *de Camb.§.2.glo.7.num.10.fol.1496.*

Modo ex prædictis præſentatione, & expreſſa acceptatione,vltra ea , quę reſultare probauimus ex traditione,& receptione in proximis præcedentibus quæſtionibus,in caſibus & ſecundum terminos in ſingulis expreſſis, qui effectus ab iſtis præſentatione, & acceptatione ſeiungi nõ poſſunt. Tum quia, hęc ſine illis contingere nequeunt , tum etiam quia,cum ex illis tota vis tribuatur tacito cõſenſui , qui oritur ex illis actibus , quæ vis, & quidem efficacior denegari nõ poteſt his in quibus conſenſus expreſſus eſt. Vltra, inquam,prædicta videtur oriri poſſe (poſitis terminis habilibus delegationem,ſeu nouationem per viam delegationis , & ſucceſſiue liberationem ipſius datoris litterarum . Si enim ponamus datorem litterarum eſſe creditorem eius , cui dirigitur tracta, debitorẽ autem illius cui dirigitur remiſſa:iubeatque in dictis litteris dicto ſuo debitori,vt per ſe ſoluat ſuo creditori,id quod ipſe debet iſq; expreſſe ad complendam dictam tractam, per dictam acceptationem , vtiq; videntur concurrere illa requiſita de quibus ſupra quęſtione octaua ad delegationem : ſcilicet quod delegatus ſit debitor , & is , cui ſit delegatio,creditor,& quod de mandato delegantis,delegatus faciat promiſſionem erga illum cui ſit delegatio. Et hoc videtur deciſum,in terminis per celebrem illam doctrinam Bartoli , *l.ſingularia 15. ff. ſi cert. pet.* 3 *nu. 19.* quam indiſtinctè ſequitur Arcetinus *conſ.5.in cauſa & puncto ad me tranſmiſſo*, qui atteſtatur eſſe communem . Qui voluit, quod ſi ego mando campſori , vt ſibi ſoluat, vel promittat centum,quæ ego ſibi debito, quod,facta dicta promiſſione,ego mandans ſim liberatus. A qua doctrina,licet communiter recedant Doctores,niſi vltra requiſita per Bartolum,concurrat etiam , quod ego, qui mando, ſim etiam creditor dicti Campſoris *Bald,in l.2.num.4.C.de execut.rei iudic.poſt alios Roma.ibi in add.ad Bart.laſt articulum examinans poſt Caſtr.1.of. d.l.ſingularia a numer.34. per plures numeros ſed præcipuè num.38.Dec.d.l.ſingularia nu. 26. & conſ.107.tradi.de decoct.par.5. numer.5.* Id ea ratione fit,quia dicta doctrina Bartoli non ponit inter cætera requiſita ad illum caſum,quod ille campſor ſit meus debitor; ſine qua delegatione non poteſt contingere liberatio , vt tradunt DD. vbi ſupra , & poſt alios Iaſon. Vnde cum in caſu quæſtionis noſtræ poſſit contingere , & plerumque de facto contingat , quod dator litterarum nõ ſolum ſit debitor eius,cui ſit remiſſa, ſed etiam creditor eius,ad quem ſit tracta . Si præſentatis dictis litteris dicto campſori, cui ſit tracta,is per expreſſam acceptationẽ ſe obligeret ad fauorem præſentantis,preſentis,& acceptantis dicendum videtur, omnia intenteniſſe , quæ requiruntur ad delegationem , & per conſequens ; per dictam præſentationem,& acceptationem,in termi nis prædictis oriri liberationem datoris litterarum . Cuius fructus, & effectus maximi ponderis eſt , nam tali caſu , vt Bartolus, Baldus, Romanus, Caſtrenſis, & communis Schola Doctorum tradit ibidem,ſi ſequutis prædictis,ſequitur decoctio dicti campſoris delegati,is creditor,cui facta fuit delegatio , & in terminis noſtris,is cui dirigebitur remiſſa ; nullum amplius habere poteſt recurſum ad remittentem , vt pote liberatum miniſterio dictæ delegationis *l. delegare & ibi DD.communiter ff.de nouat.*

Secundo quia . Saltem de communi conſuetu-
4 dine mercatorum,deducta ex dicta doctrina Bartoli,de qua ſupra, quando campſor , vel mercator promiſit creditori , & creditor acceptauit debitor liberatur ipſo iure *Afflict. dec. 353. dub. num. 4.Strab. in tract. de decoct.par.5. num. 5. verſic. incurrit ſequitur Scaccia de Camb.§.2. gl.3.num.63.& num. 245.ibidem* Et quod dicta promiſſo habeat vim ſolutionis,ex inueterata conſuetudine totius Italiæ,teſtatur Rota noſtra apud Belonum *deciſ.4.nu.9.*quam ſequuta eſt Rota Romana vt Scaccia atteſtatur *d.§.2.gl.5.nu.*
5 *63.* Et quod quælibet promiſſio , facta in banco mercantili , habeatur pro ſolutione ſcribit Alexander Raudenſis *in expoſ. ſuper banc. S. Amb. num. 124.* Sed in huiuſmodi præſentationibus , & acceptationibus litterarum Cambij , ſæpe ſæpius contingit , vt

doctrinę faſtigio in quo merito ſe extollunt deſpiciunt, & tamen maximi eſſe ponderis, in oppoſito de quo agimus, & in quo vterq; eorũ ſibi ſũmã auctoritatem attribuit, nemo eſt, qui nõ videat ex præmiſſis. Nã ſi promiſſio interueniret, vtiq; nõ ſola obligatio promittentis oriri eſſet apta, quæ etiã oritur ex ſimplici acceptatione, ſed etiam delegatio ſolutio, & liberatio reſpectiue de quib. ſupra

Dicẽdũ 2. ex dicta præſentatione, & acceptatione oriri plenã probationem earũ obligationum, & exceptionum, quas oriri ſuperius probauimus, in tribus proximè precedentibus quæſtionib. ex traditione, & receptione litterarũ. Nã cũ is, cui traduntur, vel qui recipit litteras Cãbij, facile poſſet in ſibi odioſis, dictos actus negare, ſeu diſſimulare, & conſequenter eluſi remanerẽt iuris effectus ex dictis actib. reſultantes: id cõtingere nõ poteſt, ſeruata præſentatione, & acceptatione alterutro ex modis, prout ſupra expoſitum fuit. Cũ ſcartafacia feriarũ, in quib. dicte li neę, indices dictarũ acceptationũ, & preſentationũ, ſeu requiſitionũ plenã fidẽ faciunt, etiã ad fauorẽ ſcribẽtis, vt in puncto docet Rota noſtra apud Bellonũ *dec. 91. nu. 2.* De notula verò acceptationis, quæ fit a tergo ipſarum litterarum, nulla eſt dubitatio, quin probet cõtra ſcribẽtẽ, & hic eſt verus, & germanus ſenſus verborũ Pauli I. C. dum dixit, *in l. publica. Mauia* §. *Titius ff. depoſiti Ex „ epiſtola de qua quæritur obligationẽ quidem „ nullã matã videri, ſed probationẽ.* Quę nõ debẽt intelligi, denegãdo vires litterariæ obligationi, nec quatenus epiſtola deferẽdo cõſẽsũ ſcribentis, & vnita cõſenſui recipiẽtis, dat eſſe cõtractui, forte in dicta epiſtola cõtento. Sed in caſu, de quo in illo textu, prout continet narrationem ſequutorum, ad quã narrationem precisè, nihil præter probationem narratorum reſultat.

Et ex hac poſteriori concluſione deducitur ratio cur, licet plures effectus iuris oriãtur, ex traditione, & ex receptione litterarũ Cãbij, prout vidimus ſupra in tribus proxime precedentibus quæſtionibus, quãimmo nullus prorſus reſultet ex præſentatione, & acceptatione precisè ſũpta, qui nõ oriatur ex dictis receptione, & traditione, tamen ij omnes effectus, & non male, tribuũtur acceptationi, quia ſcilicet de eis plene conſtat, & doceri poteſt, tum demum poſita acceptatione expreſſa, quæ probatio, in tacita, vix elici poſſet, altero ex contrahentibus, reluctante. Et ideo, & ego quandoque, quando difficultas non verſabitur precisè circa diſcrimen dictorum actuũ, promiſcue ijsdẽ vocibus vtar.

Et ex prædictis conſtat non obſtare ea quæ in contrarium obijciebam.

Ad primũ namq; reſpondetur. Doctrinã illam 17 Bartoli procedere, & veram eſſe, quando is, qui mandat, eſt creditor campſoris, ſine quo requiſito, non poteſt eſſe locus delegationi, nec nouationi, vt *ibi* probatur, & oſtenſũ fuit ſupra hac eadẽ diſputatione q. octaua. Quinimmo nec id ſufficere, niſi interue- 18 niat ſaltem promiſſio, nomine mãdatis erga eũ, cui facienda eſt ſolutio, preſentẽ, & acceptantem. Quæ promiſſio non interuenit in ſimplici acceptatione, ex qua, ad ſũmũ, elicitur conſenſus in acceptante, qui longe differt, ratione efficaciæ, in caſu de quo agimus, ab expreſſa promiſſione, per ea quæ probauimus in prima concluſione. Et per cõſequens ceſſante delegatione, & nouatione ex deffectu promiſſionis, ceſſat pariter ſolutio, & ſatisfactio de qua in argumento.

Ad ſecundum reſpondetur, propoſitionem 19 qua ibi, verã nõ eſſe, nec de iure, nec de conſuetudine, de iure, patet per ea quę ſupra in priori argumento, & ea, quæ diximus hac eadem diſputatione quæſtione octaua. Et ipſimet auctores contrarij fatentur, tacite, dum ſuam ſententiam tuentur, allegata cõſuetudine mercatorum. Quia de contraria conſuetudine apud omnes conſtat præſertim mercatores Cambiorum. Qua certum eſt, quod quotieſcumque quis mandat per litteras Cambij, vel aliter, vt ſoluatur ſuo creditori, quod ipſe illi debet, numquam 20 intelligitur liberatus mandans, niſi ſequuta actuali ſolutione, vt præcipuæ vſuenit in ferijs, in quibus, numquam dator litterarum intelligitur liberatus, niſi tum demum, poſtquam perfecta feria, & traditis bilancijs inuicem cohærentibus, conſtat de actuali ſolutione, vt expoſuimus ſupra in prologomenis in verbo bilancia. Et ſi interim aliquis ex Bancherijs decoxerit, nõ obſtante acceptatione, & quauis promiſſione inde forte ſecuta, dator litterarum remanet obligatus, vt in ferijs eſt notorium. Ad Auctores autem contrariæ ſententiæ (præterquam quod fundantur ſuper conſuetudine allegata, quæ non eſt vera, & propterea parum obſtarent) tamen, reuerẽtia tantorũ nominum reſpõdetur, caſum Af

dicti in allegata deciſ.353.&vorum eius,de
21 quo in ea,veriſſimum in ſe eſſe de iure; licet alijs rationibus,per eum nõ perpenſis. Quãdoquidẽ,in illo caſu, Hiſpanus ille fecerat quitationem per inſtrumẽtum ad fauorem illius Benigni, de pretio ſibi debito; quæ quitatio,licet de per ſe non eſſet apta, ad producendam liberationem dicti Benigni, non conſtito de legitima cauſa,tamen ponderandum eſt quod legitima cauſa vtiq; ex illo facto colligi plene poterat,quod ſcilicet ſequuta fuiſſet nouatio,non quidem per ad ditionem perſonę,quã fatcor eſſe inefficacẽ ad inducendam nouationem,per vulgatam legem finalẽ *C. de compenſ.* ſed per trãſactionem præcedentis obligationis, qua obſtringebatur Benignus ex pretio in aliam, & nouam, qua obſtingerentur illi de Spanochijs,& id,de conſenſu omniũ prædictorum, quo caſu etiam de iure nouo, etiamſi expreſſe,nec actum,nec dictum ſit;oriri nouationem ex incompatibilitate dictarum duarum actionum plene probatũ fuit ſupra dicta quæſtione octaua. Vnde cum ex dicta expreſſa quitatione per inſtrumẽtum, facta de dicta priori obligatione ad fauorẽ dicti Benigni,ſatis appatere videatur de voluntate contrahentium,volentium priorem extingui in Benigno,& nouam oriri in Spano chijs;iam patet eos nouare voluiſſe, & per conſequens Benignum illum ex iuris diſpoſitione liberatum eſſe. Quod ipſum deprehẽditur ex alia ratione:nam vt conſtat ex eadẽ deciſione in principio;dicti Spanochij erãt Bancherij in Ciuitate Neapolis,& in libris dicti Banci dederãt creditum dicto Hiſpano de pretio prædicto, & poſt modum pro illius ſolutione fecerunt litteras Cambij eidem Hiſpanũ ante decoctionem, ex quo facto,mirum eſt non aduertiſſe Afflictum eminẽtiſſimi ingenij,& ſũmę in iure noſtro eruditionis virum;oriri de iure etiam ſolutionem obligationis poſterioris,contractæ per dictum Hiſpanũ,contra dictos Spanochios. Tãtũ abeſt, vt poſſet dubitari de exiſtentia prioris in dicto Benigno,ad fauorẽ Hiſpani Nam primo: per receptionẽ dictæ partitæ in libris dictorum de Spanochijs,cum dicti Spanochij proponatur,ne dum mercatores, ſed etiam Bacherij;inter quę duo diſcrimẽ & cauſa diſcriminis. Deo propitio ſuo loco tradam)intelligitur adimpleta promiſſio,facta per Spanochios ad fauorem Hiſpani, cum dicta deſcriptio habeat vim ſolutionis in Bancherijs,& alibi probabo,nõ repugnãtibus cõtrarijs *Sec.207.vol.2.Strac. de decoc. par.5.n.6.* qui ſunt intelligẽdi de mercatoribus. Et cũ poſtmodum,de eodem credito,ſic ęę fuerint litterę Cãbij,ſoluẽdi ſcilicet, eidem Hiſpano, iſte litterę neceſſe eſt, quod fuerint factę in executionẽ præcedentis cãbij.& ſic quod Cambiũ celebratũ fuerit inter Spanochios debitores,& Hiſpanum ſtipulatorem,qui ex cauſa prędicta pretiũ prędictũ imputauerit in illud Cãbiũ, vt probauimus ſupra hac eadẽ diſputatione in praxi perfectionis Cãbij q.2.& diſputatione precedenti q.vigeſima ſexta. Vbi diſputauimus, an in Cãbio debeat interuenire actualis pecunię numeratio. Quod, ſi Cãbiũ de quo in litteris Cãbij datis,per Hiſpanum celebratũ fuit pro pretio ex ſumma debiti per Spanochios,iã in eorũ banco exiſtẽte, quæ in Hiſpanũ peruenerat ex eo,quod ſibi antiquitus debebatur per Benignũ illũ,quis tã iniquus iudex,qui a Benigno amplius exigat debitũ toties extinctũ,& in aliam,& longe diuerſã cauſam conuerſum? Merito igitur Afflictus ſentit in fauorem Benigni, & ius experiendi reliquit Hiſpano ſolum contra Spanochios. Nec huius rei grãtia habet neceſſe recurrere ad allegatam conſuetudinẽ. Et certẽ,ſi prędicta ponderaſſet;habuiſſet conformia vota collegarũ,quibus nõper ſuaſit, hoc mendicato prætextu conſuetudinis;non verę de facto,nec de iure ſubſiſtenti.

Stracha verò optimè,ſi quiſquam alicuius, de
22 mercatura meritus,qui pro hac eadem ſententia citatur *par.5.n.5.de decoct.* Verè propoſitionem illam non firmat,licet enim referat opinionem Aſi.de qua ſupra. Verumtamen abſolutè eam non firmat,ſed ibidẽ in fine cũ numero ſequẽti;ſũ addẽdo: Doctori atteſtãti de cõſuetudine non eſſe credendũ, niſi in foro in quo verſatur; tum conſiderando,Benignum illum fuiſſe etiam de Spanochijs, & tamquam propinquum veroſimiliter habuiſſe notam futuram decoctionẽ dicti banci; & per cõſequẽs fuiſſe participem fraudis illorũ decoctorũ,manifeſtè demõſtrat;ſe indiſtinctè,& abſolutè sẽtẽtiã Afflicti non probare, vnde immerito pro ea citatur. Rota vero noſtra *allegat. de eiſ. 4. nu. 9. & 10.* loquitur de promiſ-
23 ſione facta in bãco, quæ ſolutionis loco habetur,ſecundum communem conſuetudinẽ & in eodem ſenſu loquitur Rota Romana, quæ attẽditur de Communi conſuetudine,

tūdine, & verum eſt de Iure. Sed intelligendæ ſunt de banco, & bancherio, non autem de mercatore quolibet, inter quos maximum eſt diſcrimen; vt patet ex infra dicendis, hac eadem diſputatione, ſuo loco: dum agam de ſolutione, & quando illa contingat per ſimplicem ſcripturæ directionem Cumanus verò, primus auctor huius aſſertionis, vel non eſt audiendus extra forum, in quo ille verſatus fuit, circa conſuetudinem per eum atteſtatam, per ea quæ plene tradit Stracca vbi ſupra; vel intelligendus eſt de bancherio promittente, & adnotante in libro banchi partitam, ad creditum ſtipulatoris: quo caſu etiam, de Iure, reſultat ſolutio; Vel intelligendus non de ſimplici, & quacumq; promiſſione, ſed de ea, quæ eſt vnita nouationi, licet tacite, vt puta quando obligatio antiquior trasfunditur in nouam obligationem, iuxta ea quæ tradidimus ſupra queſtione octaua. Vel nullo modo eſt audiendus per ea quæ ſupra.

24

Reſpondetur ſecundo (& tollit omnem amaritudinem) Afflictus, & ceteri loquuntur in terminis promiſſionis, nos autem verſamur in ſimplici, licet expreſſa acceptatione, cuius vires valde diuerſas eſſe, ad effectum de quo agimus, patet ex eis quæ poſuimus ſupra in prima concluſione,

Ad tertiū, & poſtremū difficilior eſt reſpōſio, cū citati ibi DD loquētur in terminis, acceptationis litterarū cābij. Ideo examinādo Bald. *dict. l. p debito n. 2. c. de bō. aut. iu-*

25 *dic. poſſeſſ.* auctorē dicte sētētię. Qui licet inter noſtros Interpretes sūmus habeatur inquoctūq; argumēto; tamen in queſtionibus ad mercaturā pertinētibus ſuperat ſe ipsū. Nec mirū: cum in eis inter cætera ſe exercuerit; ipſe fateatur de ſe ipſo *in rub. c. de Coſt. pecu. in princ.* ſe fuiſſe aduocatū artis mercātię, & ideo, nō ſine maximo fūdamēto, & nō niſi iure expreſſo refragāte, ab eius doctrina in noſtro propoſito eſt recedendum.

Is igitur, dū reprobato Bartolo dicit datorē litterarū liberatū extitiſſe per ſolā acceptationē, factā p mercatorē Venetiarū, cui litterę erāt directę; Id ex eo probat, quia ſatis factū videtur pręsētāti, ex quo illū nummulariū acceptauit, per textū *in l. intercauſas §. ab eſſe ff. mād.* Item quia tacitè videtur facta nouatio, quia eſt facta permutatio debitoris, & loci, *l. omnes ff. de nouat. & pernotata per gl. in l. debitorem, & per Bartolum in l. delegare ff. de nouat.* verum ſit veri

26 tas Baldo eſt præferenda (per vt abſque dubio præferenda eſt) rationes prædictæ, nedum concludunt, ſed expreſſe repugnant certę iuris diſpoſitioni.

Quod enim ad primū attinet textus allegatus „ hæc habet verba. *Abeſſe intelligitur pecu-*

27 *„ nia fideiuſſori etiam ſi debitor ab eo delega-„ tus ſit creditori, licet is ſoluendo non fuerit, „ quia bonum nomen facit creditor, qui admit „ tit debitorem delegatum.* Hactenus in propoſito Paulus Iureconſultus; Quorum verborū ſenſus eſt vnius eiuſdem lecturæ apud omnes gloſam. Bartolum, & Baldum ipſum ibi. Non obeſſe, ſcilicet delegationi, quod

28 nomen delegatum non ſit ſoluendo. Sed in caſu propoſito Baldi nulla proponitur facta delegatio de illo mercatore Venetiarum, cū nō præſupponatur eum eſſe debitorem mercatoris, Piſarum delegantis quod eſſe neceſſarium requiſitum ad delegationem ſæpius diximus, & de communi ſententia teſtatur *Mandellus Albe niſi conſ. 2. num. 13. lib. 1.* Item nulla ne dum ſtipulatio, ſed nec promiſſio appareat facta per ſimplicem acceptationem litterarum a ſcriptarum, vt vidimus ſupra in prima concluſione, & quotaua hac cadē diſputatione. Et quod magis eſt ad effectū vt locus eſſe poſſit diſpoſitioni de qua in

29 textu prędicto, nec eſſarió requiritur, vt creditor qui dictam delegationem admittēt, nominis ſcilicet nō ſoluēdo, id faciat ſciēter vt declarat gloſa *d. §. abeſſe verbo admittit*, & probat ibidē ipſemet Baldus quo auctore

30 minori verecundia dicere poſſumus dictum fūdamentū ex dicto textu per eumdemmet deductū nihil probare niſi caſu quo dictus mercator Venetiarū fuiſſet debitor mercatoris Piſarum, & receptis litteris promiſiſſet expreſsè ſolutionem creditori præſenti, & acceptanti, ac ſcienti dictū promittentē non eſſe ſoluendo. Qui caſus non quadrat propoſitę per cū quæſtioni, niſi ſuppleatur ex prę miſſis. Certè nō quadrat quæſtioni noſtræ in qua agimus de ſimplici acceptatione litterarū facta p eū cui tracta dirigiť, circūſcriptis omnib. prędictis, & cōſequēter nihil obſtat cōclufioni ſuperi? firmatę dictū Baldi.

Quod etiam mancum vel minus explicitum

31 eſſe, innuunt illa verba poſita in ſuo themate; quibus dicit: litteras illas Cambij continere, quod ille cui diriguntur, deberet eos ſoluere, & ſuper ſę recipere iſtud

Cambium. Neque n apparet effectus illorum verborum, *& ſuper ſe recipere illud cambium*; Nam ſi in eis nihil aliud mandabatur præter ſolutionem, dicta verba ſunt omnino ſuperflua, & ſecundum præſentem conſuetudinẽ eis nõ vtuntur Mercatores, contenti eis ſimpliciter iuſſiſſe ſolutionem. Quod ſi aliquid præcreæ denotatur implicitè in dictis verbis, prout forte ferebat conſuetudo illorum temporum, ſecundum quorum diuerſitatem diuerſimode hunc contractum celebratum fuiſſe; notauimus ſupra diſputatione prima quæſtione quinta; id non repugnat cambio vt alibi vidimus; & non officit concluſioni noſtræ; prout etiam id expreſſe demonſtratur, ex traditis per eundemmet Baldũ *in d. §. ab eſſe* vbi teſtatur de ſe ipſo, ſe vſum eſſe hoc textu, hoc eodem loco, *d. l. pro debito C. de bon. aut. Iudic. poſſid.* ad quæſtionem de mercatore, qui acceptauerat litteras Cambij, & poſtea aufugit ad hoc vt agat contra Reum pro quo fideiuſſit. Quis eſt igitur hic Reus pro quo fideiuſſit, cõtra quem creditor agere debet? Certe in quęſtione noſtra nihil tale; Nec in quęſtione per Baldũ propoſita, niſi aliũde ſuppleatur, Certe vel corruptus vel mãcus locus; & in omnẽ caſũ nihil cõtra nos.

Nec maioris ponderis eſt poſtremum fundamentum Baldi; quod, ſcilicet, videatur facta nouatio; quia eſt facta permutatio debitoris & loci. Quia adhuc non apparet, quid operetur illa loci permutatio, nec adhuc conſtat factam fuiſſe permutationem debitoris. Nam quod ad textum attinet

32 allegatum *in Lamnes ff. de nou.* in eo nil aliud habetur, niſi quãcumque obligationem nouari poſſe, ſi hoc agatur, vt nouetur, nam alias duę erunt obligationes; Et gloſa ibi explicat ſiue tacite, ſiue expreſſè, dicit etiam tacite vtiliter fieri poſſe; (licet de Iure Cod. exigatur, vt fiat ex

33 ſe) ſaltẽ per viã exceptionis, quod nos nõ negamus. Sed adhuc exigimus, vt magis explicetur in caſu Baldi id; ex quo conſtet partes nouare voluiſſe. Certe in quæſtione noſtra id non conſtat; gloſa vero pari-

34 ter allegata *in l. ſi debitorem ff. de nouat.* tunc demum nouare poſſe eum cui iuſſum eſt ſolui dicitur; quando ei ceſſæ ſint actionis a iubente; ſed nec in caſu Baldi apparet de actionibus ceſſis contra debitorem Venetiarum, nec quomodo creditor per ſimplicem præſentationem litterarum cẽ eo nouauerit. Ergo vel Baldus aliquid implicite ponit in quæſtione ſua quod non aperit, vel certe non probat, & certe nihil ad nos.

Quod manifeſtius ſit ex traditis per Bartoli pariter allegatũ *in l. delegare ff. de nouat.* vbi occaſione textus expreſſe dicẽtis; dele-

35 gare nil aliud eſſe, niſi alium vice ſua dare reum creditori; Dicit ad effectum prędictum duplicem actum interuenire debere; vnum inter delegantem, & delegatum qui per ſimplicem ſcripturam fit; alium qui inter delegatum, & creditorem, qui neceſſario per ſtipulationem expediri poteſt. Ergo cum Baldus in caſu nõ aperiat hunc ſecundum actum, vel is ſubintelligẽdus eſt, per quod eius dictum egrediturque æſtionẽ noſtrã, vel certe nõ eſt audiẽdus

Sed auſim dicere Baldum in ſubſtantia con-

36 trarium ibidem ſentire; poſita pro cõſtanti ſubſtantia, & natura contractus cambij, quam ſupra late probauimus & præcipue in prima diſputatione queſtione vndecima; vbi de illius ſubſtantia ex profeſſo diſeruimus & queſtione decima; vbi eundem cõtractum inter nominatos recenſui. Subdit enim ibidem Baldus: quod ſi primus Campſor promiſiſſet ſe facturum, &

37 curaturum, quod ſtipulatori ſolueretur; quod tali caſu non connumerabitur inter creditores fugientis, ſed inter creditores ſcribentis; ſed ſic eſt quod ſcriptor, ſeu dator litterarum Cambij, etiam circumſcripta prædicta expreſſa promiſſione, tenetur ex natura, & viribus contractus Cãbij curare opere, & cum effectu, vt pecuniæ de quibus in litteris ſoluantur ſtipulatori. Ergo ſecundum hanc ipſam Baldi doctrinam, etiam ſi non interuenerit dicta expreſſa promiſſio, computabitur ſtipulator inter creditores ſcriptoris, non, autem eius, qui aufugit. Minorem propoſitionem probo. Nam promiſſio illa; qua

38 quis ſe obſtringit facturum & curaturum quod alius faciet; ſecundum comunem opinionem Doctorum, non eſt tantæ efficaciæ; vt ſi promiſſor fideliter omnem adhibeat diligentiam poſſibilem, vt promiſſa præſtentur, ſi id obtinere non potuerit, quod ipſemet teneatur adimplere de proprio; ſed certius eſt, eum non obſtante tali promiſſione, liberari, etiam in promiſſione iurata, *gl. finine ex reſcripto*

90

39 9. & ibi Abb. nu. 10. ext. de iureiur. idem Abb. in c. Gemma n. 9. verſ. ad unum, de ſpõſal. & in c. ſignificantibus 38. in fin. de off. deleg. & conſ. 90. nu. primo vol. primo Anto de Butr d. c. Gemma nu. 7. verſ. ſed eſt dubium Fed. de ſen. conſ. 122. Bart. conſ. 236. vol. primo Aretin. conſ. 142. n. 2. verſ. unio igitur Aſtic. deciſ. 295. nu. 4. 5. Dec. conſ. 312. ante numerum ſecundum verſ. ſed tamen prædictis, vbi teſtatur de Communi Ruin. conſ. 67. nu. 1. 2. vol. 4. Alex. conſ. 148. n. 2. vol. 7. Bologn. conſ. 51 nu. primo Crauet. conſ. 272. nu. 12. Alcia. conſ. 9. nu. 17. lib. 8. Pariſ. conſ. 110. per tot. vol. primo Curt. Iun. conſ. 296. nu. 33. Natt. cõſ. 451. nu. 42. Feretl. conſ. 128. nu. 9. vbi teſtatur de communi Eugen. conſ. 12. nn. 98. vbi de communi Vin. de comm. opin. 670. nu. primo & 2, Couar. cap. quamuis ſecunda parte §. 5. nu. 3. 4. de paſſ. in 6. Decia. conſ. 8. nu. 124. vol. primo & conſ. 85. nu. 21. vol. 5. Menoch. conſ. 239. nu. 13. Surd. conſ. 3. nu. 2. & deciſ. 234. nu. 12. Cauall. com. cont. concl. 146. nu. primo & 18. vbi quod hac opinio tenenda eſt in conſulendo, & in dicendo Baldell. conſ. 158. nu. 18. Rota Rom. deciſ 379. nu. 12. ex colectis per Far. ſecunda part. Sed quatenus recede-

40 re vellimus a communi ſententia, & adhærere cõtrariæ cuius eſt auctor nõ ignobilis Aretinus in l. ſi ita ſtipulatus 97. §. poſſum ff. de ver. obligat. quem refert. Couar. vbi ſupra nu. 3. verſ. hanc opinionem volentis quamlibet diligentiam non excuſare promiſſionem; illa ſatis ratione, fuſius exornata per Socinum Seniorem cõs. 288.

41 nu. 21. vol ſecundo, Quod ſcilicet, nulla proſit diligentia quando difficultas aderat ab initio; cum ſibi imputare debeat qui ſciens, vel ſcire debens difficultatem nihilominus ſe obligare voluit; Adhuc, & ad ſummum, per huiuſmodi promiſſionem dator litterarũ nõ ad aliud efficaciter obligatur, quam ad ſoluendum id quod in ipſis litteris continetur, Sed ſic eſt, quod ex natura, & ſubſtantia contractus cambij, dator litterarum tenetur, tamquam principalis debitor illius, ad ſummam in contractu deductam diſſoluendam, licet in dictis litteris mandauerit receptori ſolutionem, vt probatum fuit d. q. vndecima in prima diſputatione; ergo cum dicta promiſſio ſeu obligatio requiſita per Baldum, efficaciter inſit in natura contractus, de quo agitur; Eumdem effectum reſultare dicendum eſt, non obſtante omiſſione dictæ promiſſionis. Cum tacitum, quod ve-

42 nit ex natura contractus, habeatur pro expreſſo l. ſi. cum quid num. 17. ff. ſi cert. pet. Et ſane non minus obligatum diceremus venditorem ad præſtandam rem venditam, ad quod tenetur præcisè ex vi contractus, quam ſi expreſſe promiſiſſet, ſe curaturum, vt per aliũ fiat rei venditæ conſignatio. Ergo Baldus in ſubſtantia ſenſit, per dictam præſentationem, & acceptationem litterarum, datorem non liberari, nec per conſequens, vllam noationem, aut dellegationẽ ex ea reſultare.

Ex prædictis igitur ſatis (vti arbitror) conſtat quomodo ſit intelligendum dictum illud Baldi, vel quatenus ei ſit fidendum, & propterea non cenſeo immorandum in refellendis cæteris, qui eius auctoritatem ſecuti, eumdem retulerunt, & per eadem fere verba (ne dicam iura, & fundamenta) pro ea dem ſententia cenſuerunt.

Illud ſolum ponderatione dignũ cenſeo, quod

43 ex ibi laudatis addit Salic. quẽ ibidem probat Maranta. Dum dixit in allegato nu. 4. verſ. ego autem primum caput. Quod ſi ille cui litteræ præſentantur, promiſſit ſoluere, & præſentans plenam fidem ei adhibuerit, quod in dubio videtur feciſſe, ſi apud eum litteras dimiſit, tali caſu ſentit Salycetus datorem liberatum. Non enim prædicta ſẽtentia ita de facili admittenda eſt; nam quã tumuis præſentans ſequatur fidem acceptã

44 tis, & ſic aduerſus eum acquirat actionem nõ tamẽ apparet quomodo liberetur dator litterarum, cum non ſit inconueniens aliquẽ plures habere obligatos, præſertim ex cauſa diuerſa. Et ſic tali caſu habebit quidem obligatum a cceptantem, vel vigore acceptationis mandati, vel ex eo quod adiectus fuerit ſtipulationi, prouenienti ex natura contractus Cambij; ſed non ideo minus retinebit obligationem ipſius datoris litterarum ex ipſa ſubſtantia contractus initi. Bene verũ eſt 9 poſſet ſuſtineri, & vera eſſet ſẽtẽtia Salyceti, ſi vt ipſe dicit acceptans etiã expreſsè promiſiſſet ſoluere tractam, ſi tamen cætera concurrerent ad delegationem neceſſaria per ea quæ poſuimus ſupra hac eadem quæſtione in prima concluſione; Sed cum ſimplex promiſſio ad delegationẽ non ſufficiat, dictum Saly. abſolutè ſumptũ, non eſt verum, nec ſequendum.

DI-

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO XIII.

Ex acceptatione litterarum Cambij super protextu quæ obligationes oriantur.

1 *Protestatio est vtilissimum iuris remedium, quo regulariter ius cõseruatur quod aliàs læderetur.*

2 *Contraria tamen factio hunc effectum non operatur, & non releuat protestantem.*

3 *Debitor litterarum, vel dator ipsarum, si nõ existente in loco destinatæ solutionis creditore, protestetur; vitat moram, & interesse.*

4 *Creditor si protestetur litteras præsente debitore, & contradicente, nihil agit.*

5 *Tertius soluens creditori præsenti, & contradicente debitore, non acquirit cõtra illum actionem.*

6 *Eleuatio protestationis litterarum Cambij fit tantum ab illo, cui est facienda solutio vigore dictarum litterarum, seu ad quem spectat quouis modo remissa ipsa.*

7 *Litteræ Cambij acceptantur, & soluuntur super protestu, vel ab eo, cui dirigitur tractæ vel ab eo, cui dirigitur remissa, vel à tertio.*

8 *Acceptans litteras Cambij, & soluens super protestu, dicitur perficere Camby contractum.*

9 *Eleuans protestum supponit carentiam perfectionis ipsius contractus, & ex dicta carentia perfectionis insurgit ius, & actio contra datorem litterarum.*

10 *Contra datorem litterarum, vbi solutio non sequitur, & protestum eleuatur, datur actio etiam ad interesse, & quocunque in loco.*

11 *Destinatio loci solutionis operatur de rigore iuris, quod in nullo alio loco valeat solutio peti.*

12 *Declara respectu directæ actionis, secus respectu vtilis, ne in manu debitoris sit nõ accedere ad locum solutionis destinatæ, & solutionem vitare.*

13 *Et hæc vtilis actio datur etiam ad interesse ob non factam solutionem loco destinato.*

14 *Prator æquitatem sectari debet.*

15 *Interesse ex circumstantijs legitimis potest excedere legitimum vsurarium modum.*

16 *Cambium reducit in materia interesse cuncta ad æqualitatem iustitiæ.*

17 *Mandata quæcunque in litteris Cambij contenta cessant, & sunt sine effectu, quando littera sunt protestatæ, & contra datorem litterarum datur actio negotiorum gestorum.*

18 *Mãdatum de soluendo in certam debet dirigi personam.*

19 *Mandatum regulariter non extenditur ad casus non expressos.*

20 *Mandatum de soluendo non dicitur acceptatum per litteras protestantem.*
Contrarium num. 59. & seq.

21 *Acceptare mandatum est voluntatis, cõsumare acceptatum necessitatis, & 22.*

23 *Actio negotiorum gestorum intrat semper, & in omni casu, vbi mandatum deficit.*

24 *Quando tamen tractæ non spectat ratione proprietatis ad datorem litterarum, tunc non datur contra illum actio negotiorum gestorum.*

25 *Actio negotiorum gestorum competit soluenti contra illum, ad quem negotium spectat.*
Sufficit tamen quod spectet ratione curæ, & sollicitudinis. 74.

26 *Non datur soluenti pro alio contra illum, cuius contemplatione soluitur, nisi is ratum habeat. Contrarium soluente pro honore litterarum num. 33. 34. vbi de ratione & nu. 75.*

27 *In actione negotiorum gestorum expectãdus est euentus an vtiliter gestum sit.*
Vide num. 76.

28 *Immo nec hoc sufficit, sed perpendum etiã est, ne tale sit, vt sit oneri patri familiæ etiamsi gerens putat vtile esse. vide n. 76.*

29 *Accedens ad alienæ negotia gerenda tenetur de dolo, & culpa.*

30 *Et quandoque etiam de leuissima numer.*

31 *Immo, & quandoque etiam de casu, & quando remissiuè.*

32 *Soluens indebitum pro alio non repetit.*

34 *Soluens tractam, & soluens super protestu acquirit actionem negotiorum gestorum, & nõ mãdati, & de ratione contrarium n. 48. & 77.*

35 *Acce-*

55 *Accedens ad negotia ſi partem tantum facit, tenetur tamen de omnibus.*

56 *Negotiorum geſtor tenetur exigere a ſe ipſo.*

57 *Soluens acquirit actionem etiam contra illū, ad quem ſpectat tractatus, etiam ſi illius cōtemplatione non ſoluat.*

58 *Proteſtationis praxis eſt illam facere non ſolum contra datorem litterarum, ſed cōtra alios quoſcumque ad quos ſpectat quouis modo Cambium.*

59 *Acceptans litteras Cambij ſuper proteſtu, & ſoluens quilibet contenta in illis, acquirit non tantum actionem negotiorum geſtorū contra datorem litterarum, ſed cōtra alios quoſuis quomodolibet obligatos, ſcu ad quos ſpectat Cambium, ſiue ratione proprietatis, ſiue curæ, & ſollicitudinis.*

60 *Actio negotiorum geſtorum generalis eſt cōprehendens quemcumque caſum, quaſuis perſonas, etiam ignorantes, & furioſas, nec ex vlla etiam falſa opinione gerētis denegatur, & ratio affertur. Intelligēdo contra plures copulatiuè, etiamſi idem negotium ſit, & ex diuerſis cauſis ſpectet pluribus. 41 magis tamen efficaciter cōtra datorem litterarum 47.*

62 *Ampliatur etiamſi is actus eſſet potens ad producendum in gremio, & ad ſui fauorē actionem efficaciorem erga alium non enim impedit ortum huius actionis negotiorum geſtorum.*

63 *Gerens negotium ex mandato alieno habet & contra mandantem actionem mandati, & contra alium cuius eſt negotium actionem negotiorum geſtorum.*

64 *Poteſt acceptans litteras ſuper proteſtu, & ſoluens habere aliam actionem prater negotiorum geſtorum, & nu. 73.*

65 *Actio oritur ſemper ex actu, qui potiōr eſt*

66 *Actio mandati potentior actione negotiorum geſtorum.*

68 *Condictio ex lege regulariter tunc oritur cū introducta noua obligatione non exprimitur quæ actio oriatur, declarando, vt num. ſeq.*

69 *Capitulum feriarum obligans datores litterarum ad ſolucdum id quod ſolutum fuit, ſuper proteſtu non diſponit directè ſuper ipſa obligatione oriente ex geſtu negotiorum ad alios ſpectantium ſed circa obligationem ipſam non de re ipſa, ſed propter ipſam emanauit.*

70 *Condictio ex lege inducitur etiam a Statuto conſuetudine, & moribus.*

71 *Oriens ex conſuetudine cumulatur cum alia actione.*

72 *Acceptans litteras Cambij ſuper proteſtu, & ſoluens acquirit actionem mandati contrariam contra datorem litterarum, & contra alios negotiorum geſtorum, & n. 58*

73 *Mandatum acceptare intelligitur, qui illud exequitur.*

74 *Proteſtantis litteras in ſolutione, & acceptatione intentio non eſt directa contra mandatum de ſoluendo, & multò minus cōtra ſolutionem ipſam, ſed ad alia toto cælo diuerſa.*

75 *Ex duobus mandatis diuerſis liberum eſt vnum implere, & ab alio ſe abſtinere, declarando expreſſè num. 54 & 78.*

76 *Scac. de Camb. §. 2. gl. 5. num. 369. impugnatur.*

79 *Mandatum de ſoluendo continet duo mandata, nempe de ſoluendo vni, & alteri de exigendo, & vnum ſine altero ſtare non poteſt*

80 *Mandata prædicta per mortem, aut deceſſionem eius, cui ſoluendum eſt, extinguuntur vt & per mortem illius, qui ſoluere debet.*

81 *In mandatis interpretandis mens verbis præferenda.*

82 *Et obſeruandum eſt id quod vel tacito intellectu actum fuit.*

83 *Quando eadem, vel maior ratio concurrit, mandatum non dicitur extendi, ſed caſus dicitur couprahenſus.*

84 *Mandatum non recipit angustam interpretationem.*

85 *Mandatarius tenetur de culpa.*

86 *Acceptans litteras Cambij, & ſoluens ſuper proteſtu, nullam penitus contrahit obligationem paſſiuam orgà quemuis in eis, vel in litteris aniuj nominatum.*

87 *Ex acceptatione, & ſolutione ſuper proteſtu nulla exceptio ad fauorem alicuius, cuius vi impediatur ſic ſoluens repetere admittitur tamen compenſatio. 71.*

88 *Actus agentium non operantur vltra intentionem.*

89 *Immò à principali intentione regulantur.*

90 *Nec contra intentionem ſuſtinetur etiam ſi ſui natura ſit fauorabilis.*

92 *Condictio ex lege datur etiam in concurſu actionis negotiorum geſtorum.*

ÆPIVS incidit mẽtio de protestationibus; quę fiunt occasione litterarum Cambij. Hic vero locus, suo quasi iure, poscere videtur, vt antequam ad solutionem ipsam accedamus, examinemus naturam, & effectus qui in proposito litterarum Cambij resultant ex protestationibus, secundum terminos propositæ quæstionis. Certum igitur est protestationem, in vniuersum, vtilissimum esse iuris remedium, quo regulariter ius nostrum, quod aliàs lederetur conseruamus *l. si debitor 4. §. si in venditione, & ibi Bart. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu. post. alios Surd. cons. 385. numer. 20.* Dummodo tamen dicta protestatio non repu-
2 gnet facto ipso, quod per protestantem geritur *c. gratum c. solicitudinem de apel. l. non solum §. mora ff. de oper. nouu. nunciat.* Modo, in proposito, non agimus de protestatione, quæ fit a debitore litterarum, quando in loco destinatæ solutionis non reperitur creditor; cuius effectus est, vt ces-
3 set quæcumque mora ipsius debitoris, & ad nullum interesse ex inde teneatur. *l. si qui*
4 *certo 10. ff. de eo quod cert. loc. & ibi Doctores communiter.* Nec etiam quando protestatio fit ab eodemmet creditore debitore præsente, & contradicente; cuius effectus
5 est, vt si quiuis tertius solueret, non acquirat contra eum actionem *l. si pro te ff. mandat. l. vlt. C. de negot. gest. post alios Soc. Sen. cons. 286. lib. secundo & cons. 61. nu. 5. lib. 4. Crauett. cons. 238. col. vlt. in princ. Menoch. cons. 296. nu. 25.* Rursus aduertendum est, dum de protestationibus quæ versantur circa litteras cambij agimus: id in facto diuersimode contingere. Aliquando enim litteræ ipsæ protestantur, seu (quod idem
6 significat) eleuatur ab eis protextũ; quod facerenullus aliusposset, nisi ille, cui est solutio facienda, vigore dictarum litterarum, seu ad quem spectat quouis modo remissa ipsa, de qua in litteris. Et de hac protestatio-
7 ne loquitur statutum Genuæ *lib. 4. c. 15. de Camb. & lib. 2. c. 4. in prin. de Cust. breuiori* & capitula feriarum *cap. 6.* Aliquando vero acceptantur, & solutuntur super protextu, vel ab eo cui dirrigitur tracta, vel ab eo cui remissa, vel ab omnino tertio. De primo loquuntur statutum Genuæ *lib. 4. c. 14. de compens. §. qui voluerit cum duobus seqq.* Capitula feriarum *cap. 5.* & Decis. Rotæ Genuæ apud Belonum, *decis. 6. & decis. 19. & decis. 23. Scac. de Camb. §. 2. gl. 5. a nu. 358.* De secundo idem statutum Genuæ, *lib. 4. c. 14. §. si tracta* & cadẽ feriarum capitula *c. 35. in fin. vers. Dichiarando che l'accettatione* de tertio loquitur Rota Genuæ apud Belonum *decis. 6. nu. 8. decis. 41. nu. 5. decis. 32. nu. 3. decis. 50. nu. primo* & de his omnibus simul iunctis lo-
8 quuntur capitula feriarum *c. 34. & 35.* Hæc autem duo longe differunt inter se; vsq; adeo, vt qui acceptat, & soluit litteras super protextu, (quicumq; tandem ille sit) dicatur perficere ipsum contractum Cãbij, ad quod, & contractus, & litteræ dirriguntur; qui vero eleuat prætextum, per necessarium antecedens, supponit carentiam
9 perfections ipsius contractus. Quinimo ex tali defectu, seu carentia perfectionis insurgit ius, & actio in ipso protestante, agendi ex eodem cambio contra datorem litterarum; ad instar emptionis, in qua, re non tradita, datur actio ex empto. *l. prima ff. de actio empt.* Quod aliàs facere non poterat post celebratum contractum & receptionẽ litterarum, per ea quæ vidimus supra hac eadem disputatione quæstione 9.

Sanæ prætereundum nõ est, in proposito huius elenãtis protextum; extra omnem quæstionem esse, per hunc actum protestationis, oriri nedum actionem contra datorem
10 litterarum, ad quãtitatem de qua in litteris cambij, sed etiam ad iustum interesse, ob nõ factam solutionem loco, ac tempore destinato. Licet enim, qui certo aliquo loco sibi dari stipulatur, censeatur de rigore
11 iuris quoad alia, & diuersa loca sibi præiudicasse *l. quæsitum §. idem ff. defund. instr. l. fin. §. liquidum C. de pact.* Sed quia iniquum erat, si promissor ad cum locum in quem daturum se promisisset, numquam accederet, quod vel data opera faceret, vel
12 quia aliis locis necessario distringeretur, non posse stipulatorem ad suum peruenire Ideo iustum fuit vtilem actionem in eam rem comparare: vt totidem plane verbis
13 respondet Caius I. C. *l. prima ff. de eo quod cert. loc.* Quæ actio vtilis, ne dum datur ad capitale, sed etiã ad interesse ob non factã solutionem loco destinato *l. arbitraria ff. de eo quod cert.* Quod interesse licet pendeat per eamdem legem ab arbitrio Prætoris

ris, qui tamen in hoc æquitatem præ occu-
lis habere debet. *l. quod si in fin. ff. de eo quod*
14 *cert. loc.* non ideo minus ita limitanda est,
vel restringenda, vt si circumstantiæ tempo-
ris, & locorum, & maioris, seu minoris indi
gentiæ pecuniarum sufragantur, non possit
dictum interesse excedere legitimũ vsura-
rum modum *l. nam vtigin fine ff. de eoquod*
15 *cert. loc.* Et hinc maxime probabilis est mos
mercatorum, quod in eleuationibus dicta-
rum protestationum prætendant interesse
a datore litterarum, facto eius rationamẽto
per inde ac, si dator litterarum accepisset
in loco destinatæ solutionis eandem sum-
mam, de qua in litteris ab ipso eleuãte pro-
textum ad Cambium, & quidem pretio cur-
renti illo tempore quo faciẽda erat solutio
& pro loco a quo ipsæ litteræ processerunt,
quod ipsum expressum est in capitulis feria
rum *c. 16.* per illa verba in casu illo, *altrimẽ*
„ *te possa leuarne il protesto con la relatione*
„ *del prezzo per quella piazza doue e stata*
„ *fatta la lettera*. Cum enim istud interesse
per iura prædicta, pẽdeat a Iudicis arbitrio
qui scilicet æstimare debet quanti interesse
possit stipulatori, qui exbursauit pecunias
Genuæ pro habendis tali die Romæ, vel
in feria, hoc arbitrium nulla ratione certius
16 regulari poterit, nisi ministerio Cambij per
quod omnia ad summam æqualitatem iusti
tiæ reduci alibi probauimus *disputat. prima*
quæst. decima tertia, & qu. vigesima quarta.

Sed omisso priori illo casu, de eleuante protes-
tu, qui non est proprius quæstionis propo-
sitæ. Quæ prosequendo argumentum pro-
posite disputationis de perfectione Cambij
loquitur de acceptãte, vt ex inde soluar su-
per protextu, & sic perficiat cõtractũ Cãbij
Videbatur dicẽdũ per acceptionẽ prædictã su
per præstitu, a quocumq; tandẽ fiat, siue sit
ille cui fit tracta, siue ille cui remissa, siue
tertius, cessare in totum, siue sine ef-
17 fectu remanere mandatum, seu mandata
omnia de quibus in litteris protestatis, sed
insurgere actionem negotiorum gestorum.
Erga datorem litterarum *ad tradita l. solu-*
endo l. cum pecuniam ff. de neg. gest. l. so-
lutione l. soluere ff. de solut. late Menoch.
cons. 296. n. 23. Quod autem cesset in omni
casu mandatum, videtur certum; Quia in
tertio non est ambigendum, cum ad eum
nullum proponatur mandatum de soluen-
18 do, quod in certam personam dirigi debet,
l. diligenter l. si remunerandi ff. mandat. In
eo qui dirigitur remissa patet, cum ad eum
directum fuerit mandatum, contrarium sci
licet exigendi *d. l. diligenter.* Et regulariter
19 mandatum ad alios casus non expressos nõ
extenditur *c. cum in illis §. cum autem, & c.*
cui non de facerdotali de præben. lib. 6. Capu-
tag. dec. 181. num. 2. lib. 2. In eo demum cui
tracta dirigitur videtur id ipsum dicẽdum.
Quia licet in eum collatum fuerit mãdatum
20 de soluendo, tum illud protestando non ac-
ceptat, & consequenter ex tali cõtractu nul-
latenus obligatur, cum voluntatis sit illud
21 suspicere licet suscepti sit necessitatis consu
mare, *l. in cõmodato §. sicut ff. commod.* Vnde
licet mandatum a sola voluntate mãdantis
substantiam accipiat, non tamen dicitur per
fectum, nisi voluntate mandatarij accedẽte
Bal. l. 1. col. 2. vers. si tamen constituerẽ, & ad
finem vers. item nota ff. mand. Et tamẽ licet
22 acquiescat nec mandatum acceptet, & ad-
huc acceptat litteras Cãbij, super protextu,
& casu; postmodum soluat, intrat etiam in
hoc casu actio negotiorum gestorum, quæ
23 semper, & in omni casu subintrat, vbi man-
datum defficit, *l. si fideiussores 6. ff. ad Vell.*
§. igitur cum quis, & ibi gl. verbo sine man-
dato inst. de obligat. qua & quas contr. l. atq;
natura §. si libero l. fideiussor 34. ff. de neg.
gest. quam solum hoc casu intrare probat
Scacc. de Camb. §. 2. *gl. 5. num. 365. cum seq.*
Secũdo: nec etiam in omnibus casibus, quibus
24 contingit hæc acceptatio litterarum Cãbij
super protestu, videtur resultare actio nego
tiorũ gestorũ, scilicet in illis in quibus tra-
cta illa non spectat ratione proprietatis ad
ipsum datorẽ litterarum, quos casus recen-
sui supra hac eadẽ disputatione qu. sexta.
Tunc enim contra datorẽ litterarum, cessat
25 actio negotiorũ gestorũ quę solũ competit
cõtra eũ, ad quem negotiũ spectat *l. si quis*
mandato 29. ff. de neg. gest. nec dicamus ac-
ceptãtem super protextu id exequi pro ho-
nore litterarum, & nec contra eos eleuetur
protestũ, & successiue cõtemplatione ipsius
datoris quod videtur sufficiẽs ad hãc actio-
26 nẽ. Nã tũ demũ oritur actio negotiorũ ge-
storũ, cõtra eũ, cuius cõtẽplatione gestum
fuit, licet negotiũ spectet ad aliũ, quãdo is
cuius cõtẽplatione gestũ, & ratum habuit,
prout soluẽs hãc difficultatẽ respõdet Vul-
pianus *l. si pupilli 6. §. Itaquæritur ff. de neg.*
gest. reddens solutionis rationẽ per illa ver
ba. *Sed ratihabitio* (inquit) *facit suũ negotiũ.*
Tertio nec etiã videtur vllo casu cõsultũ indem-
nitati eius, qui sic acceptat, & exinde soluit

ſuper protextu (qui tandem ille ſit ex illis tribus,qui id facere poſſunt, & cõſueuerũt) per actionem negotiorum geſtorum . Quãdoquidem ad hanc actionem ad fauorem
27 gerentis producendã,expectandus eſt euẽtus,an ſcilicet vtiliter geſtum ſit *l. ſed an §. fin. ff. de neg. geſt.* Quinimmo nec etiam ſufficit vtiliter geſtum eſſe,ſed illud etiam perpendendum eſt,ne tale ſit, vt ſit oneri patri familias,etiam ſi gerens putet vtile eſſe , nã
28 tali caſu Vulpianus *in l. ſed an' in fin. §. is autem ff. de neg. geſt.* denegat actionem his
„ verbis. *Ego quæro quod ſi putauit ſe vtili-*
„ *ter facere , ſed Patrifam: non expendebat.*
„ *Dice hunc non habiturum negotiorum geſto-*
„ *rum actionem* . Præterquam quod ille, qui
29 accedit ad aliena negotia gerenda , ne dum de dolo,ſed etiam de culpa tenetur *l. ſi negotia ff. de neg. geſt. l. tutori C. eod.* & quan-
30 doque etiam leuiſſima *l. ſi pupilli §. fin. ff. de neg. geſt. gl. d. l. ſi negotia verbo culpam.* Quinimmo,& quandoque etiam de caſu *l. ſi negotia ff de neg. geſt.* Cuius modos ſex enu-
31 merat , & proſequitur gloſa *d. l. ſi negotia verbo ſit ſolutus, & ibi gl. marg.* Male igitur conſultum fuit acceptanti , & ſoluturo ſuper protextu,ſi ſolum actionem negotiorũ geſtorum conſequeretur,quæ ex tot cauſis, & adeo in facto contingibilibus , eludi poteſt in maximum damnũ ſic acceptantis,& ſoluentis . Quod eſſet ineuitabile,quatenus indebitum ſolueret. Nam licet gerens negotium alienum,ſi indebitum exigit, teneatur
32 hac actione reſtituere exactũ Domino pro quo geſſit,ſi tamen ſoluit indebitum , nulla ratione ab eo repetere poteſt *l. ſi quis negotia 24. ff. de neg. geſt.* Et propterea videtur
33 pinguius conſuluendum , ſeu verius dicendum videtur pinguius eſſe conſultum , de iure ſic acceptantibus , & ſoluentibus,cum experientia doceat eis de facto ſubueniri, nulla ex præmiſſis admiſſa exceptione.

Confirmatur:quia ratio potiſſima,cur ille , qui acceptat,ac ſoluit tractam ſibi factam ſuper
34 proteſtu acquirat actionem negotiorum geſtorum contra dominum, non autem mandati,illa eſt,quia cum litteræ illæ contineãt & mandatum de ſoluendo,& de dando debito de ſolutis illi,vel illis de quibus in litteris quod poſtremum recipiens litteras facere non intendit,non poteſt,hoc poſteriori neglecto mandato,primum de ſoluendo exequi;vt late proſequitur Scaccia *de Cãb. §. 2. gl. 5. a num. 369.* Sed ſic eſt quod ſi is,

35 qui acceſſit ad negotium alterius partem tantum geſſit , dimiſſa alia parte , id facere non poteſt,ſed de omnibus tenetur *l. ſi pupilli §. fin. ff. de neg. geſt. & ibi Bart. & DD.* Ergo vel non proderit proteſtatio , ſed adhuc tenebitur adminiſtrare , & gerere omnia contenta in dictis litteris, aut alia ratio erit aſſignanda. Et hoc fundamentum fortius ſtringit,ſi eueniret caſus,quo is, cui dirigitur tracta,aut quilibet alius, qui acceptet ſuper protextu,eſſet debitor datoris ; & in litteris ei diceretur, & mandaretur,quod debitum dictæ tractæ poneret ad ſui computum. Nam cũ negotiorum geſtor teneatur omnino a ſe ipſo exigere vt idẽ textus,
36 *d. l. ſi pupilli §. fin. ff. de neg. geſt.* expreſſe de terminat.ſi acceptans,& ſoluens ſupra protextu tractam,tali caſu nullam aliam actionem acquirit præterquam negotiorum geſtorum,vtique inutiliter proteſtatur ; cum omnino teneatur etiam ſecundam partem. litterarum exequi,&vti negotiorum geſtor datoris a ſe ipſo exigere.

Demum,ſi acceptans,& ſoluens ſuper protextu,nullam aliam acquirit actionem, præter quam negotiorum geſtorum contra ſcribẽtem,ſeu datorem litterarũ, vt placuit Scacciæ loco ſupra citato,videtur proteſtantem contra propria commoda labrare,& quod ipſi vtilius eſſet ſimpliciter ſoluere tractam abſq; vlla proteſtatione,ſaltem ſi caſus incidat,& ſermo ſit de illo,cui dirigitur remiſſa vel de tertio. Quoniam reſpectu ipſius datoris litterarum , & ex conſequenti debitoris ipſius Cambij , de quo in litteris , nulli dubium ſit ſimpliciter ſoluentem contra eũ defficiente mandato , oriri actionem negotiorum geſtorum *l. at qui natura §. non tantum ff. de neg. geſt. l. ſi deciuſſor 34. ff. eod. l. ſi*
37 *negotium C. eod.* Sed ſi debitum , de quo in tracta,ſpectabat etiam ad illum,ad quem in poſteriori parte litterarum mandabatur de bitum dari etiam contra eum, ille qui ſoluit,ſimpliciter acquirit eamdem actionem negotiorum geſtorum,etiamſi eius contemplatione non ſolucrit , *l. liberto 32. §. inter negotia, & ibi gl. verbo Sempronio tenebatur quam ibi ſequitur Bart. ff. de neg. geſt.* Ergo, ne dicamus proteſtationẽ,quæ fit in huiuſmodi acceptationibus, & ſolutionibus litterarum Cãbij,eſſe potius damnoſã,quã vtilẽ proteſtanti aſſignãdus erit aliquis,& quidẽ potentior effectus,& proteſtatione reſultãs quã actio negotiorũ geſtorũ cõtra datorẽ.

Con-

Confirmatur hoc posterius argumentũ pra-
38 xi ipsa, qua, in extensionibus dictarum pro-
testationum coram notario, non solum illæ
fiunt contra datorem litterarum, sed etiam
verbis expressis, contra alios quoscumque,
ad quos spectat, quouis modo Cambium
prædictum. Et hanc praxim non seruire de
uento patet ex capitulis feriarum *cap. 35.*
vbi disponẽdo de solutionibus factis super
protextu, capitulum habet hæc verba for-
„malia. *Debbano dell'istessa forma valersi di*
„*detto debito, ò da cui haueſſe fatto la tratta,*
„*ò da quello, ò quelli che ſi diceſſe in le lette*
„*re di Cambio, ò ſia in lettere di auiſo, doue*
„*danno notitia delle tratte ſpettano il debito*
Ecce igitur quod communis praxis intelli-
git, & leges Cambium determinant, actio-
nem etiam non obstante protextu, acquiri
contra alios præter datorem. Ergo non est
verum, vigore dictæ protestationis, seu ac-
ceptationis super protextu, fieri separatio-
nem ordinum, & mandatorum de quibus
in litteris Cambij, seu de quibus in eis, iun-
ctis cum litteris aduiſij, seu ſpachijs, & per
ſoluẽtem super protextu acquiri actionem
negotiorum gestorum contra datorem lit-
terarum tantum.

Dicendum primo: per acceptationem litte-
39 rum Cambij factã super protextu, & ex in-
de solutionem; (a quocumq; tãdem illa pro-
cesserint) oriri ex natura actus, ad minimũ,
actionem negotiorum gestorum, nõ solum
contra datorẽ litterarum, sed aliũ, seu alios
quoſuis quomodolibet obligatos, seu ad
quos spectet Cambiũ, seu tracta de qua in
litteris. siue dicta spectatio sit ratione pro-
prietatis, siue solius curæ, & solicitudinis.

Probatur conclusio per ea quę habẽtur in pro
40 posito supra in primo argumẽto, & vlterius
quia benefitium huius actionis generalissi-
mum est, & quẽcumq; casum, quasuis per-
ſonas etiã ignorantes etiã furioſas cõplecti
tur, nec ex vlla etiã falsa opinione gerentis,
denegatur, *l. ſi quis absentis l. ait Prætor l.*
ſed videmus l. mandati 48. l. qui vtiliter §.
fin. l. item ſi, cum toto tit. ff. de neg. geſt. ita exi
gẽte vtilitate absentiũ per verba Vulpiani
l. i. ff. eod. indefenſi rerũ poſſeſſionem aut vẽ
„*ditionem patiãtur, vel pignoris diſtractionẽ*
„*vel pœnæ comittendæ actionem, vel iniuria*
„*rem ſuam amittãt.* Et propterea iuremerito
termini huius conclusionis generales ponũ
tur, cõprehendentes quẽcumq; ad quẽ ne-
gotiũ quouis modo spectet, intelligẽdi etiã
copulatiue, vt sensus sit ex vnica acceptatio-
ne, & ex inde solutione, etiam cõtra plures
oriri posse actionem hanc, si plures sint ad
quos idem negotium licet exclusis diuersis
41 spectet dicẽte Vulpiano *in l. ſi pupilli ff. de*
„*neg. geſt. Si pupilli tui negotiam geſſero, nõ*
„*mandato tuo, ſed ne tutele iudicio teneariꝝ*
„*negotiorum geſtorum te habebo obligatum,*
„*ſed & pupillum, modo ſi locupletior factus*
„*ſit*, cui alia itura concordant *l. libero §. inter*
negotia, & ibi gloſ. & Bart. ff. de neg. geſt. Nõ
est igitur ambigendum, ex vnico actu plu-
res ex causa diuersa, eadem actione, teneri.
42 Quod procedit etiam in terminis in qui-
bus is actus esset potens ad producendam
in gerente, & ad sui fauorem actionem
efficaciorem erga alium, quod non impedit
ortum huius actionis negotiorum gestorum
ex quauis causa, qua de re est textus vnius
lecturæ *in l. ſi quis mandato 29. ff. de neg.*
43 *geſt.* Expresse statuens, gerentem negotiũ
ex mandato alieno, non solum habere obli-
gatum mandan. em actione mandati, sed
etiam consequi obligationem negotiorum
gestorum, cõtra eum ad quem negotiũ spe-
ctat. Nihil igitur gen eralius est hac actio-
ne (positis terminis habilibus s) cum nec a pu
pillo nec ab ignorante, nec a furioso, nec a
mortuo, nec a consimili, nec a diuersa actio-
ne excludantur quinimmo eum etiam errãs
consequatur, & vti possit.

Signanter posui in conclusione ad minimum:
44 quia si. secundum factorum contingentiam
casus eueniret ex quibus oriatur, quoad ali-
quos, aliqua potentior actio, vel ex natura
eiusdem actus acceptationis super protex-
tu, vel aliunde (de quibus in sequentibus
conclusionibus) tunc certum est, respectu il-
lorum cessare hanc actionem, & locum esse
illi potiori, & magis specificẽ. Nam sicuti, si
vigore mãdati negotium perficiatur, cessat
mandati actio, & oritur actio ex illo contra-
45 ctu, quæ potentior est *Iidem §. ſi quis Titio*
ff. mandat. Ita, & pariter: quando negotium
alterius sit vigore mãdati, cessat actio negot-
iorum gestorum, & consurgit actio man-
dati, quæ potentior est §. *igitur cum quis,*
& ibi gloſ. verbo ſine mandato Inſt. de oblig.
quæ ex quas contr. l. 1. §. mandatum ff. man-
dat. l. naturalis §. ſed ſi facio ff. de præſcript. verb.
Aret. l. 1. item intellectu C. de pro. Et succeſſi-
46 ue superius firmata conclusio inter eos tan-
tummodo locũ habebit, inter quos ex quali
tate actus nulla efficacior oriatur obligatio,

Dicendum ſecundo; retentis terminis de quibus in proxima præcedẽti concluſione; quod *in illis caſibus* in quibus acceptans, & ex inde ſoluens ſuper protextu, acquirit actionẽ negotiorum geſtorum contra plures perſonas, ratione diuerſorum reſpectuũ, de quibus ſupra, licet dicta actio, quoad ſubſtantiã videatur ex natura actus eiuſdem efficaciæ contra omnes; tamen magis efficax oritur contra datorem ipſarum litterarum; licet tracta ad ipſum ſpectaret ſola cura, & ſolicitudine, quam contra alium, ſeu alios, licet ad hos ſpectaret eadem tracta, ratione proprietatis: quinimmo, & contra datorem litterarum actionem negotiorum geſtorum conueri, ſeu formam, ac ſubſtantiam aſſumere condictionis ex lege, deducta ex capitulo trigeſimo ſexto capitulorum feriarum. 47

Probatur concluſio. Nam licet regulare ſit, cõ dictionem ex lege, tum demum oriri, cum introducta noua obligatione, non exprimitur quæ actio inde oriatur *l. vnica ff. de cõdict. ex leg.* Vnde videri poſſet, quod cum ex geſtu alieni negotij, ne dum obligatio, ſed etiam actio celeberrima a iure prætorio fuerit introducta, ceſſare deberet quæcumq; condictio, non obſtante allegato capitulo feriarum; quo aſtringuntur datores litterarum ad ſoluendum id, quod ſolutum fuit ſu per protextu. Quia, etiam circumſcripto dicto capitulo, ad id tenetur dator litterarũ, actione negotiorũ geſtorum, & ſuccedit tali caſu actionem, ſeu condictionem non oriri ex lege, ſed ipſa obligatione ſeu contractu *l. legitime ff. de pact. l. lege obuenire ff. de verborum obligat.* Verumtamẽ diligentius. 48 49

Perpendẽdum eſt: dictum capitulum feriarum non diſponere directò ſuper ipſa obligatione, oriente ex geſtu negotiorum, ad alios ſpectantium, ſed dicta diſpoſitio verſatur circa obligationem ipſam, & non de ipſa, ſed propter ipſam emanauit. Diſponitur enim, ibi, quod complens tractam ſuper protextu poſſit de ea ſe valere vel ab eo, qui litteras dedit, vel ab eo, cui diceretur eam ſpectare, & quatenus ad hũc poſterioriẽ traheret, qui eã, nec acceptaret, nec ſolueret, tunc valere ſe debeat in proximam feriã a datore ipſo, qui ſoluere teneatur: ex qua diſpoſitione conceditur acceptanti, & ex inde ſoluenti ſuper protextu, parata exequutio contra datorem, licet tracta ad eum non ſpectaret niſi cura, & ſolicitudine, non autem contra non datorem, licet negotium ad eum ſpectaret. Cum igitur capitulum prædictum non diſponat ſuper ipſa obligatione, oriente ex geſtu, ſed circa ipſam, tunc nihil impedit, quin dicamus ad effectum prædictum, oriri condictionem ex lege, *l. ſi quis argentum §. fin. C. de donat. l. vnica C. de ſaffrag. & per prædicta iura Bartolus magiſtraliter diſtinguens d. l. vnica n. 13. ff. de condict. ex leg.* Vnde cum condictio ex lege inducatur, etiam a ſtatuto, a cõſuetudine, & a moribus *Add. Marg. ſuper rubr. ff. de condict. ex leg. Bald. ibidem in l. vnica num. 6. Alber. ibidem num. 6.* Non erit deneganda in caſu noſtro vigore dicti capituli, non ſolum auctoritate publica conditi, ſed a communi omnium mercatorum conſuetudine paſſim obſeruati. Vt ſcilicet contra datorem litterarum, licet ad eum tracta non ſpectet, niſi ratione curæ, nec ex diſpoſitione iuris contra eum oriatur alia actio, prꝛeter quam negotiorum geſtorum, adhuc procedatur ad repetitionẽ ſolutorum ſummarie, & executiue, nullaque admiſſa exceptione. Quod cum non prouenire poſſit ex natura actionis negotiorum geſtorum, dicendum eſt prouenire ex condictione huius capituli, & cõſuetudinis. Quia condictionem cumulari etiam poſſe, cum alia actione, nõ incongrue tradidit cum Bartolo Baldus *d. l. vnica hic in princ. ille nu. 14.* Et propter ea ſignanter dixi in prima concluſione; actionem de qua ibi negotiorum geſtorum, oriri ex ipſo actu. Quandoquidem maiorem efficaciam, de qua in præſent i concluſione, contra datorem non ex ipſo actu, ſed ex lege, & conſuetudine vires aſſumit per ſupradicta. 50 51

Dicendum tertio acceptantem ſuper protextu & ex inde ſoluentem litteras Cambij, & cõſequenter tractam ſibi factam, acquirere actionem contrariam, mandato contra datorem litterarum, & contra alios ſi qui ſunt ad quos ſpectet actio negotiorum geſtorum. 52

Hæc poſterior pars concluſionis patet ex promiſſis. Priorem probo. Nam litteræ illæ Cambij continent mandatum de ſoluendo, datum ei, cui eædem litteræ diriguntur, vt vidimus hac eadem diſputatione quæſtione tertia, quod mandatum ſatis ſuperq; accepta re intelligitur, qui illud exequitur, prout facit ille qui acceptat, & ſoluit litteras *l. 1. cum toto tit. ff. mandat. l. quod ſæpe §. ſi quis amico ff. de contr. emptio.* Nec ortus huius actionis impeditur, aut impediri poteſt 53

teſtā proteſtatione facta per acceptantem,
54 quia illa non dirigitur contra mandatum de ſoluendo,& multo minus contra ſolutionem ipſam,ſed ad alia,& quidem toto cęlo diuerſa.Quinimo etiamſi expreſſe dicta pro teſtatio dirigeretur contra mandatum prędictum,forte nihil operaretur;cum eſſet cōtraria ipſi facto acceptationis, & ſolutionis, vt vidimus ſupra in exordio præſentis quęſtionis. Et hoc ipſum tenuit expreſſe,& optimè Rota noſtra apud Bellonū *dec. 19.n.4.* vbi docet dictam proteſtationem non reſpicere mandatum de ſoluendo de quo in litteris,ſed aliud mandatum poſterius, deponēdo ſolutum ad debitum illius Baliani. Et id quidem illa concludentiſſima ratione (quam poſuimus ſupra hac eadem diſputatione qu. quinta.) Quia dicta duo mandata ſunt omni no diuerſa,&ſuper factis diuerſis cōcepta.*arg.l.2.C.de donat.ant.nupt.Oldrad conſ. 297. Bart.in l. Aurelius §.item quæſit ff.de liber.lega.Felyn.cum inter de re iudic.* Vnde vnum bene poterit ſine alio adimpleri *l.Celſus,& ibi arg.ff.de arbitr. Lucas de Penna. Dec. & Pariſ.ibidem per Rotam*
55 *adiunctī* Nec vllam habet iuſtam cauſam conquerendi mandans,qui videt a ſuo mandatario compleri mandatum principalius, ex cuius adimplementi defectu ipſius exiſtimatio læderetur,& æquo animo ferre debet,& poteſt;ſi poſterius mandatū, & a primo omnino diuerſum, & diuerſo tempore exequendum,nec acceptat, nec adimplet.
56 Et conſequenter ex prædictis patet;ſine ratione recedere Scacciam *de Camb.§.2. gloſ. 5.a num.169.*a prædicta Rotæ opinione, ex eo quod doctrina Decij allegata per Rotā, non loquatur in terminis, & dubitabilis ſit. Non enim per hoc fit quominus in litetis duo nō ſint mandata longe diuerſa,quorum
57 vnum non poſſit reſpui, & aliud acceptari; dummodo id expreſſe proteſtetur mandatarius.

Dicendum quarto: ſi litteræ Cambij ac-
58 ceptentur,& ex inde ſoluantur ſuper protextu per eum ad quem dirigitur remiſſa, adhuc eum acquirere actionem mandati contrariam contra datorem litterarum, ſed contra alios,ad quos ſpectat tracta actio nē negotiorum geſtorum,in omnibus prout in præcedenti concluſione de illo,cui dirigitur remiſſa probatum fuit.

Sola difficultas conſiſtit in probando: quomodo,cum mandatum exequendum,ſit de ſoluendo , & ille cui dirigitur remiſſa tantum abeſt,vthabere dicatur tale mādatum,quod immo habet totum contrarium, ſcilicet de exigendo,quo pacto fieri poſſit,vt ex huiuſmodi acceptatione,& executione conſequa
59 tur actionem mandati.Sed ceſſabit tota difficultas.ſi in mediū adduxero ea,quæ ex doctrina Caſtrenſis retuli ſupra , hac eadem diſputatione q.quinta.In quolibet mandato de ſoluendo adeſſe, virtualiter,duplex mandatum, ab eadem perſona mandantis prouenies,alterum ſcilicet de ſoluendo, alterum verò de exigendo, nec alterum ſine altero ſtare, aut dari poſſe. In tantum vt
60 per mortem, aut decoctionem eius, cui ſoluendi debet,extinguatur etiam mandatū colatū in eum, qui ſoluere debet . Et conſequenter litterę Cambij , quæ continent mandatum expreſſum ad cum cui tracta dirigitur de ſoluendo ſummam contenta m in litteris Titio;continent etiam mandatum directū Titio,vt exigat. Propterea.iure merito, dū exigit verè & propriè dicitur acceptare, & exequi mandatum. Vnde nil mirum ſi dicta actio reſultat. Nec refert,quod in litteris Cambij onus ſoluendi demandatum fuerit expreſſe ei,cui dirigitur tracta.
61 Nam etiam in mandatis interpretandis, mens præferri debet verbis, *l.vlt.§.vlt.ff. mandat. late Tiraq. l. ſi vnquam verbo liberti num.48. ff. de renoc.dona.* & in eis obſeruandum eſt quod vel tacito intellectu actum fuit *l.ſi creditor §. ſi interuaritum ff. mand.l.rogatus ff. eod.l.vlt. C. de fideiuſſ.§.is qui exequitur in fin.inſt. mandat.& interpretatur Dec.cap. conſtitutus num. 14. de reſcript.* Et cum eadem , vel maior ratio locum habet,mandatum non dicitur extendi ad alium caſum,quia ratione comprehendi tur etiamſi materia ſtrictiſſimè eſſet intelligenda;nam huiuſmodi interpretatio nō eſt extrinſeca ſed intellectiua *poſt gl. Bart. l.quamuis in princ.& 1.ſ.num.8.ff. de fideic. Bald.in l.omnes populi num.25.ff. de iuſt.& iur.Caſtr.conſ.83.numer. 1.& 2.lib.2. Alex. conſ.5.num.12.& conſ.75.numer.3. lib.5.& conſ.89.num.10.lib.6.Dec.conſ.257. num.7. & conſ.372.num.7.Cran.conſ.274. num. 10. late Fort.Gar.d.gallus §.quid ſi tantum nu.*

137.

l. 37. ff. de liber. & posth. Vnde constito per datorem litterarum mandatum esse, 63 eolatum de exigendo in eum cui dirigitur remissa, parum, & nihil relenat pro illius admplemento, quod axactio fiat, vel ab eo cui dirigitur tracta, vel ab ipsomet cui dirigitur remissa, & nihil proponi possit quod (dato prædicto impimento) impediat ortum dictæ actionis, præsertim cum mandata angustam non recipiant interpretationem *Bal. in l. falsus C. de fal.* & manda- 64 tarius nil nisi bonam fidem præstare debeat culpæq; reddere ratione *l. idemq; in princ.* 65 *l. si procuratorem §. proinde ff. mand.* Quorũ nihil suspicari potest in eo qui à se ipso exigit id, quod sibi mandatum erat vt ab alio exigeret, qui tamen soluere recusauerat.

Dicendum quinto, & vltimo acceptantem litteras Cambij super protestu, etiam sequnta ex inde solutione, nullam penitus contrahere obligationem passiuam erga quẽcuis, quomodolibet nominatum in litteris Cãbij, seu in litteris aut sij, seu spachijs: mi- 67 nusq; ex huiusmodi acceptatione, & solutione, præcisè, oriri aliquam exceptionem ad fauorem alicuius, cuius vi impediatur sic soluens solutum repetere modis, & formis, de quibus in præcedentibus cõclusionibus.

Veritas huius conclusionis per se patet, cum omnes id intelligant, sentiantq; mercatores & ad hunc solum finem, & effectum sint introductæ huiusmodi acceptationes supra protestu, & id ipsum profiteantur in ipso actu acceptationis supra protextu: se scilicet id facere pro honore litterarum, & animo consequendi id, quod ex dicta solutione, & acceptatione debeatur tam a datore litterarum, quam a qualibet alia persona quomodolibet obligata. Vnde cum actus agentium non possint operare vltra eorum voluntatem, *l. non omnis ff. si cert. pet. l. in agris ff. de acquir. dom.* Quinimmo semper a principali intentione agentium iudicetur, *l. si quis nec causam ff. de condit. in-* 68 *deb. l. prima C. ad l. Corn. de Sicar. Tiraq. de retract. lign. §. 30. glos. prima num. 4. Couar. lib. 2. vari. resol. c. 4. nu. 5.* Et nũ- 69 quam quantumuis fauorabilis contra intentionem gerentis sustineatur, *l. si idem seruus ff. de leg. 2. l. si cui pure in fin. princ. ff. ad Trebell. l. verbis vbi Doctores ff. de Vulgar. & pupil.* Constito expresse de vo- 70 luntate ac intentione illius, qui prædicta tali, ac tali modo gessit, non est vlterius inuestigandum.

Signanter dixi: ex huiusmodi acceptatione & solutione, præcisè oriri; vt excluderem exceptiones alunde prouenientes. Nihil enim impedit, si fic soluens esset debitor ex alia causa, eius ad quem quouis modo, 71 tracta illa spectabat; quominus debiti, & crediti possit fieri compensatio: qua de re fusius suo loco hac eadem disputatione.

Et licet ex prædictis quinq; conclusionibus satis videri posset tactum argumentis pro euuclenda quæstione excitatis, non grauabor tamen aliqua sigillatim afferre.

Ad primum igitur respondetur: vera esse, quę 72 ibi ponuntur de natura actionis de negotijs gestis, eamq; ad minimum oriri in quolibet acceptante, & eximde soluente super protextu, secundum tamen terminos primæ conclusionis, de qua supra: Non per hoc tamen impediri, quin in Tertio acceptante oriatur contra datorem litterarum condictio ex lege, & consuetudine, per ea quæ posui in secunda conclusione: Nec etiam impediri actionem mandati contra datorem (casu quo acceptans esset ille, cui dirigitur tracta vel ille cui dirigitur remissa) per ea quæ probauimus in tertia, & quarta conclusione.

Ad secundum respondetur: ad minimum semper 73 oriri actionem negotiorum gestorum, vt in prima conclusione. Nec officit, quod hæc actio solum competat contra eum ad quem negotium spectat; nam, ad effectum præ- 74 dictum, sufficit quod spectet sola cura, & solicitudine, *l. liberto 32. §. inter negotia, & ibi Glos. verbo Remprouio teneabatur quam sequitur Bart. ff. de neg. gest.* Et quæ de ratificatione ex Vulpiano ibi dicuntur vera sunt; sed in casu, quando id, quod gestum fuit contemplatione alterius, ad eum nullo 75 modo, nec ratione proprietatis, nec ratione curæ pertinebat. Quæ dicta accipiantur de soluente omnino tertio, & cum additamẽto condictionis ex lege, de quo in secunda conclusione; nam de ijs quibus dirigitur tracta, & remissa, nedum negotiorum gestorum, sed mandati oriri actionem probauimus in tertia, & quarta conclusione.

Ad tertium respondetur. Quinimo optime con- 76 stat omnibus; & in omni casu, per ea quæ posuimus in omnibus quinque conclusionibus: Et licet vera sint requisita ad actionem negotiorum gestorum, quæ ibi recensentur; Verumtamen cum ferè numquam dicta actio per acceptantem super pro-

protextu intentetur, ſed vel actio mandati, vel quæ potentior eſt, vt in caſibus tertię, & quartæ concluſionis, qui frequentius accidunt, vel conditio ex lege contra eumdem datorem per ea quæ in ſecunda. Quod ſi ex accidenti, puta, ex decoctione datoris litterarum, recurrendum eſſet per acceptantem ſuper protextu contra eum ad quem tracta ſpectat, ratione proprietatis, & ſic remaneret cum ſola actione negotiorum geſtorum. Tunc & eo caſu, nulli dubium, ei experiendum eſſe iudicio ordinario contra debitorẽ in quo iudicio venirent exceptiones ibi recenſitæ. Quæ tam poſita veritate debiti, facile reiicerentur, vt patet diſcurrenti per ſingula, neq; enim tali caſu eſt conſiderabile indebitum, minuſque aliqua culpa, aut dolus in gerente, aut poteſt dubitari de euentu, vel quod non expediret debitori negotium geri, cum proponatur ſolutum debitũ per eum legitime contractum.

Ad confirmationem reſpõdetur (quicquid pla
77 cuerit Scacciæ) ſoluentem tractam ſibi factam ſuper protextu, acquirere actionem mandati contrariam, nec teneri acceptare ſecundum ac diuerſum mandatum, vt probauimus dicta concluſione tertia. Et in omnem caſum tunc teneri accedentem ad gerenda negotia aliena in parte, aliam etiam partem gerere, quando per talem geſtionẽ is, qui accedit detinet alium ne totum gerat *ead. l. ſi pupilli §. fin. ff. de neg. geſt.* Vnde
78 cum nunquam contingat caſus, vt quis accepcet ſuper protextu, quando aliquis adeſt qui plene litteras adimplere velit, iam patet dictam obiectionem deſtruere ſuppoſitum queſtionis. Et conſequenter nec ſubeſt periculum, vt tamquam negotiorum geſtor teneatur a ſe ipſo exigere, nam ſi agendum eſſet contra datorem, prout fere ſemper, nõ intrat diſpoſitio *de qua in d. §. fin.* vt teneatur a ſe ipſo exigere cum ſemper contra eũ agatur, vel actione mandati, vt in tertia, & quarta concluſione, vel conditione ex lege vt in ſecunda. Niſi in terminis compenſationis de qua in quinta concluſione, quod nullum ſaperet inconueniens. Et quatenus ex accidenti decoctionis, de quo ſupra conueniret ipſi acceptanti experiri actione negotiorum geſtorum contra eum, ad quem ſpectat tracta ratione proprietatis. nullum pariter inconueniens vel quod a ſe ipſo exigeret, vel compenſaret.

Ad vltimum reſpondetur. Quinimmo actionẽ negotiorum geſtorum eſſe quid minimum quod oritur ex dicta acceptatione ſuper protextu, & propterea vtiliſſimum remediũ eſſe; cum reſultent commoda de quibus in concluſionibus in caſibus, & modis ibi probatis; quicquid placuerit Scacciæ.

Ad confirmationem reſpondetur, nec nos negare, acquiri actionem etiam contra eum, ad quem tracta illa ſpectat, ratione proprietatis. Sed diuerſis iuris remedijs vti poſſe acceptantem ſuper protextũ, ſecundum diuerſitatem perſonarum. Videlicet contra datorem remedijs efficaciſſimis, & ſummarijs, quæ beneficia non conſequeretur ullus qui pare, ac ſimpliciter, & nulla præcedente proteſtatione ſolueret, Præterquam quod, nec etiam conſequeretur beneficia, quę probauimus in quinta, & poſtrema concluſione. In tantum (vt tandem finem imponamus huic laborioſiſſimæ ac difficilimę queſtioni) concludere poſſimus, hoc remedium acceptandi, & ſoluendi litteras ſuper protextu, plenum eſſe vtilitatis ex parte omnium, qui in huiuſmodi negotiatione verſãtur, & propterea iure merito retinendum.

DISPVTATIO II.

QVAESTIO XIV.

An proteſtatio quæ fit in acceptatione litterarum Cambij influat etiam in ſolutionem inde ſimpliciter factam.

1 *Proteſtatio quæ fit in acceptatione litterarũ non influit in ſolutionem inde ſimpliciter factam. Contrarium num. 13. Vide tamen num. 41. 49. & 50.*

2 *Deciſio Rotæ Ianuæ 6. examinatur, & impugnatur nu. 14. & infra, & ſolutur in fin.*

3 *Proteſtatio præcedens tollitur per actum ſubſequentem.*

4 *Facta verbis ſunt efficaciora.*

5 *Acceptans litteras cum proteſtatione videtur acceptare mandato de ſoluendo recuſare poſterius mandatum in litteris contentum.*

6 *Recuſans mandatum poteſt penitere, modo mandans*

mandans perſeueret in eadem voluntate.

7 *Actus contrarij inuicem diſuncti, quando geruntur ex interuallo, vnus precedens non influit in alium.*

8 *Lim. vt non procedat in ijs, quæ a ſolo animo gerentis actum dependent efficaciſſimũ enim in his eſt remedium proteſtationis præcedentis, vt actus indè factus proteſtationi repugnans nullius ſit efficacię, & num. 11.*

9 *Timens cogi adire hæreditatem ſi proteſtatur de contraria voluntate, additio, qua ſub ſequitur eidem non præiudicat.*

10 *Hæreditatis additio pendet ab animo, & voluntate adeuntis, & hac habeſſe præſumitur ex proteſtatione precedenti.*

12 *Teſtamantum prius cum clauſula derogatoria non tollitur per ſubſequens.*

13 *Mater alimẽta præſtans repetit illa, ſi à principio proteſtata ſit nolle filios alere de proprio.*

15 *Proteſtatio dubia interpretari debet ſecundum ſenſum proteſtantis.*

16 *Doctrinũ Bar. in l. qui in aliena §. fin. deacq. hær. d. ſtinguentem inter actum incontinenti, & ex interuallo poſt proteſtationẽ ſequntam, dubiam dicit Auctor.*

17 *Acceptatio litterarum, & ſolutio ſunt duo actus diuerſi, diuerſam naturam habentes.*

18 *Quæ tempore diuerſo geruntur, diuerſa dicuntur.*

19 *Actum diuerſorum diuerſa eſt natura.*

20 *Ex diuerſis non bene infertur.*

21 *Nec poſitiuè, nec remotiuè.*

22 *Soluens poteſt in actu ipſo declarare in quã cauſam velit ſolutum cedere.*

23 *Actuum licet diuerſorum, & diuerſo tempore geſtorum ſi ſubordinati ſint, vnus ab altero declarationem recipit.*

24 *Actus præſumitur factus in executionem precedentis tractatus, ſeu mandati, quando ſimpliciter geritur nulla alia qualitate, vel cauſa expreſſa.*

25 *Creditor cui debetur quantitas cum intereſſe, exigendo ſimpliciter ſortem, dicitur remittere uſuras, & intereſſe, etiãſi a coacto exigat 26.*

27 *Fallis ſi proteſtatur in actu ipſo velle etiam conſequi intereſſe.*

28 *Creditor petendo ſortem ſi proteſtetur hoc facere cum reſeruatione petendi intereſſe non inuatur ſi in ſolutione non repetat proteſtationem.*

29 *Intellige num. 25. & 28. in intereſſe debito officio iudicis mercenario, non in debito iure actionis, & de ratione nu. 30.*

31 *Acceſſorium non ſtat extincto principali.*

32 *Creditor ſi exigat ſortem, & liberet debitorem, & in actu exactionis proteſtetur de intereſſe ipſo debitore conſortiẽre adhuc nil agit, & a petitione intereſſe repellitur ſi agat ex primæua actione.*

33 *Vrgere tamẽ poteſt tamquam ex noua conuẽtione, & contractu innominato.*

34 *Fraudibus omni ſtudio obuiandum.*

35 *Et ad hæc faciendum lata ſit interpretatio, & diſpoſitio reddatur fauorabilis.*

36 *Et omne argumentum, & diſpoſitio interpretatiua recipitur vbicumoumque via aperitur fraudibus in præiudicium tertijs.*

Intellige, & ſic declara vt nu. 40.

37 *Fraus tunc tenetur quando conſtitutio, vel lex per indirectum redderetur eluſoria.*

38 *Interpretatio in dubijs ea eligenda, per quam fraudibus obuiatur.*

39 *Maxime in cauſis mercatorum.*

40 *In cauſis mercatorum bona fides exuberare debet.*

43 *Mercatores qui acceptant litteras Cambij ſu per protextu ſoluendoſunt ſolti reiterare proteſtationem.*

44 *In cauſis mercatorum ſtandum eſt eorum conſuetudini, & intelligentiæ, omiſſis iuris apicibus.*

45 *Geminatio enixiorem voluntatem gerentis demonſtrat.*

46 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & non extenditur ad alios caſus non comprehenſos in cõſuetudine.*

Habet tantum potentiæ conſuetudo, quantum actus, & non vltra.

47 *Et non extenditur etiam de re ad rem*

48 *Debetque probari in ſpecie, & concurrentibꝰ ijſdem qualitatibus, de quibus in facto controuerſo.*

51 *Litteræ Cambij poſtquam ſolutæ ſunt ſolent remanere pene ſoluentem.*

52 *Acceptatio litterarum ſolet ſcribi a tergo litterarum.*

53 *Arma, & probationes, nũ ſunt ſumenda de domo rei.*

54 *Statutum tam, mandat quod ſequuta acceptatione, teneatur acceptans intra horas 24. de proteſtatione actum fieri facere, & in actu ſolutionis proteſtationem reiterare.*

HÆC

1 Æc queſtio licet deciſa videatur per ea quę habet Rota noſtra apud Bellonũ *dec.6 ſub nu. 9.10.11.12.13.& ſub n.15.16.17.18.19.* qui eã determinat negatiue *ſub n. 20. verſ. & dato quod appareret* Illum ſcilicet Octauianum , qui ſimpliciter ſoluerat litteras Cãbij de quibus ibi agebatur , intelligi ſoluiſſe in executionem contentorum in litteris,non obſtante proteſtatione,de qua in acceptatione,itaut teneretur ſolutũ ponere ad debitum.Iofredi,prout continebatur in litteris,nulla ſibi relicta actione contra datorem earumdem litterarum.Tamen quia di-
2 cta deciſio contra Octauianum,alijs etiam, & longe diuerſis nititur fundamentis , & aliunde petitis,quam a dicta ſolutione ſimpliciter facta,vt ibidem *nu.13.14.15.* videre eſt.Et multo magis quia in caſu illius de ciſionis militabant coniecturæ , ex quibus viſum fuit Rotæ dictum Octauianum libere ſoluiſſe , non obſtante proteſtatione de qua in acceptatione,vt per eamdem deciſionem ibidem *d.nu.20.verſ. & ex coniecturis* Propterea cum propoſita quæſtio loquatur generaliter,& abſtrahendo a quacumq; cõiectura,& plura inuoluat ſcitu digna ad introſpiciendam naturam rei de qua agimus ideo operę pretium duxi eam de integro examinare.

Primum ac præcipuum fundamentum huius opinionis negatiuæ(acceptationem ſcilicet factam cum proteſtatione, non influere in ſolutionem exinde ſimpliciter factam , ſed haberi debere in executionem , & pro executione litterarum per inde ac ſi nulla proteſtatio in acceptatione interueniſſet) dicitur ex eo,quod proteſtatio præcedens tollitur per actum ſubſequẽtem,*c. cum M. Ferrarienſis ext. de conſt.c.ſolicitudinẽ de apel-*
3 *lat.* cum maioris ſint efficaciæ facta , quam
4 verba,vnde per ſolutionẽ ſimpliciter factã, videtur receſſũ a quacũq; proteſtatione p̃-
5 cedẽti.Eo magis quia,qui acceptat litteras cũ proteſtatione , videtur.acceptato mãdato de ſoluẽdo,recuſare poſterius mãdatum de quo in eiſdẽ litteris , vt probauimus ſupra in proxime præcedẽti quæſtione. Cum igitur ille,qui primo recuſauerat mãdatum
6 poſſit poſtmodũ pẽnitere illudq; ſuſcipere, dũ tamen mãdãs perſeueret in eadẽ voluntate,vt alibi probauimus;*hac eadẽ diſp. 4.3. & 5.*Et in propoſito tradit hic Rota noſtra *d.dec.6.n.16.per textũ in c. licet.de procur. lib.6.Bald.in l.deberi C.de fideic. liber. Iaſ. in l.ait Prator §.ſi neq; ff.de iureiur.* videtur ille,qui per acceptationẽ ſuper protextu repudiauerat dictũ mandatũ, per ſolutionem ex inde factã , vigore earũdẽ litterarum,& quidẽ ſimpliciter acceptaſſe. Quando enim
7 gerũtur duo actus contrarij,inuicẽ diſtũcti, & ex interuallo , proteſtatio facta in actu, qui præceſſerat,nẽquã ſe extẽdit ad actum ſubſequẽtẽ,vt cõſideratur ibidẽ in propoſito Rota *n.17.per Bart.in l.qui in aliena §.fin. ff.de acq.hæred.poſt Bart.Iaſ.in l. non ſolũ §.morte ff.de nou.oper.nunc.col.6.Rip.d.c.ũ m. Ferrarienſis de conſt.nu.101.& in l.per reſtitutionem C.de vſur.& in l.ſi tibi centũ ff.de leg.primo.*

Sed ſi veritatem amamus argumentum prędi
8 ctum nihil pẽnitus ſtringit. Nam diſpoſitio illa iuris quę in eo aſſumitur,quod per actũ contrarium tollatur proteſtatio præcedens, non procedit in ijs , quæ a ſolo animo gerentis actum dependent,in his enim totum contrariũ verius eſt,tantæ ſcilicet eſſe efficaciæ proteſtationẽ præcedentẽ,ut actus ex inde factus,proteſtationi repugnãs, nullius ſit efficaciæ.per textum in terminis *l.qui in alsena §.fin.ff.de acq.hæred.* in quo diſponitur quod qui timet ſe coactum iri hæreditatem adire,ſi proteſtatus fuerit de contra-
9 ria voluntate,aditio ſubſequens nihil operabitur.Et id nulla alia ratione , vt tradunt ibi communiter DD. *Bart Alber.Caſtr. qui dicit ipſo iure actum corruere Imol. & ca-*
10 *teri* niſi quia aditio h æreditatis pendet in totum ab adeuntis voluntate,quæ voluntas præſumitur abeſſe propter præcedentem proteſtationem. Et generaliter in materia proteſtationum tradit Bart. *l, non ſolum §. morte nu.17 ff.de nou.oper. nunc.* quam om-
11 nes ibi ſequuntur,quod in ijs, quæ a voluntate gerentis actum dependẽt, proteſtatio præcedens actum ipſum ab eo geſtum infirmat.Et hac potiſſimum ratione concludit D. Alexander *conſ.7. videtur prima fronte nu.12.vol.4.* teſtamentum prius cũ clauſula derrogatiua non tolli per poſterius. Et hac de re habemus textum , *l. neſcimus ff. de*
12 *neg. geſt.* quem in propoſito . addunt Bartolus,& cæteri loquentem fere in terminis negotiorum geſtorum de quibus agimus . Diſponitur enim ibi matrem , quæ

proteſtata fuerat ſe nolle filios alere de proprio, ſi ex inde ſimpliciter, etiam nulla repe-
tita proteſtatione, eis alimenta præſtiterit, non prohibetur ea a tutoribus pupillorum
conſequi.

Propterea, quæ de actibus contrarijs iura diſponunt, nulla ratione trahi poſſunt ad casũ de quo agimus (pace dixerim Rotę noſtrę) Nihil enim proponitur geſtum ab eo, qui
13 acceptauerat ſuper protextu, & ex inde ſim pliciter ſoluit, quod inuoluat, ſeu contineat contrarietatem. Actus enim ſolutionis non eſt contrarius acceptationi ſuper protextu; Quinimmo omnino conformis, vt conſidera uerat Rota ibidem *nu. 12. verſ. nec actus ſo-*
14 *lutionis*, & in nihilum derrogat aut contrariatur proteſtationi præcedenti, cum proteſtatio reſpiciat poſteriorem tantum partem litterarum, vt vidimus in proxime præcedẽti quæſtione. Reſpectu cuius partis nihil penitus proponitur innouari per ſoluentem ſimpliciter, cuius actus ſubſtantia quatenus
15 eſſet dubia, adhuc interpretanda eſſet ſecũdum ſenſum proteſtantis *per textum d. l. ne ſcimus ff. de neg. geſt. Bart. in l. non ſolum §. morte num. 18 in fin. ff. de nou. oper. nunc. Rota d. deci. ſ. 6. numer. 12. verſ. quod quando actus.* Ex quibus manifeſte ceſſant quæ ex mente Rotæ ponderaueram in argumento, etiam ſi admitteremus doctrinam illã Bartoli, diſtinguentis inter actũ factum incõti-
16 nẽti, vel ex interuallo, quæ valde dubia reddunt ex ponderatione textus *in l. per retentionem C. de uſur.* qui parũ videtur probare in ꝓpoſito, & multo magis ex eis quæ tradit Baldus *in d. §. fin.* docens nihil pẽnitus diſcriminis deſumi poſſe ex maiori vel minori interuallo, dummodo tamen non ſit vt ex eo præſumi poſſit ignorãtia proteſtationis præcedentis, quod per curſum octo menſium non induci firmat poſt Salycetũ Alexander *d. conſ. 7. num. 11. lib. 4.*

Secundo pro eadem ſententia negatiua facere videtur. Quia acceptatio, & ſolutio ſunt duo actus inter ſe longe diuerſi, diuerſam
17 naturam habentes, ac diuerſos effectus aptos natos producere, vt per ſe paret, & vidimus in præcedentibus quæſtionibus, vbi de acceptatione litterarum egimus, & videbimus plenius infra. hac eadem di ſputatio-
18 ne cum de ſolutione agemus, & patet, vel ex eo, quod tempore diuerſo geruntur *l. numquam plura ff. de priuat. delit. c. nihil ominus & ibi gl. 3. q2. nona Bart. in l. denunciaſſe §. quid tamen, quem legit Jub l. qui vxori ff. ad l. Iuli. de adult. Bald. in l. conuentualia C. de epiſc. & cleric.* Qua ſtante diuerſitate, certum eſt diuerſam ac ſeparatam eſſe illorum actuum rationem *l. fin. & ibi DD. ff. de*
19 *calumniat.* Nec bene de vno ad alium infertur *l. neq; natales C. de probatio.* nec poſitiue,
20 nec remotiue (vt noſtri loquuntur) *d. l. fin. l. naturaliter §. nihil cõmune ff. de acquir. poſſeſſ. l. permiſceri in principio, & ibi Imol. ff. eod. Cin. in l. ea lege col. 3. C. de condit. ob. cauſ. Petr. de Anch. in repet. cannonẽ ſtatuta in prin. oppoſitiue de cõſt.* vnde nõ bene infertur
21 ab acceptatione facta cum qualitate, ad ſolutionem ſimpliciter factam. Quinimmo in facultate ſoluentis eſt declarare in quam causam, & quomodo ſolutum velit, dummodo in actu ſolutionis id faciat per textum clarũ *in l. 1. ff. de ſolut. & ibi DD. communiter,*
22 & in propoſito ponderat Rota *ead. deciſ. 6. nu. 16.* Nihil ergo releuare debet acceptatio ſub proteſtatione ei, qui ex inde ſimpliciter ſoluit.

Sed & huic argumento facile reſpondetur, vera eſſe, quæ de ſeparatis abſolute dicuntur, nec denegandum diuerſitatem actuum præ dictorum. Sed ponderandum eſt dicta duo,
23 licet diuerſa ad inuicem, ſubordinari. Vnde nil mirum ſi alter recipit declarationẽ ab alterο *l. qui filiabus in princ. & l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. l. qui ſquis in princ. & ibi gl. ff. de leg. 3. l. non eſt nouum cum duab. ſeq. ff. de legib.* Quod adeo verum eſt, quod
24 actus præſumitur factus in executionẽ præcedentis tractatus, ſeu mandati, quando ſimpliciter geritur, nulla alia expreſſa qualitate ſeu cauſa *l. 3. §. verum ff. de manum. l. qui in aliena §. ſi is qui putabat ff. de acq. hereditl. pignori §. fin. ff. de vſucap. Bald. conſ. 299. in princ. lib. 1. Alciat. de præſumpt. reg. 2. pr. ſ. 24. Surd. dec. 325. nu. 7. Menoch. de præſump. lib. 2. præſ. 74. nnm. 3. lib. 3. & præſ. 49. nu. 4.* Et magis in ſpecie, ſi fiat contractus per verba de futuro, & poſtea, in executionẽ illius, partes faciant alium contractum, ſecundus contractus debet a primo regulari, vt plene probat D. Alexander *conſ 130. viſo inſtrum per totum lib. 6.* Cum igitur acceptatio litterarũ Cãbij ordinetur ad ſolutionẽ, & eo ſolũ conſilio accepterur, vt ex inde ſolutio ſubſequatur, certe dicta ſolutio habẽda erit, tamquã facta in executionẽ, & pro exequtione præcedẽtis acceptationis. quę cũ qualificata fuerit, qualificata etiam habenda erit dicta

ſoluti-

ſolutio non obſtante actuum diuerſitate.

Tertio pro eadem negatiua ſententia facere
25 videtur: quod in ſimili, creditor, cui debetur quantitas cum intereſſe, ſicuti exigendo ſimpliciter ſortem dicitur remittere vſuras, & quodcumq; intereſſe *l. centum Capuæ ff. quod cert. loc. l. fin. & ibi. Bartolus & cæteri ff. eod.* etiam ſi a coacto exigat *Rota noſtra apud Bel. decif. 61. num. 7.* Id tamen
26 non procedit de iure, quando in actu exactionis proteſtatur creditor, ſe etiam intereſſe, ſeu vſuras conſequi velle, *Bart. d. l fin n. 4. verſ. ultimo quæro ff. de eo quod cert. loc. Iaſ. ibidem nu. 4. Soc. Iun. conſ. 95 ſequendo ordinem n. 12. vol. 14. Bero. conſ. 200. nu. 19.*
27 *vol. 1.* Sed ſic eſt, quod nõ obſtantibus prædictis, licet creditor in petitione ſortis fuerit proteſtatus, ſe illam petere, cum reſerua tione petendi intereſſe, non iterata eadem
28 proteſtatione in actuali exactione, dicta præcedens proteſtatio ſibi non ſuffragatur quominus dicatur exactio abſolutè, & ſimpliciter facta, nec per cõſequens poteſt amplius intereſſe petere, vt deciſum eſt a Rota noſtra apud Bellonum *dec. 61. n. 1. & per totum*. Ergo id ipſum dicendum eſt de illo qui in actu præambulo, & ordinato ad ſolutionem, (in acceptatione videlicet) prote ſtatus eſt, ſed poſtmodum non repetita eadem proteſtatione ſimpliciter ſoluit,

Sed & hoc tertium argumentum videtur facili
29 negotio euitari poſſe, reſpondendo, quod iuris diſpoſitio, de qua in eo, procedit in intereſſe, quod debetur officio Iudicis mercenario, nam de intereſſe debito per ſtipulationem, & promiſſionẽ, verius eſt illud peti poſſe æquè principaliter, ac ſors ipſa *Iaſ. in l. fin. ff. de eo quod cert. loc. Soc. Iun. d. conſ. 95. ſequendo ordinem num. 12. vol. 4. Iaſ. l. 1. nu. 3. C. de Iudic.* Et ratio diſcriminis eſt; quia
30 intereſſe quod debetur officio Iudicis mercenario, debetur tamquam ſorti acceſſorij qua ſorte extincta per ſolutionem, impoſſibile eſt acceſſorium remanere *DD. d. l centum d. l. fin. ff. de eo quod cert. loc. Rot. apud*
31 *Bello. dec 61. num. 8.* Quod adeo verum eſt, vt ſi creditor exigat ſortem, & ab ea liberet debitorem, & in actu exactionis proteſtetur de intereſſe, ipſo debitore conſentiente & ex inde agere voluerit ad ipſum intereſſe, officio Iudicis ſibi ante ſolutionem competenti inutiliter agit. Quia cum defecerit principale impoſſibile eſt quod remanſerit acceſſorium. Sed quod tali caſu agere debet
33 tamquam ex noua conuentione, & ex contractu innominato *Bart. d. l. fin. nu. 4. verſ. poſſemus etiam dicere Iaſ. ibidem n. 4. Bero. conſ. 200. nu. 19. lib. 1.* Nihil igitur mirum, ſi proteſtatio præcedens, cui debitor non cõſenſit nihil operatur, aut influit in exactionem exinde ſimpliciter ſequutam, cum defficiat principale, ſine quo acceſſorium ſtare non poteſt. Nec nouus conſenſus proponatur, ex quo tamquam ex nouo cõtractu, ſeu promiſſione inſurgat nouum ius in ſoluente. Quæ longe diuerſo modo procedent in acceptante ſuper proteſtu, & inde ſoluente, quantumuis ſimpliciter, cum toto cælo diuerſæ militant rationes, vt patet ex ſuperius dictis, quæ ad euitandam ſuperfluitatem hic non repeto.

Quarto aſtruere poſſet eamdem ſententiã illa
34 conſideratio, quod fraudibus omni ſtudio obuiandum eſt *l. in fundo ff. de rei vendic. l. cum ij S. ſi cum his ff. de tranſact. l. qui ſub prætextu C. de Sacroſ. Eccleſ. c. porro de diuortio clem. 1. de vſur.* Et vt fraudibus ob-
35 uietur iura admittunt latam interpretationem, & faciunt diſpoſitionem fauorabilem *Cruet. conſ 764. num. 6.* Et omne argumẽ-
36 tum, & diſpoſitio interpretatiua reijcitur, vbicumq; aperitur via fraudibus in preiudicium tertij *Gemin. conſ. 32. num. 11. verſ. eſt ergo iſtud.* Et inde potiſſimum fraus ti-
37 metur, quoties conſtitutio, vel lex per indirectum, & cautelam redderetur iuſsoria *Petr. de Anch. conſ. 99. egregie, ac venerabilis* Vnde merito concludit Decianus *conſ. 4. num. 32. lib. 1.* in dubijs opinionibus
38 eam ſemper ſequendam, qua fraudibus obuiatur. Quod firmius tenendum eſt
39 in huiuſmodi cauſis mercatorum in quibus bona fides exuberare debet *Bald. conſ. 198. ad intelligentiam num. 5. verſ. item in cauſis vol. primo Strach. in tract. de mercat. tit. quod in cauſ. mercat. quod ſit Rota apud Bellon. deciſ. 153. num. 8.* Sed ſic eſt, quod ſi
40 admitteremus ſententiam affirmatiuam, proteſtationem ſcilicet influere in ſolutionem, eamque afficere, aperiretur
41 via multis fraudibus; Ergo id non eſt dicendum. Minor propoſito probatur. Quia, ſequuta ſolutione ſimpliciter facta, multa poſſent contingere ex quibus optaret ſoluens ſolutionem feciſſe abſque vlla proteſtatione. Puta, ſi id quod erat exequendum, & ipſe recuſauerat in acceptatione; ex poſt facto in utilitatem ipſius redun-

daret, vel propter pinguius intereſſe reſultans ex promiſſione facta pro tali, vel tali loco, ordinato in litteris, vel propter lucrũ ſubſequens ex cauſa illa in quam imputatio erat facièda, vel ex decoctionibus ſubſequutis, vel ex alijs ſexcentis cauſis parum aliquam cõſiderauit Rota in ſæpius citata deciſione *6.xu.19.* His enim, & ſimilibus cauſis poſſet ſoluens liberare mentiri, ac dicere ſe (vt ſolutio ipſa dicat) liberare ſolniſſe maxime ſi verum eſſet, id quod eadem Rota, pro eadem affirmatiua opinione argumentatur *nu. 11.* quod ſolutio ſimpliciter facta ſemper applicari debeat in caſum eligendũ per ſoluentem, & ſucceſſiue legem dare exe cutis per ipſum; non ſecundum veritatem ſequutorũ, ſed ex euentu, & prout ſibi conducibilius eſt, quod nulla ratione videtur permittendum.

Sed & huius argumenti non difficilis, nec improbabilis eſſet reſponſio ſi diceretur. Non per prædictam affirmatiuam ſententiam fraudibus aperiri viam. Quandoquidem ſemel cõſtito de acceptatione facta ſub qualitate proteſtationis, ſequuta ex inde ſolutione, intelligitur neceſſario facta in vim dictæ acceptationis, & executionem eiuſdem, & per cõſequens cum eadem qualitate per ea quæ poſuimus in primo, & ſecundo argumento, & reſponſionibus. Nec audiretur ſoluens ſi contrariũ diceret, ſe ſcilicet abſq; dicta qualitate ſoluiſſe, niſi aliunde id probaret, præſertim cum id tenderet ad fui cõmodum *ſ.1 in princ. & ibi gl. ff. ſi quadrup. paup. fecis dicat Caphal-conſ.667.nu.4. Nat. conſ.543.num.35.* Ex quo omnis aditus præcluſus remaneret fraudibus, quarum timore non debemus adeo eſſe ſoliciti, vt earum prætextu a iuris diſpoſitione, idẽſt a bono & æquo recedamus. Præſertim cum ſcriptũ reliquerit D. Alexander *conſ.2.num.77. nõ obſtat lib.2.* non eſſe curandum quod aperiatur via fraudibus ſi principaliter hoc nõ fieret. ſed ſecundario, & occaſionaliter, & in quandam potentiam conſequutorum cuius dicti fides ſit penes auctorem; Cum certum habeamus in propoſito, conſtito de acceptatione qualificata, non poſſe illum, qui ex inde ſimpliciter ſoluit aſſerere ſe neceſſiſſe adi ẽta qualitate, niſi id plene probet per quod excluditur omnis fraudis ſuſpicio.

Demum pro eadem ſententia negatiua facere
43 videtur conſuetudo, qua ſolent mercatores dictam proteſtationem reiterare in actu ſolutionis: de qua quidem conſuetudine videtur plene probatum fuiſſe teſtibus, ſi credimus Rotæ *d.deciſ.6.nup. 18. vbi rerobat teſtes qui de contrario conſuetudine videbantur.)* Vnde cum in cauſis mercatorum in dubio ſemper ſtari debeat conſuetudini, & in-
44 telligentiæ illorum *Bald. conſ. 449. col. 1. verſ. ſi igitur nu. 11. & conſ.466. col.2. verſ. non obſtat ſi dicas numer. 4. vol.5. Com. conſ. 319. num.12. vol.3. Rot. Gen. apud Bello. dec. 7. num.11.* valere iuſſis iuris apicibus *Bart. in l. ſi ſi deiuſſor §. quædam ff. mand. Bal. conſ 168. ad intelligentiam vol.1. Rot. Gen. apud Bello. deciſ.185. num.12.* Cum de conſuetudine ſoleat iterari dicta proteſtatio, etiam in ſolutione argumentum videtur cuidens ad demonſtrandum, mercatores id ſentire proteſtationem ſcilicet emanatam in actu acceptationis, non influere in ſolutionem ex inde ſecutam. Sed ſicuti ex temporis interuallo plura contingere poſſet int. (vt de facto contingiſſe proponunturin caſu dictę deciſionis ſextæ *ſub num.17.*) teneri ad iterandum proteſtationem in ſignum, & documentum perſeuerantiæ in eadem voluntate.

Verum & hoc argumentum eludi facile poſſet ſi diceremus (omiſſa pro nunc põderatione cuius nam ſit efficaciæ põderata conſuetudo) ex illa reſultare quidem quod mercatores id facere ſoleant, quod nõ eſt reprehendendum; cum per dictam geminationẽ, & enixior voluntas ſoluentis colligatur, *l.baliſta ff. ad Trebell. l.4. iuncta gl. & DD. ff. de pignor. actio. l. cum ſimus C. de agric. & conſt. lib. 11.* & facilior reſultet probatio
45 ſequutorum. Non tamen inde ſequitur nec conſuetudo dicit, nec probat, quod non facta dictageminatione intelligatur receſſum a proteſtatione de qua in acceptatione; nec rata refert teſtes id dixiſſe. Sed ad ſummũ quod ipſi ſemper ita obſeruarunt, & ab alijs obſeruari viderunt, & ſic de obſeruantia, & ſtylo, ſcilicet reiterandi etiam in ſolutione proteſtationem. Quod, & facile, tamquam vtile, & laudabile admittendum eſt. Sed nõ inde ſequitur, quod conſuetudo reyciat eas ſolutiones, quæ ſine tali repetitione eclebrantur, quæ cum fiant in executionẽ actus præambuli, cius naturam merito de iure aſſumunt, vt vidimus in duobus prioribus
46 argumentis. Neque enim conſuetudo, quę ſtricti iuris eſt, extendi debet, aut poteſt ad alios caſus, non comprehenſos in conſuetu dine,

dine,cum tantum potentiæ habere dicatur,
47 quantum actus,& non vltra *l.1.§.ſi quis hac interdicto,vbi Bartol.ff.de itinere, actuque prine.* Neque extenditur de re ad rem neq; de caſu,ad caſum *Bald.l.fin.C.com.vtr. iud. Nat.conſ.46.num.2.Cravet.conſ.30.num. 9. Bello.conſ.40.num.6.Menoch.conſ.7.nu. 32. Rell.conſ.94.nu.67.vol.2.Caphal. conſ.338. num.43.Decı.conſ.3.num.13.*Sed debet probari in eadem ſpecie,& concurrentibus ijs-
48 dem qualitatibus,de quibus in facto contro uerſo. *Oldrad.conſ.237.Anch.conſ.339.nu. 8.Curt.Iun.conſ.26.col.fin.& cõſ.171.Cravet.conſ.241.nu.13.& poſt alios plures quos citat Curd.conſ.74.nu.13.*nulla vis videtur colocan da ſuper allegata conſuetudine.

Quid dicendum ſi vis inſpiciamus,haud dubie
49 proteſtatio præcedens,quæ emanauit in acceptatione litterarum Cambij influit in ſolutionem ex inde ſecutam, licet ſimpliciter factam,cum aſi illam ordinata fuerit, per ea,quæ ſupra deduximus occaſione primi, & ſecundi,& tertij argumenti. Neq; enim poteſt dici,aut præſumi aliter factum, quã cõmodo, quo antequam gereretur quis ex preſte proteſtatus fuerat.

Si vero certiorem, & ſecuriorem exitum negotiationis Cambium, & conſuetudinem
50 etiam lege ſancitam attendamus,prout vere attendi debet in factorum contingentia tenendum eſt,nullo modo influere acceptationem cum proteſtatione in ſolutionem ſimpliciter factam,& conſequenter,niſi geminetur proteſtatio in ſolutione, cenſeri re ceſſum a proteſtatione præcedenti,in acceptatione præcedenti, & id per ea quæ poſuimus in duobus poſterioribus argumentis.

Quorũ primum(in ordine ad quartum)confirmatur ex conſuetudine mercatorum ; qua litteræ Cambij,poſtquam fuere ſolutæ remanere ſolent penes ſoluentem. Vnde cum acceptatio earum ſolcat per acceptantem deſcribi a tergo earumdem, vt patet ex eadem Rotæ deciſione ſexta,degerit per con ſequens omnis probatio dictæ qualitatis, quam deſideraret is, qui in dicta acceptatione qualificata ſe fundaret,cum nec arma nec probationes ſint deſumenda de domo rei *l.de minore §.tormenta ff. de quæſt. l. nimis graue C.de teſt.*

Poſtremum vero certam recipit confirmationem a iure noſtro municipali *Stat.lib.4.c. 14. de compenſat. §. qui voluerit.* Quo pinguius obiciatur fraudibus,quę in prædictis contingere,ſeu machinari poſſunt, non ſolum circa repetitionem proteſtationis, omnino faciẽdam in actu etiam ſolutionis, ſed etiam circa ſolemnitates adhibẽdas in faciẽda acceptatione ipſa ſuper protectu per hæc verba. *„Qui voluerit Cambia, ſeu tra-*
„ctas ſibi factas ſoluere ſupra proteſtum, ad
„hoc vt retineat obligatum eum qui traxit,
„ſeu qui mandauit pecunias, ſeu Cambiorum
„ſolus teneatur in illis locis,in quibus ſolutio
„nes Cambiorum habent ſua tempora perfixa
„facere declarationem in actu notarij coꝝ
„teſtibus infra horas viginti quorũ poſt præ-
„ſentationẽ litterarũ Cambij ſicuti acceptat
„talem tractam ſupra proteſtum cui declara-
„tioni interuenerat ille qui litteras præſentaſ
„ſet,& ſic in aliis eiuſdem proteſtationis cõ-
„ſtare debeat alioquin intelligatur acceptaſſe
„dictam tractam libere,& habeatur per in-
„de ac ſi proteſtatio aliqua facta non fuiſſet,
„non obſtante alia quauis iuſtificatione, quæ
„forſan facta reperiretur ſuper ipſis litteris
„vel aliter,& vltra prædicta teneatur etiam
„in ſolutione denuo proteſtari modo prædicto
„alioquin intelligatur acceptaſſe, & ſoluiſſe
„libere,nõ obſtante prima proteſtatione a qua
„cumque iuſtificatione vt ſupra dictum fuit
„& ſi ſolutio eſſet facienda ſibi ipſi,debeat ſic-
„ri tempore debito aliter non ſeruiat ad reti
„nendum obligatum trahentem.In ferijs au-
„tem,ordinarijs in quibus eſt limitatus ter-
„minus acceptationum ſufficiat quoad dictũ
„effectum retinendi obligatum trahentem
„facere proteſtationem cum interuentu præ-
„ſentantis litteras,& in omnibus vt ſupra in
„acceptationibus ordinarijs dictarum feria-
„rum,& quando tracta, & remiſſa eſt facta
„vni ſoli,ſeu ſibi ipſi loco interuentus præſe-
„tantis litteras teneatur volens ſoluere ſuper
„proteſtum natam facere de eo apud publicũ
„notarium interuenientibus duobus teſtibus,
„alioquin tracta intelligatur,& ſic acceptata
„& ſoluta libere, & abſque retentione obliga
„tionis trahentis.

Nec erit incongruum hanc ſcriptam conſuetu dinem etiam in alijs partibus non ſubiectis dictioni Sereniſſimæ Reip.ſeruari, cum val de rationabilis ſit, & optima ratione inſtituta,&in hac materia Cambiorum multum tribuendum ſit Ianuenſibus, vt vidimus ſupra diſputatione prima quæſtione quarta dum de origine Cambij ſecundum tempus quærebamus.

DI-

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO XV.

Quis nam præferendus in acceptatione facienda super protextu.

1 *In acceptatione super protextu facienda quis præferendus an ille, cui dirigitur tractatus, an ille cui remissa.*

2 *Mandatum exacta diligentia est exequendum.*

3 *Ampl. nedum respectu formæ, sed etiam quoad qualitates.*

4 *Et tam circa res, & personas, quam locum, & tempus.*

5 *Nec licet recedere etiam in minimo.*

6 *Habens mandatum de emendo prædium pro centum, si emat pro centum decem, non habet actionem nec etiam pro centum cõtrarium tamen nu.*

7 *Is cui dirigitur remissa, præsentare debet literas illi, cui dirigitur tractatus.*

8 *In dissoluendo debito proprio, nemo debitori est anteponendus.*

9 *Soluere potest quis etiam pro inuito, & ignorante.*

10 *Non tamen pro expresse protestante.*

11 *Statuta Ianuæ dant actionem primo loco soluendi super protextu illi, qui debet repetere mox illi, cui est facta tractatus.*

Retinere tamen debens Cambium non potest excludere debentem soluere, postquam cõstitisset acceptationi super protextu factæ per eum, cui facta esset tractatus, & si nolit consentire dictæ acceptationi super protextu habetur ac si ipsemet acceptasset super protextu ibid.

12 *Sed & de iure verius esse censet Auctor.*

13 *Mandatum dicitur contractus bonæ fidei.*

14 *Et ideo ex æquo, & bono iudicandum.*

15 *Mandatum obseruandum etiam in eo, quod tacito intellectu actum fuit.*

16 *Mens in mandatis verbis præferenda.*

17 *Mens datoris litterarum est, vt ille, cui fit tractatus, acceptet, & soluat, sed facilius exequitur hoc si is, cui fit remissa sibi soluat, quam si ab alio stipuletur.*

18 *Effectus semper præcipue spectandus*

19 *Forma mandati data intelligitur prohibita quæ tendit ad oppositum, non quæ ad propositum.*

20 *Forma mandati potest pinguius, & plenius impleri.*

21 *Quod fit facilius, pinguius fieri dicitur.*

22 *Dator litterarum verosimiliter, dato quod litteræ sint acceptandæ super protextu, magis amat hoc fieri ab ille, cui fit remissa, quam ab illo cui fit tractatus.*

23 *Mandatum originem trahit ab amicitia.*

24 *Magis amicus verosimiliter prædilectus.*

25 *Creditor inde dicitur quia credit.*

26 *In mandatis exequendis argumentum a contrario sensu concludit.*

27 *Conditio mandantis melior effici potest etiã neglecta forma mandati.*

28 *Mandatarius potest facere non expressa in mandato, si maior ratio reddi potest, modo conditio mandantis non fiat deterior.*

29 *Ille, cui dirigitur remissa nedum habet mandatum exigendi connexum, & inseparabile à mandato soluendi, sed est etiam adiectus obligationi acquirendæ ab eo, cui tractatus dirigitur.*

30 *Obligatio facienda per eũ, cui dirigitur tractatus per acceptationem, nõ potest contingere sine consensu illius, cui fit remissa.*

31 *Statuti Ianuæ lib. 4. cap. 14. de compens. S. si tractatus, mens, & sensus perpenditur,*

32 *Ad non contingibilia iura non accommodantur.*

HÆC quæstio, licet valde affinis quæstioni, quam examinauimus supra, hac eadem disputatione, quæstione septima, nõ parum ab ea differre patebit ex infradicendis. Ibi enim agebatur de concursu eius, ad quem tracta, seu remissa spectabat, ratione proprietatis; cum eo ad quem spectabat, ratione solius curæ, & solicitudinis. Concursus vero, de quo hic agitur diuersarum omnino est personarum, seu (vt verius loquar) sub diuersa formalitate considerarum.

Rursus cum tria tantum genera personarum acceptare soleant, & possint litteras Cãbij super protextu, de quibus vidimus supra

hac

hac eadem diſputatione, quæſtione decima tertia; ab hoc concurſu reijcimus omnino tertios; illos ſcilicet ad quos nec tracta, nec remiſſa, de quibus in litteris, dirigitur. Cum enim in his, defficiat mandatum, quod viget in illis, cuius mandati vires efficaciores, & potentiores ſunt, quã negotiorum geſtorum actio; quæ ſubſidiaria eſt; vt ibi late examinauimus; Nulla poteſt remanere difficultas, quin dum adſit ille, cui dirigitur tracta, vel ille, cui dirigitur remiſſa volentes eam acceptare ſuper protextu, & prouinciam ſibi demandatam ſuſcipere, debeat ille tertius excludi in eorum concurſu.

Retentis igitur terminis quęſtionis in caſu dubitabili: in eo ſcilicet dum concurrit ille cui dirigitur tracta, cum illo, cui dirigitur remiſſa: & vterq; contendit acceptare litteras ſuper protextu. Videtur omnino præferendus ille, cui tracta ipſa dirigitur. Nam dato, ex quadam congrua interpretatione intelligendũ, & illum etiam cui dirigitur remiſſa habere mandatum ad ſoluendum, per ea quæ poſuimus ſupra hac eadem diſputatione quæſtione decima tertia; negari
2 tamen nõ poteſt exacta diligentia, mandata exequi non debere *l. diligenter in princ. ff. mand. c. cum dilecta extr. de reſcript. c. cui de non facerdotali de prabend. lib. 6.* Et
3 nõ ſolum quoad illorum formam; ſed etiã quoad mandati qualitates *c. cum veniſſet & ibi Bald. de eo qui mittit. in poſſeſſ. & in c. piſanis, & ibi Abb. nu. 5. de reſt. ſpol. Iaſ. in l. procurator nu. 2. C. de procur. & in l. tranſactionis nu. primo C. de tranſact.*
4 & id tam circa res, & perſonas, quam circa locum, & tempus *l. qui Romæ §. Calimachus ff. de var. obl. & per eum textum Bald l. prima §. igitur verſ. nota quod forma mandati ff. de exercit. actio.* Vnde cum in eo, cui dirigitur tracta, verificetur mandatum de ſoluendo in forma ſpecifica, & magis certa, quam in eo cui formaliter dirigitur tantum remiſſa, & ſucceſſiue partes exigendi. Ergo ille, & non hic præferri debet in acceptatione ſuper protextu, quæ ad ſolutionem ordinatur, Quod eo certius tenendum videtur in propoſito. Quia mandatum dirrectum Titio de ſoluendis puta mille, de quibus in litteris Cambij; dicitur mandatum certum, ac ſpecificum; Vnde ne latum quidem vnguem ab eius forma recedere licet *l. ſi quis pro eo ff. mand.* cum,
5 habeamus ex Sabini, & Caſſij ſententia: *l. præterea verſ. quod ſi pretium cum l. ſequenti ff. mandat.* cum qui habet mandatum de emendo prædium pro centum, non conſequi actionem ex ad impkmento, ſi illud emerit pro centum decem, licet illa de-
6 cem relaxet man datori.

Secũdò id certius videtur in practica tenẽdũ, & admittẽdũ, ſi executionẽ negotij reſpiciamus. Solet nãq; ille, cui dirigitur remiſſa præſentare litteras ei, cui dirigitur tracta, & ab eo requirere, an velit eam acceptare, & ſoluere, vt vidimus ſupra hac eadem diſput. quæſtione ſecunda, dum de praxi agebamus Poterit igitur is, cui fit præſentatio, vel ſtatim, vel etiam poſt aliquam dilationem impetratam ad deliberandum ſuper requiſitione illa, non conſulto, nec monito præſentante, litteras illas acceptare ſuper protextu Qua ſequuta acceptatione, ſtatim inſurgunt illi iuris effectus, quos vidimus ſupra hac eadem diſputatione quæſtione vndecima. Nec integrum erit præſentatori, poſt ius quæſitum tertio mouere controuerſiam hãc de prælatione, quę vana omnino redditur ciu in praxi ita de facili poſſit eludi.

Tertio ſaltem in eo caſu, quo tracta illa ſpectaret non ſolum ratione curæ, ſed etiam ratione proprietatis, & intereſſe ad eum cui dirigitur. Quæſtio videtur de indubitabili. Cum enim, tali caſu, debitum reſultans ex tali Cã bio, omni iure, ſpectet ad eum cui fit tracta;
8 nemo videtur præferendus debitori in diſſoluẽdo debito proprio; Cum habeamus certum in iure poſſe quam ſoluere debitũ alienum, illo inuito, & ignorante, non tamen po
10 teſt id facere debitore expreſſe proteſtante, vt præfati ſumus in hac eadem diſputatione quæſtione decima tertia.

Contrarium tamen ſtatutum eſt iure noſtro Ianuenſi, *ſtat. ciui l. lib. 4. cap. 14. de cõpenſat.*
11 *§. ſi tracta.* Quo deciditur in ſoluendis ſuper protextu actionem competere primo loco illi, qui debet Cambium recipere, deinde illi cui facta eſt tracta. Eo addito, quod non poſſit recipere debens Cambium, excludere debentem ſoluere poſtquam conſenſiſſet acceptationi ſuper protextu factæ per eum, cui facta eſſet tracta, & quod ſi nolit conſẽtire dictæ acceptationi ſuper protextu, habeatur, ac ſi ipſemet acceptaſſet ſuper protextu, & teneatur ſoluere.

12 Quod ipſum cenſeo verius etiam eſſe de iure duplici ratione.

Primum.

Primum quia mandatum ex illis contractibus
13 est, qui bonæ fidei dicũtur §. *actionum inst. de actio.* Quod ex consequenti ex æquo, &
14 bono iudicandum est *l. cum seruus extero. iuncta l. si vero non remunerandi* §. *si mihi. in fin. ff. mandat.* obseruandumq; in eo,
15 quod vel tacito intellectu actum fuit; *l. si creditor* §. *si inter maritum ff. mandat.* &
16 mens debet verbis præferri *l. vltima* §. *vltimo ff. mandat. late Tiraq. l. si vnquam verbo libertis nu. 48. de reuoc. donat.* Mens autem, & intentio datoris litterarum, & mã-
17 datoris ea est prima, & præcipua; vt debitum contractum ex illo Cambio, de quo in litteris, soluatur, perficiaturq. contractus; quem effectum, & quidem facilius consequitur, si ille cui dirigitur remissa (quem habere mandatum probauimus in proposita quæstione a precedenti proxima) sibi ipsi soluat, quam si ab alio stipuletur; vt per se patet. Ergo ipse venit præferendus in executione mandatorum, eorumdemq. interpretatione, cum effectus præcipue spe-
18 ctandus sit *l. mulier ff. ad Trebell. l. si mater. C. de inst. & substit. Grat. cons. 159. n. 11. lib. 2. Purpur. cons. 600. col. 3. vers. Nec refert. Cranet. cons. 748. nu. 31. Decia. cons. 1. nu. 117. lib. 1. Alex. l. non solum nu. 5. ff. sol. matr. & cons 25. nu. 12. vers. non obstat quod sines mandati lib. 1. sol. prima nu. 16. de lib. & post. Ruin. cons. 111. nu. 31. lib. 4. Cranet. cons. 19. nu. 15. ad finem, & n. 16.* Cum etiam in casu, quo data est certa for-
19 ma mandato, intelligatur prohibita illa, quę tendit ad oppositum; quæ vero tendit ad propositum cẽseatur permissa, vt in pũcto docet Baldus *in rub. ext. de procur. nu. 18.* Nec sit dubitandum, quin forma man-
20 dati possit pinguius, & plenius adimpleri *Clar. sæpe, & ibi Anch. col. vlt. de verb. signif. Bald. in l. si quis mihi bona* §. *sed quid si mãdauit ff. de acq. heredit. Alex. ibidem nu. 6.*
21 *1. assum. 4.* Quod enim facilius fit, pinguius fieri, non videtur ambigendum. Et cũ mãdator merito videri possit offensus ab eo, cui diriguntur litteræ, a quo, præter ipsius expectationẽ, libere non acceptantur, nulli dubium; quin (posito quod essent accep-
22 tandæ super protextu) si interrogaretur de, quæstione proposita in factorum contingentia, eum cui remissa dirigitur eligeret; & ex consequenti secundum hanc tacitam voluntatem idem est præferendus *Petrus de Bellaper. l. maritus in fin. C. de procur. Rot. Rom. decis. 24. de procur. in nouis. Cranet. cons. 274. nu. 9. & 10. & cons. 748. nu. 17.*

Quinimmo si rem altius introspiciamus, & in suis principiis, hæc veritas clarior fit. Mandata namq. originem traxere ab amicitia vt alias diximus, et Paulus testatur *l. prima ff. mand.* I gitur qui inter contendẽtes de acceptatione super protextu, magis amicus præsumitur, is ablq, dubio præfe-
23 rendus est ex ipsa actus natura, de quo agitur. Talem autem esse ilium, ad quem remissa dirigitur, non ambiges Lector, si considerabis maioris confidentiæ, & amicitiæ argumentum esse in mandante erga eum cui facit remissam, quam erga eum cui tractam; si ponderabis crediti appellationẽ generalem esse, & creditorem ideo dici-
24 quia credit *l. prima ff. de reb. credit.* Vnde cum per destinationem remissæ, regulariter, dator litterarum, vel quicunq. ad quẽ spectat remissa illa, ratione proprietatis, destinctur pariter creditor illius, qui eam exacturus est, merito ei credere dicitur, quod maioris est argumentum amicitiæ, quam debere; quod contingit in tracta. Et ex consequenti, cum is prælatus fuerit in amicitia, præferendus etiam in acceptatione mandati.

Accedat quod de facto, & vt plurimum, nulla alia efficacior nec verisimilior ratio considerari poteſt in datore litterarum; cur elegerit, puta, Titium, ad quem dirigeret tractam; potius quam Caium, ad quem direxit remissã, quæ vtiq. per solũ Caiũ executioni mãdari facilius poterat. Nisi vel quia, licet principaliter in intentione habuerit Cambij perfectionem, & solutionem obtinendam, secundario tamen optabat; quod debitum resultans ex adimplemento prædicto, imputaretur in causam per ipsum ordinatam, in posteriori parte earumdem litterarum, seu in litteris aduisij, seu Ipachijs. Vel quia dubitauerat ne ille, cui remissa dirigebatur, non vellet simul, & tractam acceptare (vt patet rem attentius intuenti) sed data cõtingẽtia casus, qui in præsenti quæstione examinatur, ne dum vtraq; cessat ratio, cum ex is, cui litteræ diriguntur, recusat acceptare dictam posteriorem partem, & is cui dirigitur remissa, ne dum sit paratus acceptare tractam, sed de ea acceptanda contendat: sed etiam militant in contrarium pro inclusione Caij. Ergo ipse erit præferendus; Cum non sit nouum etiam in mandantis

26 datis interpretandis argumentum a contrario ſenſu concludere *Bart. in l eum qui duobus §. filius familias num. 1. ff. de acq. hered. t. Iaſ. in l. 1. n. 53 ff. de off. eius.* Et certum regulariter in iure habeamus, ne dum con-
27 ditionem mandantis, etiam neglecta forma mandati, melioremeffici poſſe §. *is qui exequitur in fin. Inſt. de mand. l. diligenter §. vltimo l. idemq; §. ſi mandauero ff. mandat.* ſed etiam mandatarium poſſe id facere, quod non eſt expreſſum, ſi maior ratio reddi poſ-
28 fit, dummodo conditio mandantis deterior non fiat *l. ſi quis mihi bona §. quod ſi mandauit ff. de acq. haredit. & ibi Rom. in §. quod ſi mandauit num. 2. Caſtr. in conſ. 4. num. 7. lib. 2. & conſ. 240. in princ. lib. 2. Knyt. conſ. 164 nu. 8 lib. 3.*

Secunda, & poſterior ratio principalis, quæ hanc eamdem concluſionem veriorem eſſe de iure merito ſuadere poteſt, illa eſt. Quia
29 ille, cui dirigitur remiſſa, ne dum habet mãdatum exigendi connexum; & inſeparabile a mandato ſoluendi; Sed etiam eſt adiectus ſtipulationi, ideſt obligationi acquirendę ab eo, cui tracta dirigitur, vt probatum fuit ſupra hac eadem diſputatione quæſtione ſeptima. Ergo ipſo refragante, & repugnante conſenſum accommodare acceptationi faciendę per eum, cui tracta dirigitur;
30 non poteſt contingere talis obligatio *l. 1. & tot. tit. ff. de act. & oblig. Inſt. de oblig. que ex conſ.* Cum ad illam acquirendam ipſe ſiue a datore litterarum, ſiue a ſtipulatore Cambij fuerit præfectus. Quod ſi verum eſt, pro ut de iure veriſſimum, & in poteſtate ſit ipſius, cui remiſſa dirigitur, excludere acceptationem ſuper protextu faciendam per eum cui tracta dirigitur, in confeſſo eſt, ipſum ei in huiuſmodi concurſu præferendũ. Et hãc
31 rationem ſenſiſſe ſtaturum noſtrum Ianuẽſe relatum ſupra in concluſione, patet conſideranti, quod denegat hanc prælationem ipſi, qui recipere debet Cambium (qui ille ipſe eſt ad quem dirigitur remiſſa pro cuius prælatione deffiniuimus) poſtquam conſenſum præſtiterit acceptationi ſuper protextu, factæ per eum, qui ſoluere debebat, ſeu (quod idem eſt) per eum cui dirigitur tracta. Argumentum efficaciſſimum ad demonſtrandum, quantę efficaciæ fuerit apud ſtatuentes noſtros huiuſmodi cõſenſus præſtitus, vel denegatus. Quod ipſũ clarius aperit dũ ex ſolo diſſenſu eius cui dirigitur remiſſa circa acceptationem ſuper protextu deſideratam, per eum cui ſit tracta, intelligi tur quod ipſemet dictam acceptationẽ fecerit, quam alteri denegauerit. Nec vlla ratio eſt aſſignabilis cur ſtatuentes tantã vim attribuerint circa premiſſa cõſẽſui eius, cui eſt facienda ſolutio, niſi ex tacito mercatorum ſenſu ſubodorati eſſent, id ipſum merito tribuendum eſſe illi, quem partes, qui Cambium contraxerunt de communi conſenſu, adhiberent ſtipulationi, acquirendę ab eo, cui dirigitur tracta, cui nõ incongrue dicere poſſumus mandatas eſſe partes materiæ, & obligationis paſſiue, formæ autem, & obligationes actiue ei, cui dirigitur remiſſa. Vnde iure merito, dato concurſu, hic illi abſq; vlla difficultate eſt præferendus. Eidemque indulgenda, & concedenda ſunt commoda prouiſionum, & alia quæ ex complemento, & ſolutione i eſultant aduerſus datorem litterarum, & alios quomod libet obligatos, pro quibus pugnant; du n de cõcurſu prædicto quæſtio incideret.

Cui concluſioni vt ſupra firmatæ non obſtant ea, quæ in contrarium adducebantur.

Non primum quia non obſtãtibus iis, quę de exacta obſeruantia formæ mandati, ibi adducta fuere, adhuc attenta mente mandantis, & maioritate rationis cur mandans præferri voluerit eum, cui dirigitur remiſſa, per quem voluntas eiuſdem pinguius, & commodius adimpletur, vt habetur in prima ratione concluſionis, merito præferendus eſt. Præſertim quia Caſſij, & Sabini ſententia, de qua ibi, tamquam nimis rigoroſa, & aliena ab illa æquitate, & bona fide, quæ eſt ingenita contractui mandati, de quo agimus, correcta fuit: vt illo receſſu a forma mandati non obſtante, adhuc mãdatarius actionem conſequatur ex adimplemento *d. l. pra terea verſ. quod ſi pretium cum l. ſeq. ff. mandat. §. is qui exequitur Inſt. eod.* Reſpondetur ſecundo, per ſecũdam rationem de qua in concluſione. Nam cum ſine cõſenſu eius cui fit remiſſa, non poſſit ille, cui fit tracta acceptare ſuper protextu, cum fuerit adiectus ſtipulationi, fruſtra cum eo contendere poteſt in præmiſſis de quibus

Ad ſecundum reſpondetur quod immo praxis (ſi quæſtio de concurſu inter prædictos incideret) excluderet in totum eum cui ſit tracta, ponderato, quod eam acceptare nõ poteſt ſuper protextu, ſine conſenſu eius, cum quo de prælatione contendit; per dictam ſecundam rationem de qua in concluſione.

Ad tertium respondetur casum de quo ibi in argumento non esse contingibilem, vnde nil mirum si ei iura non accommodantur, *l. iura cum tribus §. qq. ff. de legib.* Nam vel is, cui dirigitur tracta, & ad quem spectat etiam ratione proprietatis, vult agnoscere bonam fidem, & tunc cum a datore litterarum nulla grauior sibi imponi possit lex, in secunda parte litterarum, quam vt sibi ipsi de solutis det debitum: si bonā fidem sequitur (ex supposito) non recusabit, & secundā partem litterarum exequi, & sic cessat occasio acceptandi super protextu si autem bonam fidem agnoscere nō vult, quantumuis dator litterarum optima sit. Littera, & spes magna ineſſet prouisionum, & aliorum, non acceptabit, nec etiam super protextu, quia cū tali casu actionē contra nullum consequatur, nisi contra datorem litterarum, is autē sit eius creditor de consimili summa, quam bonam fidem negligendo soluere recusat, secundum sua principia, non acceptabit timore compensationis opponendæ per datorem, cui (ex supposito) satisfacere non intendit; Ex quibus fit superfluum subtiliùs inuestigare, an etiam tali casu adiectus stipulationi posset dissentire.

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO XVI.

An contra litteras Cambij admittatur exceptio non numeratæ pecuniæ.

1 *Admittitur tantum in mutuo.*
2 *Et dote, & ratione 23. & 84.*
3 *Depositarius, qui potest vti re in depositum habita, tenetur tantum ad restituendum tantumdem, & a mutuario non differt. Non habet tamen exceptionem pecuniæ non numeratæ ibid.*
4 *In mutuo ex alia causa originato, non habet locum exceptio pecuniæ non numeratæ. & 38.*
5 *Cambium habere mixturam mutui secundū Scaccium de comerc. §. 2. gl. 8. nu. 3.*
6 *Mixtum participat de vtroque extremorum & facit tertiam speciem.*
7 *Scac. de comerc. §. 2. gl. 8. dicens exceptionem pecuniæ non numeratæ non dari contractui, sed rei quæ sit mutuabilis, improbatur.*
8 *Exceptiones dantur ad perimendas, vel eliendas actiones, quæ ex contractu proficiscuntur.*
9 *Salycetus laudatur.*
10 *Tex. in l. generaliter C. de non num. pecun. ponderatur.*
11 *Littera Cambij fiunt vel per la valuta hauta, vel ex alijs causis puta, cambiati conti con noi, siue conti con Scripronio, quæ verba nullam conferunt confessionem. Vide tamen num. 39.*
12 *Exceptio pecuniæ non numeratæ in litteris Cambij ex consuetudine Ianuensi non admittitur. Immo, & de iure ibidem. Contrarium num. 32. 34. 35. & 37. Scac. de comerc. §. 2. gl. 8. num. 3. sibi contrariatur. ibid. & num. 40.*
13 *Acceptans litteras Cambij, vt & dator litterarum non habent exceptionem non numeratæ pecuniæ, & num. 15. & 56. Idem est in tertio assumente in se obligationem mutui alicuius. ibid.*
14 *Campsori non datur exceptio prædicta, & 90.*
16 *Acceptans litteras Cambij censetur illas ratificasse, & fecisse se debitorem eius, ad cuius fauorem facta sunt.*
17 *Etiam si acceptator litterarum inde decoxisset.*
18 *Venditor conuentus ob rem non traditam nō euitat condemnationem per oppositionem exceptionis pecuniæ non numeratæ.*
19 *Littera Cambij habent executionem paratā ex mercatorum consuetudine nulla exceptione admissa & 20. vide tamen numer. 44.*
21 *Habent vim publici Instrumenti.*
22 *Capitula feriarum denegant exceptionem pecuniæ non numeratæ in Cambijs.*
23 *Ex confessione de recepto quempiam teneri, & obligatum esse naturalibus principijs obstat.*
24 *Quare biennio expiret hæc exceptio pecuniæ non numeratæ, & 25.*
26 *Exceptioni pecuniæ non numeratæ inutiliter renunciatur.*
27 *Etiam cum iurumento.*

28 *Absq.*

28 *Absolutio tamen a iuramento est petenda.*

29 *Immo sine absolutione quæ necessaria nō est vbi de ratione 30.*

31 *Homines eadem facilitate inducantur ad renunciandum, qua ad confitendum.*

32 *Lex non debet circumueniri, & haberi ludibrio.*

33 *Accipiens pecunias Cambio maiorem indigentiam ostendit, quam qui mutuo accipit.*

34 *Maior facilitas præsumitur in magis indigente respectu confessionis & renunciationis.*

35 *Accedens obligationi alienæ habent exceptionē pecuniæ non numeratæ. Vide tamen num. 73.*

42 *Mercatori beneficium excussionis non competit, & quare?*

43 *Exceptio vero non numeratæ pecuniæ datur.*

44 *Exceptiones iustæ, non censentur exclusæ in executione.*

45 *Etiamsi statutum excluderet per particulā nisi.*

46 *Exceptiones non dicuntur requirere altiorē indaginem, etiamsi in facto consistant, modo in promptu sint, & absque difficultate probari possint. & nu. 88.*

47 *Statutum admittens exceptionem solutionis tantum, non reijcit compensationem, quæ statim probatur.*

48 *Non reijcit exceptiones Iuris, & num. 88.*

49 *Ius certum est.*

50 *Licet incertum sit apud nos aliquando.*

51 *Ius debitum aquiparatur dubitationi facti.*

52 *Iudex exceptiones iuris licet dubij nō potest reseruare in diffinitiua.*

53 *Exceptio pecuniæ non numeratæ non denegatur in executione instrumenti habentis executionē paratam, modo excipiat intra biennium.*

54 *Exceptio pecuniæ non numeratæ habet annexam, & ingenitam exceptionem doli.*

55 *Exceptio doli opponi potest contra quamcumque executionem.*

56 *Acceptanti litteras Cambij, siue simpliciter, siue super protestu, siue tracta spectet ad ipsum ratione curæ, siue ratione interesse, siue vtriusque, exceptio pecuniæ numeratæ nan cōpetit aduersus illum, à quo facta fuit acceptatio, & facienda est solutio vigore litterarum.*

57 *Acceptans litteras Cambij ex constituto se obligare dicitur.*

58 *Debitum ex quacumque causa potest constitui, ideò ex quocumque cōtractu, siue certi, siue incerti.*

59 *In constituto non refert, an, ad quod constituitur, debeatur a constituente, vel ab alio.*

60 *Ex parte eius, cui constituitur non exigitur, vt is creditor sit.*

61 *Constituere, & præsentes, & absentes possumus.*

62 *Dator litterarum non liberatur, nisi post acceptationem sequatur solutio.*

63 *Constituens se soluturum pro alio nō liberat debitorem.*

64 *Imo nec per litis contestationem, nec alio modo, nisi per solutionem liberatur debitor.*

65 *Dator litterarum post acceptationem earum non potest prohibere illi, cui litteræ sunt directæ, ne soluat.*

66 *Contra acceptantem litteras datur actiō, & executio parata, & contra constituentem se pro alio soluturum.*

67 *Acceptatio litterarum per illa verba simplicia, accettata, regulatur secundum naturam acceptationis litterarum.*

68 *Constitutum recipit conditiones, & diem, de quibus in debito veteri.*

69 *Si nulla dies adsit, decem dies statuti dicuntur.*

70 *Adiectus nullum aliud ius, facultatemue habet, præterquam recipiendi solutionem & soluere volente.*

71 *Is cui fit remissa, habet actionem de constituta pecunia post acceptationem.*

72 *Adiectus non potest habere actionem de constituta pecunia, quia ei constitui non potest.*

74 *Consil. Bald. 190. lib. 2. examinatur, & numeris sequentibus.*

75 *Text. in l. si ex cautione. C. de non num. pec. perpenditur.*

76 *Dator litterarum Cambij non habet exceptionem pecuniæ non numeratæ aduersus, eū qui soluit litteras, siue pure siue super protestu siue fuerit is, cui dirigitur tracta, siue is, cui remissa siue tertius, & n. 78*

77 *Intellige intra biennium, non autem de diebus triginta num. 85. & seq. lim. tamen num. 90.*

78 *Actio negotiorum gestorum non datur ei, qui soluit indebitum.*

79 *Datori litterarum, Cambij cōtra stipulatorē,*

seu creditorem ex eodem Cambio non dari exceptio pecunia non numerata.

80 *Habet tamen actionem ex Cambio ad pretiũ consequendum vbi nulla facta est confessio.*

81 *Contractu, qui consensu, re, & pretio perficitur, celebrato, datur actio emptori ad rem, venditori ad pretium.*

82 *Quando statutum, vel consuetudo inducit aliquem nouum contractum, tũc pro illius adimplemento oritur actio ex eodem contractu.*

83 *Vim, & equitatem contractus Cambij DD. antiqui non agnouerunt.*

86 *Exceptio pecunia non numerata, qua datur intra dies triginta non solum procedit in mutuo, sed in quocumque alio contractu.*

87 *Et datur precisè in Cambio. Iason. vt nu. 90.*

88 *Exceptiones requirentes altiorem indaginẽ reseruanda in iudicio ordinario.*

Intellige si non sunt iuris indubitati, ibid.

QVÆSTIONEM hanc ex professo examinat Sigismundus Scaccia *in tractatu de hac re §. 2. gl. 8. a nu. 1. vsque ad numerum decimum quartum*. Et firmata cõclusione affirmatiua, exinde per ampliationes, & limitationes eo vsque progressus est, quousque instituto suo satis (vt profitetur in calce numeri decimi quarti) sibi visum fuit. Nos de more, vt magis aperiamus naturam rei de qua agimus; per suas causas veritatem inuestigabimus, & sicuti libenti animo si quid a Scaccia scriptum fuerit quod iuri sit, consonum cãdide approbabimus; ita e conuerso si quid perperam scriptum occurret, remota omni acerbitate, refutabimus.

Primo pro sententia negatiua, quod scilicet in Cambio huiusmodi exceptio non admittatur facit. Quod generaliter traditur: Exceptionem hanc non habere locum, nisi in cõ-
1 tractu mutui, per iura adducta per Scacciã, *ibi sub num. 2. vers. 5. Sed exceptio gl. in l. generaliter 13. verb. eamque & glos. 1. in l. seq. C. de non numer. pecu. Castr. d. l. generaliter num. 1. Molina de iust. tom. 3. de contr. disp. 302. vers. dixi supra.* Quod ipsum firmius probant ipsa verba textus *d. l. generaliter in principio*. Et magis in specie tradunt. *Alex. cons. 191. num. 3. lib. 2. Gozed. cons. 128 numer. 28. Alex. Nouell. l. 1. numer. 211. ff. solut. matr.* (excepto mutuo, ac dote,)
2 hanc exceptionem non concedi. Quinimmo id adeo verum est, vt, licet concedatur depositario vti re, in depositum habita, quo casu ad libitum de ea disponere posset, & tenetur solum ad restituendum tantũdem; quod in substantia nõ distinguitur a mutuo
Adhuc, nec tali casu, dicta exceptio compe-
3 tat *Bald. in l. in contractibus §. 1. nu. 2. Saliy. num. 11. Castr. num. 5. C. de non numer. pecu. Fely. in cap. si cautio num. 43. in fine de fid. instrum. Natt. cons. 438. num. 7. Bello. cons. 4. num. 7. Vol. 4. Rimin. Iun. cons. 191. num. 7. cũ seq.* Prout nõ competere generaliter rescripsit Imperator Alexander *l. aduersus C. de non num. pecu.* ex nullo mutuo ex alia diuersa causa originato.

Cui argumento non satisfacit Scaccia per primam illam responsionem, quod Cambium habeat mixturam mutui. Nam, præter quã quod non facile persuadebit hanc mixturã
5 eis, qui distinctius agnoscunt substantias quorumcumque contractuum inter se toto cælo diuersos, non aperit: Qua ratione si cuti mixtura mutui est apta admittere hanc exceptionem, cur mixtura alterius contractus (secundum cum emptionis) quæ in eodem concurrit, non sit apta eamdem exceptionem excludere. Præfertim quia regulariter, de iure mixtum quid ex duobus simplicibus, facit tertiã speciem de per se, participantem de vtroq; extremorum *per Bar. in l. quæsit in princ. ff. de stat. homin. Angel. cons. 348. num. 3. vers. vbi non sunt separabilia. Anch. cons. 70. nu. 1. vers. pro cuius euidẽtia, & cons. 346. Tiraq. de retract. conuent. §. 10. gl. 1. num. 3. Contar. in l. unica limit. 2. in princ. num. 27. C. de moment. possess.* Si ergo tertia species est, non potest dici mutuum, & vti tale admittere hanc exceptionem, prę
6 textu dictæ mixturæ.

Multo minus satisfacit in posteriori illa responsione qua dixit ex Saliceto, *l. in cõtractibus nu. secundo C. de non num. pecu.* hanc
7 exceptionem non dari contractui, sed rei, quæ sit mutuabilis, & sic siue contractus sit mutui, siue alius cõtractus, dummodo agatur de re mutuabili. Hæc enim ratio nullum iuris saporem habet, omnes enim sciunt, & intelligunt exceptiones ad perimẽdans vel eliendas actiones dari, quæ ex contractibus proficiscuntur, & id ipsum, vsu venit de hac nostra de qua agimus, vt
8 docet

docent DD. omnes *Inſt. de liter. oblig. & l generaliter, & l. in contractibus cum toto titulo C. de non num. pec.* Et ſi admitteremus in quolibet contractu, in quo res mutuabiles interuenit, eſſe locum huic exceptioni, dicendum eſſet & dari in venditionibus, depoſitis, commodatis, & ſimilibus, qua re nihil magis abſonum ab hac iuris noſtri diſpoſitione. Nec eſt permittendum hanc ſententiam imputari Saliceto, interpreti magni nominis; neq; enim ille, loco laudato, aut alibi, probat ſententiam illam. Verum quidem eſt, quod cum ille textus, qui reſtrinxit tempus annorum quinque, quod aliàs indultum erat debitori ad proponendam hanc exceptionem, ad biennium, *vſus eſſet illis verbis generalio-* ribus, ibi, *alia res*. Quę verba de ſui proprietate cõprehendere etiam poterant res non mutuabiles, ſecundum ſubiectam materiam. Interpres ibi reſtringit, poſt gloſam interprætationem illorum ad res mutabiles tantum, & in quibus tantum verſatur contractus mutui in quo locum habet dicta exceptio. Vt in ſpecie notat ibi gloſa, quam expreſſe ſequitur Salicetus ibidem, tantum abeſt vt velit concedi hãc exceptionem in quocumque contractu, in quo interuenerit res mutabilis, vt ſomniatus eſt Scaccia.

Secundo pro eadem ſententia negatiua facit, quia vel litteræ Cambij fiunt expreſſa illa vulgari, & ſolita cauſa *per la valuta hauuta* quę cõtinet expreſsã cõfeſſionẽ de recepto vel alijs expreſſis cauſis, puta, *Cambiati, vel contati con noi, ſiue conti con Sempronio*, quæ nullam continent numerationis confeſſionem, vt probat Rota Genuę apud Bellonum *deciſ. 44.* Si hoc poſtremum; tunc non intrat quæſtio an poſſit, vel non poſſit opponi exceptio, cum nulla proponatur cõfeſſio, elideda per exceptionem; Siprimũ ex cõmuni cõſuetudine Genuę reicit Scaccia *d. §. 2. gl. 8. n. 8.* quod ipſum procedere ſere teſtatur ibidem, *nu. 5. ductus auctoritate Bald. conſ. 290. nu. 2. lib. 2. Sempronius ſolter. ad Marant. in Specul. par. 6. art. 6. princip. nu. 53. in fin. verſ. finge campſorem.* Ita vt liceat mirari Scacciã poſtuiſſe ſententiam affirmatiuam, quam poſtea non limitat, vt verba præferunt. Sed deſtruit allata per eum prima limitatio.

Tertiò vel iſta exceptio opponi poterit a datore litterarum, qui fatetur in eis ſe recepiſſe Cambij valutam de numerato, vel ab eo, qui dictas litteras acceptauit; a neutro ex eis poteſt opponi. Ergo a nullo poteſt. De hoc poſteriore probatur. Quia iſte qui acceptat, & promittit litteras Cambij, videtur ſubintrare vicem datoris litterarum qui pro dicto Cambio erat obligatus; quo caſu, eum non habere hanc exceptionem, reſcripſit Iuſtinianus Imperator, *l. fruſtra C. de non numerat.* Quod reſcriptum exemplificat Baldus ibidem, in contractu mutui, in quo tertius ſumpſit in ſe obligationem promiſſoris; docens, eum non habere hanc exceptionem, quia eo caſu non agebatur, vt ei hæc pecunia numeraretur; nec obligatio ex illius perſona ſumpſit exordium; quod potiſſimum procedere ait in mercatore ob præcipuam fidem, quam homines habent in campſore: ex quo reſultat, quod nec etiam ei competat beneficium excuſionis, quod regulis iuris repugnat. *auth. de fideiuſſ. §. fin. col. prima*. Quod Baldi dictum & alij ſequuntur. *P. l. ſecunda §. creditum numer. 16. ff. ſi cert. pet. Angel. l. fideiuſſor §. patet num. 4. de pignor. relati per Rot. Rom. in una Romana litterarum Cambij coram Arigonio 11. Septembris 1602. num. 24. impreſſa apud Mandoſium de Com. par. prima §. ſecundo de eo ap. ab obligat. Camer. fol. 877.* & in puncto litterarum Cãbij acceptarum, quod acceptans non poſſit poſtmodum hanc opponere exceptionem probauit Rota Romana *in dicta Romana litterarum Cambij coram Arigonio de qua ſupra*, ea ratione quia ille qui prædictas litteras Cambij ſibi præſentatas acceptauit; cenſetur illas ratificaſſe, & feciſſe ſe debitorem eius, ad cuius fauorem datæ fuerũt, *Bart. Angel. Sali. in l. ſi filius fam. l. ſecunda ff. ad Maced. Rot. diuerſ. deciſ. 811. nu. 10. in prima part. impreſ.* quod Rota procedere exiſtimauit, quamuis dator litterarum poſt acceptationẽ decoxiſſet *per Sal. d. l. ſi filius fam. Coraſ. in l. admonendi nu. 73. ff. de iur. iur. d. Rot. diuerſ. 811. num. 12.* Et Rotam ſequitur Scaccia vbi ſupra *d. §. 2. gloſ. 8. nu. 12.* in ſua limitatione quinta.

De datore vero litterarum probatur; quia datoris obligatio oritur ex contractu Cambij qui inter contractus nominatos merito recenſetur, paritque actionem ſibi ſimilem; vt probauimus *in prima diſputatione queſtione duodecima*, & ipſe, vigore dicti contractus de quo in litteris, remanet obligatus

tus ad ſoluendum genus peccuniæ; quod tamquam res deductum eſt in illo Cãbio; vt vidimus eadẽ diſputatione prima quæſtione decima quinta, & per conſequens non magis apte, nec magis efficaciter conuentus ad ſoluendum id, quod vigore dicti cõtractus tenetur, opponeret exceptionem
18 non numeratæ pecuniæ; quam ſi, venditor conuentus ob rem non traditam, vellet condemnationem effugere, oppoſita exceptione non numeratæ peccuniæ; quare nihil ineptius *arg. Iulianus* §. *ſi quis colludente cum toto titulo ff. de actio. empt.*

Quarto: valde fauet huic ſententiæ negatiuę praxis, & mercatorum omnium ſenſus, & conſuetudo; qua obtentũ eſt, litteras Cam-
19 bij habere executionem paratam, & celerẽ contra debitorem, & nulla penitus admiſſa exceptione; In tantum vt vulgo increuerit dictum illud de eo cui nullum competat remedium, *egli è ſpedito per lettere di cambio*. Et de hac conſuetudine vniuerſali (nam de conſuetudine Genuenſi non eſt ambigendum cum iure conſuetudina-
20 rio ſcripto *l. 2. ſtat. Ciuil. c. 4. de cuius. breuio: in princ.* quod exornat Scaccia §. 7. *gl. 3. cũ ſequenti* intra horas viginti quattuor nulla admiſſa exceptione debeant executioni demandari) teſtatur non ſolum Scaccia ibidem, *d. §. gl. 5. nu. 4.* ſed etiam Rota Romana, *in vna Romana litterarũ Cambij coram Sacrato 3. & 12. Martij 1595. in fin. impreſſa apud Marches. de Comiſſ. queſtione prima §. ſecundo fol. 873.* Ex eo quod litteræ Cambii de cõſuetudine habent vim publici inſtrumenti *Zanardi. cons. 153. nu. primo*, & paratam executionem; *Bal. conſ. 384. nu. 3. lib. primo.* Et plenius ac vniuerſaliter teſtatur eadem Rota, *in vna Anconitana attentatorum coram D. Decano 12. Februarij. 1580.* vbiq. locorũ inter Merca-
21 tores huiuſmodi litteras habere in eorum foro paratam executionem; qua conſuetudine nihil magis alienum, quam huiuſmodi exceptio; quæ totam praxim Cambiorum euerteret, & quam etiam ex hoc capite reicit Scaccia *d. §. 2. gl. 8. n. 7.* De qua etiam in ſpecie habemus capitulũ feriarum *c. 14.* in quo diſerte cautum legitur
22 quod contra litteras Cambij habentes expreſſam Cauſam pro valuta habita; non poſſit opponi; ſolutionem vere & realiter factam non fuiſſe.

In contrarium: quod immo hæc exceptio non ſit deneganda in Cambio facit. Quia toti
23 ratio cur concedatur in mutuo illa eſt, quia homines ex facilitate ſæpe faciunt litteras prædictas cõfeſſionatas, ſpe futuræ numerationis, & incongruum & contra naturalia principia videtur, eos teneri ex ſimplici confeſſione de recepto *l. ſi ex cautionibus et ibi Saly. in 7. oppoſſ. nu. 9. C. de non numer. pecu. Card. Mant. de tacit. & ambig. cõ-*
24 *uent. lib. 18. tittulo pr. nu. 8.* Quinimmo, & hęc eſt ratio, cur huiuſmodi exceptio lapſo biennio expiret. Quia, ſcilicet, debitor facile poteſt intra illud tempus querelam proponere, quam lex præſumit cum propoſiturum, quatenus habeat; *Card. Mant. vbi ſupra nu. 9.* Neq. enim tantam facilitatem, ne dicam ſtoliditatem, lex præſumere poteſt, vt qui, ſpe futuræ numerationis confeſſionem, & obligationem ſcripto celebrant, non ſequuta numeratione intra biennium, adhuc quieſcant. Et ex eadem facilitate præſũpta a iure emanauit; quod non teneat renunciatio facta per debitorẽ
26 huic exceptioni *Bal. in d. l. ſi ex cautione n. 3. & Bart. poſt. Cin. ibidem nu. 4. & 7. Saly. poſt. Iac. de Lau. ibidem nu. 15. 17. Imol. c. cum contingat nu. 25. de fid. Inſt. r. Alc. in c. cum contingat nu. 100. de iur. iur. vbi de indubitabili atteſtatur Angel. Aret. Inſt. de litter. oblig. in princ. Alex. poſt. alios conſ. 179. nu. 3. lib. 2. vbi de cõmuni teſtatur com. conſ. 293. nu. 7. lib. 4.* Quod procedit etiam ſi dicta renuntiatio fuerit iuramento ſtabilita; non enim prohibetur iurans, impetra-
27 ta abſolutione a iuramento, tamquam tur-
28 piter recepto, hanc exceptionem proponere *Abb. c. primo nu. 3. 13. de iureiur. Com. d. conſ. 293. nu. 4. ad fin. lib. 4. Alc. c. cum contingat nu. 100. in fin. de Iur. iur. Card. Mant. de tacit & Ambig. conuent. lib. 18. c. 4. nu. 3. vbi de frequentiori Doctorum ſententia teſtatur.* Seu (quod verius puto) poteſt opponere hanc exceptionem, etiam nulla impetrata abſolutione a iuramento,
29 vt reſcribit Iuſtinianus *l. fin. C. de non numer. pecu.* Et explicat ibi Gloſator verbo, Sacramenti, id procedere quia iuramentum, tali caſu, cenſetur conditionale, quatenus ſcilicet pecunia numeretur, quod
30 etiam ius Canonicum probat *c. quemadmodum cum gl. verb. conditio ext. de iur. iuran. gloſ. mag. d. l. final.* Et quidem meritò nãhomines ſunt faciles ad confitendum propter neceſſitatem rei familiaris, vt experien-

tia

tia docet & , teſtatur Baldus ,*d.l.ſi ex cau-*
31 *tione nu. 3.* Et propterea qua facilitate in-
ducuntur ad conſitendum,eadem et iam in-
ducuntur ad renunciandum ; *Alex. conſ.*
179. nu. 3. lib.2. quæ renuntiatio eis non
debet nocere,ne lex ipſa circunueniatur , &
habeatur ludribrio , *l.ſi mulier l.prima C.*
*ad vell.l.dotſ ff.de nouat.*Et quia eadem fa-
cilitas militat in dote, ideo , & in dote ad-
mittitur exceptio , per ea quæ vidimus ſu-
pra in primo argumento:ſed hæc ratio mi-
32 litat etiam in eis qui recipiunt pecunias
ad Cambium , & de Cambio litteras con-
ficiũt,licet verè non receperint; ergo debet
in Cambio militare eadem iuris diſpoſitio
l.illud ff. ad l. Aquil. l. a Titio ff. de verb.
obligat. l. de quibus & ibi Doctores ff.de le-
gib. Quinimmo , qui adeo pecunijs eget ,
33 vt eas Cambio accipiat , maiorem, proculdubio, denotat indigentiam, quam ille,qui
ſimpliciter accipit mutuo;& per conſequẽs
34 in eo maior facilitas in conſitendo eſt præſumenda , & facilius indulgenda; *Arg.d.Iu-*
lianus verum debitorem ff.de condict. indeb.l. quicumq.in fin C.de fid.inſtrum.& iu-
re haſtæ fiſcalis lib.10. Et hinc forte Iuſtinianus Imperator *l.fin.C. de non num pecu.*
dum de hac exceptione competente contra
debitorem fœnebrem loquitur,dicit, id iuris eſſe indubitati, a maiori ſcilicet indigẽtia , maiorem facilitatem argumentatus: &
propterea,abſq. vlla limitatione,hoc remedium indulget . Quod vtique eo promptius concedendum in Cambio,quo grauiores ſunt vſuræ, ſeu intereſſe inde reſultans
vt ponderauimus in prima diſputatione ,
quæſtione decima tertia, dum de iuſtitia ,
huius contractus quærebamus .

Secundo id ipſum probari videtur per textũ
35 in terminis *Itamen mandatori C.de non nu-*
merat.pecu. Quo Diocletianus,& Maximianus Imperatores ; hæc verba reſcripſerũt
„ *Tam mandatori,quam fideiuſſori non nu-*
„ *meratæ pecuniæ exceptio exemplo rei prin-*
„ *cipalis competit,*per quem textum Doctores omnes dicunt , accedentes obligationi alienę,habere hanc exceptionem; prout eos
diſtinguit Salycetus *in l.fruſtra nu.1. C. de*
*non num.pecu.*ab illis qui ſubrogantur in locum primi , Cum igitur ille , qui acceptat
litteras Cambij,& promiſit earumdem ſolutionem,non ſubrogetur in locum datoris
ſed ei accedat(vt ſæpius vidimus)ei nõ erit
deneganda hæc exceptio.

Tertio ſaltem in litteris illis Cãbij in quibus
36 loco illorum verborum , pro valuta habita,
ponuntur illa *Cãbiavi*,vel illa, *conti con noi*,
vel *conti con N.* In his enim, vel huiuſmodi caſibus,videtur haud dubie concedenda
huiuſmodi exceptio,vt pro indubitabili hoc
ponit declarando primam limitationẽ Scaccia *d.§.2.gl.8.nu.7.8.*

Quarto facit auctoritas Doctorum illorũ , qui
37 pro hac ſententia affirmatiua adducuntur
per Scacciam vbi ſupra. *Bald.conſ. 190.Sem*
pronius nu.2.verſ.ibi item iſta priuata epi-
ſtola lib. 2. Afflict. conſt. Nep. lib.1. rub. 4.
vt magiſter inſtitiarius in conſtit. cauſa nu.
10.Foller ad mercat.in ſpec. par. 6. actu. 6.
princ.num.53.verſ.ſed finge Campſorem 10.
Baptiſta Caut.tract.de Camb.tit.de lit.verſ.
quæro an litt. fol. 224. Rota diuerſ.dec.53.
Deciſum fuit verſ. ceterum in fin.in Rom.
execut. Camb. 3.Iulij 1589. coram Mantica
apud Marchef.de Comiſſ par.1.§.2.num.53.
*fol.870.*Quorum auctoritas eo magis faciẽda eſt,quo facilius videtur accomodari poſſe reſponſiones ad argumenta quæ pro negatiua ſententia adduximus,

Ad primum enim facile videtur reſponderi poſſe,ideo contractibus mutui,& dotis tantum fuiſſe conceſſam hanc exceptionẽ, quia
tempore,quo iura prædicta condita fuere,
nondum erat in vſu Cambium, vt probauimus ſupra diſputatione prima , quæſtione
quarta,vnde nil mirum ſi,& Cambium vna
cum mutuo , & dote non fuit in propoſito
adnumeratum , ſicuti ex eadem cauſa non
fuiſſe connumeratum inter cõtractus bonæ
fidei,&eos qui producunt actionem ſibi cognominem probauimus eadem diſput. quduodecima. Et propterea cum mores poſteriores hunc contractum inuenerint , & in,
eo militet eadem,immo efficacior , ratio facilitatis in confitente,quæ hanc exceptionẽ
tribuit doti,& mutuo(vt probauimus ſupra
in primo argumento pro ſententia affirmatiua)dicendum merito videtur ceſſare illud
argumentum,con ſua confirmatione , quæ
licet in ſe veriſſima , tamen habet magnam
diuerſitatis rationem,ſeu veritas in ea ceſſat
tota ratio concedendi hanc exceptionem,
facilitas ſcilicet illa ſæpius ponderata Cum
enim proponatur alium contractum præceſſiſſe,ex inde in mutuum ex confeſſione
conuerſum , nulla ſubeſt ſuſpicio facilitatis
38 in confitente,cum de cauſa naturali obligationis deſumpta ex priori contractu, plene
conſtet.

conſtet. Vt ex eodem reſcripto Alexandri colligitur *l. aduerſus C. de non num. pecu.* his plenè verbis. *Cum autem ex præcedenti cauſa debiti in Chirographum quantitas redigitur, non requiritur tunc cum cauebatur numerata ſit ſed an iuſta cauſa debiti præceſſerit* Quod reſcriptum dum in alium ſenſum trahit Gloſſator noſter *ibi verbo proceſſerit* extranea omnino tradit a propoſito, & ad extranea trahit interpretes noſtros. Cum ſenſus, & ratio planiſſime ſint per ſupradicta, nec gloſa, aut Interpretes contradicant.

Secundum vero argumentum poſſet admitti, cum huic ſententiæ nõ aduerſetur. Quinimmo eam confirmet, vt ibi notauimus admirati Scacciam (qui id ponit loco limitatio nis non animaduertiſſe per eam in totum deſtrui regulam à ſe firmatam.

Ad tertium vero reſponderi poſſet; reſpectu
39 datoris litterarum, per ea quę poſuimus ſupra pro reſponſione ad primum. Reſpectu vero eius qui litteras acceptauit, reſponderi poſſet, hũc tamquam accedentem ob ligationi datoris litterarum, idem prorſus ius habere, quod dator; vt probauimus in ſecũdo argumento pro hac affirmatiua ſententia. Nec reſiſtit reſcriptum Maximiliani, & Diocletiani *l. fruſtra C. de non num. pecun.* ibi. ponderato, quia verum eſt reſpectu per ſonæ propriæ ipſius promittentis, qui ex perſona propria, vellet hanc exceptionẽ proponeret. Qui ſcilicet confeſsus fuiſſet, habere pœnes ſe ex cauſa mutui illa decem, quæ a Titio debebantur, vt notabiliter animaduertit Paulus Caſtrenſis, Quo caſu dicit hanc exceptionem ei non concedi, quod ipſum, licet non exprimat, videtur ſentire
40 Salycetus ibidem in fine, dum diſtinguit, an ſic promittens opponat ex propria perſona, an ex perſona prioris debitoris, & hoc ſecundum eum gloſa concedit, primum vero negat. Per quæ optime conciliantur iura & DD. *d.l. fruſtra, & d.l. mandatori* quos contrariari opinata eſt Rota dicta deciſ. coram Arigonio. Et ratio diſcriminis (licet nec Caſtrẽſis, nec Salycetus id dicant) optime poſſet deſumi ex *ijs*, quæ poſuimus ſupra in reſponſione ad primum argumentum. Cum enim ratio huius exceptionis pẽdeat a nimia facilitate confitentis, hæc ceſſat in eo, quia ſuper aliena obligatione, & conſequenter ſuper ciuili, & naturali obligatione ſuam fundat confeſſionem, ob quam obligatur. Et propterea merito ei non ſuffragatur exceptio *d.l. fruſtra*. Sed cum e cõ-
41 uerſo regulare ſit, quod omnis, & quęcumque exceptio, competens principali, conueniat etiam ei, qui accеſſorie eſt obligatus cum co; merito intrat diſpoſitio contraria, *d.l. mandatori*. Nec ratio cõſiderata per Baldum in propoſito (quod in mercatore non intret hæc exceptio, cum ob magnam fidẽ, quæ ei adhibetur, denegetur eidem beneficium excuſſionis) multum ſtringit, cum optime ei reſpondeatur per Salycetũ *d.l. fruſtra C. de non num. pecu.* Quod ſi beneficium
42 excuſſionis non competit, parum obeſt, quia mercatorem non lędit cum habeat a quo reperat, quod non contingit ſi pruaretur exceptione non numeratæ pecuniæ, cui
43 alias etiam inter mercatores locũ eſſe, probatur in iure *l. ſi. l. cum quis num. 18, C. de iur. & facł ignor. Strach. de merc. tit. quom. in cauſa mercat. proc. ſit* & de mercatore ſaga ci ſcriptum reliquit *Cephalus conſ. 108. nu. 18. vol. 1.* Sicuti ne c ratio Rotæ procedit, qua dixit, ideo non concedi, quia ille, qui acceptauit litteras Cambij, cenſetur illas ratificaſſe *DD. in l. 2. ff. ad Maced.* Nam veriſimum eſt; per receptionem litterarum, nulla facta contradictione per recipientem, oriri approbationem contentorum in litteris, vt probauimus ſupra hac eadem diſputione quæſt. nona, & decima, Vnde nil mirũ ſi per receptionem litterarũ factã per patrẽ in quibus agitur de mutuo, celebrato p filiũ familias; ceſſat S. C. quod reſiſtit contractui prædicto, celebrato ſine conſenſu, & auctoritate paterna. Non inde tamen vlla vi reſultat, aut reſultare poteſt (etiam ſi demus obligationem acceptantis litteras per ipſam acceptationem oriri) ratio cur tali caſu, cæteris concurrentibus, deneganda ſit talis exceptio quæ aliunde prouenit per ſupradicta.

Ad quartum, & poſtremum reſponderi poteſt; admiſſo litteras prædictas habere paratam executionem, non inde recte inferri, remouendam a Cambio huiuſmodi exceptionem. Licet enim demus in executione regulariter remoueri omnes exceptiones, requirentes altiorem indaginem
44 nunquam tamen iuſtę exceptiones excluſæ cenſentur, *Antonius de Canario in tract de executio. infrum. queſtione prn. 2.* Etiam ſi per ſtatutũ expreſsũ, fieret earũ excluſio; inducta per particulam niſi, *poſt. Cyn. in l.*

ita nobis 28. C. de adult. Couar. vbi supra quæstione 2. nu. 3. late Caranit. super vltimis mag. cur. ritu 166. nu. 57. Nec illæ dicunt recipere altiorē indaginem, etiamsi in facto consistant, seu ab eo dependeant; dummodo in promptu sint, & absq; difficultate probari possunt, *l. is a quo & ibi Bart. in summario ff. vt in possess. legat. Fely. in c. ex parte il. secundo in n. 15. & 19. limitatione & ibi Deci. nu. 48. de offic. delegat. & in cons. 424. nu. 6. & cons. 467. nu. 8. 7. Rom. cōs. 244. n. 6. Crau. vbi supra Frāc. Anto. in tract. de liquid. instr. consid. 4. n. 71.* Vnde licet statutum admittat exceptionem solutionis tātum, si quis tamen opponat de compēsatione statim probāda, erit audiēdus *Alex. cōs. 12. n. 13. vol. 2. & ibi Add. Tiraq. in tract. cōsang. §. 3. gl. 3. nu. 4. Seb. Medic. de compensat. par. 2. qu. 10. late Crass. de except. except. 16.* Quod si procedit in exceptionibus a facto deducendis; multo certius erit admittendum in exceptionibus a iure deductis, cum ius sit certum, *Lancille & ibi Bal. ff. de furt.* Non obstante quod aliquādo ius apud nos incertum sit, & dubium vsq; adeo, vt æquiparetur dubitationi facti. *Iaf. in l. iuris ignorantia num. 2. C. qui admitt. Curt. Iun. cons. 92. nu. 12. Crauet. cons. 487. nu. 24. Menoch. cons. 162. nu. 34. & cons. 363. nu. 2.* Vnde videntur æquiparari quoad hoc, exceptionib. facti *Surd. cons. 252. nu. 11. lib. 2. Scap. de Salu. interd. lib. 2. qu. 1. num. 4. Statil. pacif. in tract. eius d. rei cap. 2. in fect. 2. nu. 73. alias 89.* Nam certius videtur, quod licet iudex possit reseruare exceptiones requirentes altiorem indaginem in fine litis, non poteſt eas quę sunt iuris, licet dubij, sed statim eas desſinire debet *Bald. in l. postquam liti col. 2. vers. septimo C. de pact. Sor. Sen. cap. 1. nu. 51. 52. de lit. contest. alias nu. 26. 27. Blanc. in tract. de compr. qu. 4. n. 102. qui alios citat Neuiz. a. post Com. cons. 30. nu. 5. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 53. nu. 5.* Et sane sicuti agēti in executionem instrumenti, quod habet saltem de consuetudine executionem paratam) ad consequendum mutuum confessionatum intra biennium, obstaret de iure exceptio non numeratæ pecuniæ, non obstante calore executiuo Iudicij, id eadē ratione non videtur denegandum litteris Cambij. Præsertim cum hæc exceptio non numeratę habeat annexam, & ingenitam exceptionem doli *l. si ex cautione & ibi DD. omnes C. de non num. pecu.* Quæ doli exceptio potest contra quamcumq; executionem opponi. *Cuma cons. 136. num. 4. Dec. ex parte 13. n. 79. de off. delez. & cons. 424. nu. 5. & 6. Bernardus Pandus in tract. de liquid. instr. par. 5. decl. 22. nu. 39. Ant. de Couar. in tract. de execut. instru. qu. 12. in fin.* Et mer ito, cum nihil sit, aut reperiri possit iuri naturali, & æquitati iudiciorum tam contrarium, quā dolus malus. Vt vides benevole lector, vndi quę sunt angustiæ, tamen si me audias, has frimabis conclusiones.

Prima conclusio acceptanti litteras Cābij siue simpliciter, siue super proextu, siue tractata ad ipsum spectet, ratione curæ, siue ratione interesſe, siue ratione vtriusq. nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ competere aduersus eum cui facta fuit acceptatio, & cui est facienda solutio, vigore dictarum litterarum. Quod vt probem, cum sæpius diximus acceptantē litteras Cambij, per dictam acceptationem obligari diligētiori modo, & exactiori doctrina stabiliēdū est, quo iure, & qua nam potiſſimum actione obstringatur, vt inde cognoſcere possimus, an cadat sub dispositione, *l. frustra* an sub dispositis *in l. mandatore C. de non num. pecu.* Et propterea licet hic art culus peculiarem sibi quęstionem poſtulare visus esſet tamen aptius ad hunc locum referuaui.

Et sane indubitatum habeo hunc ſic acceptantem, & promittentem litteras Cambij, ex constituto ſe obligare: cum, ipſis Iureconsulti verbis, ad ęditum Prætoris de constituta pecunia *tot. tit. ff. de const. pecu.* omnia quæ, ad constitutum requiruntur; in casu de quo agimus contingat. Certum est enim ex verbis Vulpiani ad ędictū *l. 1. §. debitum ff. eod.* „ *Debitū ex quacūq; causa posse constitui, ideſt* „ *quocūq; cōtractu siue certi, siue incerti, vt si* „ *ex causa emptionis quis sibi debeat, vel ex* „ *dotis causa, vel ex causa tutelæ, vel ex quo-* „ *cūq; cōtractu.* Ergo etiā ex Cābio. Et si non refert, an id quod cōstituitur, debeatur a cō ſtituēte vel ab alio, dicēte eodem Vulpiano *l. cū qui §. quod exigimus ff. eod. Quod exi-* „ *gimus vt si debitum quod constituitur, in rē* „ *exactū est, nō vtiq; vt is cui constituitur cre-* „ *ditor sit, nam & quod ego debeo, tu constitu-* „ *endo tenebēris, & quod tibi debetur, si mihi* „ *constituatur debeo.* Id ipsum contingit in acceptāte litteras Cambij. Nā dūmodo sum ma, de qua in litteris, debeatur, parū refert, an acceptās sit debitor, an vero is cui acceptāt sit creditor nec ne. Rursus si de cōstituto

scriptum reliquit idem Vulpianus *l. qui autem ff. eod.* „*Qui autem constituit se soluturũ „teneur sive addideri certam quantitatem „sive non.* Non erit deneganda hæc obligatio acceptanti litteras ex eo, quod simpliciter adnotauerit, nulla expressa quantitate, verba illa a tergo litterarum, *acettata, & pro messa* per quæ verba satis exprimitur adno
61 tantem constituere voluisse tradente idem Vulpiano, *l. qui autem §. constituere ff. eod.* „*Constituere autem, & præsentes, & absentes „possumus sicuti præsici, & per nuncium, & „per nosmet ipsos, & quibuscumque verbis.*

Et si de acceptante litteras Cambij cautum habemus; per talem acceptationem non li-
62 berari datorem litterarum, nisi postquam facta fuerit solutio, vt plene probauimus supra hac eadem disputatione quæstione duodecima, dũ Affilicti, & Baldi traditiones examinabamus, de constituto scriptum reliquit Caius I. C. *l. vbi ff. eod. Vbi quis pro alio con-*
63 *„stituit se soluturum adhuc is pro quo con„stituit obligatus manet.* Et plenius Vulpianus id ipsum docet *l. item illa §. vetus ff. eod* Tradens, nec per litis contestationem, nec alio modo, nisi per solutionem factam a cõ-
64 stituente, debitorem principalem liberari, „his verbis *Vetus fuit dubitatio, an qui hac „actione egit sortis obligationem cõsumat, & „tutius est dicere solutione potiꝰ ex hac actio „ne facta liberationem contingere, non litis „contestatione, quoniam solutio ad vtramque „obligationem proficit.* Et demum si, de acceptante litteras Cambij, nullus exigit præsẽtiam debitoris, adhoc vt is efficaciter se obligare possit, & omnes sentiunt post acceptationem non posse datorem litterarum prohibere, ne is qui acceptauit soluat, id ipsũ Vulpianus tamquam expresse de Cambio
65 differens respondet *l. vtrũ ff. eod.* his verbis. „*Vtrum presente debitore an absente consti„tuat quis, parui refert. Hoc amplius, etiam „inuito eo constituere quem posse, Pomponius „lib. 34. Scribit vnde falsam putat opinionem „Labeonis existimantis, si posse a quam quis „constituit pro alio, dominus ei denunciet, ne „soluat in factum exceptionem dandam, nec „immerito id Pomponius; Nam cum semel sit „obligatus, qui constituit factum debitoris nõ „debet eum excusare.* Et ne quidpiam desiderari possit, quin absolute dicamus, vel Iureconsultum cum de constituto disseruit & de acceptante litteras Cambij sensisse, vel quando communis sensus mercatorum conuenit circa huiusmodi litterarum acceptationes, ductos fuisse eadẽ naturali æquitate, qua Prætor ædictum de constituta edidit. Ex eodem fonte prouenit etiam praxis Iudiciorum cum, non secus ac contra sic ac-
66 ptantem litteras, contra obligantem se ex constituta pecunia executio parata concedatur *ita per l. promissor Stichi §. 1. ff. de cõst pecu. & l. 2. C. eod. & per l. recepti tia Cod. de const. pecu. §. in personam Inst. de actio. per l. illud §. iureiurando ff. eod. & per l. ſi duo §. 1. cum l. seq. ff. eod. firmat, & comprobat Tornicellus in rubric. de verbor. obligat. a num. 82. cũ seqq. quam infeliciter impugnat Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 5. per totum.* Et illa quidem ad fauorem eius, cui fit acceptatio litterarum, & non alterius seruata etiam in hoc natura constitutæ *l. cũ qui §. item si mihi ff. eod.* Conformis etiam
67 in eo, quod simplex acceptatio per illa simplicissima verba; regulatur secundum naturam litterarum acceptatarum, sicuti in constituta, quæ licet simpliciter concepta, recipit
68 conditionem, seu diem de qua in debito ueteri *l. id quod ff. eod.* Quod si nullus dies, nec conditio indebito veteri adfuerit, pauci illi dies, qui ex consuetudine mercatorũ indulgeri solent acceptanti, desumpti sunt ex illis decem diebus, qui conceduntur, tali
69 casu, ei qui pro alio constitutus fe soluturum, *l. promissor §. ſi fine ff. eod.* Et vt tandem finẽ imponam huic mihi gratissimo argumento, quo mihi videor, & probare æquitatem Romanæ iurisprudentiæ, cum post tot sæcula, videam ab alijs hominibus, eadem ratione naturali duce, eadẽ excogitata fuisse, & vsu recepta. Et è conuerso vsum hunc Cambiorum, maxima cũ ratione, absq; vlla hominũ cõmunicatione, sed lumine tantũ naturali duce a prudentissimis maiorũ placitis adeo probari, vt quasi ipsis dictantibus videatur instituti. Vnũ addoin maiorẽ cõfirmationẽ eorũ quæ supra probauimus hac eadẽ disp. qu. septima, dũ reijci opinionẽ eorũ, qui dicũt, illũ, cui fit remissa, esse, ac dici solutioni
70 adiectũ, cũ certũ habeã, adiectũ nullũ aliud ius nec facultatẽ habere, præter quã recipiẽdi solutionẽ a soluere volente, contrarium eius quod quotidie experimur in eo cui fit
71 remissa. Quod ipsum demonstrat natura obligationis ex constituta pecunia de qua Vulpianus *l. ſed & ſi filiusfam §. fin. ff. eod.* „*hæc dicit ſi mihi, aut Titio ſtipuler, Titio*
72 *conſtituì ſuo nomine non poſſe Iulianus ait, quia*

„ *tia non habet petitionem tametsi solui ei* „ *possit.*

Retento igitur pro constanti acceptantem litteras Cambij ex cõstituto teneri, certum remanet, in terminis quæstionis nostræ respectu obligationis per eum suscepte militare dispositionem, *l. frustra C. de non num. pecu.* Quod scilicet ei non competat hęc exceptio, de qua agimus, quia ex propria, & præcipua obligatione tenetur, nec in ea cadit facilitas, nec spes numerationis: Cum debitum præcedens alienum ex legitima causa Cambij, de quo in litteris acceptatis, præceserit, per ea, quæ posuimus in tertio argumento, pro negatiua sententia, iunctis ijs, quæ pro responsione ad idem tertium argumentum, fuere considerata in quarto argumento, pro affirmatiua sententia.

Nec huic primæ cõclusioni obstant considerata pro sententia affirmatiua.

Non primum quia illa militant contra debitorem Cambij, in quo est considerabilis facilitas ibi perpensa, quæ hic cessat in totum.

Non secundum quia illud procedit in manda-
73 tore, & fideiussore: qui ex persona principali id consequuntur, hic autem sumus in constituente, qui ex propria, & peculiari obligatione se obstringit.

Nõ tertiũ, quia & illud respicit obligationem ipsius datoris litterarũ, hic autẽ versamur in se constituente, præter quã quod, si nulla adest cõfessio pecuniæ receptę, frustra Scaccia determinat non intrare hanc exceptionem, quæ solã dictã confessionẽ impugnat.

Non quartum & postremum, quia vel responsiones illæ non intrant, vel nõ officiunt huic casui, vt patet discurrẽti per singulas, quod facere supersedeo ad eu tandam maiorem prolixitatem.

Remanet respondere ad auctoritates Doctorum relatorum ibi ex mente Scacciæ.

Baldus enim in allegato *cons. 190 lib. 2.* loqui-
74 tur, non in terminis cõclusionis nostræ, sed in terminis quæstionis, quę vertebatur inter Seium, qui erat idẽ & stipulator, & ad quẽ erat directa remissa, & Mãfredum, qui erat dator litterarũ, & per cõsequẽs nihil officit firmatę cõclusioni. Sed ne recedamus a Baldo, eius dictis nõ bene examinatis, & discussis; is ibi loco citato, *n. 2. vers. sitẽ ista privata epistola* habet hæc formalia verba.

„ *Item istã privatã epistolã non probat veram* „ *numerationẽ, sed confessionẽ, vt not. C. de nõ* „ *nu. pecu. si ex cautione, nisi reus confiteatur* „ *numerationem, vel saltem non diffiteatur,* „ *vt ff. si cert. pet. l. ult. & ff. de verb. oblig. l. si* „ *ita stipulatus* §. *Grisogonus, & licet ex for-* „ *ma statuti, non possit opponi exceptio nõ nu-* „ *meratæ pecuniæ, tamẽ nõ sequitur. Ergo fuit* „ *numerata. Quinimmo statutũ quicquid di-* „ *cat per confessionem agentis potest probari* „ *non numeratio, quia etiam contra præsum-* „ *ptionem iuris, & de iure probatur. contrariũ* „ *per confessionem.* Ex quibus verbis manifeste apparet quod sentiat Baldus. Manfredum scilicet litterarum datorem, nõ teneri Scio, non obstante confessione de recepto, de qua in litteris, & non obstante statuto, prohibente opponi exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, quia per confessionem actoris constabat de non numeratione. Id quod præmiserat inter suppositа facti superius „ *n. 1. ibi. Item præsupponitur quod dicti Iaco-* „ *bus, & Ioannes deposuerunt in iudicio de non* „ *numeratione.* Et consequenter nec etiã doctrina Baldi stringit inter obligatum ex cõtractu Cambij & stipulatorem. Et licet (vt veritati sit locus) non sit difficẽdum Baldũ, saltem in vim argumenti, innuere dictã exceptionem intrare dum, allegata *l. si ex cautione*, dicit per confessionem non probari veram numerationem, nisi reus vel cõfiteatur vel non diffiteatur eam, non tamen dicta doctrina in iure est tuta; Cum dispositio *d. l. si ex cautione* procedat tantum mutuo, vt ibi tradunt DD. omnes, & propterea parum stringit eius probatio in casu Baldi qui tractat de Cambio. Quod ipsum ipsemet animaduertit, & corroborando suam decisionem corrigit expresse, dum pluribus adductis in eamdem sententiam contra eumdẽ Seium actorem *sub nu. 4.* subdit hæc verba.

„ *Et est considerandum quod iste non fuit cõ-* „ *tractus mutui, immo cõtractus Cambij, quia* „ *in eodem genere debet fieri solutio, vt ff. de* „ *solut. l. Paulus in quo contractus, si non ser-* „ *uantur promissa, agitur ad repetendum cõ-* „ *ditione ob causam.* Ecce igitur quod Baldus in proposito cognouit discrimen inter hos contractus, nec seruandam in Cãbio dispositionẽ iuris, quæ procedit in mutuo, & loco exceptionis non numeratæ pecuniæ, quæ est propria mutui, dari in Cambio cõditionem. Non ergo sequendus est in eo, quod corrigit, nisi recedere velimus ab eius sententia. Et ex consequenti si attente legatur Baldus, expresse fauet sententiæ negatiuę, etiam respectu obligationis datoris

litterarum,& obligati ex Cambio, ex acceptatione vero,de quo agitur in hac concluſione nullum verbum.Propterea cum conſéſeat in quibus terminis loquatur.& quod ſenſerit in propoſito Baldus reliquorum dicta referre ſuperſedeo.Cum plerumq; omnes ſolius Baldi auctoritate nitantur.

Secunda concluſio : dator litterarum Cambij
76 non habet hanc exceptionem aduerſus eum qui ſoluit litteras Cambij,ſiue pure, ſiue ſub per protextu,ſiue fuerit is ad quem dirigitur tracta;ſiue is,cui dirigitur remiſſa ; ſiue omnino tertius. Veritas huius concluſionis eſt manifeſta. Nam cum in quolibet caſu; ex comprehenſis in cõcluſione, dator obligatus remaneat,vel actione mandati,vel ad minimum, actione negotiorum geſtorum, erga ſoluentem(vt vidimus in proxime prę cedentibus quæſtionibus) in quibus omnibus obligationibus ceſſat hæc exceptio,quę ſolum elidit mutuum ; item, & pariter ceſſat ratio facilitatis ob quã fuit introducta ; hanc etiam exceptionem ceſſare in caſibus comprehenſis in hac concluſione neceſſariũ eſt.

Nec dicas ſubtiliter ſaltem intrare, vel intrare poſſe,quando omnino tertius ſoluit ſuper protextu litteras,quo caſu non acquirit cõtra datorem niſi actionem negotiorum geſtorum,vt vidimus ſupra hac eadem diſputatione quæſtione decima tertia concluſione prima. Cum enim huiuſmodi actio non
77 detur ei,qui indebitum ſoluit *l.ſi quis negotia 24. ff. de neg. geſt.* contra eum pro quo ſoluit,& poſſet contingere,datorem litterarum verè quantitatem, confeſſam in litteris illis non habuiſſe, & conſequenter indebite tertium illum ſoluiſſe , videtur hoc ſaltem caſu datori litterarum non eſſe denegandã hanc exceptionem.Nam reſpondetur ; etiã
78 in illo caſu,facilitatem illam datoris in conſitendo,obeſſe non poſſe, nec deberi tertio ſoluenti,cui nullus dolus imputari poteſt, ſi credidit confeſſioni datoris Et p cõſequẽs cum nec iure cautum reperiatur:hanc exceptionem elidere actionem negotiationum geſtorum,&ceſſant rationes in debitore facilitatis , in creditore doli,ob quas hæc exceptio introducta fuit in litteraria obligatione, ceſſare etiam debet in caſu. Collige aliam reſponſionem ex cõcluſione proxime ſequenti.

Tertia concluſio , datori litterarum Cambij
79 non competere hanc exceptionem contra ſtipulatorem,ſeu creditorem ex eodem Cãbio,ſiue expreſsum in litteris fuerit illa cauſa ,pro valuta habita,ſiue alia verba ex quibus nõ appareat per neceſſe de aliqua ſolutione ,Secunda,& poſterior pars concluſionis,patet,per ea quæ ſupra proxime diximus. Nam cum nulla proponatur facta cõfeſſio de recepta pecunia,fruſtra quæritur, an poſſit elidi exceptionem non numeratæ. Sed tali caſu integrũ erit datori , per actio-
80 nem ex Cambio,ad pretium conſequendã Sicuti enim pretij numeratio non perficit emptionem ſed conſenſus , quod intellige de perfectione intrinſeca , *l. 2. ff. de contr. emptio.l.quoties ff.de iur.dot. Inſt. de contr. empt.in princ.& §.cum autem* Et propterea
81 celebrato contractu , qui conſenſu, re , & pretio perficitur,datur actio emptori ad rẽ. & venditam ad pretium *l.1.cum tot.tit.ff.ad act.empt.* eadem ratione cũ probauerimus in præcedenti diſputatione quæſtione duodecima , & Cambium eſſe contractum nominatũ,&qui conſenſu,re,& pretio perficit; in diuerſo tamẽ genere pecuniarum,& loco diuerſo exequendum & iure merito inter cõtractus bonę fidei,&nominatos idẽ receſeri , vt probauimus eadem di ſputatione; quæſtione duodecima . Merito ex eodem contractu erit datori litterarum,cui non cõſtat de numeratione ptij(prout in ſuppoſito huius partis concluſionis)concedenda actio
82 ex Cambio. Quotieſcumque enim conſuetudo, ſeu ſtatutum inducit aliquem nouum contractum, tunc pro illius adimplemento oritur actio ex eodem contractu,vt generaliter determinat Bartolus *l. unica num. 1 2. ff.de condit.ex lege.*quod etiam probat, *ibidem numer.1.*de facto ex contractu emphyteuſis , Qui contractus nouiter introductus & poſt iura Romana , parit actionem ſpecialem ex emphyteuſi , quod proculdubio concedẽdum eſt Cambio,prout latius probauimus ſuo loco,

Et hic mihi admonendus es, lector beneuole,
83 magna cautela legendos eſſe Interpretes noſtros,dum de remedijs.ex iſto contractu reſultantibus , agunt . Nam cum ipſi non agnouerint vim , & æquitatem huius contractus,vel quia eorum tẽpore tantas vires nondum fuerat conſequutus , vel ex inaduertentia , vnde fit ; vt non ſolum eum non collocauerint inter contractus nominatos,& producentes actionem ſibi cognominẽ,vt per nos factũ fuit;ſed maxima incõ

ſtantia,

ſtária,nũc inter hos,modo inter illos actus recẽſuerint;nihil mirum ſi cãdẽ incõſtantiã ſeruant in remedijs prædictis aſſignandis. Hinc Baldus noſter, loco proxime laudato *cõs.190. ſub. nu. 4. lib. 2.* dum conditionẽ creditori ex hoc contractu tribuit ; aperte demonſtrat, ſentire ſe de natura Cambij, ac ſi illud eſſet inter innominatos contractus recenſendum : quod meritò feciſſe eũ non ambiges, attenta forma, qua ſuo tempore celebrabantur cãbia,quam deprehendes fuiſſe ſatis informem,perpenſis ijs quę ex profeſſo, ille tradit de materia in rubrica C. de non numer. pecu. & quæ ego plenius examinaui ſupra in prima diſputatione quæſtione quinta; vbi de multiplicitate Cambij agebam.

Priorem vero partem huius tertiæ concluſionis probo, per ea quæ, poſuimus ſupra in primo argumento pro ſententia negatiua ; 84 cum verè hæc exceptio a iure ſit reſtricta ad cõtractum mutui,de quo non aliter cõſtet niſi per confeſſionem debitoris. Et licet non mediocriter ſtringant ea, quæ de identitate rationis poſuimus in primo argumento pro affirmatiua. Tamen non cenſeo recedendum a propoſita concluſione ; tum quia plures, & plures ac frequentiores ſunt caſus, in quibus non militat, nec militare poteſt de facto prætenſa facilitas in datore litterarum. Puta ; quando eſt mercator, & multo magis bancherius, ſeu campſor, per ea quæ inferius dicentur; tũ quia nimis repugnaret ſententię communi mercatorum, qui receptis huiuſmodi litteris Cambii, de nulla alia re ſunt ſolliciti, prætерquam de fide debitoris, & inauditũ, ac ineſpectatiſſimum , ac intolerandum eis eſſet, ſi poſt moram duorum annorum, ipſis eſſet probanda ſolutio pretij. Et cum hic contractus a tacito conſenſu omnium mercatorum ſubſtantiam,& naturam aſſumpſerit, non facile eſt recedendum ab ijs, quæ communiter apud eos ſub certa forma intelliguntur. Tum demum (& hoc vim tribuit ad proximam præcedentem reſponſionem) quia non minus ſubtiliter quam vere animaduertendum eſt. Quod, confeſſio facta per datorem in litteris, de pecunia receptą,nõ tendit ad obligandum eum,vigore ſimplicis confeſſionis, de qua in propoſito ſcriptum eſt,non eſſe habilem ad producendum obligationem,cum ſolum probationem reſpiciat; Vnde merito intrat exceptio de qua agimus, vt per Doctores paſſim, & communiter *d. l. ſi ex cautione & in totis titulis ff. & C.de non num. pecu.* Sed obligatio, formaliter, & præciſe, in ipſo datore reſultat ex contractu Cambij, de quo in eiſdem litteris, qui per eas pleniſſime probatur, vt doctum fuit hac ad eadem diſputatione quæſtione tertia, & conſiſtit in ſcutis illis marcarum, quos ex natura contractus ſoluendos in ſe ſuſcepit, ſoluiq; mandauit, vigore dictarum litterarum,vt ex eadem quæſtione tertia : Confeſſio autem illa de qua in litteris, ibi, *pro valuta habita*, non tendit ad ipſum datorẽ obligandum, ſed potius ad liberandũ ſtipulatorem ; qui ex natura contractus erat obligatus ad pretij ſolutionem ; Et ſucceſſiuè,interpretanda ſunt illa verba,nõ tamquam obligatoria ſcribentis, ſed immo tamquam liberatoria debitoris pretij eiuſdem cambij. Vnde ſuccedit iuris concluſio indubitata *l. in contractibus* §. *ſuper ceteris C.de non numer. pecu.& ibi gloſ. Bart. Bald. Saly. Caſtr. in* §. *ſed quoniã* quę(magis fauens liberationi quæ fauorabilis eſt, quã obligationi, quę odioſa)denegat illi,qui p confeſſionem de recepto liberauit debitorem ſuum, hanc exceptionem , non numeratæ pecuniæ intra biennium , de qua hactenus egimus ; conceſſa tantummodo alia vſq; in dies triginta ; (de qua infra agam in proxima concluſione). Cum igitur dator litterarum Cambij , confitendo ſe habuiſſe pretium Cambij a ſtipulatore , tendat per dictam confeſſionem ad eum liberandum, certo certius eſt:ei non competere huiuſmodi exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium. 85

Quarta concluſio, Datori litterarum Cambij , non acceptarum , nec ſolutarum;ſiue ab eis fuerit eleuatum proteſtum , ſiue non, competere contra ſtipulatorem eiuſdem Cambij exceptionem non numeratæ pecuniæ, intra dies triginta. Conferunt ad hanc cõcluſionem probandam argumenta, quę poſuimus ſupra in genere pro ſententia affirmatiua. Sed eam euincit iuris diſpoſitio de qua ſupra proxime, *d.l. in contractibus* §. *ſuper ceteris C.de nõ numer. pecu.* quæ ad tollendum omnem ſcrupulum a concluſione propoſita, non ſolum procedit in contractu mutui, ſiue ſatisfationis, & quitantiæ obligationis , reſultantis ex cauſa mutui , ſed ex quocumque alio contractu , ponderatis verbis,

verbis, de quibus ibi in textu, *vel ſi qua alterius cuiuſcumque contractus gratia*; & notant Interpretes *Bart. Bal. Saly. Caſtr.* Adeo vt tamquam mirabile notauerit Caſtrenſis *nu. 3.* quod in mutuo, ad obligandum, illa confeſſio non præiudicat intra biennium, quæ alijs contractibus præiudicaret, & in confeſſionem, ad liberandum, non detur præiuditium intra triginta dies: etiam *in illis contractibus*, in quibus confeſſio ad obligandum ſtatim præiudicat. Et conſequenter, concluſio procedit ſine difficultate in litteris Cambij, a quibus non fuit eleuatum protextum.

Sed maior videtur difficultas reſpectu illarum litterarum, a quibus fuit eleuatũ protextũ per ſtipulatorem, vel eum cui erat facienda ſolutio, vigore earundem litterarum, quæ, maxime ex forma ſtatuti noſtri, *lib. 3. c. 4.* non ſolum habent paratam executionem, ſed quam celerime exequi debent, intra horas viginti quatuor. Veruntamen etiam in terminis prædictis non recederẽ a propoſita concluſione quia exceptio prædicta eſt iuris, & quidem certiſſimi. Cuius limitationes quas recipit dicta diſpoſitio, de quibus *in §.* præcedenti, & reliquæ, quis adducit ibi gloſa, & ſequuntur Doctores: ſint omnino extraneæ a caſu noſtro; & per conſequens poteſt merito dici iuris indubitati: De illa non verificatur, quod recipiat altiorem indaginem, & proterea veniat reijcienda, & reſeruanda in iudicio ordinario. Et per conſequens admittenda in quouis iudicio, quantumuis ſummario, breuiſſimo, & executiuo per ea quæ poſuimus in poſteriori argumento, pro ſententia affirmatiua, in reſponſione ad quartum pro negatiua. Tanto magis quia ſtatutum prædictum nullam expreſſe denegat exceptionem, vnde iure merito admittenda eſt iſta, quæ a iure tam aperto; intra tamen dies, qui a die datarum litterarum, & factæ quitationis conceduntur.

Temperarem hanc concluſionem, vt illa non procederet in mercatoribus; & multo certius in banchorijs, qui eſſent datores dictarum litterarum, de quibus non ſolum generaliter cautum eſt, propter fidem publicam, quæ eis aſſiſtit, non poſſe vti huiuſmodi exceptionibus *Bal. d frustra C. de non numerat. pecu. l. a. f. l. singularia nu 8. ff. ſi cert. pet.* Sed etiam, quia nulla ratione eſt vero ſimile, in huiuſmodi perſonis, quod dent litteras Cambij, cum expreſſione cauſæ (pro valuta habita) ſi eam non habuiſſent, præſertim, cum non careat modis celebrandi Cambium, & ſe ad illud obligandum, conficiendumq. litteras Cambij, habita fide de pretio, vt vidimus ſupra in ſecundo argumento pro affirmatiua ſententia, & in tertio pro negatiua.

Et conſequenter hęc poſterior concluſio ſibi vindicabit locum ſolummodo in illo datore litterarum Cambij, qui egens pecunij: vt ſubueniat ſuis indigentijs; eas capit ad Cambium a mercatore, ſiue ab alia quacũq; perſona; Is enim, ſiue Princeps, ſit ſiue primatus, ſiue ſeculatis, ſiue Eccleſiaſticus qui vero ſimiliter poteſt eas litteras confingere dictamq. confeſſionem liberatoriam in eis emittere facilitate ductus, & ſpe futuræ numerationis, & vt eam facilius conſequatur: In iſto debitore in euo militat & ius, & ratio, verificari indubitanter tenet propoſitam concluſionem,

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO XVI.

An, & quando per directionem ſcripturæ contingat ſolutio.

1 *Quiſpiam creditor A, ex cauſa depoſiti, & debitor B. iubens eidem A. inſcio B. ei ſolvere qui A in ſuo libro ſcripſit debere B. qui certificatus dixit gratum habere, non poterit petere inde a debitore A.*

2 *Debitor, cui inſſi ſi in ſuo libro ſcripſit ſe debitorem illius, quem inſſi ſequuta ratihabitione per eum, cui debet fieri ſolutio, liberatus eſt.*

3 *Tractam habens, & ſcribens illum, cui directa eſt littera, vel remiſſa in ſuo libro creditorem, an intelligatur facta ſolutio.*

4 *Quando vni, & eidem dirigitur tracta, & remiſſa directio ſcripturæ probat ſolutionem vide num. 14.*

5 *Directio Rot. Ian. prima ponderatur, & nu. 16.*

6 Scartafacia feriarum non probant niſi feria completa, quia ante poſſunt contẽta in eis mutari, & variari,
7 Promiſſio ſoluendi per acceptantem litteras Cambij liberat datorẽ litterarũ, ſed contra.
8 Cedula bancheria habet vim ſolutionis.
9 Etiam in depoſito.
Intellige de cedulis, quæ continent partitam deſcriptam, non ſi promiſſionem de ſoluendo nu. 58.
10 Libri mercatorum plenè probãt contra illos.
11 Directio ſcripturæ in libris mercatorum nullam parit obligationem, & nullam ſolutionem, ſed probationem eorum tantum quæ in ſcriptura illa ſecundum ſubiectam materiam continentur vide nu. 36.
12 Tex. in l. publia §. Titius ff. depoſiti perpẽditur.
13 Verba enunciatiua etiam in ſcriptis redacta non inducunt in contractibus obligationẽ, ſed probationem tantum.
14 Tex in l. qui ſine ff. de neg. geſt. ponderatur
15 Negotiorum geſtor tenetur ſibi ipſi ſoluere quod Domino debet, aduento die ſolutionis vide tamen nu. 90.
16 Rationibus inferre quid.
17 Tex in l. quæritur 28. ff. depoſiti perpenditur, & declaratur.
18 Nemo dat quod non habet, &
19 Lex non fingit ſuper impoſſibili.
20 Tex in l. diuortio. 37. ff. de neg. geſt. examinatur.
21 Exigere a ſe ipſo quis non tenetur, niſi ſuppetant facultates, & quod pecuniam ſolutioni paratam habeat.
22 Tex. in l. quotes §. non tantum ff. de adm. tut. examinatur.
23 Tutor non ſit debitor ex mutuo, licet in tabulis pupillaribus ſcripſerit ſe mutuã pecuniam accepiſſe, ſi verè, & cum effectu pecuniæ pupillares non extaſſent, vel de facto non percepiſſet.
24 Mutuum re non autem verbis contrahitur.
25 Mercator, & Bancherius an differant diſcritur, & docetur.
26 Mercatores illi dicebantur, & dicuntur, qui emendo, & vendendo mercaturam exercent.
27 Intelligendo non de quolibet emente, & vẽdente, ſed de eo, qui cum quadam perpetuitate ſe dedicauit.
28 Mercatorum munus, & exercitium licet vtile, ac ferè neceſſarium ſit Reipublcæ non tamen dicitur habere cauſam publicã, vt argentarij, & nummularij.
29 Decius malè reprehenſus à Cagnol. in l. prima nu. 82. C. de eden.
30 Tex. in l. ſi ventri §. in bonis ff. de priuil. creditor. perpenditur.
Argentarij, & nummularij à mercatoribus differunt ibid.
31 Nominis, & rei ſignificatio ad omnem contractum, & obligationem pertinet.
32 Tex in l. nominis ff. de verb ſignif. noua pẽderatione explicatur.
33 Mercatoribus interdicebatur quacumque militia, non autem argentarys.
34 Mercatores noſtri temporis an teneantur edere actori ad inſtar argentariorum, ac nummulariorum.
35 Bancherij loco nummulariorum habentur.
36 Bancherij antiquitus habebant menſam, & præſidebant fideiuſſores, & libros conficiebant, quos ſcribebat notarius publicus patentes omnibus.
37 Bancherij campſores vocabantur tenentes Tapetum cambij.
38 Mercatorum de Tapeto nomen celebre.
39 Florentem ſtatum Hetruſcorum ac opes illius Ciuitatis à quamplurimis mercatoribus de Tapeto, hiſtoria celebrant.
40 Mercatores de Tapeto cauſam a publico habebant, & nemo ſine approbatione perſonæ, & fideiuſſorum.
41 In Regno Francie nemo poteſt bancam cambij tenere ſine auctoritate Regia.
42 Et contrauenientes puniuntur acriter.
43 Solent Reges Francie Illuſtribus Ciuitatibus concedere dyploma pro banchi vſu.
44 Idem in Hyſpania ſeruatur.
45 Enarratur longa ſerie inſtitutum Bancorũ S. Georgij Ianue. S. Spiritus Rome, & Sãctiſſimæ Annunciatæ Neapolis, & ſignãter illud S. Georgij, tum fides, tum opes, tum modus gubernij.
46 Banca priuati Iuris, & ſpectationis, quæ ad prædictis diſtant, ſunt illa, quæ a priuatis, & ad priuatam vtilitatem ex Principum, & Rerum publicarum permiſſione inſtituuntur.
47 Et dicuntur priuati Mercatores per erectionem horum bancorum, non eo conſilio, vt cuſtodiant depoſita pecuniarum, ſed ne vacuæ pecuniæ ſint vel otioſæ, & vt ex eis, vel ex mercatura, vel ex Cambio lucrum faciant.

48 Exoleuit tamen ferè horum Bancorum vsus, & de ratione.

49 Bancorum vsus, quæ sunt publica spectationis Romæ ex vsu, & in feriis ex necessitate retinetur.

50 Lotorum montium Romæ erectionis causa, & finis.

51 Vincentij Iustiniani Ianuensis bancum Romæ tentum laudatur, ipseque Marchio comendatur.

52 Solutiones in feriis fieri nequeunt absque pecunia. & quomodo.

53 Banca in feriis dicuntur scartafacia ipsa Bancheriorum.

54 Scartafacia ante feriam finitam, & acceptationem dicuntur fieri pro memoria, & scripta in eis possunt variari non finita feria & probant, praualentque eo casu testibus.

55 Mascard. de probat. quæstio 6. declaratur.

56 Directio scripturæ in Banci libro, per quam quis inscribitur creditor, probat dominum quantitatis esse descriptum in creditorem.

57 Et plus iuris acquirit creditor scriptus, quàm si idem Bancherius promisisset se soluturum, & de ratione.

58 Directio scripturæ in libris mensæ, per quam inscribitur quis creditor alicuius accedente consensu ipsius creditoris probat solutionem, vndecumque proueniat dicta inscriptio.

59 Dominium, & possessio rei depositæ debet residere penes deponentem ex natura depositi.

60 Depositarius vendens, vel donans rem depositam, non dicitur mutare causam possessionis.

61 Depositū, cum re contrahatur, requirit etiam rei restitutionem.

62 Depositarius potest conueniri actione reali.

63 Depositarius speciei tenetur ad fructus, & partus.

64 Depositarius rem contrectans, tenetur actione furti.

65 Bancherius dicitur Dominus pecuniarum in Banco existentium.

66 Tenetur tamen actione depositi, si non ad idē restituendum, saltem ad tantumdem, & 76.

67 De positum vt constituatur, necesse non est, vt contrahentes hoc exprimant, sed quomodocumque constet dominum comendare res suas alteri satis est.

68 Depositarius post moram tenetur ad vsuras.

69 Depositarius potest ex pacto vsuras promittere, & petere actione depositi.

70 Vsura in bonæ fidei Iudicijs conueniri possunt etiam citra stipulationem.

71 Depositum solo animo in mutuum potest conuerti.

72 Priuilegium prælationis concessum creditoribus ex deposito etiam in omnibus decocti facultatibus denegatur illi, cui ex pecunia deposita vsura debentur.

73 Tex. in l. si hominem. 3. quoties ff. depositi expenditur, & corruptus existimatur.

74 Cuiacius laudatur.

75 Depositum per litteras Cābij inde confectas transit in contractum Cambij.

76 Bancherius etsi in recipiendo deposito diem longiorem habuerit præfixum restitutioni, ante diem tamen conueniri potest.

77 Descriptus creditor in banco dicitur depositor.

78 Etiam si eas habuerit descriptas in causam crediti contrahendi, seu debiti dissoluendi.

79 Per depositum soluere quis dicitur.

80 In Iudicijs electio depositarij ad Iudicem spectat, & competentem.

81 Aliàs depositum nullum, & pro infecto.

82 In extraiudicialibus debitor habet ius eligēdi depositarium, modò idoneum eligat, & culpa ei non possit adscribi.

83 Culpa abest, si eligat personam, de qua omnes confiderent.

84 Et esset publicus mummularius.

85 Liber Bancherij probat ex consuetudine Italiæ, etiam ad ipsius fauorem.

86 Ex directione scripturæ in libris mercatorū vel cuiusuis alterius non oritur solutio, nec probatio solutionis, nisi adsint requisita ad compensationem, vel delegationem, vel nouationem.

87 Solutio non fit nisi mediante pecunia, seu per acceptilationem.

88 Rot. Ian. decis. 1. num. 22. declaratur.

89 Capsiam mercatorum, & mensam Banchetiorum differre demonstratur.

Vidimus ſupra hac eadē diſput. quæſt. 8. quot & quibus modis poſſit fieri ſolutio in Cābio, & quæ nā neceſſario requirāt, adhoc, vt facta dicatur. Mod⁹ verò, de quo agere ꝓpoſui i hac qu. nō eſt diſtin ct⁹ ab eis, quos ibi recēſui, niſi ſecūdū actua lem executionem, quam facit mercator; cui Cambia diriguntur, & de illis, ſecundum contēta in litteris, facit notam in libris ſuis ad debitum, & ad creditum reſpectiue. Qui bus per eum exequutis; quæritur an ſcliceт per huiuſmodi directionem ſcripturæ intelligatur facta ſolutio. Cuius quæſtionis vtilitas ex eo maxima apparet, quia, ſi facta intelligatur ſolutio ꝓ huiuſmodi directionē ſcripturę, ex conſequenti intelligitur Cābij contractus ſuam conſequutus perfectionē, de qua diſputamus. Et ſucceſſiue liberatur dator litterarum obligatus ex Cābio, alias vero, non, per ea quæ ſuperius diximus.

Videtur dicendum per ſolam directionem ſcripturę, factam a mercatore in libris rationū, liberationem contingere, ſecundum doctrinā Ioannis Andreæ *in addit. ad ſpecul. tit. depoſit. in fin.* qui poſt Albe. Ode fr. & Dyn. docet, quod ſi ego creditor Ant. ex cauſa de poſiti in cētū, & debitor Bar. in totidēcentū in ſcioq; dicto Ba. iubeo An. ſoluere illa cētū Ba. idq. Ant. acceptauit, & in libro ſuo inſcripſit, ſe illa cētum debere Bar. qui Ba. poſtea certificatus ſcripſit, quod gratum habebat, Non potero ego mutare propoſitum, & illa centum ab illo petere; equiparant enim hāc obligationem, illius An. ad Ba. ratificationi ſolutionis, quæ ſi facta fuiſſet, conſtat quod mea reuocatio reſuſcitare non poſſit obligationem extinctam per ſolutionem. Et hinc, 2 per ſupradictā doctrinam Ioannis Andreæ dixit Angelus *in l. ſingularia n. 6. ſi cert. per.* generaliter loquendo: quod ſi debitor, cui iuſſi, in libro ſuo ſcripſit ſe debitorem illius, quem iuſſi, vt hodie faciunt mercatores ſequuta ratihabitione per eum, cui debet fieri ſolutio liberatus eſt debitor a iubente, & illi alteri tantummodo remanet obligatus, & Angelum generaliter loquutum, ſequuti ſunt Caſtrenſis, & Iaſon, *l. ſi cum fundum ff. de paēt.* & probat Socinus *cōſ. 37. n. 18. vol. 4.*

3 Cum igitur ille cui dirigitur tracta, receptis litteris Cambij, dirigit ſcripturam in libris rationum, & dat creditum de remiſſa ei, cui eſt faciēda ſolutio, qui conſentit; intelligitur factā a ſolutio, & ſic per ſolā ſcripturæ directionem contingit ſolutio.

Nec dicas, iuxta doctrinā Interpretū prędictorū, exigi ſaltē ratihabitionē creditoris, ad cuius fauorē fit illa deſcriptio, vt verbis expreſſis, dicit, & probat textus, *l. ſi ego alias l. ſi ea mēte 25. ff. de neg. geſt.* per Ioannem Andream aductus. Vbi ille iuris effectus, quod pecunia illa, ſoluta per debitorē negotiorū geſtori, trāſeat in dominiū creditoris, & pariat effectum ſolutionis, in totū tributitur efficaciæ ratificationis ſequutæ, quod videtur ceſſare in caſu noſtro.

Nā nec dicta ratificatio creditoris, in caſu noſtro deſiderari poteſt, ex expreſſo cōſenſu, præſtito, quoad approbationē perſonę, cui dirigitur tracta, per eum, cui eſt facienda ſolutio, ſiue ſit ſtipulator ipſe, ſiue tertius, cui ſpectat remiſſa ſolum ratione curæ, & ſollicititudis, per ea quæ poſuimus ſupra hac eadem diſputatione quæſtione nona..

Secūdo, & fortius, id abſq; dubio videtur procedere, quando ad eundem dirigitur cum
4 tracta, etiam remiſſa. & cōſequenter per receptionem litterarum ſibi ipſi eſt facienda ſolutio, tunc enim ꝓ directionem ſcripturæ, ne dum intelligitur facta ſolutio: quod immo, nec alio modo poteſt quis ſibi ipſi ſoluere, niſi per ſcripturæ directionem per textus expreſſos *in l. qui ſine 40. ff. de neg. geſt. & l. quoties 10. S. non tantum ff. de adminiſt. tut.* Et admiſit Rota noſtra apud Bellonum deciſione prima *a numer. 8. cum ſequentibus* Vbi licet in illa facti cōtingētia recedat ab opinione pro ſolutione, tamē id facit, nō ex defectu ꝓpoſitionis prædictę, quā in dictis terminis pro veriſsima habet, ſed ex eo, quod libri illi, in quibus erat facta illa ſcripturæ directio, erāt ſcartafacia
6 feriarū, in quibus licitū eſt mutare et variare, vſq. ad vltimū ferię cōplemētū; qua durāte, cū poſſint cōtinuo fieri, & variari ſolutiones in ſcartafacijs, concludit contra prętēſā ſolutionē de qua in illis libris: quos pro memoria tātū cōſici dicit in ferijs, vt patet ex traditis ibidē a n. 10. ꝓ plures numeros. Sētit igit Rota ex huiuſmodi ſcripturæ directione, facta tamē tēpore habili, & in libro ſuariabili, induci, ac probari ſolutionē.

Tertio mercator, qui nedū acceptauit litteras Cābii ſibi directas, & ex cōſequēti remāſit obligat⁹ ad ſolutēdā tractā, de qua in ea; ſed etiā expreſſa ꝓmiſit ei cui remiſſa dirigit ſe ſoluturum, per dictā promiſſionē intelligitur liberaſſe datorē litterarum. Cū dicta
7 promiſſio loco ſolutionis habeatur *Bart. in*

ſingularia num. 19. ff. ſi cert. pet. Et Rota noſtra apud Bellonum *dec. 4. nu. 9.* teſtatur hoc eſſe de conſuetudine totius Italiæ, Quæ conſuetudo videtur hanc opinionem Doctorũ approbaſſe, explosa contraria, & pro hac eadem ſententia ſtet Rota Romana vt atteſtatur Scaccia *de Camb. §. 2, gl. 5. nu. 63.* vbi plures deciſiones adducit tradentes, per traditionẽ cedulę bancarię, intelligi factam ſolutionem; & notarium atteſtantem in inſtrumento de ſolutione, poſſe intelligi de traditione cedulæ bancarię. Et hinc, per cedulam bancariam depoſitatam coram notario, legitimum intelligi factum depoſitũ poſt alios Rotæ Romanę deciſiones *dmcrſ. dec. 746. lib. 3. par. 3. Put. dec. 163. lib. 1. Pacif. de Salu interd. deciſ. 116. n. 5.* ſequutum eſſe ſupremũ Regiũ tribunal Siciliæ teſtatur Giurba *dec. 38. in fin.* Et ante eũ plures alias Rotæ Romanę deciſiones aduxerat Zachias *de obligat. Camer. q. 17. n. 31. 32. & latius* Et Cęcius de cenſibus *part. 2 c. 1. q. 1. art. 7. nu. 10.* Cum enim libri mercatorum plenè contra eos probent *Bart. & cæteri in l. nuda ratio de donationibus, & in l. admonendi vbi oēs ff. de iur. iur. c. 4. de fid. inſtr.* cõſtito ex eis de dicta ꝓmiſſione, p directionẽ ſcripturę, bene dicet ꝓ hoc facta ſolutio de qua ꝗrimus. Hac in re ſatis cõfuſe a Doctoribus tractata, vt cũ diſtinctione procedã in reſolutione ꝗſtionis, plures de more formabo concluſiones.

Prima concluſio: per directionẽ ſcripturę quę ſit in libris mercatorum, & vt talis ſcriptura eſt, nullã reſultare obligationẽ, nullã ſolutionẽ, ſed ꝓbationẽ ſolum eorũ, quę in illa ſcriptura, ſecundũ ſubiectã materiã continẽtur. Probatur hæc concluſio, quia ſecundum cõmunem, & vniformẽ conſuetudinẽ mercatorũ, in eorum libris, ſiue illi ſint Scartafacia, ſiue libri rationũ principales, nihil aliud ſcribit, præterquam ſimplex narratio, & enunciatio ſequutorum cum ſuis cauſis, & id quidem, quam ſimpliciſſimis, & compendioſiſſimis verbis cum debita expreſſione, & relatione debitorum, & creditorum, ſecundũ factorũ contingentiã; vt apud omnes, et preſertim mercatores, notũ eſt; Et docẽ DD. *Balzeſ. 150. & cõſ. 52. lib. 3. Angel. cõſ. 227. Iaſ. cõſ. 4. lib. 3. Rota Gen. deciſ. 164. n. 22.* ſequitur manifeſte ex dicta ſcriptura, de qua in mercatorũ libris, nihil præter probationem oriri poſſe. ex vno codẽq; Pauli reſponſo *l. publia §. Titius ff. depoſit.* In hæc verba: *Titius Sẽ „ pronio ſalutem. Habere me a vobis auri pon„ do plus minus decẽ, & diſcos duos & faccũ ſi„ gnatum. Ex quibus mihi debetis decem, quos „ apud Titium depoſuiſtis, item quos trophi„ mati decem item ratione patris veſtri decẽ, „ & quod excurrit. Quæro an ex huiuſmodi „ ſcriptura aliqua obligatio nata ſit ſcilicet, „ quoad ſolam pecuniæ cauſam attinet. Reſpon „ dit ex epiſtola de qua quæritur, obligationem „ quidem nullam natam videri, ſed probatio„ nem depoſitarum rerum implere poſſe.* quem textum merito Bartolus & Doctores, ibi omnes teſtantur, verba enunciatiua, etiam ſcriptis commendata, non inducere in contractibus obligationem, ſed probationem tantum. Cui concluſioni non reſiſtunt ea, quæ poſuimus ſupra ex Rota noſtra in ſecundo argumento: quod ſcilicet, per directionem ſcripturæ, ſaltem fiat ſolutio ſibi ipſi, nec iura ibi adducta *l. qui ſine ff. de neg. geſt. l. quoties §. non tantũ de admin. tut.* id (ſub forma litate de qua agimus) vlla ratione probant. Nam textus *in l. qui ſine*; probat quidem negotiorum geſtorem teneri, & obligatum eſſe, ſibi ipſi ſoluere, quod Domino debet; aduento die ſo„ tionis. ſubdens. *Sed die præteritoſi non in„ tulit rationibus Creditoris cuius negotia „ gereret pecuniam a ſe debitam merito vſu„ ras bonæ fidei iudicio præſtaturũ.* Sed quid ſit rationib. inferte, nullus ex interpretibus, quem ego viderim ad textum prædictum *gl. Bar. Bal. Alber. Angel. Caſtr.* aperit. Ego vero auſim affirmare rationibus alicuius inferre in iure noſtro, idem eſſe, ac in rem, & commodum eius conferre. Et huius quidem interpretationis auctor mihi locupletiſſimus ſit Scæuola I. C. *l. quinetus 28. ff. depoſiti* per hæc verba *Virginti quinque num „ mos, quos apud me eſſe voluiſti, notum tibi „ hac epiſtola facio ad rationculam meam eos „ perueniſſe, quibus vt primum proſpiciam ne „ vacui tibi ſint curæ habebo.* Ex quibus verbis perſpicuum eſt depoſitarium, conuertentẽ in vſum proprii pecunias depoſitatas, dici in rationes ſuas conferre, ideſt conuertere. Vnde merito decidit ibidẽ I. C. debitorem prędictũ ad vſuras teneri. Sed quicquid ſit de hac interpretatione, certum habeo textũ non eſſe in eo ſenſu accipiendũ, perinde ac velit, per ſolã directionẽ ſcripturę intelligi factã ſolutionẽ, nec quidẽ ſibi ipſi. Nã dato, debitorem etiam obligatum ad ſibi ipſi ſoluendum, non habere vnde ſoluat, quinimmo licet habeat, non habere ſolutioni pecuniam paratam. Certum vtique eſt tali caſu, & quolibet ex eis, per quamcumque ſcripturæ

pturæ directionem, impoſſibile prorſus eſſe vt ſolutio contingat. Cum nemo det quod
18 non habet, nec lex fingat ſuper impoſſibile, *l. qui ad certum ff. locat. l. quoties ff. de nouat. l. Gallus §. ille Catus ff. lib. & poſth.* Quod
19 vſque adeo eſt verum, vt tali caſu ceſſet ipſa iuris neceſſitas ſibi ipſi ſoluendi, vt ex eiuſdem Scæuolæ reſponſo *l. duortio 27. ff. de*
20 *neg. geſt.* plene colligitur in hæc verba. *Di-*
„ *uortio facto negotia uxoris geſſit maritus,*
„ *dos non ſolum dotis actione, verum, & nego-*
„ *tiorum geſtorum ſeruari poteſt. Hæc ita ſi in*
„ *negotijs geſtis maritus dum geſſit facere po*
„ *tuit, alias enim imputari non poteſt, quod a*
„ *ſe non exegit.* Et rurſus paulo poſt, ibidem
„ de eodem. *Non enim e veſtigio in officio*
„ *deliquit, ſi non protinus res ſuas diſtraxit*
„ *ad pecuniam redigendam præterire denique*
„ *aliquid temporis debebit quo ceſſaſſe videa-*
„ *tur. Quod ſi interea, priſquam officium*
„ *impleat res amiſſa eſt per inde negotiorũ ge*
„ *ſtorum non tenetur, ac ſi numquam facere*
potuiſſet. Vnde in interpretatione huius textus merito dixit Baldus *num. 4.* quod nũ
21 quã tenetur quis exigere a ſe ipſo, niſi ſuppetant facultates, & plenius Caſtrenſis *n. 1.* diſpoſitionem illam; quod quis teneatur a ſe ipſo exigere, duplicem admittere exceptionem, quod, ſcilicet quis tantundem habeat in facultatibus, vt facere poſſit, & quod pecuniam ſolutioni paratam habeat. Nam ſi non ſit ſoluendo, vel pecuniam ſolutioni paratam non habeat, ſibi ipſi ſoluere nulla ratione poſſe. Ergo impoſſibile eſt per ſolam ſcripturæ directionem ſolutionẽ celebrari. Et conſequenter textũ in dicta lege *qui ſine* intelligendũ non eſſe per ſolã ſcripturę directionem ſolutionem celebrari.

Prout nec etiam intelligendum eſt per alium textum *in l. quoties §. nũ tantum de adm. tut.*
22 pariter, & ad eundem effectum, allegatum, Licet enim ibi I. C. determinet quod *non tã*
„ *tũ tutor ſibi ſoluere verũ etiã ſibi credita*
„ *pecuniam ſcribere poteſt ſeq. mutua pecu-*
„ *nia poterit obligari ſibi mutuam ſcribendo,*
in eo ſenſus intelligendus non eſt, tutorem debitorem ſe ex mutuo aduerſus pupillum
23 abſolute fieriſi in tabulis pupilaribus ſcribit, ſe mutuo pecuniam acceppiſſe. Nam ſi vere, & cum effectu, pecunias pupillares recipere non potuiſſet, quia forte nullę pecunię tunc temporis, in hæreditate fuiſſet, vel de facto non recepiſſet, idque aliunde probari poteſt certe per talem directionem ſcripturæ non intelligeretur contractum mutuum
24 quod re non autem verbis contrahitur *l. 1. cum tot. tit. ff. ſi cert. pet.* Argumentum euidẽtiſſimum ad demonſtrandũ, id quod poſuimus in hac prima concluſione, directionem ſcripturæ, de qua in libris rationum, tã mercatorum, quã tutorũ, & cuiuſuis alterius, eſſe quidem efficaciſſimum argumentum ad probandum ea, quæ in dicta ſcriptura exponuntur contra ſcribentem, ex ea tamen formaliter nullum contractum, nullamq; obligationem, aut ſolutionẽ oriri.

Secunda concluſio etiam in ordinẽ ad probationem de qua ſupra in prima concluſione, valde referre, an directio ſcripturæ in libris fiat, vel a mercatore vel a Bancherio, & ex ſola conditione perſonę ſcribentis, quod ſit Bancherius vel mercator, long e diuerſos effectus, etiã in propoſito probationum oriri per directionem ſcripturæ.

Quod vt probẽ premittẽda eſt differẽtia inter
25 mercatorẽ, & Bancherium, per quã, & mani feſtior erit veritas propoſitæ cõcluſionis, & ſimul fidẽ meã exoluã, quã memini me alibi oppignoraſſe de tradẽdo diſcrimine prędictõ, certe inter prędictos diſcrimẽ agnoſcũt mercatores, ſed cũ cauſas ignorẽt in factorũ contingentijs fæpe, ne dicam ſemper, inuicẽ confundũt ex quo ſe, & alios in difficultates inextricabiles inuoluunt. Noſtri vero iuris interpretes (præſertim recentiores) parum aduertũt, quinimmo pro ſynonimis eis vtẽdo, nec antiquiorũ placita apte deducũt addeciſionem cauſarũ, nec ius ipſum intra cõſtitutos a Iuriſprudentia limites coercent, ſed ad omnino extranea plerumq; deducũt Theologi vero nihil pẽnitus curãt. Et tamẽ quanti ſit faciendum mox patebit.

Iam verò, iure Romanorũ Argẽtarios, ac Nũmularios, quorũ munera, & diſcrimẽ poſuimus in prima diſput. dũ de origine, ſecundũ tẽpus, huius noſtri contractus agebamus, lõge diuerſos fuiſſe a mercatoribus, ex eo patet, quod mercatores, generali appellatione
26 illi dicebantur, qui emendo, & vẽdendo mercaturã exercere dicebãtur, *l. legatis vbi Bar. de leg. 3. l. 1. in fin. l. licitatio §. fin. ff. de publ. l. annonã de extrat. Com.* Quod tamẽ in eo ſenſu nõ eſt accipiẽdũ, vt quilibet emẽs, & vendens mercator dicatur, ſed tam demũ vt docet Bart. *in tract. de teſt. & mercatorem* Cum ſe ad id peragendum, cum quadam
27 perpetuitate, dedicauit. Et vt plenius mercatorẽ definit Scaccia *de mercat. par. 1. nu. 4.*

mercator eſt: qui negotiationis, ſeu negotiationum exercendarum, quæſituſue liciti faciendi cauſa frequenter merces permutat ſeu emit, vt eaſdem non minutatim, nec mutata per ſe forma diſtrahat. Nec opus vnquam habebat, prout nec etiã habet hodie, aliqua auctoritate publica, qua concedente poſſet mercatoram exercere, vt omnibus notum eſt, & in pũcto atteſtatur Cagnolus *l.1.num.77.verſ.tertio arguitur C. de edẽd.* Licet enim, mercatorum munus, & exercitiũ vtile ac fere neceſſarium ſit Reipublicę vt teſtatur. Iuriſconſultus *l.1.ff.de contr.emptio.* non per hoc dicitur habere cauſam publicam, prout habent Argentarij, & nummularij, quorum miniſteriũ publicam habere cauſam, cautum habemus, *l.argentarius 10. ff.de edend.* Et qui eorum fidei credebat, ſequuti fidẽ publicã dicebanẽ *l.ſi ventri 20. §.inbonis ff.de priuil.merc.* Quod de mercatoribus diſpoſitum non legimus; in quo articulo (vt obiter dicam) immerito reprehenſum Decium a Cagnolo *l.1.nume. 82. C.de edend.* facile coarguas, Et hæc quæ olim fuerat, & nunc perdurat, vſurpatio nominis mercatoris, & idem prorſus munus ſignificat. Quod longe abfuiſſe a munere argentarij, & nummularij, patet ex eis quæ diximus dicta diſputatione prima. Cum quærebamus, quo potiſſimum tempore Cãbia in vſu eſſe cęperint, vbi probauimus, eos de publico adres neceſſarias deputatos fuiſſe, quibus in tantum fides publica adſtitit vt dixerit Vulpianus *l.ſi ventri 20. §. in bonis ff.de priuilegiis credit. In bonis nummulariꝰ, riꝰ vendendis poſt priuilegia potiorem eorũ „caſuam eſſe placuit qui pecuniam apud men„ſam fidem publicam ſequuti depoſuerunt.*

Quod priuilegium erit ex alijs iuribus colligitur, *l.ſi hominem 7. §. quoties ff. depoſit. Item quod priuilegium ff. eod.* ex quibus conſtat argentarios, nummulariosque habuiſſe, quaſi dicas priuatum ærarium; In quo pecuniæ aſſeruabantur, & numerabantur, & depoſita ſiebant, de quibus librum rationum menſarij ſeu nummularij, & argentarij eõficiebant, quę ſcriptura dicebatur, in qua nomina adnotabantur eorum, qui in menſis prędictis pecunias depoſitas habebãt. Et ex his (licet auctore Vulpiano, *l. nominis 6. ff. de verb. ſign* nominis, & rei appellatio ad omnem contractum, & obligationem pertineat, & per conſequens hęc vox, nomen, ad quemcumque contractum, & quamcumque ligationem extendatur, *l.ſi dubitat ff. de fideiuſſ. Item nomen ff. de leg. 3. l.2. de proxenet. l.1. §. quod aut Prætor ff. de cloacis l. ſi nomen ff. de hæredit. vel actio vendit. l. nominis ff. eod. l.1. §. illud ſciendum ff. de ſeparat.*) ſuſpicor, nomen originem traxiſſe a nominibus eorum, qui in tabulis dictorum nummulariorum ſcribebãtur, tamquam creditores, & inde habere in nominibus ingentem rem familiarem eos dictos, quorum nomina pluries ſcripta in tabulis prædictis denotarẽt, dictos nummularios, ſeu argẽtarios de pluribus quantitatiꝰ, pecuniarum ſibi obnoxios eſſe. Nec leuiori argumento hanc coniecturam profectã, iudicabit is, qui ſciat valde inter ſe, etiam in eodem genere contractus, differre, & quoad denominationes, & quoad obligationem contrahendam, pecuniam, quæ depromitur a domo, ſeu arca cuiuſlibet priuatæ perſõnæ (priuata m intelligo a munere nummularij, ſeu argentarij,) *l.lecta a ff.ſi cert.pet. l.quidam de contr.pecu.* ab ea quæ a menſa, ſeu argentarijs prouenit *l.ſi vnus ff. de pactis l.ſi duo ff. de recept. arbitr.* Hoc enim poſteriori caſu cõtrahitur obligatio ſolo conſenſu, quæ peculiari vocabulo appellatur nominibus: priori verò ſtipulatione, vt docte explicat Iureconſultus Cuiacius *in l.ſi plures ff. de pact.* adducens illud Donati in Phorm. *Hodie additur „Chirirographi domo ex arca ſua, vel ex mẽ „ſe ſcriptura.* Et huic diuerſo modo contrahendi colliges reſcripſiſſe Scęuolam noſtrũ *in l.quidam 26. ff. depoſiti* illa loquendi forma. *Quidam ad creditorem litteras hu„iuſmodi fecit decem, quæ Lucius Titius ex „arca tua mutuo acceperat ſalua ratione vſu„rarum Domini penes me habes.*

Sed, quicquid ſit de hac noſtra coniectura, certe in dubium non poteſt reuocari diuerſitas de qua quærimus, quæ cum tam magna inter nummularios argentariosque, & mercatores interſit, nihil mirum, ſitam multa conſtituta ſint, in argenterijs, & nummularijs, quæ ad mercatores nullo iure trahi poſſunt. Cum etiam intuitu minoris dignitatis auctore Iuſtiniano Imperatore, *l.vnica C. neg. ue militet lib. 2.* Negotiatoribus (quos prò mercatoribus interpretatur ibi Lucas de Peuna) interdicatur quæcumque militia, non autem argentarijs, tamquam vtilibus omnibus contractibus: ſicuti nec etiam mirum, quod interpretes noſtri qui prædictos inter ſe confuderunt in quæſtiones inextricabiles

cabiles ſe conieciſſe, inter quas, celeberrima illa eſt. An mercatores noſtri temporis teneantur edere actori, ad inſtar argentariorum, ac nummulariorum, quam, etiam ſecũdum magis communem ſententiam, affirmatiue determinant ex rectioribus poſt alios Decius *cap. 1 num. 27 text. de probat.* Et Cagnolus *in l. 1. C. de edend. num. 78.* Qui licet
34 cogantur fateri, iura allegata per Bartolum Auctorem, & Anteſignanum dictæ ſententiæ affirmatiuæ, illam non probare, tamen eam aſtruere tentant, quibuſdam frigidis ratiotiũculis, quas refellere ſuperſedeo, ne a propoſito longius aberrem contentus admoniuiſſe lectorem, etiam tempore Romanorũ, adfuiſſe in vſu mercaturam, & mercatores, qui etiam rationes cõficiebant, prout faciunt mercatores noſtri temporis. Et tamen ſancirim de argentarijs, & nummularijs non extendebatur ad mercatoees. Erit igitur per eos reddenda vlterior ratio; cur hoc ad mercatores noſtri tẽporis extendere velint.

Nimirum nec temporibus noſtris deſiderãtur
35 nummularij & quidem ſeruato diſcrimine de quo ſupra, cum mercatoribus, & hi ſunt Bancherij, & loco menſæ, illorum temporũ, ſucceſſerunt Banchi, ſeu melius bancha noſtri temporis, ad eadem prorſus deſtinata. Paulus Caſtrenſis ex antiquioribus (quem ego viderim) primus *conſ. 294. lib.* . de bãco, & Bancherijs cum diſtinctione a mercatore loquitur. Quinimmo de eadem perſona, ſub duplici qualitate Bancherij, & mercatoris ex profeſſo diſſeruit. Ex cuius
36 dictis colligitur, quod Bãcherij ſui temporis habebant menſam, pro qua ad fauorem creditorum præſtabant fideiuſſores, etiam & ſcripturam, ſeu libros menſe, qui libri ſcribebantur a notario publico, & publicè tenebantur, patentes omnibus, ex quibus circumſtantijs manifeſte apparet, & hos Bancherios, ad inſtar nummulariorum, publicam cauſam habuiſſe. Cum eadem diſtinctione de prædictis meminit Petrus de Vbaldis *in tract. de duob. fratr. octa. part. prime qu. 32.* æqualis illorum temporum ſcri
37 ptor. Qui hos Bancherios vocat campſores
38 retinẽtes tapetum Cambij; hinc celebre no mẽ mercatorum de tapeto: præſertim apud Hetruſcos, & memini me legiſſe in Florẽtinorum hiſtorijs (opinor apud Scipionem Admiratum) dum florẽtem ſtatum, & opes illius Ciuitatis extollunt; potiſſimum argumentum deſumi, a quam plurimis mercatoribus de tapeto in illa ciuitate, exiſtentibus, quos, ex dicto Petri de Vbaldis, loco citato, Bãcherios haud dubie fuiſſe conijcio eoldem ex Caſtrẽſi, quem ſequitur Stracha *de decoct. part. vlt. nu. 25.* canonica
40 habuiſſe, nec ſine approbatione perſonæ, &
41 præſtatione fideiuſſorum permiſſis. Quod
42 ipſum de Regno Franciæ, vbi nullus audet bancam Cambij tenere, niſi auctoritate Regia, & qui contrarium faciunt acriter puniri teſtatur Papius *queſtione 87. in fin.* Et ſequitur Matheus *ibi in addition.* teſtatus ſol ere Reges Franciæ in illuſtribus Regni Ciuitatibus id concedere, interdicto huiuſ-
43 modi munere omnibus alijs, quibus Regio diplomate conceſſum non fuerit. Quod ipsũ de Regno Hyſpaniæ teſtatur Couarruuias, *in colla. vet. num. 7. ſub n. 4. verſ. præſertim*
44 tradens hoc officium interdictum eſſe priuatis, & omnibus niſi in cura Principis habitantibus, ab eo ſpecialem commiſſionem & licentiam habentibus: in alijs Ciuitatibus & locis illis permitti, quia Collegio Decurionum ſunt nominati, & electi. Qui demũ mos in Italia frequentatiſſimus olim fuit, nec noſtris tẽporibus prorſus exoleuit, ſed viget præcipue Genuæ, & potiſſimum in ſe rijs, vbi Cambia celebrabantur Romæ Neapolis, & Venetijs, & alibi. Et licet banca in hoc cõueniant omnia, quod & approbationem a publica auctoritate exigant, & habeant, ſeu habere debeant pecuniam in actu, & ſolutioni paratam, tamen non parum inter ſe differunt, tum ratione fidei, & celebritatis, quam ponderat Iuriſconſultus, *l. ſi res ſi ff. de adm. tut.* in argentario, ad excuſandum tutorem, tum etiam inſtitutionis. Generalior tamen ipſorum diuiſio poteſt fieri, vt alia ſint iuris, & ſpectationis priuatæ, alia vero iuris, & ſpectationis publicæ. Quæ ſpectationis publicæ ſunt adnexa, plerumque ſunt alicui magnæ adminiſtrationi; In qua eſt neceſſe interuenire magnam pecuniæ quantitatem, occaſione dictæ adminiſtrationis. Vt celeberrima ſunt Genuæ banca Sancti Georgij: Romæ Sancti Spiritus; Neapolis Sanctiſſimæ Annunciatæ Cum enim adminiſtratio ingentium bonorum ad dicta duo hoſpitalia Romæ & Neapolis, & exactio tot Cabellarum Genuæ. ad Sanctum Georgium ſpectantium, inuoluat per neceſſe interuẽtum ingentis copiæ pecuniarum, quæ dictum ſoluuntur: & exigũntur,

guntur, quæ ſemper ſolutioni paratæ ſunt; & eſſe debent, ſecundum exigentiam adminiſtrationum prædictarum; Ideo, a re nata, facile fuit dictis adminiſtratoribus & bancũ ſeu menſam adijcere ad augendam ſcilicet maiorem facilitatem, circa expeditionem negotiorum ad dictas adminiſtrationes ſpectantium; celebritas autem, & fides maior vel minor accedit ad dicta bancha, iuris, & ſpectationis publicæ; vel ratione diuitiarũ, quæ ad inſtar patrimonij ad dictas publicas adminiſtrationes pertinent, & ſunt obligata pro dictis banchis, vel potiſſimum ratione fidelitatis ipſorum adminiſtratorum, & ordinamentorum, & cõſuetudinum, quibus reguntur adminiſtrationes ipſę. Et ad menſuram prædictorum inſurgit concurſus ad depoſita priuata, ſiue iudicialia ſiue extraiudicialia, in banchis ipſis facienda, ex quorum frequẽtia, & magnitudine vtilitas prouenit. Et hinc (obiter dico) factum fuit vt illa duo bancha Sancti Spiritus Romæ, & Sanctiſſimæ Annunciatæ Neapolis, longe antecellant, cęteraque in dictis duabus ciuitatibus funt inſtituta. Quia non ſolum illa pia opera, quibus ſunt adnexa, antecellunt cætera omnia diuitijs. Sed & multo maxime quia, ſiue ex illorum inſtitutione, ſiue ex laudabili, & retinenda conſuetudine, nõ conſentiunt, nec permittunt, vt quiuis, cuiuſcumque ſtatus, & conditionis exiſtant, expendat aliquam quantumuis leuem pecuniarum quantitatem, quin prius eam habuerit in banco. Qua ex re pendet ſecuritas deponentiũ, qui ſciant ex illa inſtitutione pecunias depoſitas ad neminem, ipſis renuentibus, deuenturam.

Et hinc etiam fit noſtrum banchum Sancti Georgij, merito ſuper omnia quæ in vniuerſo orbe Chriſtiano celebrantur excellere. Non ſolum enim diuitijs omnes, alias ſuperat adminiſtratio cui eſt adnexum (Compęræ ſcilicet Sancti Georgij, quæ portoria fere omnia, & quaſcumque gabellas, ſeu quouis nomine nuncupentur impoſitiones, amplectuntur, ad celeberrimum, ac ditiſſimum totius orbis Emporium, quale eſt Ciuitas Genuæ ſpectantia, & pertinentia) ſed & multo maxime, quia non ſolum lege lata, & inuiolabiter obſeruata, ne ſolidum quidẽ quiſquam in bancho expendere poteſt, niſi prius ibidem habeat. Sed (quod magis eſt, & ſingulare quoad quæcumque alia,) quia Comperæ prædictæ, cui eſt adnexum banchum, ex ipſarum inſtitutione nec egẽt, nec egere poſſunt pecunijs in quauis licet minima quantitate ad procurandum ſui ipſius adminiſtrationem. Exitus namque pecuniarum qui fit a comperis, vltra miniſtrorũ ſalaria, nullus eſt, niſi ratione fructuum, ſeu prouentuum (quos vocant) debitorum quot annis participibus (quos Locatarios vocãt) dictarum comperarum, nec alij fructus debentur, niſi illimet ipſi, qui prouenium ex venditione gabellorum illorummet annorum; & quidem, deductis ijſdem ſalarijs, & alijs expenſis, & præſtationibus Reipublicæ debitis. Nec demum præſenti pecunia debentur, ſed tum demum elapſis annis quinque a die quo deberi cæperunt, vn de merito & abſq; vlla amplificatione, dici poteſt, banchum Sancti Georgij adnexum eſſe adminiſtrationi omnium ditiſſimæ, & quæ nihil prorſus expendit aut expendere poteſt. Quibus ſi addas modum, & formã quibus gubernatur, tot interuenientibus adminiſtris, & gubernatoribus; qui totam hanc molem per partes inuicem diſtinctas curant, & qui ſummum ius in prædictis habent, nec vllum in terris recognoſcunt ſuperiorem (id enim a Republica Genuẽſi vigore contractuum, iuratorum ſanctum habet) facile concedes amice lector bancho Sancti Georgi prælationem cęteris. De quibus certum eſt (vtcumque res ſe habeat) ſingentes impenſas quot annis fieri ab adminiſtratoribus pij operis, cui ſunt adnexa ex neceſſitate muneris cuiuslibet adminiſtrationis, quæ per occaſiones poſſunt creſcere, & e cõuerſo reddi minui. Et ſuper omnia illorum adminiſtrationem, licet optime inſtitutam, a nutu vnius in totum pendet, a quo infortunio vna cum peſte, fame, & bello libera nos Domine.

Priuati vero iuris, & ſpectationis ſunt bancha
46 illa, quæ a priuatis, & ad priuatam vtilitatẽ ex Principum, ac Rerumpublicarum permiſſione, inſtituuntur. Aucupantur namq;
47 priuati mercatores per erectionem horum bancorum, depoſita pecuniarum, non eo conſilio, vt cuſtodiant, ſed ne vacuæ pecuniæ ſint, vt loquitur Scæuola *l. quoties 25. ff. depoſit.* & vt noſtri dicunt otioſæ, & vt eis, vel ex mercatura, vel ex Cambio lucrum faciant, Et hinc, ad acquirendam fidem exponunt in banchis ipſis ingentem quantitatẽ pecuniarum, & dant plures fideiuſſores, de bona adminiſtratione. Sed quia a celebritate

tate publicorum bancorum facile ſuperabãtur, vt aliquo vlteriori delinimento deponentes allicerer, permittebant paſſim priua tos, & præcipue fideiuſſores, quibus ipſi erãt obnoxij expendere in banco pecunias quas in eo depoſitas non habebant. Et vnde celebritatem ſperabant ruinam inuenerunt. Ad illorum enim defectũ bancha facile deficiebant, & in miſerabiles exitus incidebant, & hinc frequentiſſimę Genuæ, Neapoli, Meſſanæ, & Florentię banchorum decoctiones; itaut in locis prædictis, in quibus alias frequentiſſimus erat banchorum vſus, noſtris hiſce temporibus, fere exoleuerit, ijs ſolum vigentibus, quæ iuris, & ſpectationis publicæ ſunt, de quibus ſupra, ſolummodo Romæ, & in ferijs Cambiorum mordicus retinetur, Romæ ex vſu, in ferijs ex neceſſitate. Cum enim ſanctiſſima illa ſedes (ita exigente neceſſitate) & retroactis temporibus, & noſtris, plures introitus alienauerit ad ipſam, eiuſue Reuerendiſſimam Cameram ſpectantes, & id ipſum conceſſerint pluribus familijs Religioſorum, ac Regulis, & Magnatibus ſtatus eccleſiaſtici, & propterea plures montium erectiones fecerit, montesq; ipſos in tot loca diſtribuerit quibus ſtatis temporibus, redditus conuenti ſiunt ſoluendi. Hinc cum ex aſſignatis introitibus dictim proueniãt plures ac plures pecuniarum quantitates, ſolutioni prædictæ deſtinatæ, eliguntur depoſitarij, quibus hoc munus demandatur, qui ex conſequenti habeant bancum annexum, quod eo maioris celebritatis, & fidei eſſe ſolet, quo plures, & largiores ſunt redditus, pro quibus depoſitarij eliguntur. Et hæc bãcha, licet habeant quoddãmodo adnexam ſpectationem publicam, non ideo minus cuitãt miſerabiles exitus, quos ſæpius experimur, idq; ex cauſis ſuperius notatis. Solum inter omnia, & ſuper omnia inconcuſsum, & celeberrimum manſit, & manet, dum hęc ſcribo, banchum Vincentij Marchionis Iuſtiniani, conciuis noſtri, nullo alio præſidio ſuſtentatum præterquam fide, integritate prudẽtia & diuitijs tãti viri, quẽ tota Roma ſuſpicit. Is enim Vincentius ſolus artem nouit, res moribus potius hominum, quam natura diſſitas, & repugnantes, inuicem conciliandi, & ex æquo colẽdi. ſummam ſcilicet frugalitatem, & parſimoniam priuatæ fortunæ cum liberalitate ac magnificentia ſummis magnatibus Romanæ curiæ pari, Vt nõ immerito factum ſit, nec Banchetios, & mercatores alios in eo nomen Marchionis horrere, nec magnates, & Regulos munus Banchetij in eodẽ faſtidire, ſed omnibus æque charus, ac acceptiſſimus Marchionem agat inter Banchetios, abſque timore Banchetium inter magnates abſque deſpectu, & id quidem nullis alijs, niſi ſui ipſius prædidijs, diuitijs ſcilicet & virtute ſuiſultus, reiectis depoſitarijs ſibi vltro oblatis, in tantum, vt Roma ſibi ſuum Atticum redditum putet & ego iure ſperem, beneuolum lectorem de hoc breuiſſimo excurſu, hominis apud me magni nominis veniam daturum.

Neceſſitatem autem (vt ad rem redeam) retinuiſſe vſum Banchetiorum, priuatæ ſpectationis in ferijs Cambiorum vt ſupra diximus, vel ex eo patet, quia feriæ prædictæ, eo potiſſimum conſilio celebrantur (vt vidimus ſupra in prima diſputatione queſtione tertia dum quærebamus de origine Cambij ſecũdum naturam) vt ſolutiones ibi fiant litterarum Cambij de pecunijs in litteris contentis, hæ autẽ fieri nequeũt abſq; pecuniarum verbo ſolutioni adiecta *l. 4. §. aut prætor. ff. de re iudic. l. ſolutam ff. de ſolutio. l. cum putarem ff. fa. erciſc. Alex. conſ. 95. ponderatis vol. 3.* Et propterea qui ad dictas ferias accedunt, neceſſario eſſe debent Banchetij, qui pecunias habeant ſolutioni paratas, ſine quibus ſolutio contingere non poteſt.

Nec te turbet amice lector, Quinimmo nihil infrequẽtius in ferijs eſſe pecunia (vt alibi memini me dixiſſe) & per conſequens nullibi minus eſſe neceſſarium vſum, Banchorum quam in ferijs.

Memineris namq; ex prologomenis ad hanc, & ſuperiorem diſputationẽ pecuniam, quæ in ſolutione in ferijs Cambiorum formaliter exigitur, & ad quam determinatur ſolutio ordinata in litteris Cambij, eſſe ſcutos marcarum, qui in rerum natura non reperiuntur. vt etiam ſtatuitur in cap. decimo regularũ ferię. Et licet ſint reducibiles in tot ſcuta auri in auro, cum factura vnius pro cẽtenario, vt ex regulis ferijarum eodẽ cap. decimo, tamen nullus acquirit ſcutos marcarum in feria ſoluendos, vt ibidem cõſequatur pecuniam, ſed vel ex neceſſitate vt ibi ſoluat quod debet, vel ex induſtria, vt media Cambij negotiatione lucretur, vel demũ ex commodiori vſu, vt inde uia Cambij habeat pecunias in loco, ubi eis opus habet, Quę omnia & ſingula exequutioni mandantur

dantur in ferijs abſque pecunia, & propterea adhoc, vt pecunia parata dicatur ad ſolutionem (quod vicem obtinet differentiæ conſtituitiuæ in bancho) non requiritur pecunia numerata, ſed ſufficiũt ſcuti ipſi marcarum, qui in nominibus conſiſtunt. Quinimmo ſi aliquis debitor vellet ſoluere in pecunia numerata, cum deductione prædicta vnius pro quolibet centenario, tenetur id exequi, intra dies quatuor a die acceptationum: cum regulariter tempus prędictũ ſolutionibus præfixum, duret per dies octo vt ex regulis prædictis cap. 14. Vel ſaltem intra dictum terminum pecuniam obſignatam deponere ſoluendam actu in termino ſolutionum, vt ſtatuitur per regulas prędictas cap. duodecimo. Et hinc fit, quod menſæ, ſeu bancha ex quibus dictæ pecuniæ, paratæ ſolutioni, depromuntur, ſunt ſcartafacia ipſa, in quibus dicta nomina tam actiuę, quam paſſiuę deſcribuntur, & in quibus cõficiendis, & conſcribendis datur forma per eaſdem regulas cap. 5. cum additionibus ex inde factis per Sereniſſimum Senatum noſtrum ſub die 22. Octobris anni 1609. Quilibet enim Bancherius, qui prębabuit notiam de omnibus tractis, ſeu remiſſis, quæ in dicta feria ad eum diriguntur, eas in dictis ſcartafacijs prænotatas habet, & tempore acceptationum, vt adnotauimus in prologomenis, eas, vel recuſat, vel acceptat ſiue ſimpliciter, ſiue ſuper protextu. Et cognito ex dictis acceptationibus, ſe eſſe in auantio. de illo diſponit dando illud ad Cãbium alijs Bancherijs, pro Plateis ſibi melius placitis, ſi uero cognoſcit ſe eſſe in mancamento, de illo ſe prouidet, capiendo ad Cambium. Itaut in æquo ſit debitum cum credito. Et quando non reperit a quo ſibi detur ad Cambium, tunc dicitur rumpere, & decoquere, &, vt Vulgo dicitur *far banco fallito*, Cum nec prębabuerit, nec obtinere potuerit, termino illorum octo dierum ſolutionibus ſtatuto, pecuniam ſolutioni paratam. Et quando Bãcherij peruenĩt ad dictam exæquationem, dicitur feria finita, quæ quidem exæquatio concludenter, & neceſſario deprehenditur, nõ ſolũ ex traditione bilącij cuiuſq; ex Bãcherijs p quod debet cõſtare in quolibet de dicta exęquatione, ſed ex bilãcio vniuerſali, q ex omnibus conficit Magiſtratus, vt in dictis prologomenis expoſitũ fuit, & plenius agemus infra, dum quærã de ſolutione quæ fit in bilancio. Ex quo obiter ſedari poteſt cõ-

54 troverſia, quæ mirum in modum torſit ingenia auditorum Rotæ noſtræ apud Bellonũ, deciſione prima, an ſcilicet dicta ſcartafacia probent, nec ne. Nam ante completam fẽriam, leuior eſt fides, quæ, ex eis elicitur. cum partitæ & contenta in eis, feria durãte, poſſint variari, & contraſcribi (circumſcriptis acceptationibus) ad libitum Bancherij, vt teſtatur eadem Rota ibidem, *num. 10. & reg.* &. reſpectu huius temporis, eſt verum, quod ſubditur ibidem *num. 19. & 20.* adnotationes prædictas, quæ fiunt in dictis ſcartafacijs, fieri ſolum ad cuſtodiendum memoriam eorum quæ geri debent, nec ex eis induci poſſe nouationem aliquam, ſeu promiſſionem *ad tradita per Socin. conſ. 267. circa finem vol. 2. Purpur. l. ſingularia num. 88. ff. ſi cert. pet. Angel. ibi col. fin. Alex. conſ. 16. num. 2. vol. 3.* Sed feria finita, traditiſq; bilancijs, nulla firmior probatio, etiam cõtra tertium, quam ea, quæ ex dictis ſcartafacijs, iunctis bilancijs, oritur, Nam, cum contenta in quolibet ex eis, ſint relatiua, tã reſpectu debiti, quam crediti, ad alia ſcarta facia, & bilancia, aliorum Bancherorũ, quę quatenus ſibi inuicem non reſponderent ad amuſsim, non poſſet fieri illud generale bilancium, ſine quo feria non dicitur finita, iã conſtat idem eſſe dicere feriam finitam eſſe ac ſcartafacia, & bilancia ſingulorum Bancheriorum rite proceſsiſse. Inde indubitata fides, quaſi ex rei natura oritur, & merito in omnibus controuerſijs, quæ coram Magiſtratu feriarum agitantur, proceſſus omnis intra exhibitionem dictorum ſcartafaciorum conſiſtit, & maior eis fides præſtatur, dummodo ſint rite compoſita, quã mille teſtibus iuratis in contrarium deponentibus. Et per hæc non immerito, limitari poſſunt ea, quæ luculentiſsime ſcripta reliquit Maſcardus *qu. 6.* dum, probationem re-

55 ſultantem ex teſtium depoſitionibus, longe prętulit ei, quæ ex priuata ſcriptura. Niſi hãc licet reſultantem ex priuata ſcriptura, cum tamen illa robur potiſsimũ mutuetur ex eo, quod ad indubitata refferatur, malis aſsimilari probationi, reſultanti ex facti cuidẽtia; quæ merito ſuper omne aliud probationis genus ſe extollit ex eodem Maſcardo *qu. 8.* Conſtito igitur, quam magnum fuerit diſcrimen Romanorum temporibus, & perſeueret noſtris, inter mercatores, & Bancherios, olim nummularios appellatos, ſeu argẽtarios

tarios, facilis eſt probatio propoſitæ ſecundæ concluſionis. Valde referre, a quo nam ex eis in libris banchi, ſeu mercatoris fiat ſcripturæ directio, etiam in ordine ad probationem. Et id non ſolum reſpectu perſonæ ſcribentis, quę vt ex Caſtrenſi vidimus, ſolebat eſſe publicus notarius, & certè noſtris tęporibus adhuc perdurat (ſaltè in illis bąchis quę sūt ſpectationis publicę, & expe rimur in noſtro Sancti Georgij) Sed etiam reſpectu rei. Nā ſcriptura, quę fit in libris męſæ, ſeu banchi (accedentibus debitis circūſtantijs, de quibus infra) cū ſupponatur in bancho ipſo, adeſſe pecuniā ſolutioni paratā, denotat pecuniā illā in bancho exiſtentē pro illa rata, & quātitate ad cū ſpectare, cui inſcribitur. Nō ſecus, ac videmus, & experimur in ſtylis illis, qui publicè exponūtur ad horas diſtinguēdas, qui denotāt quid intus actū ſit, per illa libramenta, quibus realiter tępora diſtinguūtur, quod horologiū voca-
56 mus. Cū enim bącho præpoſitus, per legitimos modos inſcribit in libris bąchi, Sępronii creditorē, de cētū: hęc ſcriptura probat (quātū ad bąchū attinet) illū eſſe dominū, de totidē centū in bącho exiſtentibus. In quo non minus ſubtiliter quā vere, animaduertendū eſt, per hanc ſcripturā plus iuris acquiri per dictū Sępronium, quā ſi idem Bą-
57 cherius expreſſe promiſiſſet, ſe ſoluturum illa cētū, cū plenius ſit acquirere rem ipſam quę probatur acquiſita, per illā directionē ſcripturę, quatenus Sępronius cōſcētiat, quā promiſsionē, qua ad ſūmū, quęritur actio cōtra promittētē, Quod diſcrimen optime perpēdit ſacra Rota Romana quæ licet admittat, cedulā bącheriā haberi loco ſolutionis, vt poſuimus ſupra in tertio argumento declarat tamen *apud Seraph. dec. 1419. & in vna domorū 1606. coram Pāphilo relata per Beltrā. ad dec. Ludou. dec. 347. n. 19.* nō procedere in illis cedulis, quę ſolā promiſſionē de ſoluendo continerēt; Sed in eis tantū, ex quibus apparet pecuniā inſcriptā eſſe ei, de quo agitur; & ſub eius nomine ſcriptam.

Hęc autem non contingunt, nec contingere poſſunt, regulariter, in ſcriptura, quæ dirigitur in libris mercatorum. Nam cum de natura mercaturæ non ſit, vt mercator neceſſariò habeat pecuniam ſolutioni paratā. Quinimmo multo probabilius eſt eam habere in mercibus implicatam, & non rarò intricatam ſcriptura, quæ in eius libris dirigitur, licet generaliter probet contra ſcribentem, non tamen eſt tantæ efficacię qualem eſſe probauimus ſcripturam Bancherij vt clarius patebit ex mox dicendis concluſionibus.

Tertia concluſio ex directione ſcripturę in li-
58 bris męſę, ſeu banchi, per quam inſcribitur quis creditor alicuius quantitatis pecuniarum accedente conſenſu ipſius creditoris, probatur ſolutio vndecumq; proueniat deſcriptio.

Probatur; quia licet de natura depoſiti ſit, vt
59 dominium, quinimmo, & poſſeſſio rei depoſitæ remaneat penes deponentem, tradēte Florentino Iureconſulto, *l. licet ff. depoſit.* „ *Res depoſita proprietas apud deponentē ma-* „ *net, ſed & poſſeſſio, niſi apud ſequeſtrū depo* „ *ſita eſt: nā cū demū ſequeſter poſſideat.* Vnde
60 ſi deponens vendat, vel donet rē depoſitam depoſitario, non dicitur is mutare cauſam poſſeſſionis, cū non haberet *l. 3. §. illud, ff. de acquir. poſſeſſ.* Sed cū re obligetur, de illa ea-
61 dē re, quā accepit, reſtituenda tenetur. *l. 1. §. is quoque apud, & ibi gl. verbo tenetur, ff. de action. & oblig.* Et conſequenter actione
62 in rē poteſt conueniri, *l. officium, & ibi gl. & DD. ff. de rei vēdic. gl. fin. in l. 1. C. depoſit*
63 Et ſi depoſita ſit aliqua ſpecies etiam ad fructus, & partus, & quamcumque cauſam tenetur, *gl. 1. in l. 2. C. depoſit.* Quinimmo ſi rem depoſitam depoſitarius contractauerit actione furti teneatur, *l. 1. l. inficiendo 69. & ibi DD. ff. de furt. ſi ſacculum 29. ff. depoſit.* Quæ omnia, & ſingula videtur alieniſſima, immo repugnantia pecuniæ numeratæ, exiſtenti in bancho, ſeu menſa,
65 non obſignatæ, cuius dominium penes Bancherium exiſtit. Certum tamen eſt: licet mandati finetis id videatur egredi, Bancherium habentem penes ſe pecunias alienas (licet earum dominum) depoſiti
66 teneri; ſi non ad idem reſtituendum, ſaltem ad reſtituendū tantumdē. Qua de re ſunt textus expreſſi *in l. Lucius Titius 24. ff. depoſiti, & l. innaui Saupheni 34. ff. locat.* Neq.
67 n. ad effectum conſtituendi depoſitum, neceſſe eſt, vt contrahentes expreſſe id dicāt: ſed quomodocumq. conſtet, dominū commēdare res ſuas alteri, ſatis intelligitur depoſitum contractum, tradente Papiniano, *d. l. Lucius Titius de depoſit. Centumque* „ *hodie commendaſti mihi.* Et rurſus Sęcuola *in l. Quinctus 28. ff. depoſit. Viginti* „ *quinque nummos quos apud me eſſe voluiſti,*

per illa verba depoſitū intelligi. Tenentur ergo actione depoſiti Bancherij, ad reddē-dam creditoribus banchi pecuniam licet & dominium pecuniarum conſequantur, & ex preſſe cum eis actum non ſit, vt depoſitum habeant. Sed quod magis eſt,[1] & forte quis contrarium reſpondiſſet. Id etiam procedit, etiam ſi depoſitarius ad vſuras rei depoſitæ teneretur; non ſolum poſt moram, tradente eodem Papiniano, *l. die ſponſalitorum 25, §. qui pecuniam ff. depoſit.* *Qui pecuniam*

68 „*apud ſe nō obſignatā, vt tantundem reddat*
„*ret depoſitum in vſus proprios cōuertit poſt*
„*moram in vſuras quoq; iudicio depoſiti con-*
„*demnandus eſt*. Cui alia iura concordant, *l. 1. 2. 3. 4. Card. Rot. Rom. dec. 1. depoſit. in antig.* quod minus mirum videri poſſet, cū verſemur in bonæ fidei iudicijs. Sed etiam quando ex condicto, & pacto deponentis,

69 ſeu depoſitarij promiſſione, debentur vſuræ quod actione depoſiti peti poſſunt etiam vſuræ prædictæ, ſi depoſitum præceſſit ſi-credendum eſt Paulo, per hæc verba reſpōdenti *l. Lucius Titius 20. ff. depoſit. Accepi,*
„*& in rationibus depoſiti relatum habeo, vt*
„*præſcripſi argēti ſexertia quadraginta, om-*
„*nia factūrus vt conſentio, & vt firmiſſime*
„*promitto ſecundum ſuprāſcripta quibus cō-*
„*ueni me fœnoris nomine daturum in vnum-*
„*quēque menſem tibi proſingulis libris obo-*
„*los quatuor, donec omne argentum reddi-*
„*dero. Quaro an vſuræ peti poſſint? Paulus*
„*reſpondit cum contractum de quo quæritur*
„*depoſitæ pecuniæ modum excedere. Et ideo*
„*ſecundum conuentionem vſuræ quoque actio*
„*ne depoſiti peti poſſunt*, Ecce igitur non ſo-

70 lum vſuras peti poſſe ſecundum conuentionem, etiam circumſcripta ſtipulatione quod nouum non eſt, cum verſemur in bonæ fidei indicijs & alibi etiam ſancitum eſt, *l. quintus l. lucius titius l. ſi faceulum ff. depoſit.* nec mirum cum ſolo animo depoſitum in mu-

71 tuum conuerti poſſit *l. certi condictio §. fin. ff. ſi cert. pet.* Sed (quod iterum miror) actione depoſiti. Tanto magis, quia priuilegiū prælationis, conceſſum creditoribus ex depoſito *l. ſi hominem 7. §. quoties ff. depoſi.* & non ſolum reſpectu pecuniæ depoſitæ, ſed etiā in omnibus decocti facultatibus *l. quod priuilegium ff. eod.* denegatur illi deponenti

72 cui ex pecunia depoſita vſuræ debentur, *d. §. quoties* exceptionem, & exceptionis rationem tradēte ibi Vulpiano per hæc verba
„*Dummodo eorum qui poſtea vſuras recepe-*
„*runt ratio non habeatur quaſi renunciaue-*
„*rint depoſito*. Si enim renunciauerunt depoſito, ſecundum Vulpianū, qui fieri poteſt vt actione depoſiti agāt ex Pauli ſēntētia? Et quæ neceſſitas; cum priuilegiū non compe-

73 tit, & æque bene agere poſſet ex mutuo, in quod conuentum eſt. Et ideo non leuiter ſuſpicor textum illum fōrte corruptum, & eo facilius, quod ex Græco conuertus n, Sed Alciatus diligentiſſimus, & ſapientiſſimus interpres, qui eundem textum interpretatur *lib. 1. diſp 2.* id non animaduertit, & certē ratio recti ſermonis potius exigere videbatur quod ex illo aſſumpto, de quo in
„textu. *Contractum de quo quæritur depoſi-*
„*ti pecuniæ modum excedere* videbatur maiori vi deduci poſſe; & propterea ſeruandā quidem conuentionem, & vſuras quoque, non autem actione depoſiti, peti poſſe, ſed
„textus dicit. *Et ideo ſeruandam conuentio-*
„*nem vſuræ quoq; actione depoſiti peti poſſūt* a cuius littera nō auſim recedere: præſertim cum viderim Iureconſultiſſimum Cuiacium,

74 hanc quæſtionem ad partes examinantem, *lib. 9. quæſtio. Papi. ad l. Lucius 24 ff. depoſit.* poſtquam enim is attēſtatus eſt Papinianū mouiſſe in ſuo illo textu omnem lapidem excutiendæ huius rei cauſa nihil effeciſſe, & rem indefinitam reliquiſſe ipſe tranſit cum deciſione huius textus, aliōs etiam concordantes adducens, qui tamen id expreſſe nō habent. Propterea, & ego cum prædicta sē

75 tentia tranſeo, relictā diligentiori diſcuſſione eis, quibus curæ fuerit, hæc vlterius ex penetrabilibus iuriſprudentię rimari, præſertim cū ad rē noſtrā nō ſit neceſſe. Cū iure noſtro, & in hac luce Euangelij, vſurę nō concedātur, & quando Bancherius poſt directionē ſcripturę, ita exigēte creditore, nō ſoluit pecuniam debitā, ad producendū intereſſe facit litteras cābij, in caſu noſtro res caret difficultate; Cū depoſitū expreſſe tran ſeat in aliū, & omnino diuersū contractum.

Ad tem igitur noſtrā redeundo, cōſtat ex prędictis Bācherios, qui habēt apud ſe pecunias alienas teneri ex depoſito licet ſint domini pecuniarū, quas ſemper habent, aut ha-

76 bere debent ſolutioni paratas. Vlq; adeo vt etiam ſi creditor diem longiorē recipiēdo depoſito dixerit, adhuc tamen ante diē repetere poſſit *l. 1. §. ſi ſic depoſuero ff. depo.* Hinc merito quilibet, inſcriptus creditor in libro banchi, ſeu menſę, ſi pecuniæ ob quas inſcribitur, per ipſū, vel eius mandato

ſolutæ

ſolutè fuerũt, dicitur depoſitor, eaſq; ſibi de
77 beri ex depoſito, ſi vero eidẽ ab ipſo Bãcherio, ſeu de mandato tertij, qui eas depoſitas ibidem habebat inſcriptæ fuerint, in causã
78 crediti contrahendi, ſeu debiti diſſoluendi, tunc intelligitur eidem factum depoſitum, per quod ſoluere dicimus *l. debitor 7. ff. de uſur. l. 1. in fin. ff. eod. l. ſi creditori l. acceptũ C. eod. l. tutor pro pupillo §. vlt. ff. de admin. tut.* Licet enim in iudicialibus electio depo
79 80 ſitarij ad iudicem ſpectet, *l. ſi ſoluturis vbi Bart. & Alex. ff. de ſolut. Bald. in l. ſi reus paratus & ibidem Caſtr. ff. de procur. Menoch. de arbitr. conſ. 232. num. 9.* qui etiam debet eſſe iudex competens, alias pro non facto habetur *l. obſignatior C. de ſolut. l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. Caſtr. & alij in l. cum fundus §. cum ſeruum ff. ſi cert. pet. Menoch. conſ. 716. num. 12.* Certum eſt in extra-
81 iudicialibus debitorem habere ius eligendi
82 dummodo idoneos eligat, nec aliqua culpa ei poſſit aſcribi *ex Bart. diſtinguit Caſtr. de depoſit. par. 2. qu. 69. Alex. conſ. 75. vol. 7.*
83 Quod contingit, quando eligit perſonam, de qua omnes conſiderent, *Neguſ. de pign. par. 5. membr. 2. verſ. ſeptimo requiritur* pro
84 ut eſt publicus nummularius, *Tiraq. de retract. lib. 2. §. 4. gl. 7. num. 11. Put. detiſ. 163. lit. 1. poſt alios Giurb. dec. 38 in fin.* Cum igitur inſcriptio in libris banchi in credito alicuius, de ſumma in bancho exiſtenti, ſit tãtæ efficaciæ, vt demonſtrare ſit apta, eandẽ quãtitatem pecuniæ, vera fuiſſe depoſitam ad eiuſdem diſpoſitionem, quæ loco ſolutionis eſt, & pro ſolutione habetur, merito cõſtat de veritate firmatæ concluſionis ex dicta ſcilicet directione ſcripturæ in libris bãchi, oriri probationem ſolutionis. Quod procedere etiam ad fauorem ipſius bancherij,
85 quoad effectum probationis ex conſuetudine totius Italiæ teſtatur Rota noſtra apud Bellonum *deciſ. 38. nu. 1.* Et hinc videmus, iure noſtro Genuenſi, quo inſtrumenta, & apodiſiæ priuatæ habent paratam executionem, nec contra ea vlla exceptio poteſt opponi, præter ſolutionem, de qua conſtet per eiuſdem generis documenta, *ſtat. ciuil. lib. 2. c. 2.* quod inter hæc recenſentur extracta cartulariorum Sancti Georgij, quod in idẽ recidit, cum eo quod retulimus ſupra de cedulis banchi, ex Rota Romana. Argumẽtum ad demonſtrãdum per huiuſmodi ſcripturas probantes depoſitum; probari etiam ſolutionem,

Quarta, & vltima concluſio. Per directionem ſcripturæ in libris mercatorum, vel cuiuſcumque alterius non oriri, nec ſolutionem, nec probationem ſolutionis, niſi adſint requiſita ad compenſationem, vel ad delegationem, vel ad nouationem prædictis autẽ interuenientibus, ſeu illis, quę ad vnũquod que ex eis, requiruntur, probari ſolutionem

Prior pars, & affirmatiua concluſionis proba-
86 tur ex eo, quod cũ mercatores careant menſa, & bancho, & per conſequens non habeãt pecuniam ſolutioni paratam, directio ſcripturæ in eorum libris non poteſt habere vim depoſiti, nec ex conſequenti ſolutionis quæ non aliter, quam mediante pecunia, ſeu per acceptilationem fit, *l. ſi ex acceptilatum §. 1. ff. de acceptil.* quæ in hac directione ſcripturæ non proponitur interuenſſe. Quod ipſum ſubodorata eſt in proposito Rota noſtra apud Bellonum *dec. 1 num. 22.* dum dixit per directionem ſcripturæ in libris, non fieri ſolutionem, reſpectu eius ad quem ſpectat remiſſa, quando pecunia penes ſoluere debentem non eſt ſolutioni parata. Nõ audienda tamen, dum eam reddit
88 rationem, quia ſcilicet Domini pecuniarũ contenentur (vt ipſa loquitur) per ſuum debitorem, ſuas remitti pecunias alij perſoluendas, vt ſibi poſtmodum ſoluantur, & non aliter. Quaſi vero; ſi debitor mandato domini ſoluat Titio, per hanc ſolutionem, ex eo, quia dum hoc mandauit, id eo conſilio mandauit, vt per Titium ſibi exinde ſolueretur, qui tamen non ſoluit. Cum id nullam habeat iuris ſaporem, nec Salycetus in proposito per Rotam adductus *l. ſi filiuſfamilias ff (per errorem puto cum C. ſcribi debuiſſet ad Maced.)* id vmquam ibi, aut alibi somniauerit.

Dices tu, qui verſatus es in mercatura, vel habes notos illos modos, quibus mercetores ſuam in libris dirigunt ſcripturam, etiam mercatores habere ſuam menſam, ſeu banchum, quod ab illis vocatur capſia, ab aſſeruando pecunia, non ſecus, ac menſa ſeu banchum dicta, in qua adeſſe ſolet pecunia ſolutioni parata, prout de bancho dictum fuit. Quinimmo ſi mercator ſit ex illis, qui plura & magna negotia habet, ſolet habere miniſtrum deputatum ad dictas pecunias recipiendas, & vbi opus fuerit ſoluendas, qui campſerius vocatur. Quinimmo, cum munus hoc maximi ſit ponderis, & maximam fidem exigat in adminiſtrante, ſæpę

ſæpius in ſocieratibus plurium mercatorum ſolet vni ex eis, ſpecialiter demandari. Qua propter cũ mercatores omnes habeanthanc capſiam, non ſecus ac bancherij bancham; videtur per prędicta confundi diſcrimẽ inter hanc, & præcedentem concluſionem ſed ex identitate rationis, idem robur pariter in eis, tribuẽdũ eſſe directioni ſcripturę; præſertim cũ approbatio de publico, & fideiuſſio, quę in bancherio exigitur, nõ autem in mercatore, non attingant rationem diſcriminis per nos in propoſito adducti, *ad notata in l. adigere §. quamuis ff. de iur. patr. l. cui pater §. ultiſſimis ff. de leg. ſecundo.*

89 Reſpondetur longe inter ſe differre capſiam mercatorum, & menſam banchetiorum, licet vtrumq. abſq. dubio, ab aſſeruanda pecunia, nomen ſortiatur. Sciendum eſt namq. (quod apud mercatores vulgatiſſimum eſt: apud Theologos vero, & Iuriſtas, ſi non incompertum, certè tranſniſſum) mercatores ſolere in libris ſuarum rationum multa computa ordinare, ſeu inſcribere ſub certa, & ſpecifica appellatione rerum inanimatarum; dictiſq. computis ſic inſcriptis multas ſummas, & quantitates pecuniarum (partitas, quas vocant) tam ad debitum, quã ad creditum ſcribere; licet tam debitum quam creditum, & totũ negotium ſeu computum ad ipſos ſcribentes ſpectet. Idq. duplici potiſſimum conſilio mercatores exequuntur. Primum vt ſciant, qua in re pecunias implicauerit; & vſq. in quam quantitatem. Et propterea, ſi mercator inſtituat negotiationem ſetarũ, vel aliarum mercium: inſcribit rationẽ, ſeu computum in libris ſub appellatione dictæ mercis, ciq. dat debitum, tum de prętio illarum, tum etiam de omnibus & quibuſcumq. expenſis, occaſione illarum per quæ, plene adimplet dictum primum conſilium: ex inſpectione enim dictarum partitarum facile intelligit, quid, & quantum implicatum habeat in dicta negotiatione. Sed vt intelligat; an ex dicta negotiatione lucrum, vel damnum fuerit conſequutus (quod eſt ſecundum conſiglium) in eodem computo, ad creditum, ſcribit omne id, & totum, quòd ex mercibus prædictis media vẽditione, vel aliter quomodocumq. redegerit. Ex quibus collatis cum expenſo, & inuicem ſubductis, facile dictum conſiliũ aſſequitur, & cognoſcit an ſit in damno, vel lucro occaſione prædicta. Rurſus, de quacumq. partita, ſiue expenſa, ſiue exacta, nõ ſolum ſit mẽtio in computo ad quod ſpectat, tam ad creditum, quã ad debitum; ſed etiam in aliis, & quidem diuerſis computis quibus prædicta imputantur ſiue exactæ ad debitum, ſiue expenſa ad creditum. Puta ſi expenſa fuerint mille in emptione ſetarum, & computo dictæ negotiationis datũ fuerit debitum de dictis mille, tunc, cũ certum ſit dicta mille mercatorem ex aliquo loco habuiſſe, neceſſe eſt dicere eum habuiſſe, vel ex redactu aliarum mercium, vel ex Cambio ab aliquo tertio, vel ex nouatione, ſeu delegatione alicuius crediti præcedentis, vel ex pecunia in arca, ſeu capſia mercatoris exiſtenti. Tunc ratio rectæ ſcripturę fert: vt de eiſdem mille detur creditum in illo credito particulari, a quo in aliquo ex modis prædictis prouenerunt. Et è conuerſo cũ datur creditũ in eodẽ cõputo ſetarũ, de eo quod occaſione prędicta obuenit ipſi mercatori, cũ neceſſe pariter ſit, aliquo ex modis prædictis, in eũ peruenijſſe: In eo computo datur debitum, a quo prouenit, & ex conſequenti ſi in pecunia numerata exactum fuerit de peruento datur debitum capſiæ. Quibus ritè obſeruatis, tunc dicuntur partitæ referre & liber bene cõpoſitus. Sed in propoſito noſtro, ex prædictis patet, non ſolum quid ſit Capſia, ſed in quantũ differat a bancho ad effectum de quo agimus. Capſia enim eſt ipſemet mercator, & per conſequens directio ſcripturæ in Capſiæ computo nullam fidem facit inter tertios, minuſq; ad fauorem ſcribentis. Nec eſt neceſſe quod ſemper in Capſia adſint, vel adeſſe debeãt pecuniæ, cum immo, vt plurimũ eius computum ſit apud mercatores in debitum, qui ſolent pecuniam omnẽ in mercibus impſicare. Nec ex conſequenti ex ratione mercaturę eſt, vt mercator habeat pecuniam ſolutioni paratam, nec intrant conſiderationes depoſiti de quibus ſupra in præcedenti concluſione, vbi probauimus, hæc eſſe cõnaturalia banchis cx quibus manifeſte ceſſat obiectio.

Secunda pars, & affirmatiua dictæ quartæ, & poſtremæ concluſionis probatur. Quia mercator qui ſcripturam dirigit, & in ea ſe fatetur debitorem liquidum certæ quantitatis Titij, ſi ex alia cauſa ſit creditor eiuſdem vel e conuerſo, nihil impedit, inde oriri probationem compenſationis præſertim in debitis, & creditis cum intereſſe, ſiin dicta directione ſcripturæ id expreſſiſſet. Quod ipſum

ſum indubitatum eſt, ſi ponamus interuenire requiſita ad delegationem, ſiue ad nouationem, quæ qualia ſint videmus ſupra hac eadem diſputatione quęſtione octaua, & ex conſequenti tali caſu conſtabit etiam de ſolutione, vt ibidem probauimus.

Reſtat pro complemento huius quæſtionis, vt reſpondeamus argumentis ad excitandam quæſtionem in contrarium factis.

Ad primum reſpondetur: veram eſſe doctrinã Ioannis Andreæ Angeli, & ſequacium, eãq; procedere non ex eo, quod ex ſimplici ſcripturæ directione oriatur ſolutio, ſed quia in caſu illo adſunt requiſita omnia ad delegationem, & nouationem per viam delegationis: cum ille, qui iubet, ſit creditor eius, cui iubet; debitor autem eius ad quem iubet fieri ſolutionem, Vnde cum accedat cõſenſus & ratificatio creditoris, adſunt omnia requiſita ad delegationem, ſeu nouationem per viam delegationis, & ideo nil mirum, ſi ex dicta ſcriptura cum dictis circum ſtantijs oritur (non quidem ſolutio per ea, quæ habuimus in prima concluſione) ſed probatio ſolutionis, & liberationis, per ea quæ habemus in quarta, & poſtrema cõcluſione in poſteriori eius parte affirmatiua.

Ad ſecundum reſpondetur, vltra ea, quæ reſpõſionis loco poſuimus ſupra ad concluſionẽ primam, quatenus ei repugnare videri poſſet textus illos, *l. qui ſine ff. de neg. geſt. l. quoties §. non tantum ff. de adminiſtr. tut.* adduc-
90 ctos per Rotam, probare quidem tutorem, & negotiorum geſtorem non ſolum poſſe, ſed teneri ad ſibi ipſi dicto nomine ſoluendum, quod debent proprio nomine, ſed nõ probant quomodo id faciant & exequantur & nullus dicit per ſimplicem ſcripturæ directionem per eum factam in libris, intelligi factam ſolutionẽ, minuſq; id probari. Quod ſi talia admitterentur facile eſſet prædictis tutoribus ſiue adminiſtratoribus debita per eos pupillis, ſeu dominis, pro quibus geſſerunt negotia diſſoluere, quinimmo ad menſuram poſſibilitatis ceſſare etiam obligationem ſibi ipſi ſoluendi, probauimus per textum in terminis *l. diuortio 37. ff. de neg. geſt.* Et propterea diſpoſitionem prædictam ſolum habere locum in habente pecuniam ſolutioni paratam, vt in tertia concluſione; vel vbi concurrũt requiſita ad compenſationẽ, ſeu ad delegationem, ſeu nouationem per ea quæ in ſecunda parte quartæ concluſionis.

Ad tertium reſpondetur, attẽto magno diſcrimine, intercedente inter Bancherios, & Mercatores de quo in ſecunda concluſione, & retenta diuerſa formalitate ipſius ſolutionis, & probationis eiuſdem ſolutionis de qua in prima concluſione, intelligenda eſſe illa quæ in dicto tertio argumento cum diſtinctione de qua in tertia, & poſtrema concluſione, vt ſcilicet procedant in Bãcherio abſolute; in mercatore vero non niſi interueniant requiſita ad alios contractus, ex quibus liberatio contingit, præter, & vltra actualem ſolutionem.

DISPVTATIO II.

QVAESTIO XVIII.

An per bilancij præſentationem in ferijs oriatur ſolutio, ſeu probatio ſolutionis, & quomodo.

1 *Bilancium quid. Et ad quid ordinetur 2.*
3 *Bilancium dicitur bilanciare quando creditum adæquat debitum.*
4 *Cardinalis Geſualdi Neapolitani indignatio refertur ob lapſum in hac materia.*
5 *Solutionem non probat bilancium, vide num. 13.*
6 *Solutio ſignificat extinctionem præcedentis obligationis.*
7 *Etiam militantibus ipſius obligationis cauſis diuerſis.*
8 *Ampl. & reſpectu perſone à ſoluente diuerſe.*
9 *Ampl. & in obligatione ſpeciei.*
10 *In bilancijs ponuntur tantum computa aperta & quomodo.*
11 *Arg. a ceſſante ratione validum.*
12 *Compenſatio non admittit diuerſitatem perſonarum.*
13 *Bilancia extracta ex libris mercatorum non probant ſolutionem quæ vero a Bancherijs præſentantur in ferijs proba. ſolutionem reſpectu ipſius banchi, & in genere, non autem*

autem reſpectu ſingulorum deſcriptorum in bilancio & nu. 52.

14 Scutus marcarum cuditur per Bancherios ipſo acceptationis die ſine alia materia, quam obligationum præcioſiore quacumque alia.

15 Obligationes iuris eſſe dicuntur.

16 A iure gentium introducta.

17 Et a iure ciuili approbata.

18 Proueniunt à contractibus.

19 Producunt actiones inſeparabiles ab illo, qui eas habet.

20 Et rem perſequuntur.

21 Vſu non conſumuntur, vel temporis iniuria,

22 Forma monetæ ſcuti marcarum eſt noua Bancherium obligatio ex contractu conſtituta pecuniæ, qua Bancherij ſe adſtringunt per acceptationem.

23 Scutus marcarum valet ſemper in feriis ſoli dis 68.

24 Ille, cui dirigitur remiſſa dicitur adiectus ſtipulationi contrahendæ.

25 Reſpublica Ianuæ anno 1624. paſſa eſt inuaſionem armorũ totius fœderis initi inter Gabellos, Venetos, & Alobrogos.

26 In feriis nec in maiori, nec in minori quantitate cudi dicitur ſcutus de marchis, niſi quatenus neceſſe eſt in illa feria pro debitis omnibus diſſoluendis, qui in eam deriuantur.

27 Non fit tractatio in feria quin fiat remiſſa eiuſdem pecuniæ.

28 Exequatio ſummarum tractarum, & remiſſarum procedit quo ad omnes Bancherios vti vniuerſos, non vti ſingulares.

29 Tempus quod nam detur Bancheriis, qui ſe in bilancio non ponunt ad id perficiẽdum, & quodnam illis, qui ſunt in auancio ad diſponendum.

30 Feria quando dicatur finita.

31 In feriis ſcuti marcarum de quibus in litteris Cambij, nil aliud ſunt niſi obligationes in plateis ſuſceptæ ex cauſa Cambij cum additamento nouæ obligationis ex cõſtituto eorum, qui tractas acceperunt.

32 Apocha de recepto in feriis debeat fieri pro valuta habita licet pecunia non interueniat.

33 Lex fingit numerationẽ intervenire in apochis de receptoquæ fiunt in feria, & ſuper ea diſponit inducendo præſumptionẽ iuris, & de iure.

34 Fictio ſupponit per neceſſarium antecedens contrarium eſſe verus.

35 Scuti marcarum eiuſdem ſemper ſunt bonitatis intrinſecæ, & valoris, & rationibus demonſtratur.

36 Cap. 10. feriarum in fine declaratur.

37 Cap. 13. feriarum etiam declaratur.

38 Debitor marcarum poteſt ſoluere debitum ſuum in auro, & de ratione.

39 Hoc autem facere poteſt ex cap. feriarum intra dies quatuor a die acceptationum.

40 Debitor in moneta imaginaria poteſt ſoluere debitũ in genere aliquo monetarum correſpondente per adæquatam Iuſtitiam immaginario.

41 Poſt acceptationes qui ex tractis debitor remanſit habet dies 8. ad ſatisfaciẽdum ſuũ debitum, vel per comparationem aliorum ſcutorum de marchis, mediæ ſolutione, vel per ſolutione pecuniæ.

42 Solutio pecuniæ in feria fieri tantum poteſt antequam creditor de dicto credito calculum ſibi fecerit pro ſuo bilancio inſtruendo.

43 Creditor in feria ſi poſuit ſe in bilancio per creditum ſuum, ſi tempeſtiuè ſibi fiat ſolutio in pecunia, & ſic intra dies quatuor poteſt ſibi via negotiationis comparare tatidem ſcutos marcarum, & collocare iterum res ſuas ad adæquationem.

44 Facultas ſoluendi in pecunia expirat die 4. poſt acceptationem poſt mediam noctem.

45 Poſt dictum tempus tamen adhuc licet intra alios quatuor ſoluere obſignando pecuniã ſed fit ſolutio non debitori, ſed conſuli.

46 Conſul ſoluit pecuniam illis, qui ſunt in auantio.

47 Cautella, qua vti poteſt Bancherius reſtringendi pecuniam omnem penes Bancherios exiſtentem ponendo ſe in auantio.

48 Rarò tamen fit hoc, & in inuitos & ideò ſolent negotiationes cauti diſponere de auantio Plateas ſibi bene viſas, ne cogatur pecunias accipere.

49 Bancherij omnes etiam grauatiſſimi tractarum acceptarum & ſi nõ habeant in feria pecuniam poſſunt ſe ponere in bilancio cõparando via negotiationis, & ſic ſoluendo eius creditoribus, & de ratione & nu. 53.

51 Per præſentatione bilanciorum exequatium debita cum creditis reſultat probatio vera, & realiſsima ſolutionis, & de ratione.

51 Debitor in feriis per comparationem ſcutorũ totidem marcarum, quot debet, dicitur ſoluere verè, & realiter, & quomodo fiat.

ex-

explicatur, prout quo reſpectu debitor ad huc dicatur.

54 *Cap. 14 feriarum extenditur, & examinatur.*

ÆC quæſtio venit quo dammodo conſequuti uè, & certe ad maiorē declarationē eorū quę diſputau.mus in proxime præcedenti quæſtione, de qua ſi interrogentur Bancherij ipſi, irridebunt profectò interrogantē, quo ad priorem partem, tamquā de re minime dubia appellati, ſed non minus hærebunt circa poſteriorem partem. Nimirum, vt ex Ariſt. anima fuerit Quintilius Mandoſius *de monitor. qu. 32. nu. 2.* vt robuſto ſit in corpore ſine oculis ſe mouente, ita practici, licet circa obſeruationes, & formulas, recte inſtitutas, recte vt plurimum verſentur; Cū tamen cauſas ignorent in plurimos ſæpe errores incidunt, non aduertentes, prout Bācherij noſtri præſertim ſi contingat caſus, aut cogat neceſſitas, aliquid circa prædicta immutari. Iuriſtæ vero noſtri, & Sacræ Theologiæ profeſſores nihil minus quam prædicta ſpeculantur, & tamen non leuioris ponderis eſſe patebit ex mox dicendis.

Certe cum bilancium libri mercatorum, ſeu
1 cuiuſcumque alterius adminiſtrationis nihil aliud ſit niſi compendioſa quædā adnotatio, tam ad creditum; quam ad debitum, omnium partitarum, cum ſuis cāuſis, quæ in libro prædicto latius, & diſtinctius continentur, cuius deſcriptionis auctorem nullum nominare poſſum (cum nullus, quem vi derim, hæc ſcripſerit mandauerit) præter factum ipſum, ex quo conſtat id ipſum quod
2 deſcripſimus, & præter finem ad quem bilancia ordinantur. Scilicet vt ſub vno ictu oculorum exponantur omnia tam debita, quam credita, quę in illo libro continentur. Et inde fit vt cū de ratione rectæ directionis ſcripturæ ſit, & tamquam principium immutabile, vt de nulla prorſus partita detur debitum in aliquo cōputo; quin de eadē in eodē libro, ſed in alio cōputo detur creditum, & e conuerſo. quod tunc demum dicatur ſcriptura libri procedere, cum bilan-
3 cium bilanciat, hoc eſt, cum ad æqualem ſūmam excreſcunt debita, & credita. Hinc nō
4 ſine riſu excepta fuit a mercatoribus curiæ Romanæ, & inde ad alios tranſmiſſa percūtatio illa facta cuidam valde indoctrio rationum prædictarum concinnatori per Eminentiſſimum, ac diuitijs affluentem præſulem. Fuit is Cardinalis Geſualdus Neapolitanus, qui cum opulentis Sacerdotijs, & alijs pluribus diuitijs affluer et, non raro tamen in anguſtias rei familiaris præter opinionem, ſe coactum videbat, & cum cauſas ſciſc ita ts reſponsū accepiſſet, id ex eo potiſſimum prouenire, quod rationes haberet valde intricatas, nec per eum cui huiuſmodi curam demandauerat ritè compoſitas; Accerſito qui prędicta corrigeret, Granello quodam Genuenſi in prædictis valde verſato, rem ei commiſit; qui poſt multos labores, maxima adhibita diligentia, ſuppletis ſupplendis, reſecatis, refecandis, & omnibus in ordinem digeſtis; tandem ad Cardinalem re confecta non læue præmium ex ingenti opera proturarus gratulabundus acceſſit, eique oſtenſo bilancio, in quo creditum exquabat debitum, tunc demum recte omnia procedere rei expectatione ſuſpenſiſſimo præſuli renunciauit. Qui rccepto in manibus bilancio, eoque attente inſpecto; viſaque dicta exæquatione debiti, & crediti, magna cum indignatione exclamauit aduci ſus ſpei plenum, ne dum ab omni obiurgatione ſecurum, Granellū, & quid factum fuiſſet de tot ſuis diuitijs, quibus inter præſules Romanæ Curiæ excellebat, ſi debita credita exæquarent? Et non ſecus ac ſi præſtigijs, incantationibuſque ſpoliatus fuiſſet diuitijs a Granello fruſtra reclamantem hominem, & cauſam facile reddituram non expilati patrimonij mērentemque, & ineſpectata obiurgatione; tamquam fulmine ictum è conſpectu illico eiecit. Sed vt ad inſtitutum ſermonē redeamus (omiſſa confuſione Granelli, quē non multo poſt Cardinalis, de rei qualitate plenius edoctus et benigne admiſit, ac large remuneratus eſt) cum bilancia nihil contineant, prēter debita, & credita in libris contenta, tātū abeſt,
5 vt ex eis deduci poſſit ſolutio vel ſolutionis probatio. Quinimmo nihil magis contrarium ſit prædictis, quam bilancia. Solutio
6 namq; nihil magis propriè, nihil efficacius, dicit, quam obligationis præcedentis extinctio, vt ſæpius vidimus: in tantum vt id procedat etiam militantibus cauſis diuerſis obligationis *l. cum quis ſibi 38, §. de peculio ff.*
7 *de ſolut.* ac etiam reſpectu perſonæ a ſoluē-
8

te

te diuersæ *l. 1. §. si plures ff. de eo per quem fact. erit.* etiam si species deberet *l. si is qui se liti. 7. & ibi gl. ff. de rei vendica.* Vnde cũ bilanciadebita, & credita respectiuè contineant, nihil videtur magis alienum ab indu cenda, seu probanda solutione, quã bilãcia.

Cõfirmatur. Nam computa existentia in libris ex quibus extrahuntur bilancia, quæ computa exequantur tam ad debitum, quam ad creditum, & succeſſiue, vigore dictæ exæquationis, denotantis satisfactionem mutuam de contentis in computo, & quæ appellatione mercantili dicuntur computa extincta, cum contineant quãdam satisfactionem media solutione etiam per viam compensationis, aut delegationis, non ponuntur in bilancijs. in quibus solum ea computa ponuntur, quæ dicuntur aperta, ea scilicet, quæ non habent dictam exæquationẽ, & quidem ponuntur in ea solum, & præcisè reliqua quantitate, qua creditum excedit debitum, vel e contra; cuius facti veritas apud mercatores est notoria, vnaque apud omnes, & inuariabilis; apud alios vero nullo alio modo probari potest præterquam ratione. Cum enim vt sæpius diximus bilãcia ad illum solum effectum extrahantur a libris, vt scilicet sub aspectum ponantur debita, & credita, de quibus in eis, si in computo enim Ioannis plures, ac plures partitę scriptæ in libro hinc inde ad debitum scilicet, & creditum reperiantur, nihil, ad effectum prædictum, scire refert, omnes, & singulas partitas illas in libro expressas, sed sufficit scire, quid, & quantum subducto debito à credito. vel è conuerso, remaneat debitum, seu creditum, idq; in bilancio suo loco describere, & sic solum reliquatum. Qui etiam solus reliquatus illius computi sufficit, vt cumulatus cum alijs, conficiat illam exæquationem debiti, & crediti totius bilãcij, ex qua deprehenditur, scripturam esse bene compositam, vigore illius principij, quod videlicet in libro mercantili de nulla quantumuis leui partita detur debitum in aliquo computo, de qua non detur etiam creditum in alio. Vnde ex ratione finali, ob quam introductus fuit vsus bilancij, meritò conficimus, in eis poni debere solummodo, prout de facto ponuntur, reliquatus illorũ computorum, quæ aperta vocant: nulla autem ratione in eis describi aut describi posse ea computa, quæ dicuntur extincta a cessante ratione *l. quod dictum ff. de pact. c. cũ cessante de appell. cum.....* Modò tantum abest, vt ex bilancio possit oriri solutio, seu probatio solutionis, quod immò, cum in eo ponantur, & designentur reliqua solummodo debiti, seu crediti singulorũ cõputorum, apertorũ quæ repugnant solutioni, omissis computis illis, quæ extincta dicuntur, & in quibus inueniri posset aliqua solutionis ratio, nihil minus aptum ad inducendam solutionem, vel solutionis probationem videtur, quam bilancium.

Secundo principaliter idipsum videtur clarius procedere in bilancijs, quæ per bancherios de necessitate muneris necessario conficiuntur, & consignantur in ferijs, in quibus magis in specie versatur quæstio proposita. In his enim debita, & credita sunt omnino respectu diuersorum. Quando. n. Bancherius præsentat bilancia, in quibus describit se habere plures, ac plures debitores, ascendentes puta, ad summam scutorum centum millium: item & creditores exequantes eamdem summam, tunc verificatur de eo Bancherio, quod sit in bilancio; Et tamen tantum abest, vt dicta debita, & credita respectiuè sint extincta, vel quod ex bilancio resulter solutio, seu solutionis probatio; quod immo sit impossibile in iure: Cum non omnis exæquatio debiti, & crediti faciat solutionem, & compensationem, sed tum demum illa, quæ contingit inter eundem debitorem, & creditorem, iuxta definitionem ipsum compensationis, *de qua in l. 1. ff. de compensat.* vsque adeo, vt, data diuersitate personarum, nec etiam de consensu eius creditoris, ad quem creditum spectat; fieri possit compensatio, *l. in rem, & l. si cum militi, ff. de compensat.* Quod ipsum intelligunt sine difficultate Mercatores omnes; sed etiam Bancherij verè, & realiter de pluribus partitis de quibus in bilancio, per ipsum ex lege præsentato, remanere verum, & indubitatum creditorem, & debitorem respectiuè, ergo alie nissima à solutione, eiusue probatione censenda est hęc bilancij præsentatio, respectiuè toto cœlo diuersa.

Confirmatur: nam nulla facilior, nec frequentior fit solutio in ferijs, quam media compensatione, etiam præuia delegatione, vt alibi vidimus; hæc autem si contingat, & quatenus contingat, tantum abest, vt resultet, vel probetur ex bilancijs præsentatione; quinimo in eo nulla prorsus fiat mẽtio par-

partitarum, quæ per compenſationem fuerunt extincta. Probatur nõ ſolum ex receptiſſima conſuetudine mercatorum, & ex ratione finali bilãciorum, feriarum, de quæ infra, ſed etiam ex ipſis capitulis feriarum. Nam licet cap. decimo quarto regularum, ſolutiones in ferijs fiãt octauo die, a die acceptationum, & ſub data eiuſdem diei debeant confici litteræ omnes Cambij, tamen reſpectu earum partitarũ eiuſdẽ Bancherij, circa quæ poteſt cadere cõpenſatio, ſolutio intelligitur facta eodẽ die acceptationũ, vt diſponitur in eiſdem regulis, cap. trigeſimo ſexto, & per conſequens è conuerſo argumentum euidentiſſimum eſt, non ſequutæ ſolutionis præſentatio bilancij reſpectu partitarum in eo deſcriptarum.

Tertio ex eiſdẽ regulis feriarũ, capite decimo quarto, cautũ eſt: quod inſtãte termino præſentationis bilanciorum, Magiſtratus, conuocatis Bãcherijs omnibus publicè enũciet, vt ſi aliquis inter eos eſt, qui habeat manca mentum manifeſtare debeat, quo caſu ille, qui habet auantium (quod omnino neceſſarium eſt, cum ſint relatiua, vt expoſuimus in proxime præcedenti quæſtione) is, inquã qui habet auãtium, poteſt cogere, illum qui habet mancamentum, vt ſibi de dicta ſumma litteras Cambij faciat pro plateis modis & formis, & prout in dicto cap. 14. continetur. Quæ ſi contingant, certum eſt ne dum prædictorum, qui exiſtebant in auantio, & in mancamento bilancia exæquari, cum exceſſus vnius adimpleat deficientiã alterius, ſed & omnium Bancheriorum (cum nullus alius proponatur eſſe in auantio, ſeu in mancamento) & tamen dicta exæquatio fit, non per ſolutionem aliquam, quinimmo per nouam creationẽ, & ortum actionum actiuarum, & paſſiuarum reſpectiue inter prædictos eiuſdẽq; generis, & efficaciæ eſſe quaſcumq; partitas in bilancijs deſcriptas, vt poſſe eiuſdem naturæ, & paritatis *arg. l. ſi ſocer a genero. in princ. & ibi gloſ. & Bald. notat de ſol. matr. l. Pomponius ſcribit ſi negotium verſ. quemadmodum & ibi gl. & DD. ff. de negot. geſt.*

Dicendum eſt per bilancia extracta ex libris
13 mercatorum regulariter nullam reſultare ſolutionem, nec probationẽ ſolutionis. Per ea vero quæ a Bancherijs præſentantur in ferijs oriri pleniſſimam & concludentiſſimã probationem ſolutionis eius totius debiti, quod ſoluendũ erat in ipſis ferijs, nõ autem eidẽ, quod alibi ſoluendum venit.

Priorem partem, & negatiuam conclusionis probant ea, quæ poſuimus ſupra in primo argumento cum ſua confirmatione iunctis ijs, quæ deduximus in proxime præcedenti queſtione, dum probatum fuit: per directionem ſcripturæ in libris mercatorum regulariter nõ oriri ſolutionẽ, nec ſolutionis probationem.

Poſteriorem, & affirmatiuam probo. Non ſolũ per ea, quæ habentur in cap. decimo quarto & cap. trigeſimo ſexto regularum, quo expreſſe diſponitur ſolutiones fieri in bilãcio; ſed manifeſtior res apparebit, explicato modo, quo id contingat. In cuius cõtemplatione admirabitur profecto lector ingenij acumen, quo homines ſcientiarum rudes, ſolertia duce, ad ea tacito cõſenſu peruenerunt, quæ incomperta ſunt ſapientibus, & forſitã illiſmet ipſis qui gerunt; ſi potius cauſas rerum, quam effectus ſpectamus.

Bancherium conſtitui in eſſe Bancherij, etiam prout diſtinguitur a cæteris mercatoribus, per banchum, ſiue mauis, menſam, in qua habeat pecunias ſolutioni paratas, plene probauimus ſupra in quæſtione proxime præcedenti, vbi etiam Bancherios Cambiorum & feriarum diſtinximus a cæteris bancherijs ex eo, quod illorum banca, ſeu menſæ ſunt ſcartafacia, pecuniæ vero ſcuti marca-
14 rum. Modo addo pecuniam prædictam cudi per ipſolmet Bancherios feriarum ipſo acceptationum die, id quod illi exequuntur per ductum illum lineolæ in qualibet partita, ſub nota denotante in ſcartafacijs genus pecuniæ, prout expoſui ſupra in prologome nis ad hanc eandem diſputationem. Et ne irrideas amice lector cuſſorem, qui tam leui negotio, & vel ſolo ductu lineolæ ingentes pecuniarũ quãtitates producat, & cudat, & ne ſuſpiceris hęc omnia eſſe figmẽta, vel Midæ fabuloſis narrationibus poſthabenda. Cogita mecũ attẽtius rẽ ipsã, & obſtupeſce ite rũ ſolertiam humani ingenij. Nego in vila monetaria officina pretioſiues, aut purius metallũ liquari, vel duci, & in monetas diſtribui quã ſit illud, quo Bãcherij in huiuſmodi cuſſione vtũtur. Nego formã vllã ab aliquo Rege, ſeu Republica, quauis auctoritate, & fide præditis, acceptiorem in vulgus imprimi monetas ſuas, forma illa, qua imprimunt Bancherij ſcutos marcarum. Nego denique monetas vllas, quibus promiſcue vtimur, & vſa eſt antiquitas iuſtius æſtimeas, ſeu expendi iuſſas, perfectiuſue, aut exactus reſpondiſſe ſibi inuicem intrinſ. cum

bonitatē, & valorem, quam ſcutos marcarū. Nimirum metallum, quo vtuntur bancherij in huiuſmodi cuſſione, ſunt obligationes, & quidē efficaciſſimæ, ortæ ex contractu valideſſimo, & omnium iuſtiſſimo inito in plate is reſpectiue ex quibus remiſſæ proceſſerūt vt probauimus in præcedenti diſputatione.

15 Quæ quidē obligationes iuris eſſe dicuntur *l.1.& ibi gl.verb. obligationes ff.de rer. diuiſ.* & a iure gentium introductæ *l.actionū §.fin.ff.de actio.& oblig & ibi glos.fin.§.ius autem gentium & ibi gl. penul. inſt. de iur. nat.& §.1.in gl.verb. iure ciuili inſt. de obl.*

16 a iure vero ciuili approbatæ *gl.d. §.1. verbo iure ciuili Inſt.de oblig.* quæ ſicuti a contra-

17 ctibus prouenium *l.2.& ibi gl,7 ff.mandat.* ita producunt actiones *l. 1. & ibi gl. verbo iuſtitia ff.de iuſt.& iur gl.1.in rub. Inſt. de*

18 *iuſt.& iur.* quas qui habet, ita habet, vt ab

19 ipſius oſſibus euelli nequeant *l.actionum & DD. ff. de actio. & obligat. l. 1. C. per quas perſon.gl.fin.l.quis ergo ff. de pecul.* & rem

20 ipſam, cuius ſunt perſequutiuæ, habere dicatur *l.cum vero ff.de fidei.c.liber.l.qui actio nem ff.de reg.iur,gl.in l. non dubium verb.*

21 *ex eo C.de legib.* Nec per cōſequens, aut vſu conſumuntur, aut rubigine corrountur, aut vllam temporis iniuriam (ſi beneficium præſcriptionis demas) expaueſcunt *l. eum, qui ita,§. ſtipulatur ff.de verb.oblig. l.obligationum.Fere 44.§.1. ff.de action. obligat. &*

22 *ibi gl.verbo ſic* forma vero, quam imprimūt bancherij, eſt noua ipſorum obligatio ex celeberrimo contractu cōſtitutę pecunię (qua ſe obſtringunt per acceptationem prædictā vt ſupra vidimus, in proxime præcedēti quęſtione nihil derogando primæuæ obligationi) per ipſius additamentum cōſtituitur in eſſe pecuniæ expendibilis in dicta feria, abſque vllo timore corroſionis, aut adulterationis, ſed vnius ciuſdemque bonitatis

23 apud omnes, & æſtimationis ſolidorū ſexaginta octo perpetuæ, & inuariabilis. vt vidimus in prologomenis ad primam diſputationem. Et quod peculiare eſt in hoc monetæ genere, illudque ſuper omnes alias monetas celebritate, expēdibilitatis extollit, eſt approbatio eiuſdem (& quidem anticipate) facta tam reſpectu formę, quam reſpectu materiæ per eū, qui exigere debet & per cōſequēs eſt omni ſecuritate ſecurus de illius bonitate extrinſeca, & intrinſeca quā conſultō elegit, & ex ante prouiſio comparauit: loquor. n. de ſtipulatore Cābij, qui materiam hoc eſt obligationem approbauit, dū con-

24 traxit cum datore litterarum Cābij, & de illo cui dirigitur remiſſa, & dicitur adiectus ſtipulationi contrahendæ, qui formam approbauit, dum ſolutionem ſtipulatus eſt ab eo, cui dirigitur tracta per acceptationē prę dictam, cuditur igitur in hac acceptationum fucina per Bancherios in ferijs pretioſiſſimū hoc ac nobiliſſimū monetæ genus, quo Bācherij feriarū menſas ſuas, hoc eſt ſcarta facia inſtruunt, vt illud paratum habeant ſolutioni iuxta munus ſuum, quo in eſſe Bancherij conſtituuntur. Et quod prima facie merito mirere, licet nullus a iure, vel a conſuetudine præfixus ſit modus huic cuſſioni, & numerus ſcutorum qui vt ſupra cudātur non habeat certā, ac determinatam ſummā ſed poſſit multiplicari ad multiplicationem materiæ obligationum ſcilicet ex Cābio, q̄, aliunde proficiſcentes, diriguntur in ferijs, in tantum, vt fluentibus rebus, ideſt ante an

25 nū 1624 (quo anno Reſpublica noſtra paſſa eſt inuaſionē armorū totius fæderis, initi inter Gallos Venetos, & Alobrogos) ex plurium documentis cōſtet, aſcendiſſe ſummā dictorū ſcutorum centies ſexagies centena aurcorū millia; Nihil ominus certū eſt, ac p

26 petuo verū nūquā nec in maiori, nec in minori ſūma cudi, quā ſit neceſſe in illa feria, pro debitis omnibus diſſoluendis, quę in eā deriuantur. Quæ veritas inde colligitur, q̄ nullius ſūmæ fit tracta ab aliquo bancherio in nullam feriā, quin & ciuſdē ſummæ non fiat remiſſa alteri & è contra, vt vidimus in prologomenis: & ex conſequenti tot & non plures, nec pauciores cudantur ſcuti marcarum ab eo, qui cōſtituit, & cui dirigitur tracta, quot ad vnguē ſunt ſoluendi ſtipulatori & cui dirigitur remiſſa. Et quod de ſingulis dicimus in omnibus contingere, neceſſe eſt Et inde reſultat neceſſitas exequationis prę dictæ. Verum tamen eſt, & maxime aduertendum, ne turpiter erremus in hac mercatorum philoſophia, quod ea, quæ proxime diximus de exæquatione prædicta procedunt, & neceſſaria omnino ſunt, omnibus, & ſingulis Bācherijs in vniuerſū, & vt vniuerſis: Nō autē de ſingulis vti ſingulis, Ita vt ſenſus ſit; quod ſi accipiantur omnes, & ſinguli Bancherij in vniuerſum, & prout faciunt unum quid ucriſſimū, & neceſſariū ſit, id; quod prædiximus, tractas ſcilicet exæquare remiſſas, & e conuerſo. Si verò acciapiantur ſinguli, vt ſinguli, id non ſolū verū

non

non eſt, ſed fere impoſſibile. Cũ enim tracta, & remiſſa ſint correlatiue oppoſita, & regulariter exigãt diuerſitatem terminorum, & ſic Bancheriorũ, cas reſpectiue expedire
28 valentium, quod neceſſe eſt de omnibus ſimul ſumptis in quibus vterq; terminus cõprehẽditur, de ſingulis vero vti ſingulis. cũ dicant carentiam alterius termini, impoſſibile eſt. Et hinc videmus celebratis acceptationibus, non obſtante dicta exæquatione tractarum cum remiſſis, aliquos ex Bancherijs dici, & eſſe in mãcamento, aliquos verò in auantio. Et hinc eiſdem acceptationibus tranſactis, indulgentur bãcherijs dies octo, immediate ſequentes, ad ſoluendum, illam ſcilicet ſummam, reſpectu cuius dicuntur in mancamento, quo tẽpore etiam vtuntur illi qui ſunt in auantio, ad illud diſponendum. & propterea ſuo iure. dies illi octo dicuntur dies negotiationum. Et tunc demũ illa exæquatio, quę reſpectu vniuerſorũ; erat vſq; de die acceptationũ, intelligitur etiã facta; reſpectu ſingulorum; quando, & illi, qui erãt in mancamento, ſibi prouiderunt de illo ſcapiendo, ſcilicet ad Cambiũ, tot ex illis ſcutis marcarum, vt ſupra cuſſis, quot ſibi neceſſarij ſunt pro ſupplendo dicto mancamento.
29 Quod omnino eſt impoſſibile quod contingat, niſi ſimul, & ſemel illi, qui ſunt in auantio de illo non diſpoſuerint, dando ſcilicet illos ſcutos marcarum, qui ſibi ſuperſunt ad Cambiũ, quo facto, ſi perfecte, & ab omnibus fiat, tunc ſingulorũ fit exequatio, & demonſtratur per præſentationẽ bilanciorum ſingulorum bancheriorũ, ex quibus conſtat de exequatione prædicta. Et neceſſario colligitur ex cõfectione bilãcij generalis, quod a magiſtratu cõficitur, per quod conſtito de vniuerſali exæquatione, conflata ex adequatione ſingulorum, conſtat pariter neceſſario ex principijs prædictis de exequatione ſingulorum, & ſucceſſiue dicuntur ſolutiones
30 omnium, & ſingulorum bancheriorum perfectæ, & proclamatur feria finita.

Ex theorica prædicta eliciuntur, & probantur in praxi ſequentes illationes.

Infertur, & probatur primo, id quod ſæpius in hac, & in præcedẽti diſputatione diximus) in hac ſcilicet negotiatione, quę vere pecuniaria eſt, cum ex parte vtriuſq; contrahentis veniat pecunia & in feria dictę negotiationis (vbi ſcilicet: ſi vſq; alibi eſſe deberet magna copia eorum, quæ deducuntur in negotiatione) pecuniam tamen non interuenire, cum ſcuti marcarum, qui in ferijs ſoluuntur, & exiguntur, iuxta deſtinatiouem
31 de qua in ipſis litteris Cãbij, nihil aliud formaliter ſint. pręter obligationes alibi (in plateis ſcilicet) ſuſceptas ex cauſa Cambij: cũ additamento nouæ obligationis, ex conſtituto eorum, qui tractas acceptarunt. Et ſucceſſiue cũ deſtinatur ſolutio, & exactio ſcutorum de marchis in ferijs. nihil minus formaliter deſtinatur, quam ſolutio pecuniæ; Vt merito dici poſſit, pecuniam numeratam cuiuſcumq, generis, alienam eſſe a celebratione feriarum Cãbiorum. Hinc in cap. decimo legẽ feriarum, meritò diſponitur generaliter, tam ſolutiones quam exactiones omnes Cãbiorum fieri in ſcutis marcarum, non autem in pecunia. Et licet, cap. decimo quarto earũdẽ, expreſsè diſponatur, quod tam apocę omnes de recepto, quam litteræ Cambij, quę contingunt fieri in ferijs, fiant
32 verbis expreſſis, pro valuta habita, nec contra huiuſmodi cõfeſſiones quidquã opponi poſſit, ſed validas, & firmas habendas eſſe, perinde ac ſi pecunia verè, & realiter interueniret. Non per hoc infertur pecunias verè interueniſſe: quinimmo idipſum totum
33 contrarium demonſtrat: dum lex fingat, & ſuper fictione diſponat inducendo præſũptionem iuris, & de iure, quod ſupponit per neceſſarium antecedens veritatem aliter ſe
34 habere, *poſt alios Alciat. in prælud. præſump. par. 1. n. 3. Menoch. lib. 1. de præſump. qu. 3. nu. 17.* Cum igitur dicto cap. 15. diſponitur de forma quitationum, & litterarum Cãbij, ſub qua cõfici debeãt, & ſubditur, præſcripta forma, cõfectis documentis cã vim ineſſe *come ſe realmẽte, & in cõtanti fuſſe fatto il pagamẽto* manifeſte probatur hęc illatio, ſolutiones omnes, quę fiunt in ferijs, tam pro diſtrahendis, quam pro contrahendis obligationibus, fieri abſque pecunia numerata.

Infertur, & probatur ſecundo, ſcutos marcarũ,
35 licet videantur, vt plurimum, inter ſe differre per omne genus cauſarum, tam effectiue quam materialis, quam etiam formalis, tamen, ſi effectũ pręcipuè ſpectemus; eſſe eiuſdẽ prorſus bonitatis intrinſecę, & valoris, ac expendibilitatis. Differentia patet. Nã cum ſcuti marcarũ, quorum ſolutio deſtinatur in ferijs, fiant ex obligatione ſuſcepta per datorẽ litterarũ in Plateis, pretio recepto, ſeu promiſſo per ſtipulatorẽ modis, & formis plu ries repetitis, *ſed ſcipuà hac eadẽ diſp. qu. 6. & 7.* quæ inter ſe longe differunt, & per

consequens meritò diuersimode in se ipsis æstimanda, quinimmò, & diuersimode de facto eas æstimari, habito intuitu ad diuersitatem pretiorum, quibus cõtrahuntur, vt explicuimus in disputatione prima quæstione vigesima quarta. Item obligatio ipsa datoris litterarum eandem diuersitatem inuoluit, habito intuitu ad bonitatem maiorem, seu minorem ipsius litteræ, vt explicuimus in prologomenis ad disputationẽ secundam, & plenius quæstione vigesima quarta eiusdem secundæ disputationis. Ratione demum formæ, qua scuti marcarum imprimi diximus in ferijs, obligatione scilicet ex constituto, qua per acceptationem tractæ obligatur Bancherius in ferijs, non minus manifeste videntur inter se differre ijdem scuti marcarum, attenta notoria maiori, seu minori identitate earumdem Bancheriorum; qua attenta, nulli dubium esse potest, magnum discrimen videri interesse, a quonam huiusmodi forma imprimatur; Et tamen diximus, & in confesso est, in nihilum refragantibus tot, tantisque discrimi nibus eiusdem prorsus bonitatis esse, ac cẽseri, habito præsertim intuitu ad expendibilitatem. Et ratio est, quia cum omnes solutiones in ferijs destinatæ sint, & fieri debeant in tot scutis marcarum, qui omnes sunt eiusdẽ valoris, & eiusdem generis, nullus creditor potest nõ acquiescere ad solutionem quorumcumque scurorum generis eiusdem. Et propterea ille, qui tempore negotiationum est in mancamento, dummodo comparet tot scutos marcarum, quot sibi deficiant ad exæquandum suum debitum, parum curat, aut curare debet à quo, seu vndè processerint, & ex eodem fonte prouenit, quod ille, qui est in auantio nihil habet vnde carius distrahat. Et propterea signanter dixi, veram esse hanc identitatem, spectato præcipuè effectu.

Infertur, & probatur tertio ratio eorum, quæ continentur in fine capitis decimi regularũ feriarum, vbi in facultate debitoris in ferijs remittitur, posse solutionem facere in tot scutis auri in auro, de quinque impressionibus, ita vt scutis centum auri dissolui possit debitum de scutis centum vnum marcarum dictáque facultatem cur terminauerit intra quattuor dies, à die acceptationum, & cur in capite ab illo sequenti permissum sit eidem debitori soluere, vt supra die bilanciorum, dummodo dictam pecuniam obsignauisset in sacculo intra illos dies quattuor, de quibus in præcedenti capitulo. Nulla verò ex dictis facultatibus concessa appareat creditori.

Ratio à priori prædictorum est, quia creditor in ferijs nihil minus curat, quinimmo magis horret, quam pecuniam habere in eis, in locis scilicet, vbi pecunia nullus fereest vsus sed omnes neruos intendit, vt scutos marcarum, quos sibi comparauit in ferijs. via Cãbij distrahat ad illas plateas, & mundi partes. in quibus sperat pecuniam numeratam (in quo genere ex natura Cambij est faciẽda solutio) maximo vsui futuram ad illum effectum, vt ibidem leuiori pretio (vt pote in maiori indigẽtia) denuo comparet alios scutos marcarum pro futura feria, & sic maiores, & vberiores ferat fructus ex hac negotiatione, vt demõstrauimus in prima disputatione quæstione decima tertia, & quæstione vigesima quarta. Et ad idem respicit alia dispositio earumdem regularum cap. decimo tertio, qua cauetur, quod si, tempore bilanciorum, reperitur aliquis Bancherius in mancamento, & ex consequenti alius in auãtio; tali casu non cogitur debitor soluere creditori in pecunia numerata, cum hoc futurũ esset detrimento creditori, sed benè facere litteras Cambij debitorem creditori pro illis plateis, & summis dicto capite expressis. Argumentum euidentissimum ad demonstrandum, (quod mox dicebam) creditorẽ nil minus curare, quam solutionem in pecunia, sed solum quærere conuersiones scutorum de marchis, via Cãbij, ad Plateas pro consequendo lucro per eum sperato.

Indulgetur tamen facultas debitori dicto cap. decimo soluendi debitum suum in auro, nã al. às esset iniquissimum debitorem adstringi ad soluendum, vel in scutis marcarum, in quibus facilè posset committi monopolium; vt probauimus in prima disputatione quæstione vigesima septima, vel ad noua ineũda Cambia pro Plateis benè visis creditori, quod durissimum esse patet per ea, quę adduximus in disputatione prima quæstione vigesima prima. Et propterea conceditur ei facultas soluendi in pecunia. Sed hæc facultas est restricta intra dies quattuor a die acceptationum. Et huius restrictionis ratio est cum magno consilio. Quandoquidem, sicut æquitas suadet, debitorem in moneta imaginaria, posse soluere debitum in genere aliquo reali monetarum, sed correspondenti

denti per adæquatam iuſtitiam, generi imaginario; prout ſunt ſcuti auri puriſſimi ad ſcutos marcarum, cum illo argumẽto vnius pro quolibet centenario, Ita nõ eſt permittendum, vt prætextu huius facultatis, confunduntur omnia optimè inſtituta in feriarum executione Sequutis namque acceptationibus quilibet, qui ex tractis acceptatis
41 remanſit debitor, habet integros octo dies ad ſatisfaciendum ſuum debitum, vel per comparationem aliorum ſcutorum de marchis, media negotiatione; vel per ſolutionem pecuniæ. Sed hęc pecuniæ ſolutio debet poſſe fieri tempeſtiuè; & ſic antequam
42 creditor ſuus de dicto credito calculum ſibi fecerit pro ſuo bilancio inſtruendo: Nam ſi talis creditor per tale creditum conſtituit ſe in bilancio, & ſic in adæquatione; ſi tem-
43 peſtiuè poſt acceptationes, & ſic intra illos quattuor dies, ſibi fiat ſolutio in auro, poteſt ſibi, via negotiationis, comparare totidem ſcutos marcarum, & iterum collocare res ſuas ad dictam adæquationem, & id quidẽ leuiori damno, eligendo Plateas futuras minus grauoſas; quod ei non licet poſt progreſsum negotiationum, & ſic tranſactis dictis quattuor diebus, Quod inconueniẽs fit maius, ſi creditor eſſet in auantio, vel mancamento, rationibus oppoſitis quidem ſed eqnẽ grauibus, vt patet diſcurrenti ex
44 præmiſſis. Et propterea meritò dicta facultas eſt reſtricta ad illos quattuor dies, poſt acceptationes; poſt quos ſupersũt alij quatuor. intra quod tempus, ea dilatio adhuc ſupereſt ſic exigenti, prouidendi rebus ſuis, maximè media oblignatione eiuſdem pecuniæ, & ſolutionis exinde faciendę in bilancio de eiſdem pecunijs, ad eundem effectũ ſoluendi debitum in ſcutis marcarum. Quãdoquidem, licet facultas ſoluendi in pecunia expiret die quarta ab acceptationibus
45 media nocte; non per hoc prohibitum eſt debitori ſoluere debitum in eadem pecunia, dummodo obſignetur intra eumdem terminum dierum quarum. Sed hæc ſolutio, quæ fit tempore bilanciorum, non fit à debitore creditori, (prout fieri poteſt intra dictos quatuor dies) & ſi fieret, innumera abſurda, inextricabiles errores produceret in perniciem feriarum vt ſuadent ea, quæ ſupra ſignificauj; Sed fit ipſimet conſuli, cui in bilancio præſentando datur debitum de dicta quantitate pecuniarum, conſignanda conſuli obſignata, quod debitum percipit, quaſi ipſe ſit creditor, pro adæquatione ad ratam quantitatis ipſiu ſinet bilanci
46 Qui conſul dictam pecuniam tum demum ſoluit ei, ſeu illis ex bancherijs, qui in præſentatione ſui bilancij reperiuntur eſse in auantio ad ratam, & pro concurrenti quantitate dicti auantij. Et hinc etiam fit, quod
47 licet creditores in ferijs non habeant facultatem exigendi in pecunia id, quod ſibi debetur in ſcutis marcarum, ratione ſuperius expreſsa poſsunt tamen, ſi velint; pecuniã omnem, exiſtentem pænes quẽcũq; Bancherium in illa feria oblignatam in ſe deriuare nullo alio miniſterio, quam curando; vt in bilancio per ipſum præſentando ſit auantium; quod infaliibiliter adæquandum eſset, vel ipſis inuitis per traditionem dictarum pecuniarum, vt ſupra obſignatarum ad ratam ſcilicet dicti auantij. Quod vulgo di-
48 citur *ſtirrare i contanti*, quod tamen rarò, & inuiti, non valentes aliter facere, patiuntur Bancherij, rationibus prædictis. Et qui inter eos ſunt magis induſtrij, ſolẽt magna ſedulitate, tempore negotiationum, de auãtio diſponere, per Plateas, ſibi melius viſas. ne cogãtur ad dictam pecuniarum exactionem; futuram, haud dubie, regulariter ipſis damnoſam.

Infertur, & probatur quarto omnem Bancherium cuiuſq; gradus, ſtatus, & conditionis,
49 etiam deploratæ is ſit, & exiſtens in ferijs, grauatus per acceptationes tractarum cuiuſcumque quãtitatis ſcutorum de marchis; & quamuis in feria nullam ſummam pecuniarũ importet, nec habeat, adhuc ſi ſeponat in bilãcis, per comparationem tot ſcutorum de marchis, mediis negotiationibus, ita vt creditum exæquet, ex præſcripto debitum, vere, realiter, integrè, & cum effectu ſatisfacere ſuis creditoribus omnibus; non ſecus ac ſi in pecunia numerata eis integrè ſatisfeciſſet. Patet hæc illatio ex eodem capite decimo regularum feriarum, & ex natura ipſa actus, de quo agitur. Nam ſi ſolutio eſt facienda in ea ſpecie monetæ, in qua eſt deſtinata ſolutio, ſcutorum ſcilicet de marchis, contentorum in litteris Cambij. per Bancherium acceptatis, vigore cuius acceptationis, ex conſtituto, ipſemet obligatur ſoluendo in tot ſcutis marcarum, prout expreſſe dicto capit. decimo ſancitum eſt; ſi hæc eſt vera ſolutio, perinde ac in pecunia numerata vt in cap. decimo quarto, reliquum eſt, vt comparatis

dicto

dictis ſcutis marcarum, per quos conſtituitur in exæquatione bilancij, de qua agimus, verè, & cum effectu, ac realiter, & integrè eum ſatisfeciſſe; non ſecus ac ſi id feciſſet, media comparatione, & ſolutione ipſarum pecuniarum: Nec ſolutioni prædictæ poteſt obſtare; quod alias ſit, quinimo eſſet ante dictam comparationem ſcutorum de marchis in feria, deploratiſſimæ cõditionis: quia id ſe habet omnino per accidens, re ſpectu ſolutionis, & ad eiuſdem actualem, & realem actum ſolutionis. Et hic ſignanter nota benevole Lector, quo ſenſu vera ſit illa aliquorum Theologorũ ſententia (de qua latius in tertia diſputat.) qua dicunt; ſufficere creditum in eo, cui tracta dirigitur, ad effectum curandi, & adimplendi tractam miniſterio ſolutionis; Nam in ſenſu huius illationis, in propoſito Bancherij feriarum, veriſſima eſt propoſitio; neque enim neceſſe habet Bancherius actualem pecuniam habere, quinimò nec ſcutos de marchis in ſuo ſcartafaccio, præexiſtentes, ad effectum expediendi ſolutionem, ad quam tenetur vigore acceptationis; ſed ad effectum prædictum ſufficit creditum; non creditum vt ſic, ex quo ſolo poſſit ſatisfacere; nam hoc eſſet etiam imaginarium, & inane, ac omnino inefficax ad ſoluendum, quod in facto conſiſtit: ſed creditum deductum in actum primum, media comparatione ſcutorum de marchis, qui ſcuti non ſunt pecunia, ſed producuntur in eſſe per creditum recipientis dictos ſcutos ad cambium, quos circumſcripto credito, non poſſent vlla ratione recipere. Et in hoc ſenſu verificatur verè. & realiter: per creditum debitoris ſatisfieri debitis per veram, & realem ſolutionem. Quod an, & quomodo procedat, videbimus, Deo duce, ſuo loco in tertia diſputatione.

Infertur, & probatur denique, poſterior pars
50 cõcluſionis ſuperius firmatæ, Per præſentationem dictorum bilanciorum exæquantium debita cum creditis, reſultare probationem verę, & realiſſimę ſolutionis. Ratio eſt euidentiſſima, quia debitum omne, q eſt ſatisfaciendum ſolutione in ferijs, totum conſiſtit in ſcutis marcarum, puta centum millibus, & hoc apparet ex ſuppoſito ex bilancio. Ergo conſtito pariter cõparatos fuiſſe totidem ſcutos centum mille, & per eos bilancinm exæquari; conſtat ſimul de ſatisfactione adæquata, & omninò conformi.

Dices, per hanc comparationem de totidem ſcutis centum mille, conſtare vtique de poſſibilitate in Bancherio ſoluendi ſuis creditoribus id, quod eis debet in totidem ſcutis centum millibus; non autem conſtare, aut conſtare poſſe de actuali ſolutione, & ſatisfactione facta ſuis creditoribus pro adimplemento, & perfectione contractus Cambij. quam quærimus, & conſtitere dicimus in actuali ſolutione. Neque enim debitor de centum amphoris vini, quæ cõſignare, & tradere tenetur ex contractu, dicitur ſatisfeciſſe per comparationem, quantumuis actualem, de totidem amphoris; niſi poſtquam eas actu conſignet ſuo creditori.

Reſpondeo (et iterum obſtupeſce ad ſolertiã humani ingenij quãtumuis litterarũ rudis) per ſolam illam comparationem ſcutorum de marchis, exequantem dictum bilanciũ; probari veram, & realem ſolutionem creditoribus factam. Quod vt manifeſtius de-
51 monſtrem. Sciendum eſt quod Bancherij omnes, qui poſt factas acceptationes, ex eo quod tractæ ſuperent remiſſas factas in illa feria, deductis deducendis, remanent debitores, perſeuerant illi quidem debitores, non obſtante, quod via negotiationum factarum poſt acceptationes prædictas, ſe prouiderint de mancamento, & adæquauerint ex conſequenti ſua bilancia: ſed debitum prædictum variat omninò ſubſtantiam, tam ratione rei, quam perſonæ. Nã poſt acceptationes erant debitores de ſcutis marcarum in quantitate, & ſumma acceptata, & perſonis illis, quibus fecerant acceptationem. Sed quando miniſterio negotiationum acquiſiuerunt ſcutos illos marcarum, neceſſarios ad exequationem, euadunt debitores, ſecundum naturam ipſam negotij, de quantitate illa pecuniæ vſualis, quam Cambij miniſterio ſoluere promittunt in Plateis reſpectiuè in redditibus dictæ feriæ illis perſonis, ſeu Bancherijs, a quibus dicti ſcutos marcarum ſibi compararunt. Et per conſequens Bancherius debitor poſt acceptationes, remanet debitor etiam poſt bilancium præſentatum, quantumuis exequatum, ſed non in ſcutis marcarum in feria per eum debitis vigore acceptationum, ſed in alijs quãtitatibus pecuniarum vſualium in Plateis, pro quibus ad Cambiũ accepit, & in quas fuit deſtinata ſolutio ex ſubſtantia eiuſdẽ con-

contractus, vt vidimus in prima diſputatione; quæſt. vndecima. è conuerſo, ſed eadem ratione a contrarijs: Bancherius, qui poſt factas acceptationes, deductis deducendis, remanſit creditor, perſeuerat creditor, etiam poſt præſentatum bilancium, in quo per diſpoſitionem, quam fecit de ſuo auantio, deuenit ad exequationem illum toties repetitam, ſed cum hac maxima variatione, ac diuerſitate; quod vbi poſt acceptationes erat creditor eius, qui ſibi acceptauerat remiſſas, poſt factam dictam exequationem, & bilancij præſentationē; remanet creditor eorum, quibus Cambio dedit auantium prædictum, & quidem in moneta vſuali: & in redditibus dictæ feriæ in illam Plateam, in quam ex natura illius Cambij fuit deſtinata ſolutio. Et ſic vides amiciſſime Lector, nec creditores Bancheros, nec debitores curare de ſcutis marcarum formaliter, & vt ſic: ſed de ſucceſſu ex eis prout via noui Cambij ad Plateas conuertuntur in pecunijs vſualibus, in quibus demum conſiſtit, vigore duplicitatis Cambij, lucrum verè, & realiter, vt explicauimus in diſputatione prima, quæſt. decima tertia; & eatenus in ferijs curare Bancherios ſcutos Marcarum, quatenus illorum vigore poſſunt facere tractas in Plateas, in quibus de eis opus habent, vel ſperant minorem futuram abundantiam pecuniarum, vt vtilius ibidem comparent rurſus alios ſcutos marcarum, pro feria ſequutura, ad maiora lucra aucupanda. Et propterea conſtito Bancherium tot habere comparata ſcuta marcarum, quot aliàs debebat ſuis creditoribus, cum certiſſimum ſit dictam comparationem factam non fuiſſe, niſi ſatisfactorie ad ſingulos creditores, miniſterio noui Cambij, ſatis etiam conſtat, eis ſatisfactum; nec vlli remanere conquerendi locum. Et cum bilancia ſingulorum omnium inſimul conferantur per Magiſtratum, & ex omnibus vnum cōficiantur, quaſi vnus tantum Bancherius ſcutorum de marchis eſſet in feria, conſtito dictum bilancium ſibi adamuſſim correſpondere, conſtat pariter ſcutos omnes illos marcarum extinctos, & confuſos eſſe, & ex conſequenti integrè ſatisfactum. Sicuti enim, ſi per impoſſibile, vnus ſolus Bācherius eſſet in qualibet feria, & ipſe acceptaret omnes tractas illius feriæ, & illi pariter acceptarent omnes remiſſas; certè cum tot ſint neceſſariò tractæ, quot ſunt remiſſæ; debitum huius Bancherij neceſſariò exæquaret creditum, & inuicem confunderentur; Idipſum (quoad ſcutos marcarum) contingit, datis pluribus Bancherijs; ſi tamen ſinguli curent dictam exequationem. Sola differentia ſe tenet ex eo, quod in illa hypotheſi impoſſibili, debita, & credita abſolutè extingueretur, mediāt compenſatione: prout de facto fit in acceptationibus cuiuslibet Bancherij, vt videbimus quæſt. ſequenti. Et id illa ratione, quia ad producendam in eſſe dictā exequationem, non haberet opus, ille ſolus Bancherius, aliqua negotiatione Cambij, qua ad illam induceretur, cum, ex ſuppoſito, attenta æqualitate tractarum, iàm plenè eſſet exequatus. Non ſic Bancherij ſinguli, data illorum multiplicitate; nàm ad generandam dictam exequationem, habent neceſſe diſponere de auantio, vel ſe prouidere de mancamento, via noui Cambij: ex qua negotiatione oritur actio ex Cambio, & eſt illa, ratione cuius diximus, debitorem poſt acceptationem remanere debitorem, etiam præſentatis bilancijs, & feria finita, creditorem autem creditorē: quod non contingeret in illo caſu. Et ſucceſſiuè patet per præſentationem bilanciorum, & per declarationem feriæ finitæ, quæ tum declaratur, cum bilancia omnia, ſibi inuicem correſpondent, verè, & concludenter probari ſolutionem, & quidem realiſſimam: ſcutorum ſcilicet de marchis, in illa feria debitorum, exæquatorum in ipſa ſolutione, in litteris Cambij ad illam feriam directis, licet debitores, & creditores in ijſdem ferijs, poſt factas acceptationes, perſeuerent tales, ſed aliarum perſonarum, & aliorum generum pecuniarum vſualium in Plateis, ad quas in dicta feria ſua Cambia creditores deſtinarunt. Et hoc poſtremū eſt illud, quod ſignificaui in fine eiuſdem concluſionis ſupra firmatæ; dum dixi, debitores ſoluentes in bilancio, non remanere liberatos a debitis per eos alibi ſoluendis, vigore ſcilicet aliorum Cambiorum cum aliis initorum.

Modo ſupereſt, pro vlteriori complemento huius mirabilis quæſtionis, respondere ad ea, quę ad excitandam difficultatem primo loco adduxi: ex quibus magis aperiā vim actus, de quo agitur.

Ad primum igitur reſpondetur, quæ in eo con-

52 cõtinẽtur, procedere in bilãcio libri mercatorum, respectu cuius absque dubio procedunt ea, quæ de bilancio dicuntur tam in argumentoquam in eius confirmatione, sed prædicta non procedere in bilancio bancorum, in quo omnia debita referuntur ad bãchum ipsum. Nam constito ea exæquari, constat banchũesse soluendo. Et in specie in banchis feriarum, in quibus sola exæquatio se tenet ex parte scutorum de marchis, de quibus datur debitum, & creditum ipsi Magistratui, prout etiam Magistratui præsentantur pecuniæ ab illis Bancherijs, qui suum bilancium adæquant pecunia numerata, quam deinde Magistratus soluit illis ex Bancherijs, apud quos remanet auantiũ. Et succeſſiue, exæquatio bilanciorum in ferijs, solum attenditur respectu eorumdem scutorum de marchis, qui finita feria confunduntur ad inuicem; Bãcherijque omnes intelliguntur satisfeciſſe, & satisfactionem recepiſſe, per noua Cambia; destinationesq; scutorum de marchis modo explicito supra in poſtrema illatione, & propterea cum hæc bilancia sint adeo diuersa à bilancijs, quæ ex libris mercatorum eliciuntur, iam patet ex diuersis non fieri illationem, vulgatis iuribus.

Ad secundum, eiusque confirmationem respõ-
53 detur, quod solutio, quæ probatur ex dicta exæquatione bilanciorum non se tenet ex parte creditorum, aut debitorum, quibus in dicto bilanciõ, & prout remanent debitores & creditores absolutè etiam feria finita, sed de debito soluendo in Plateis, pro quibus Cambia sunt celebrata in feria: nec ad debita, & credita prædicta extinguenda est ordinata solutio per bilãcia, nec in ferijs. Sed se tenet ex parte eorum, qui erãt debitores, seu creditores in ferijs de illis scutis marcarum; de quibus in litteris, quorum tractæ, & remiſſæ, in acceptationibus fuerãt acceptatæ, qui cum essent debitores, & creditores solius illius generis pecuniarum, debiti in illa feria, videlicet scutorum de marchis, cum per dictam adæquationem debiti ad creditum, de eiſdem scutis marcarum, resultet vniuerſalis confuſio eorumdem, nil mirum si debita, & credita, etiam causata in scutis marcarum, extincta remanent per dictam exæquationem, perinde ac si omnia in vno Bancherio ab initio acceptationum deuenieſſent; saluis semper debitis, & creditis, quæ vigore nouorum Cambiorum in illa feria pro dicta exæquatione creata fuere. Et hinc videmus, quod in prædictis bilãcijs vt supra exæquatis, Magistratui præsentatis, illi qui aſcribuntur debitores sũt illi, qui remanent creditores illius eiusdem Banche rij, non quidem illorum scutorum de marchis, qui ſolutione extinguũtur, sed ſummæ pecuniarum ſoluẽdæ in Plateis, pro quibus contracta ſunt Cambia. Et è conuerſo illi, qui in eodem bilancio aſcribuntur creditores ſunt illi, quibus Bancherius remanet debitor ex eodem contractu Cambij, per quod cum cõparaſſet, illos scutos marcarum, tenetur vice-verſa ſoluere in loco deſtinati Cambij ſummam, & quantitatem conuentam. Et ſucceſſiue corruit fundamentum, quod ex aduerſo in dicto secundo argumento fiebat ſuper eo, quod creditores, & debitores, de quibus in bilan cijs ſibi inuicem non correſponderent, nam benè adeſt correſpectiuitas reſpectu Magiſtratus, ad quem omnia referuntur, & reſpectu ſcutorũ de marchis, quia tam in genere, quam in quantitate conueniunt in bilancijs ſingulorum.

Ad tertium, & vltimum reſpondetur, deducta
54 in eo ex cap. 14. regularum feriæ; introducta eſſe ad effectum, quem latius explicaui ſupra in illatione tertia. Sed formiter reſpondendo dico, quod quãdo ille, qui eſt in auantio, cogit illum, qui eſt in mancamento ad faciendum ſibi litteras Cambij de dicto ſuo mancamento pro Plateis, & in omnibus vt dicto cap. 14. diſponitur, nihil aliud in ſubſtantia facit, niſi illum cogere ad accipiẽdos ſcutos illos marcarum, qui in ſuo bilancio ſuperabundant illi exæquationi, eoſdẽque ſcutos ſibi acquirere pro ſupplendo bilancio proprio, reducendo illud ad neceſſariam exæquationem, & id quidem via Cambij, deque illo Cambio faciendo litteras pro illis Plateis. Vno verbo, nihil aliud inducit dicta diſpoſitio, niſi modum reducẽdi ad exæquationem bilancia, per quam probatur vera ſolutio, miro illo quidem, & priſcis omnibus penitus ignoto, ſed realiſſimo, & indubitato.

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO XIX.

Quo iure ſolutio, quæ fit per bilancij præſentationem procedat

1 *Solutio quæ fit in feriis per bilancij præſentationem per viam compenſationis non fit Sed contrarium nu. 23. & 24. vbi declaratur.*
2 *Contributio in eadem perſona dicitur germana, & ingenita compenſationi.*
3 *Compenſatio eiuſdem eſt efficaciæ, quæ ſolutio.*
4 *Compenſatione tollitur obligatio.*
5 *Nouatio effectum ſolutionis operatur, cum extinguat priorem obligationem.*
6 *Quando ſecunda obligatio eſt incompatibilis cum priore fit nouatio, etiam ſi partes hoc non dicant.*
7 *Ille ad quem ſpectat remiſſa ſola cura, & ſolicitudine, nouare poteſt.*
8 *Solutio, quæ fit in feriis, per bilanciorum præſentationem, nõ fit per modum nouationis vide tamen num. 23. 24. & 25.*
9 *Nouatio requirit, quod debitum, & creditũ ſit reſpectu eiuſdem obligationis.*
10 *Bancherius, qui eſt in mancamento, ſi conueniret cum ſuis creditoribus, vt darent ſibi ad Cambium illam quantitatem ſcutorum de marchis, quæ ſibi deeſt, nouatio ſequeretur.*
11 *In delegatione ineſt nouatio.*
12 *Solutio in feriis per bilancij præſentationem fit per delegationem ſed contrarium nu. 14. declaratur tamen num. 23. 24. & 26.*
13 *Delegare eſt alium debitorem vice ſui dare.*
15 *Delegatio tria requirit.*
16 *Fruſtra fit per plura quod per pauciora poteſt expediri.*
17 *Et hoc practicatur præcipuè, per mercatores in Cambijs.*
18 *Sed eſt intelligendum, ſi poteſt fieri per pauciora æquè bene.*
19 *Antiquitùs poſt 8. dies, qui poſt acceptationes erant aſſignati ad negociationes, duo alij erant aſſignati ad ſolutiones faciendas negotiorum tractatorum.*
20 *Solutio qualiter antiquitus ſequebatur in feriis, & quæ incommoda ſequebantur, & difficultates narrãtur.*
21 *Solutio hodie in feriis qualiter fiat per bilancij præſentationem.*
22 *Verba in quitantijs quæ ſequuntur in feriis per la valuta hauuta, quomodo accipiantur.*
23 *Solutio quæ fit in feriis, vel pro facta habetur per bilancij preſentationem, & poſt bilancium generale Magiſtratus, ſi miniſterio compenſationis, & delegationis ſimul reſpectiue ad perſonas, quæ interuenium, vel cum interuenire deberent, habetur perinde ac ſi interueniſſent, & exemplificatur.*

HANC quæſtionem negligũt omninò mercatores, de effectu tantummodò ſolliciti. Sacri verò Theologi omnino prætereunt, non animaduertentes quomodo faciat ad rẽ. Iuris interpretes demum noſtri omninò negligunt, veluti ad ipſos non pertinentem; Inſtitutus autem ſermo demonſtrabit non leuem difficultatem continere, cuius enodationis fructum vberem colliges amice Lector in tertia, & poſtrema diſputatione.

Videbatur haud dubiè prima facie dicẽdum;
1 per viam cõpẽſationis contingere, tum per ea, quæ in quæſtione proximè præcedenti de confuſione ſcutorum de marchis diximus; tum magis in ſpecie, cum perfectio bilancij, præſentati ſingulorum Bancheriorum, conſiſtat in illa exæquatione, quæ in eſſe conſtituitur, per illam correſpondentiã ſibi vſque ad minimum quadrantem, de tot ſcutis ad debitum, quot ad creditum eiuſdem Magiſtratus; videtur abſque dubio reſultare, contributionem illam in eadem per
2 ſona quæ eſt germana, & ingenita compenſationi, *l. prima cum ſeqq. ff. de compenſat.* & latius proſequutus ſum hac eadem diſputatione ſecunda quæſtione octaua n. 9. cum ſeqq.

Sed indubitatum eſt nihil minus, quam vi cõpenſationis, ſolutionem dictam contingere ex duplici, & quidem inconuincibili argumento. Primo quia nulla perſona in dictis bilancijs proponitur in qua contingat, aut contingere poſſit illa debiti, & crediti contributio, ad cõpenſationem neceſſaria. Non aliqua ex eis, quæ nominantur in partitis, quia immo illæ relatiue opponũtur, etiã ratione ipſius debiti, & crediti, non perſona Magiſtratus, quia in Magiſtratũ nullę actiones, neq; actiuæ, neq; paſſiuæ per quãcũq; bilãciorum præſentationem, deuenire proponuntur; Ergo impoſſibile omnino eſt, in eius perſona contingere contributionem ſeu compenſationẽ, ſecundũ terminos legis primę, cũ tota materia de cõpẽſationibus.

Secũda etiã inuincibilis ratio eſt, quia cõpẽſatio eiuſdẽ penitus efficaciæ eſt, ac ſolutio, 3 *l. ſi conſtat. l. reum. ff. de compenſat.* nihilque intereſt an quis cõpẽſet, vel ſoluat *l. ſi debitor ff. qui pot. in pig.* vt plenius probaui dicta quæſt. octaua, & propterea, per compenſationẽ nõ minus quã per ſolutionẽ omnis pẽ 4 nitus tollitur obligatio, *l. 1. cum tot. tit. ff. de ſol.* Sed ſic eſt quod, non obſtante præſentatione bilancij, Bancherius adhuc remanet debitor eorum, quos poſuit ad creditum in bilancio, creditor verò eorum quos ad debitum. Ergo impoſſibile planè eſt ſolutionem prędictam per compenſationẽ contingere.

Dices contingere per nouationẽ, quã operari 5 effectũ ſolutionis, quoad extinctionẽ prioris obligationis probat textus *l. ſi rẽ § ſi duo ff. de nouat. l. cum qui ita § qui proprietatem ff. de verb. oblig.* & plenius dixi eadem quæſt. octaua à nu. 18. cum ſeq. Bancherius enim, qui, pro perficiendo Cambio, eſt debitor in ferijs de ſcutis marcarum, dum eos ibi comparat, pro adæquatione bilancij, via noui Cambij, videtur nouare priorem obligationẽ, quam ſuſceperat acceptando tractas; in aliã ex Cãbio, & ſucceſſiuè miniſterio huius nouationis, cõtingere ſolutionem, reſpectu prioris obligationis. Quod eorutius videtur tenendũ in caſu, quo certius eſt, hãc ſecũdã obligationẽ ex nouo Cãbio, incõpatibilem eſſe cum priori, reſultante ex acceptatione Cãbij præcedẽtis, vnde manifeſtũ fit, nouationẽ induci, licet de ea nulla facta fuerit à cõtrahentibus mentio, ex preſcripto Impe- 6 ratoris *in l. fin. C. de nou.* vt ſequutus ſum Interpretes noſtros eadem quæſt. 8. num. 29. cum ſeqq.

Sed quæ de nouatione ſunt cõſtituta, dato, & 7 eũ, ad quẽ ſpectat remiſſa, ſola cura, & ſollicitudine, poſſe nouare per ea, quę poſuimus ſupra, eadem quæſt. octaua n. 31. cum ſeqq. non poſſunt applicari caſui ſolutionis, per 8 bilanciorum præſentationem in ferijs: Nã illa procedunt, ratione ciuſdem prorſus obligationis, quæ nouari dicitur de cõsẽſu debitoris, & creditoris: & qui dicuntur debito- 9 res, & creditores, reſpectu eiuſdẽ obligationis, quę nouari dicitur. Sed hęc nõ cõtingũt in Bancherio, qui, vt ſibi prouideat de ſuo mancamento, comparat ſibi ſcutos marcarum, via Cambij; à quolibet dare volenti, nulla nequidem facta mentione, nec tacitè quidẽ, de priori obligatione, qua adſtringitur ad dictũ cãbiũ celebrãdũ. Ergo impertinentes ſũt ad caſũ conſiderationes omnes, 10 quę fiũt ſuper nouatione. Quę verè tũc contingeret, ſecũdum limites prædictos, ſi Bãcherius, qui eſt in mancamento, conuento aliquo ex ſuis creditoribus, ab eo impetraret, vt daret ſibi ad cambium illam eandem quantitatem ſcutorum de marchis, quæ ſibi deeſt, & illi deberet; hoc enim caſu procederet doctrina nouationis, & verè tali caſui is Bancherius ſolueret ſummamprædictam miniſterio nouationis extinguendo priorẽ obligationem, & nouã contrahendo, cũ eodem creditore. Sed hoc nõ contingit in eo, qui, vt ſibi prouideat de ſuo mancamento, cõparat ſcutos marcarum à quolibet Cãbio dare volenti; nàm dum is tale Cambiũ cõtrahit, & illius miniſterio exæquat ſuum bilancium, per quam exæquationem ſoluere dicitur; nullam prorſus facit nouationem.

Reliquum videtur id per delegationem con- 11 tingere, nàm conſtito per proximè dicta, per nouationem fieri ſolutionem; cum delegatio abſque nouatione non fiat, (vt ex cõmuni Doctorũ ſchola traddidi ſupra eadem quæſt. octaua à nu. 37.) vbi conſtet in 12 caſu, delegationem interuenire; conſtabit conſequenter, per delegationem ſolutionẽ 13 fieri. Propterea cum delegare nil aliud ſit præter quam vice ſui alium debitorem dare *l. delegare ff. de nou.* haut dubiè videtur ſoluere per delegationẽ Bãcherius, qui vt adæquet mãcamentũ bilãcij ſui, aliũ debitorem acquiſitũ via Cambij vice ſui dat, & per cõſequẽs, cũ dando bilãciũ exęquatũ ſoluit, verificiãt, de Iure, cũ ſoluere per delegationẽ.

Sed nihil minus adaptari poteſt caſui, quam 14 delegatio, nam præterquam quod deficiunt illa

illa tria requiſita, quæ neceſſaria eſſe in delegatione probaui, eadem quęſtione octauanum, 41. cum ſeq. Promiſſio ſcilicet delegati
15 ad fauorem eius, cui fit delegatio & illa quidem de mandato delegantis, & demũ, quod is, qui delegatur ſit debitor delegantis; certè delegatio nec eſſe, nec intelligi poteſt, niſi vt contextus dicit *d.l. delegare* cum debitor dat alium debitorem, vice ſua creditori. At qui ſe prouidet in ferijs de ſuo mãcamento, nihil minus facit, quam dare ſuo creditori alium debitorem, quinimmo comparando via Cambij ſcutos illos marcarum, neceſſarios ad exæquationem bilancij, remanet debitor illius eiuſdem, tantum abeſt, vt aliqua præcedenti obligatione erga ſuos creditores liberetur.

Quid dicendum? ſi iſti modi, qui propriorès ſunt; nõ iuſtificant ſolutionem de qua quærimus: certè fruſtra recurrere poſſumus ad alios modos, quibus contingere poteſt ſolutio; & liberatio acceptilationem videlicet, dationem in ſolutum, remiſſionem, ſeu donationem, quæ vti extranea a contractu de quo agimus meritò reiici dicta q. 8. in fine.

Pro ſolutione quæſtionis ſciendum eſt: nihil
16 magis practicari apud mercatores, & præcipuè Cambia contrahentes: quam Philoſo-
17 phicum illud fruſtra fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora. Et vtinam cuſtodiuiſſent qualitatem etiam illam (quæ neceſſario
18 eſt aduertenda) inductam per illas particulas, æque bene; nam in quamplurima pericla ſe non conieciſſent, vt patebit ex infradicendis in tertia diſputatione. Modo in propoſito bilanciorum, quæ præſentantur in ferijs ſupponendum eſt, in eis plura virtualiter contineri, quę explicita non apparent, & verè abſque vlla iniuſtitia, aut iuris violatio ne poterant omitti, quæ priſcis illis temporibus non omittebantur in huiuſmodi celebrationibus feriarum. Quandoquidem antiquitus, tranſactis octo diebus, qui poſt acce ptationes erant aſſignati ad negotiationes, duò reſtabant dies deſtinati ad ſolutiones faciendas, eorum ſcilicet negotiorũ, quę dictis octo diebus erant tranſacta. quæ negotiationes eum in cãbijs totę verſentur, illius quidem generis, vt dentur ſcuti marcarum præſentes, pro habendis monetis illis vſualibus, quę in qualiber Platea ſunt conſtitutę ad Cambia celebranda, abſentibus loco, & tẽpore. Neceſſariũ remanet ſolutiones illas deſtinatas poſt tranſactas negotiationes, cõ ſtitiſſe omnes in ipſis ſcutis marcarum, qui in illis contractibus induunt naturam pretij, vt alibi vidimus. Et conſequenter Bancherius, qui tempore negotiationum, via cã bij, ſibi cõparauerat ſcutos, puta, centũ mille marcarum, quos ſibi erant neceſſarij pro ſatisfaciẽdis ſuis omnibus creditoribus, facili negotio, cum illos compararos haberet; poterat illorum ſolutione ſuis ſatisfacere creditoribus, ſaltua nihilominus ſempèr obligatione, per ipſum cõtracta, occaſione comparationis prædictæ. Verumtamẽ, quia dictos ſcutos cẽtum mille comparauerat, partim à Mcuio, & partim a Sempronio, quibus de nullis ſcutis marcarũ in feria erat debitor, ſed erat de eiſdem ſcutis debitor aliorum Bancheriorum, partim ſcilicet Caij, & partim Titij, tempore dictarum ſolutionum curabat, vt ijdem ſcuti mille marcarum ſibi tẽpore negotiationum quæſiti modo præmiſſo, à dicto Mæuio, & Sempronio peruenirent in dictos Caium, & Titium creditores ſuos, quibus ſatisfaciendum erat, quibus de facto in eos peruentis, tunc demum verè, & cum effectu ſoluiſſe debitum banchi diceba tur, quæ cũ ab omnibus debitoribus fierent, verè, & propriè ſolutiones fieri dicebantur, & tempus illud, tẽpus ſolutionum, ſuo iure, dicebatur. Nec vllum periculum erat, ne Bãcherius quos ſcutos marcarum cõparauerat à Meuio, & à Sẽpronio, nõ eoſdẽ trãsferre poſſet in dictos Caium, & Titiũ, creditores ſuos, vel ex aliquà cauſa eoſdem dicti Caius & Titius recuſarẽt. Nã cum in ferijs tractę ad vnguem reſpondeant remiſſis, eademq; prorſus ſit ſũma ſcutorum de marchis, quæ ab omnibus, & ſingulis debetur. quam illa, quam omnes, & ſinguli debent, impoſſibile planè eſt, vt ſi dicti Caius, & Titius ſunt creditores Bancherij de dictis ſcutis centũ millibus marcarũ, nõ ſint è conuerſo debitores (niſi ſint in auantio, ſed ſuum habeant bilancium exequatum) de totidem reſpectu aliorum, vnius, ſeu plurium bancheriorũ, & per conſequens licet fortè ijdẽ Caius, & Titius non ſint debitores de illis centum millibus dicto Mcuio, & Sempronio, qui de eiſdẽ eſt debitor Bacherij; vnde de facili omnia procederẽt, certum tamen, & neceſſarium erat, vt procedendo ad alteros, & alteros Banche rios debitores huius tãdem ad illũ, vel illos deueniret, qui eſſent creditores ſuorum debitorũ, & quibus ſatisfaciẽdũ eſſet de eiſdẽ ſcutis marcarũ, eiſdẽq, de volũtate eorũdẽ

Caij, & Titij (qui id ipſum ſedulò curabant, vt ſe a debito contracto in eodem genere ſcutorum de marchis liberarent) per Bancherium ſoluebantur. Et hæc fiebant antiquitus (vt dicebam) tempore ſolutionis in feriis. In quibus ſi ſinguli Bancherij rationes omnes ſuas in ſuis ſcartafacijs optime, & adamuſſim concinnabant, vt exæquarent ſua debita ſcutorum de marchis ſuis creditis eorumdem, omnia rectè procedebant, & quilibet creditor a ſuo debitore mediatè, vel immediatè ſuam conſequebatur ſolutionem, ſibi debitam in ijſdem ſcutis marcarum, tam conſideratis, vti rem, quam vti pretium. Sed id exequebantur Bancherij maxima cum difficultate, ac temporis iactura, & ſi ab aliquo ipſorũ aliquis error committebatur, magna reſultabat rationum intricatio, & exitus feriæ retardabatur, maximo cum mercatorum incõmodo, qui valdè ſolliciti ſunt redeundi ad Plateas quiſq; ſuas; ibique exequendi ea, quæ ſibi conducibilia ducebant ad expediendas tractas, ſeu remiſſas, in redditibus feriæ deſtinatas, vt alibi memini me dixiſſe. Nam omiſsis erroribus, quos quilibet Bancherius commiſſiſſe poterat in ſuo ſcartafacio, vagandũ quandoque erat per plures Bancherios, antequam cõſtaret de alio in alium curſus debiti, ſeu crediti, vt locus eſſet prædicta exequendi, & vt vulgo dicebatur, *prima di trouar ſcontro* & quod rem magis intricabat, cum ſummæ partitarum numquam ferè ſibi correſponderent, ſed ſæpius in plures, & plures partes eſſent diſtribuendæ & quod ab vno debebatur, a pluribus, & pluribus quandoque ſoluendum eſſet, & e conuerſo: ad conſequendum eff. cum prædicta in huiuſmodi diuiſionibus, & diſtributionibus, de facili error committebatur, ex quo maximo cum diſpendio, & labore; rationes omnium iterum erant explicandæ, & diſcutiendæ iuxtà ineluctabile axioma. Paruus error in principio, maximus in fine. Qui errores, cum non alia certiori ratione deprehẽdi poſſent, quam ſi Bancherij omnes, & ſinguli bilancia ſua diligentius inſpicerent, & diſcuterent; nec certius cognoſci poſſet de adhibita per omnes & ſingulos diligentia, quam ſi ex omnibus bilancijs vnum generale bilancium conficeretur, & cum experiendo cognouiſſent, ex hac diligentia & miniſterio prædicto, errorem certiſſime deprehendi, nullumq; ineſſe poſſe, ſi & quatenus hoc generale bilanciũ
21 rectè procederet & ſingulis reſponderet, cognouerunt pariter: has ſolutiones omninò eſſe fruſtratorias, & nulla ratione neceſſarias, cum ex ſola puncłatione bilanciorũ ritè & rectè ex ſcartafacijs extractorũ; appareat quemlibet Bãcherij habere vnde ſoluat, ſolamq; deficere actualem, vt ita dicam, confignationem ſcutorum de marchis à ſingulis debitoribus faciendã creditoribus ſuis; quæ confignatio habetur pro facta hoc ipſo, quod præſentatur bilancium Magiſtratui, & Magiſtratus ex confectione bilancij vniuerſalis cognoſcit omnia ritè proceſſiſſe, & pronunciat feriam finitam. Et hinc, vt prædixi, plus probat bilancium datum in ferijs, quam quod explicitè continet, & habetur pro facto, quod de facili fieri poteſt, & ſtatim peruenitur ad finẽ omiſſo medio, per quod medium ſi ſolenniter procedẽdum foret, omninò eſſet pertranſeundum. Et hinc nullo negotio, & quidem meritò: ex eo ſolum, quod Bancherius poſuerit in ſuo bilancio creditorem
22 Titium de qualibet quantitate ſcutorum; ſi ab illo exigat quitantiam de dicta quantitate, illico eam conficit, & quidem expreſſa cauſa pro valuta habita; Quia licet non habuerit immediatè, habuit tamen neceſſariò mediatè, ſeu verius habetur, perinde ac ſi habuiſſet. Et hæc omnia ſalua berrime cauerunt Bancherij, alecti illo axiomate: fruſtra fit per plura, quod, æquè bene, fieri poteſt per pauciora, Quod haud dubiè habet locum in caſu iſto omiſſarum ſolutionum, quæ aliàs in ferijs fiebant, & modo pro factis habentur, & probantur ex ſola bilancij præſentatione adæquati, dummodo ex omnibus Magiſtratus cõficiat vnĩ uerſale, vt ſæpiùs diximus, ad cognoſcendam rei veritatem, & excludendum quemcumque errorem. Modo ad quæſtionem reſpondeo, ſolutionem illam, quæ fit
23 ſeu pro facta habetur, per bilancij præſentationem, factam à Bancherijs, & poſt bilancium generale Magiſtratus; fieri miniſterio compenſationis, & delegationis, ſeu delegationum ſimul reſpectiuè ad perſonas, quæ interueniunt, vel cum interuenire deberent, habentur perinde ac ſi interuẽiſſent. Quam concluſionem ſic explico.

A. Bancherius creditor B. de centum: ſecundum antiquam conſuetudinem, in ſolutionibus feriarum, perquirebat, quiſnam eſſet debi-

debitor eiuſdem de totidem centum; & reperto Cillius debitore, ei dicebat illa centum, quę tu debes B. & ille mihi tu ſolue D. cui ego totidem debeo; Tali caſu; ſi forte C. erat creditor D. de totidem, omnia rectè procedebant. Nam B liberatur ab A. C verò a B. & D. liberabatur à C. & demum A. liberabatur à D. Sed reiectis ſolutionibus antiquis, & ad euitandos inanes circuitus, & quæ ſupra adduximus, iuxta veram præſentationem bilanciorum; ſufficeret ſi A. Bancherius in ſuo bilancio debitum daret B. de centum, creditum verò D. de totidem centum, quibus tamquam fundamentis iactis, cætera de per ſe procederēt, & fingātur interuenisſe, etiamſi ſita exigente factorum contingentia, inter plures Bancherios, res, & gradus perſonarum negotium contrahendum eſſet.

Si igitur pro explicito habeamus in bilancio
24 id, quod faciendū eſſet, quatenus more antiquo procederetur ad ſolutiones; prout, ad cognoſcēdū id, quod quærimus, habēdū eſt; iam patet probatio firmatæ cōcluſionis; ſolutionē quidem cōtingere in bilācio miniſterio cōpēſationis, in quā terminatur, ſed inter C. & D. nō autem inter A. & D. nec inter B. & D. nec inter A. & C. inter quos ſola interuenit delegatio per ea, quæ deduximus ſupra, dum de compenſatione, & delegatione agebamus, ad excitandam difficultatem. Et propterea meritò diximus ſolutionem, quæ probatur per præſentationem bilanciorum in ferijs cōtingere quidē miniſterio compenſationis, ſed ſimul iuncta delegatione, ſeu delegationibus, reſpectiuè modo ſupra explicito. Et ex his facilè reſpōdetur ad contraria.

Nam ad primum, vbi compenſationem impugnabam, reſpondetur, negatiuam ſententiam procedere de cōpenſatione ſola, per rationes ibi adductas, affirmatiuam verò, ſi vlera compēſationem delegationes alias intelligamus, quibus mediantibus ad dictam compenſationem Bancherij deueniunt.

Ad ſecundum de nouatione reſpondetur, ne-
25 gatiuā ſententiā abſolutè veram eſſe in ſolutione quæ fit per bilancij præſentationē; affirmatiam verò procedere quandoque in alijs modis ſolutionum, quæ differunt ſiunt, aliter quam, per preſentationem bilancij, de quibus quæſt. ſequenti, rationibus in eo expreſſis.

Ad tertium, & poſtremum de delegatione, re-
26 ſpōdeſ, ſentētiā negatiuā procedere habito reſpectu ad perſonam præſentantis bilanciū, & creditum, cui per dictam præſentationē deſtinata fuit ſolutio. Affirmatiuam verò, habito intuitu, ad illas perſonas, quibus medijs deuenitur tandem ad compenſationem.

Et ex his tribus reſponſionibus firmius habes id, quod poſui in concluſione, ſolutionem ſcilicet, quæ fit per bilancij præſentationē exæquatam in ferijs, fieri miniſterio, delegationis, & compenſationis inſimul concurrentibus: non autem per ſingulas per ſe, & ſeparatim ſumptas, modo quo explicuimus.

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO XX.

An alijs modis, præterquam per bilancij præſentationem fiant ſolutiones in ferijs, & quibus.

1 *Scarta facia Bancheriorum plura ac diuerſa genera computorum continent, quæ ad tria genera poſſunt referri.*

2 *Tractæ, & remiſſæ, quæ fiunt eidem Bancherio in eundem, non referuntur in bilancio conſuli præſentando, & de ratione.*

3 *In huiuſmodi tractis & remiſſis eidem, & in eundem ſolutio fit per compenſationem.*

4 *Solutio fit etiam per compenſationem in alijs duobus generibus computorum, quæ referūtur in ſcarta facijs, de quibus ſupra n. 1.*

5 *Solutio in ferijs tempore negotiationum qualiter fiat explicatur per nouationem recā biando, & compenſationem, quæ dicitur in contri.*

6 *Recambiare quid?*

7 *Vera nouatio dicitur cum debitum præcēdēs in nouum debitum conuertitur.*

8 *Aualli in ferijs frequentiſſimi tempore negotiationum.*

9 *Per aualles ſolutio non ſequitur, & quomodo fiant aualli.*

10 *Quomodo differant à delegatione.*

EXPLI-

quæ cum ſint repoſita in hoc tertio, & poſtremo computorum genere, non apparent, nec in bilancijs reponuntur, & propterea nulla ratione neceſſe habent ſe de dicto mancamento prouidere, pro dicta exæquatione. Et è conuerſo non pacui Bancherij occultant ingens æs alionum in his iiſdem computis tertij generis, abſque vlla neceſſitate prouidendi ſe de illorum mancamento, quod vulgo dicunt *eſſere in caſa*.

In hoc tertio, & poſtremo computorum genere, quod tractarum, & remiſſarum dicitur, quo pacto contingat fieri ſolutiones, nõ eſt huius loci diſtinctius inueſtigare. Cum enim id vix fieri, aut imaginari poſſit abſque duplicatione Cambij, eius ſcilicet quod ex Plateis venit in feriam, & ex feria redit in Plateas, & ſolutio primi identificetur quodammodo cũ celebratione ſecundi; in quo conſiſtit potiſſima pars difficultatis tertiæ, & poſtremæ diſputationis, ideò; ne præiudicata opinione ad illius examen accedam, hic omittere decreui, ne inſtitutã methodum peruertam, & in tempore reddam. Sufficiat pro inſtituta quæſtione ſimplex aſſertio; quod ſi in iſtis computis aliqua ſolutio contingit, illa eſt per viam cõpẽſationis; Cum enim proponatur de eadẽ partita eidem Bancherio tractam fieri, & remiſſam; ipſumq. poſt acceptationem de
3 eadem remanere debitorem, & creditorem; non ſolum ſolutio fieri poteſt per cõpenſationem, *l. ſi debitor. ff. qui pot. in pignor. hab l. amplius. ff. rem rat. haber. cum concord.* ſed omninò impoſſibile eſt non fieri, cum ipſo Iure facta intelligatur, *ſecundum terminos l. cum alter. l, idem Iuris. ff. de compenſat. Tindar de compen. art. 6.*

Reſpectu verò duorum priorum generum cõputorum, diſtinguenda ſunt duo tempora, tempus ſcilicet acceptationum, & tempus negotiationum.

Si de tempore acceptationum ſit ſermo, licet
4 nullum minus videatur congruum tempus ad diſſoluenda debita, quam illud ipſum, quod per regulas feriarum eſt aſſignatum pro illis contrahendis, cũ vt vidimus quæſt. 18. hac eadem diſputatione, per acceptationem, quæ fit tunc temporis à Bancherijs, cudatur illud pretioſiſſimum monetæ genus, conflatum ex obligatione Cambij præcedẽtis, celebrati in plateis, & ex conſtituto reſultante ex eadẽ acceptatione. Tamen equè certum eſt, nullam certiorem, nec magis expeditam ſolutionem contingere, quam tempore acceptationum, & per acceptationes, & illam quidem miniſterio compenſationis. Dum enim inter ipſas acceptationes contingit Bancherium, qui acceptauit tractas, per ipſum ſoluendas Britio in quantitate ſcutorum decem mille; quatenus poſtmodum accidat, eidem per eumdem Britium acceptari aliam confimilem, vel maiorem minoreue remiſſam, nihil impedit pro cõcurrenti quã titate fieri compenſationem, cũ interueniãt tali caſu requiſita ad compenſationem per toties repetita.

Quod verbis expreſſis, addito etiã cuius miniſterio fiat, ſancitum remanet per regulas feriarum cap. 36. ibi.

„ *Che tutto quello, che contra per partita accettata frà Bancheri, e Trattanti in accetta-*
„ *tioni, s'intendi pagato trà di loro, e fatta cõ-*
„ *penſatione ſubito di finita la accettatione, &*
„ *il reſto s'intenda douerſi pagare nel bilancio*
„ *l'ottano giorno.*

Et ne quis ſuſpicetur, nullo alio modo fieri poſſe ſolutionem, præterquam tempore acceptationum, & in bilancio ſubdit ſtatim per aduerſantem coniunctiuam.

„ *O nella maniera, che di ſopra ſi dice.*

Vbi ſuſè loquuntur regulæ de tempore intermedio, negotiationum ſcilicet. quod eſt alterum membrum diuiſionis, quod ſupra propoſui.

Reſtat igitur an, & quando contingat fieri ſo-
5 lutiones in ferijs tempore negotiationum; Qua in re concluſiuè, & breuiter procedendo, certum eſt omnibus, & quibuſcũq; modis quibus poteſt fieri ſolutio, quos latè recẽſui ſupra hac eadem diſput. quæſtione octaua; contingere poſſe ſolutionem inter Bancherios, negotiorum tempore; cum enim inter duos, vel plures Bancherios poſſunt interuenire requiſita ad ſingulos ſoluendi modos ibi recenſitos, non eſt dubitandum de effectu. Frequentiores tamen inter cæteros duo modi ſunt, alter nouationis, qui apud Bancherios dicitur recambiare, alter verò per compenſationem, qui apud eoſdem dicitur *in contri* quorum primus eſt voluntarius, poſterior neceſſarius. Dum enim Bancherius conſumatis acceptationibus ad negotiationes accedit, ſi reperit ſuos creditores, qui velint ſcutos marcarum, quos eis debet, dare ſibi ad cambium, illos, conuento pretio, ad Cambium accipit pro Platea conuenta; & cum eoſdem eidẽ

debere

deberet ex Cambio; cum recipit ex alio
6 Cambio, ſuo iure recambiare dicitur, quod nihil aliud eſt, niſi eos ſcutos marcarum, quos ſoluere debebat in feria, tamquam rẽ in Cambio deductam, eoſdem ſibi habere in vim pretij Cambij in feria celebrati, qui ſunt veri termini nouationis, cũ debi-
7 tũ præcedens in nouũ debitũ conuertatur *l. prima ff. de nouatio.* & prior obligatio omninò perimatur, *l. ſi rem* §. *ſi duo ff. de nouatio. l. cum qui ita* §. *qui proprietatem & ibi Doctores & poſt alios laſ. nu. 2. & in* §. *ſi hominem ff. de verb. oblig.* In nihilum refragante *l. fin. C. de nouat.* attenta incompatibilitate huius ſecundi contractus cum primo *Bald. l. fin. numero primo C. de nouat. poſt. alios Cephal. conſ. 454. num. 18. & nu. 89. & plenius dixi generaliter hac eadem diſputatione, quæſtione octaua a nu. 16. cum ſequentibus.* Et iſte eſt alter ex frequentioribus modis, quibus tempore negotiationum ſit ſolutio. Dum verò idem Bancherius, occaſione dictarum negotiationum, ab aliquo ſcutos quouis modo, & ex quauis cauſa comparat, cuius eiuſdem iàm eſſet creditor, vel vi acceptationũ, vel aliter quomodocũq. dicitur *contrare*, ideſt, debitũ cũ credito cõpẽſare; iuxtà notorios, & ſæpiùs dictos terminos cõpẽſationis per quam tam debitum quam creditum extinguitur; nec eſt opus, ponantur in bilancio; ad effectum ſoluendi, & id ea ratione, quia tum deb.ta, & credita reſpectiuè deueniãt in eandem perſonam, non eſt neceſſe vlla delegatione, pro eadem compenſatione obtinenda, ad quam peruenitur in bilancijs delegationis miniſterio. Et iſte, qui dicitur in ſcontris, eſt alter, quem propoſui frequentior ſoluendi modus, qui fit in ferijs tempore negotiationũ. Qui modi quomodo differant ab ijs ſolutionibus, quę fiunt tempore acceptationum, & ab ijs, quæ fiunt in bilancio, iàm patet ex præmiſſis,

Quæres demum, quid operentur aualli in fe-
8 rijs frequentiſſimi, tempore negotiationũ, & quid differant à delegationibus; & cur & per ipſos, ſicuti probauimus per delegationem, non contingat ſolutio, vt expreſſè cauetur per leges feriarum, capite decimo ſeptimo, vbi expreſsè diſponitur; quoſcũque, per quos tranſeat auallum, remanere in ſolidum obligatos creditori, quod repugnat ſolutioni, & liberationi.

Reſpondeo per aualios ſolutionem non con-
9 tingere, & in eis habere locum diſpoſita; dicto capite decimo ſeptimo feriarum, cuius diſpoſitionis ratio vt cognoſcatur, ſciẽdum eſt. In ferijs aualla hoc modo fieri, videlicet Bancherius, qui tempore negotiationum comparauerat, puta, ſcutos mille marcarum à Titio, vigore Cambij Genuã directi, pretio ſcilicet ſcutorum centum de marchis, pro centum viginti argenti, & ſic cambiauit dictos ſcutos mille marcarum in feria, pro ſcutis mille ducentis argenti, in redditibus eiuſdem feriæ Genuæ; & ſic ex cauſa prædicta eſt debitor Titij de dictis ſcutis mille ducentis argenti in redditibus Genuæ; at è contra eſt creditor, ex conſimili cauſa, Caij de totidem ſcutis mille ducentum argenti, in eiſdem redditibus Genuæ; dicit Titio; quas litteras Cambij de ſcutis mille ducẽtis cõficere tibi debeo, conficiat pro me Caius, qui Caius idem poteſt dicere de Sempronio, & Sempronius de alio, & ſic ſucceſſiuè; vſque dum pertinitur ad datorem litterarum; & ſic creditor ex illo Cambio poteſt habere plures, ac plures debitores ex eodem in ſolidum obligatos, qui vigore dicti capitis decimi ſeptimi, nondum ſunt obligati, niſi poſt factam obligationem. Et hoc eſt remediũ vſitatiſſimum, quo vtuntur illi Bancherij; qui ægrè poſſunt ſe in bilancio conſtituere, eo quia laborent fide, non adeò integra, vt habentes auantia velint eis ea credere via Cambij; dum per huiuſmodi aualla, per quæ alij obligantur fides illorum confir-
10 matur, ſeu verius firmior redditur. Ex quibus colligi licet duplex diſcrimen inter delegationẽ, quæ tacitè cõtinetur, ſeu verius præſuppitur inuoluitur, in ſolutione reſultãte ex preſentatione bilancij, de qua in proximè præcedenti queſtione, & inter aualios; Quod illa ſemper verſatur circa ſcutos marcarum, qui de præſenti ſoluuntur in feria, vigore Cambiorum celebratorum; aualla verò verſantur circa genera pecuniarum, quæ vigore Cambiorum, quæ celebrantur in ferijs, ſoluenda veniunt de futuro in Plateis. Rurſus in illis ſemper interuenit delegatio modo alias explicito; in his verò quandoque non venit, ſed ſolo mandato conſiſtere poteſt, quod, vt ego ſequuntur ſum, dicta quæſtione octaua, huius diſputationis, repugnant notioni delegationis. Et ideò nil mirum ſi in illa, ſecundum tramites iuris contingit liberatio, præſertim

ſertim nullo periculo creditoris interueniẽte, cum ſtatim; & ab omnibus fiat miniſterio perfectionis bilancij modo explicito. In aualis verò non contingit, quia de iure ceſſãte præexiſtẽtia debiti in debitore mãdante, ceſſat delegatio, & per conſequens ſolutio, & tutius ſit id ſancire, eo quia, cum in eis agatur de futura ſolutione, ſicuti principalis debitor, conficiens litteras Cambij, non liberatur, niſi facta ſolutione, vt probauimus quæſtione duodecima ſecũda, diſputatione ſecunda; nec etiãdebet liberari ille, qui per aualem interuenit in confectione litterarum Cambij, ad effectum ſcilicet præmiſſum, vt magis ſtabiliretur fides debitoris.

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO XXI.

An & quatenus differant ſolutiones quæ fiunt in Plateis ab eis, quæ in ferijs.

1 *Solutiones, quæ fiunt in Plateis, an differant & quatenus, à ſolutionibus quæ fiunt in ferijs.*

2 *Solutio, quæ deſtinatur è ferijs in Plateas, neceſſariò fieri debet in pecunijs illius generis, in quo in dictis Plateis ſtatutum eſt fieri debere Cambiorum ſolutiones.*
Et de ratione num. 3.
Declara vt nu. 11. 14. & 31.

4 *Ratio lucri, quod formaliter verſatur in Cambij duplicatione, conſiſtit in maiori, vel minori penuria pecuniarũ vſualium reſpectiuè in locis, inter quæ Cambia celebrantur. Idem ſi habeatur ratio dilationis temporis, & diſtantiæ locorum.*

5 *Non tamen per hoc ſequitur quin aliter perfici poſſit, quam in pecunia numerata, & ſic delegatione nouatione, & aliter vt nu. 32. & 33.*

6 *Cambia in ferijs diriguntur vt plurimum, in Germaniam, vel in Belgium; pro expediendis ſtipendijs militum ibi militantium exercitibus Regni Hyſpaniarũ, vt & pro alijs quamplurimis neceſſitatibus eorumdem exercituum.*

7 *Solutiones in Plateis in pecunia numerata fieri debent in Cambijs irregularibus.*
Declara vt nu. 34.

8 *In Cãbij totaratio lucri tribuitur a Sacris Theologis tranſportationi formali, ſeu virtuali pecuniarum.*
Declaratur tamen quomodo procedat numer. 34.

9 *Cambium verè, & formaliter, & attenta natura actus eadem ratione perfici poteſt in plateis, ſiue regulare ſit, ſiue irregulare, qua perfici poteſt in ferijs.*

10 *Qui obligatur ex Cambio per acceptationem tractæ ad ipſum ſpectantis, vel ratione curæ, vel ratione proprietatis, vel tàm curæ, quàm proprietatis, ad nihil aliud tenetur, quam ad diſſoluendum obligationẽ contractam.*

11 *Et obligatio iſta legitimè diſſoluitur miniſterio compenſationis, delegationis, & nouationis non ſecus ac numeratione.*

12 *Solutio, quæ in ferijs contingit per præſentationem bilanciorum, contingit eodem modo in Plateis virtualiter per compenſatio nem.*
Declara vt nu. 14.

13 *In ferijs Bancherij tantum tractas accepare poſſunt, in Plateis verò omnes.*

14 *Debitor Cambij in plateis nullo alio modo de rigore iuris poteſt ſolutione Cãbium perficere, quam in pecunia numerata, circũſcripto conſenſu creditoris.*
Et de ratione nu. 15.
Declara tamen vt nu. 35.

16 *Compenſatio tamen crediti liquidi admittitur.*

17 *Compenſatio fit ipſo iure.*

18 *Admittitur compenſatio etiam cõtra executionem ſententiæ.*

19 *Et contra inſtrumentum habens ex forma ſtatutorum executionem paratam.*

20 *Compenſatio habet à iure vim realis ſolutionis.*

21 *Inducta eſt ad euitandos circuitus inutiles cum tutius ſit non ſoluere, quam ſolutum repetere.*

22 *Non datur de quantitate ad ſpeciem.*

22 *In debito pecuniario licet quid debea-*

tur in genere, vel in specie admittitur compensatio cum quantitate, & ratio affertur numero 24.

25 *In Plateis de facto perficiuntur Cambia nõ solum pecuniæ numeratione, compensatione, novatione, delegatione, sed alijs quibus vis modis, & de ratione nu. 26.*

27 *Quæstio proposita à P. Leonardo Lessio de Camb. dub. 6. sub nu. 58. proponitur, & deciditur: Quod debitor Cambij potest loco pecuniæ pannũ dare de cõsensu creditoris, modò in venditione panni læso nõ adsit.*

28 *Io: Gersonius impugnatur.*

29 *Venditor ledens vltrà latitudinem iusti pretij. licet citrà dimidiam iusti, in foro conscientiæ tenetur ad restitutionem.*

30 *Mos refertur aliquorũ mercatorum Antuerpiæ degentium, qui anticipatè soluebant Administris Regijs pecunias trahendas sed partem in pecunijs, & partem in mercibus cum excessu pretij, & impugnatur.*

1 SOlutiones non minus necessarias ad Cambia contrahenda, quàm ad illa perficienda, latè probauimus in præcedentibus quæstionibus tam prioris, quam huius secundæ disputationis; ex quibus constat Cambij contractum & à solutione sub pretij formalitate incipere, & in solutionem rei assumpta natura desinere. Et licet idem contractus verè sit, ac dici possit omninò pecuniarius, cũ vtrinque à contrahentibus in eo deducatur pecunia, nihilominus, in ferijs maximè, absque vlla pecunia firmissimè, atque vtilissimè vidimus celebrari. Vt non immeritò instituta videri possit hæc quæstio ad magis aperiendam naturam rei, de qua agimus, & ad intimius cognoscendam. Cum enim lucrum illius circa maiorem, vel minorem abundantiam, vel indigentiam respectiuè pecuniarum versetur, quid tandem operatur de facto pecunia in eo, cum absque pecunia vsuali, vt vidimus in Ferijs possit, ac soleat celebrari? Et hinc facilè peti poterit solutio quæstionum, de quibus longo sermone egit Ludouicus Molin. *de contr. disp. 409.*

Videbatur igitur dicendum in hoc differre,

2 quod solutiones, quæ destinãtur a ferijs in Plateas, ibi necessariò fieri debeant in pecunijs, illius scilicet generis, in quo in dictis Plateis respectiuè statutum lege est; fieri debere Cambiorum solutiones, vt probauimus supra disputatione prima quæstione vigesima secunda. Quia dicta pecuniarum genera venerunt ex vi obligationum in Cambio feriarum susceptarum, vt ibi vidimus. Ergo in illo genere pecuniarum fieri debet solutio, & non in
3 alio. Et sicuti in proximè præcedentibus quæstionibus, ex eo potissimum probauimus; solutiones in ferijs fieri absque pecunia, quia sicuti marcarum, qui sunt in obligatione verè, & formaliter pecunia non sunt; eadem ratione dicendum; in Plateis solutiones fieri debere, & sic perfici contractum solutione illius generis pecuniarum, quod erat in obligatione.

Secundò tota ratio lucri, quæ versatur formaliter in Cambij duplicatione, vt expositum
4 fuit supra disputatione prima quæstione decima tertia consistit in maiori, vel minori penuria pecuniarum vsualium respectiuè in locis, inter quæ Cambia celebrantur. Propterea cum hæc pecunia vsualis non reperiatur in ferijs Cambiorum, in quibus perficiuntur Cambia absque pecunia, vt vidimus hac eadem disputatione quæstione decima octaua, & decima nona, necessariò videtur dicendum, vel saltem in Plateis perfici debere pecunia numerata, vel Cambium fictitium esse. per id quod sæpius dictum de maiori, vel minori abundantia vel penuria pecuniarum.

Tertiò id ipsum dicendum videtur habita ratione dilationis temporis, & distantiæ
5 locorum; ratione quarum qualitatum probauit disputatione prima quæstione vigesima quarta, maioris, vel minoris pretij respectiuè eamdem pecuniam esse, earumdemque immutatione variari, puta, vel si necessitas aliqua ex insperato ingrueret, vel magna quantitas pecuniarum ex inspectato appelleret, ex quibus pretium Cambiorum immutari diximus ibidem.

Sed hæc verificari nulla ratione possunt, nisi verè, & realiter pecunia intercurrat in Cambij perfectione, quæ cum non verificentur in ferijs Cambiorum, vt vidimus, necessariò dicendum est saltem intercurrere, dum Cambia perficiuntur in Plateis.

Quarto

Quarto videtur id ipſum de facto procedere, quinimmò impoſſibile eſſe aliter contingere,
6 Cambia enim,quæ in maxima quantitate fiunt in ferijs;dirigũtur vt plurimum, vel in Germaniam, vel in Belgium pro expediendis ſtipendijs militum,ibi militantium in exercitibus Regis Hiſpaniarum , & pro alijs quamplurimis neceſſitatibus eorumdẽ exercituum , vt res ipſa docet . Sed nec milites aluntur,nec exercituum impedimenta comparantur verbis,aut obligationibus , & alijs iuris vinculis , ſed pecunia numerata Ergo in pecunia numerata perfici debent neceſſariò Cambia , quæ a ferijs in plateas diriguntur.

Quintò certè id ipſum videtur neceſſarium in
7 Cambijs irregularibus,qui de platea ad plateam celebrantur, & quæ ſolum ad euitandam curam tranſportationis celebrantur,vt vidimus diſputatione prima quæſtione vigeſima octaua. In his enim cum ſtipulator Cambium contrahat non ſpe, nec intentione lucri,ſed eo tantum conſilio , vt pecuniã habeat ad vſus deſtinatos in loco , ad quem deſtinatur ſolutio ; neceſſario videtur dicẽdum ſolutiones, quæ fiunt in plateis,in Cãbijs ſaltem irregularibus fieri debere miniſterio numerationis pecuniæ vſualis.

Sexto tota ratio lucri in Cambio tribuitur cõ-
8 muniter à Sacris Theologis tranſportationi formali,ſeu virtuali pecuniarũ,*relatis per Molin,de contr.diſp.403. num. 5.& per Rebell. de obligat.Iuſt.lib.11.de Camb.queſt.6. nu.4.cum ſeqq.& nos plenius retulimus diſputatione 1.queſt. 8.* Sed huiuſmodi tranſportatio reſpicit ipſas pecunias realiter, & effectiuè exburſandas,nec poteſt verificari in ſimplici obligatione,& iurium vinculo. Ergo ſaltem in plateis conſumi debebit , ac perfici Cambium ipſum actuali ſolutione.

Nec dicas aliàs probatum fuiſſe lucrum in Cã bio non pendere à tranſportatione reali,ſeu virtuali,vt in diſputatione prima quæſtione octaua,& quæſtione 24 Et propterea, parũ ſtringere hoc argumentum.

Nam immò valde ſtringit, Quoniã ex eo reijcimus vim tranſportationis in Cãbio , quia in Cambio ſimplici nullum agnouimus lucrum formaliter , ſi iuſto pretio celebretur, vt dicta quæſtione decima tertia diſputatione prima , & ſucceſſiuè eſto in Cãbio,quod ſit è Plateis in ferias nullam tranſportationem conſiderandam eſſe, cum in eo nullum lucrum formaliter interueniat , & propterea abſque pecunia numerata Cambium illud perfici poſſe,ſed in ſolutionibus , quę fiunt in Plateis,cum tali caſu verſemur in Cã bio duplicato,in quo verè,& formaliter dari lucrum admiſimus eadem quæſtione decima quarta , cum lucrum adſit, non poteſt denegari ratio tranſportationis,à communi Schola Theologorum conſiderata, quę neceſſariò ad ſui verificationem pecuniam ipſam vſualem exigit, & requirit,ſine qua dubium eſſet quandocumque lucrum in Cambio.

Dicendum tamen eſt primo: verè , & formali-
9 ter,& attenta natura actus, de quo agimus, eadem prorſus ratione perfici poſſe ſolutione Cambium in Plateis,ſiue regulare , ſiue irregulare ſit , qua perfici dicimus in fe-
10 rijs. Ratio eſt vna,& eadem , & indubitabilis. Quia quicumque obligatus ex Cambio per acceptationem tractæ,ad ipſum ſpectãtis,vel ratione curę,vel ratione proprietatis vel tam curæ , quam proprietatis, ad nihil aliud tenetur,vel teneri poteſt.quam ad diſſoluendam obligationem contractam, quæ cum legitimè diſſoluatur miniſterio com-
11 penſationis,delegationis,&nouationis:non ſecus ac numeratione pecuniæ,vt latè vidimus in præcedentibus quæſtionibus , per prædicta ſatis dicitur perfici Cambium, nõ ſecus ac per numerationem.

Obijcies certè ſolutionem per præſentationẽ bilanciorum, prout in ferijs; non continere de facto,vt experimur , nec contingere poſſe,cum nullus præfigatur Magiſtratus , nec ſint aſſignati illi dies ad acceptationes , & negotia,prout in ferijs,ſed ſoli dies ſolutionum; Ex quo apparet ceſſare ea, quæ ad bilanciũ ordinandum expoſuimus ſupra hac eadem diſputatione quæſtione 18.

Reſpondeo nec etiam ſolutionem per præſen-
12 tationem bilanciorum deficere in Plateis;ſi attendamus potius vim , & modos , quibus fit ſolutio per bilancij præſentationem de quibus in quæſtione 19.quam formam præſẽtationis,de qua in allegata quæſtione 18. Vt enim ibi explicuimus;ſolutio,quę fit miniſterio illo præſentationis bilanciorum, factę Magiſtratui feriarum,continet virtualiter id,quod non apparet, ſed tacitè ſecum affert vim ſolutionis , videlicet compenſationem mediante delegatione aliorum debitorum debitoris . Vnde cũ in plateis poſſit contingere idem modus ſolutionis , vt

scilicet A debitor B. Genuæ de scutis mille argenti debitoris C. de totidem mille, qui A. è converso sit creditor C. eiusdem quantitatis, eidemque mandet, vt dicta mille solvat B. præsenti, & acceptanti, dicendum absolutè est, contingere perfectionem Cambij, prout in scrijs, attenta potius substantia solutionis, quam modo, qui adhibetur. Qui modus ex pluribus non potest contingere
13 in Plateis, sed præcipuè; quia in scrijs Bancherij tantum, in plateis verò omnes, & qui cumque possunt tractas, vel remissas accepare, soluere, & exigere respectiuè. Ex qua diuersitate non solum oritur discrimen, & impossibilitas conficiendi bilancia, prout in scrijs, quod omnibus patet, sed etiã quod magis vrget (& quod non animaduertsum plura causat incommoda) quia cum acceptãtes tractas, seu remissas non sint Bancherij, nec ex consequenti habeant pecunias solutioni paratas, eorum documẽta priuata vim nõ habent, nec effectum operandi, quem habent in scriis documenta Bancheriorum, vt explicuimus supra hac eadem disputatione quæstione decima septima. Ex quo plures irrepsere corruptelæ, vt per se paret, & fusius explicabimus in sequenti disputatione.

Dicendum secundo; licet de possibili procedãt ea, quæ posuimus in prima conclusione, ac-
14 cedente scilicet consensu creditoris, & debitoris, si tamen de iuris rigore agamus; ille, qui tractam acceptauit in plateis Cambiorum siue regularium, siue irregulariũ, quocumque tandem modo tracta prædicta ad ipsum spectet, si creditor vrgeat, nullo alio modo potest cambium perficere solutione; nisi in pecunia numerata: Ratio est, quia vt alibi vidimus, licet verbum [soluere] gene-
15 rale sit, & ad quamcumque liberationem referatur, id verum est absolute, ac simpliciter acceptum, sed quando eidem verbo adiunctus est soluendi modus, puta, pecuniæ genus, tali casu cum res pro re inuito creditore solui non possit, nec soluentem liberet; Hinc fit necessario, quod hoc casu, in quo semper tam in regularibus, quam in irregularibus expressum est in Plateis, ad quas Cambia diriguntur, genus pecuniæ, in quo debet fieri solutio, vt hac eadem disputatione quæstione tertia, semper per cõsequens ex vi obligationis, solutio fieri debebit in pecunia numerata, quod ipsum probat primum argumentum ad excitandam difficultatem adductam.

Quæ tamen conclusio non est adeò restringẽ-
16 da, vt non verificetur etiam in compensatione ad ratam quantitatem debiti liquidi,
17 *ad tex. in l. fin. C. de compens.* quæ cum ipso iure fiat præsertim (vt in proposito nostro) ad euitandas vsuras, *l. cum alter ff. de compensat. l. si constat. l. fin C. eod.* & de communi testatur Scac. reprehendens errores contraria sententium *de Camb. S. 2 gl. 5 n. 432.*
18 *cum seqq.* Et admittenda veniat etiam contra executionem sententiæ, *l. si cum militi. §. 1. ff. de compens. l. ex causa C. eod. Afflict.*
19 *dec. 121.* & contra instrumentum habens, ex forma statutorum, executionem paratam. *Afflict. vbi supra Rom. cons. 76. nu. 3. Angel. cons. 132. Fely. cap. suborta num. 2. de re iudicat.* non est deneganda in hoc casu, in quo præcisè quis tenetur ad numerationem pecuniæ, cum si requisita ad compensationẽ
20 concurrant, vim a iure realis solutionis habeat *l. Caius Seius, & ibi gl. cedere de vsur.*
21 introducta ad euitandos inutiles circuitus cum tutius sit non soluere, quam solutum repetere *l. 3. & ibi glos. ff. de compensat.*

Nec te turbet subtilis illa consideratio; quod
22 de quantitate ad speciem non datur compensatio, *l. si conuenerit in princ. C. de rei iudic. l. & si quid. & ibi gl. fin. ff. de compensat. l. Papinianus & ibi Glos. pen. C. de sẽt. ex breuil. recit.* Vndè cũ (vt sæpius diximus) pecunia quæ venit Cambio eius vigore præstanda, veniat vt res, vel species æstimata prætio, de quo in Cambio; Ideò dum agimus de perficiendo Cambio per solutionem, & sic per præstationem rei, de qua in Cãbio, non esse admittẽdam compẽsationem quantitatis debitæ.

Nam in debito pecuniario, licet quid debea-
23 tur in genere, vel in specie; admittitur compensatio cum quantitate *gl. vendicare & ibi Add. marg. l. cum fundus 31. §. seruum tuum ff. si cert. pet.* Et ratio est manifesta. Quia licet ad diuersos Iuris effectus, & secun-
24 dum formalitatem; discrimen sit inter pecuniã debitam, vt quantitatem, & debitam vt genus; tamen in actu deductæ, & prout veniunt in actum solutionis, sunt prorsus eiusdem efficaciæ; & parum refert exigere debẽti mille duplices Hyspanarum, an eas habeat vt speciem, an verò vt quãtitatem. Vndè cum hæc exceptio introducta sit ad euitandos inanes circuitus, qui in eo consistunt, ne exigatur, quod soluendum erit, ex identitate rationis, & finis, benè etiam in

hoc

hoc caſu procedit compenſatio.

Dicendum tertio. Quicquid ſit de poſſibili, vel de rigore Iuris, de facto multipliciter in Plateis perfici ſolutione contractus Cambiorum, modiſque pluribus, quam ijs, quibus perfici diximus in ferijs, & ſicuti ibi reſtrinximus ſolutiones ad compenſationem, ad nouationem, ad delegationem, & ad numerationem, In Plateis non ſolum modis prædictis, ſed alijs, & quibuſcumque perfici ſolere.

Et ratio eſt: Quia, cum (vt vidimus diſputatione prima quæſtione tertia) Cambia fiãt ad ſupplendas omnes neceſſitates humanæ vitæ, quibus pecunia vſui eſt, vel eſſe poteſt, nihil impedit imputatione, ceſſione, datione in ſolutum, donatione, acceptilatione, emptione, locatione, & prout placitum fuerit creditori ex Cambio, & cui directa eſt remiſſa, beneficium remiſſæ ſibi factæ conferre, cum in illis omnibus, & ſingulis contractibus (dummodo iuſtitia inſit ſecundum ſubſtantiam, & naturam vnuſcuiuſque ex eis) & ex vi illorũ contingat liberatio, etiam nulla interueniente pecunia cum id de Iure liceat conſentiente creditore per ſupradicta.

Et hinc obiter facilis eſt ſolutio Quæſtionis illius, quam ſibi propoſitam teſtatur P. Leonardus Leſſius *de Cambi. dub. 8. ſub nu. 58.* de qua inter rogatũ ſe fuiſſe duodeuiginti annis antequam prædicta dictaret. Caſus erat talis. Quod ad vſum belli Rex Hyſpaniarum remiſerat Antuerpiam coronatorum centum millia; is autem qui ſoluturus erat ſoluebat octoginta duo millia in pecunia; reliqua autem decem octo millia in tot mercibus, puta panno ad vſum ipſorũ militum, ſed quod pannum erat valoris tantũ de duodecim mille. Quod an liceret quæritum fuit.

Reſponſiones per Virum doctum adductas videas penes ipſum, laudato loco, quarum fides ſit penes Auctorem; certè multa habent, quæ penes me, tam in praxi Cambiorum, quam in Iuris diſpoſitione, magnam habent difficultatem, quæ non recenſeo, ne longius recedam ab inſtituto ſermone. Sed per prædicta facilis eſſet reſolutio propoſitæ quæſtionis. Nam ſiuè ponamus Cambium, de quo in quæſtione, cõtractum fuiſſe Antuerpiæ, perficiendum ſolutione in Hyſpania: vt exprimitur in quæſtione (quod vix credo à communiter accidentibus factum fuiſſe) ſiuè, verius, celebratum fuiſſe in Hyſpania, perficiendum Antuerpiæ, ſemper verum eſt dicere; pannum illud ſiuè loco pretij, ſiuè loco rei tradituꝝ, non vti pannum veniſſe in contractu Cambij, quod repugnat ſubſtantiæ huius contractus ex vtraq. parte pecuniarij; vt vidimus diſputatione prima quæſtione vigeſima quarta; ſed media æſtimatione, & apretiatione prius facta certæ, ac determinatæ quantitatis veniſſe in cõtractu Cambij, vti pecuniam; quod fieri poſſe, de conſenſu partium, in pretio probauimus diſputatione prima quæſtione ſecunda, & in re, hac eadem quæſtione & concluſione tertia. Et per conſequens ſi ponamus (prout ponendum eſt in quæſtione propoſita, cum nihil in contrarium dicatur) Cambium illud ſcutorum centum millium verè, & realiter, & iuſto pretio celebratum fuiſſe, nihil proponitur, non obſtante maiori æſtimatione dicti panni, quod influere poſſit in ipſum contractum Cambij, vel illud vlla ex parte labefactare. Verum quidẽ eſt quod difficultas verſatur circa dictam panni æſtimationem, quæ ſiuè contigerit ſubminiſtrando pretium Cambij, ſiuè pecuniam in eo deductam, regulari debet ſecundũ regulas in foro fori præſcriptas, *ad tex. in l. ſecunda C. de reſcind. vendit. c. cum dilect. c. cum cauſa de emp. & vendit.* & certius ſecundum eas, quæ in foro con ſcientiæ ſtatuꝝ ſunt, *quæ de re latè poſt D. Thom. quæſt. 77. art. primo per eundem Leſſ. De emp. & vendit. dubit. 4. per tot.* & ſic ſecundum ea, quæ in vtroq. foro ſancita ſunt circa contractum emptionis, & venditionis; Et cũ in foro conſcientiæ indubitatum ſit (quicquid opinatus fuerit in cõtrarium Io. Gerſonius) venditorem; fraudantem vltra latitudinem, iuſti pretij, licet citrà dimidiam iuſti, teneri ad reſtitutionem, vt poſt D. Thom. teſtatur idem Leſſius vbi ſupra, & ex noſtris poſt alios Doctiſs Cou. *var. reſol. lib. 2. capite 4. nu. 11.* certum eſt in quæſtione propoſita vendentes pannum valoris iuſti 12000. pretio 18000. excedere iuſtum pretium, licet intra dimidiam iuſti, & per conſequens ſiuè damnum illud ſpectaret ad Regios Adminiſtros, ſiuè ad milites concludendum erat exceſſum illum, non lucrum appellandum, ſed furti, & rapinæ genus. Quod factũ tam retroactis temporibus a Mercatoribus Antuerpiæ degen-

tibus

tibus à ſenioribus habuit, paululum quidem immutata forma ab ea, quam refert Leſſius, cui fortè reiueritas non plene aperta fuerat

30 Præſcientes enim mercatores Antuerpiæ degentes, in Hyſpanijs decreuiſſe Regem Catholicum, ingentes quantitates pecuniarum prouidere in Belgio, ad vſum belli, non totas quidem ſimul, ſed per partes quolibet menſe partem; quinimmò de prædictis iam conuentum, & ſtabilitum eſſe inter Regios Adminiſtros, & Tractantes in curia degentes, & ſucceſſiuè certi intra quod tempus ſibi erat mandata illorum ſolutio à ſuis correſpondentibus; interpellati ab Adminiſtratoribus belli, (de quo veriſſimè dictum fuit non ali determinatis alimonijs) vt quàtitatē aliquā earumdem pecuniarum anticipatè ſoluerent, cauſati ſe in promptu non habere pecuniam, offerebant ſolutionē, partim in pecunia, partim in mercib. aucto tamē enormiter harū valore; vndè vltra cābiorū lucra, ingētes quantitates pecuniarū corradebāt; Licet quandoque eorum auaritiā, & rapacitatem vlciſcēte Deo, Rex Catholicus Hyſpaniarum, vel angultijs Ærarij, vel alijs de cauſis perſuaſus, aſſignationes factas Tractantibus, pro partitis cum eo initis, reuocabat, & proterea re nummaria apud omnes conturbata, qui anticipatè ſoluerant, & ſic contra mandata coreſpondentium, nedum lucro, cui inhiauerant, fraudabantur, ſed totius eius, quod ſoluerant iacturam faciebant, nulla ſpe reliqua à qu opiam repetendi

Sed ad inſtitutum ſermonē redeundo, ex prædictis ſatis probatur, ſolutiones Cambiorū, quæ fiunt in plateis, licet deſtinatas ex vi cō tractus ad certum genus pecuniarum, de facto tot modis fieri, quot humanæ ſocietatis exigit vſus; accedente nimirum conſenſu vtriuſque; perfecto iam Cambij negotio per eius duplicationem cum lucro formali, iuxta finem, ad quem dirigitur hæc negotiatio. Nec firmatis concluſionibus obſtant conſiderata in contrarium.

Ad primum reſpondetur illud quidem procedere ex vi contractus. & forma obligationis

31 ſuſceptæ tum ex Cambio, tum ex acceptatione tractę. Et id ipſum eſt, quod fir matum eſt in ſecunda concluſione, non per hoc tamen tollitur, quin poſſit aliter, vt in prima, & de facto multipliciter fieri, vt in tertia, & poſtrema.

Ad ſecundum reſpondetur veriſſimum eſſe, id quod in eo aſſumitur de ratione lucri orie-

32 te intrinſecè ex maiori, vel minori abundātia, & indigentia pecuniarum in Plateis reſpectiuè. Non per hoc tamen tollitur; quin ad menſuram dictæ maioris, vel minoris, abundantiæ, vel exigentiæ, eaque ſeruata, non poſſit Cambium perfici nouatione, ac delegatione, prout in ferijs, vt in prima cōcluſione; regulato tamen pretio Cambiorū, iuxta eamdem abundantiam, ſeu exigentiā, quo caſu non ceſſabit illa ratio lucri, prout nec etiam, ſi fiat ſolutio alijs modis, prout in poſtrema concluſione, quibus ſemper poteſt haberi ratio, prout habetur, de prædicta maiori, ſeu minori abundantia; Nam ſi illi ſcuti mille argenti, ſoluendi ex vi remiſſę factæ Genuā ex Placentia, erunt imputandi, puta, in pretium domus, vel mercium; diuerſimodè fient ad commodum ſoluere debētis, tempore abundantiæ, quam tempore penuriæ pecuniarum, & ſic ſemper ad ratam dictæ penuriæ, vel abundantiæ reſultabit maior, ſeu minor vtilitas reſpectiuè.

Ad tertium reſpondetur, verè pretia Cambiorum variari ex accidentibus, & circumſtantijs, de quibus in argumento. Sed negatur ea verificari non poſſe niſi pecunia realiter intereueniente in ſolutione, qua perficitur Cambium. Satis enim eſt ad prædicta, vt quantitas, quæ formaliter venit in obligatione ſoluendi coreſpondeat prædictis, & volente creditore, in eodem genere fieri debeat ſolutio, vt in ſecunda concluſione. Sed non per hoc tollitur, quin, vt in prima, & in tertia, de conſenſu creditoris aliter atq; aliter nō poſſit fieri ſolutio, eaq; facta, quin Cābium verè dici poſſit, ac debeat perfectum etiam perfectione extrinſeca.

Ad quartum, & quintum reſpondetur: vt plurimum, in Cambijs irregularibus optare ſtipulatorem, ſeu eum cui eſt faciēda ſolutio, pecuniam ipſam ad formam obligationis ac quiſitæ; nil tamen impedit quominus, ſi is, cui facienda eſt ſolutio in plateis de pecunia illa, ea egeret in aliquem alium vſum non poſſit de facto, ſalua ſubſtantia contractus, alio atque alio modo, præterquam in pecunia (illo ſcilicet, qui ſibi forte commodior eſſet) ſolutionem conſequi, ac debitorem liberare, etiam donationem; ex qua nemo ambiget reſultare perfectionem contractus extrinſecam, de qua quærimus. Vt de queſtione panni ad vſum militum, dictum fuit

in tertia conclusione, quæ si iusto pretio fieret, nihil vltèrius esset quærendum.

Ad sextum, & vltimum respondetur, quod si eadem facilitate, & securitate, qua litteræ trãsmittuntur de loco ad locum, transmitti etiã possent pecuniæ, nulli dubiũ, quod cessaret, quarum necessitate Cambij, vt probauimus disputatione prima quæstione tertia, tota etiam ratio lucri in eo, nec etiam posset verificari maior, vel minor abundantia, vel indigentia in hoc, vel in illo loco, cum ita facilis esset transportatio, per quam, facili negotio, exigentiæ responderet copia. Et in hoc sensu quo difficultates, & pericula transportationum, quæ illam impediunt, & Cãbium introduxerunt, & ex eo lucrum, intelligendi sunt Sacri Theologi, dum transportationi tribuunt rationem lucri in Cambio, vt vidimus disputatione prima quæstione octaua. Nõ per hoc tamẽ, licet trasportatio realis non interueniat actu in Cambio celebrato, denegãt lucrum in Cambio, cum sufficiat Lesio, vt ibi vidimus, quod præstet operam æquiualentẽ. Licet igitur nec transportatio realis pecuniæ interueniat, nõ per hoc est denegenda perfectio extrinseca Cãbij per solutionem aliter factam, quam per numerationem. Præstantium cum per creditorem, ita volentem, stet quominus in pecunia exigat, vt probatum fuit in secunda conclusione.

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO XXII.

Qui nam effectus resultẽt ex solutione.

1 *Solutio est facti.*
2 *Liberatio ex solutione iuris est.*
3 *Liberatio ex solutione tum fit, quando fit in rei bonitate conuenta, congruoque loco, & tempore.*
4 *Vnicus actus solutionis plures liberare est aptus.*
5 *Solutionem, quæ fit in bilancys parere liberationem probatur.*
6 *Vna, & eadem solutio liberat à diuersis obligationum causis.*
7 *Liberationi iura fauent.*
8 *Inuitus, & ignarus etiam liberari potest.*
9 *Vna, & eadem solutio contrarios effectus parere non potest.*
10 *Varios autem sic.*
11 *Soluens litteras Cambij habet obligatum non solum datorem litterarum, sed quemcumque alium ad quem tracta spectet.*

VVM in quæstionibus precedẽtibus fusè actũ sit de litteris Cambij ordinatis ad Cambij perfectionem, quid sui licet cõtineant, seu cõtinere possint, & qui nã iuris effectus resultẽt ex receptione, ex præsẽtatione, & ex acceptatione earumdem; etiã cum diuersimine personarum, à quibus prædicta fieri contingunt, actumque denique sit quot, & quibus, modis ipsa solutio contingat tam in feriis quam in plateis, qui est vltimus scopus presentis secundæ disputationis. Videtur reliquum pro totius rei complemento, disserere, quinam effectus ex ipsa solutione resultent.

Et sanè licet solutio in facto consistat, *l. consilio* 1 *S. final, & ibi gl. fin. ff. de curat. fur.* & indè meritò quomodo fiat prius diximus, liberatio tamen, quæ ex solutione contingit, *l. solutionis 54. ff. de solutio. l. solutionis 176. ff. de verb. oblig.* Iuris esse dicitur. *Gl. & ibi* 2 *DD. omnes in rub. de solut.* & tunc indubitãter consequitur, quando solutio fit in rei bonitate conuenta, congruoque loco, & tempore. *Inst. de obligat. in princ. & ibi Gl. vel. 6. fecundum & Inst. quibus mod. toll. oblig. in prin.* 3

Propterea cum solutiones Cambiorum, illę præsertim, quæ fiunt in feriis, fiant in festis marcarum optimæ probitatis, vt prouinus quæst. decima octaua, & ipsemet dic, & loco destinatæ solutionis, nulla ratione, aut protextu potest eis derogari effectus nobi-

nobiliſſimus ruris, qua lis eſt liberatio, non ſolum eius qui ipſam facit ſolutionem, ſed etiam aliorum, qui fortaſſe ex eodem Cambio eſſent obligati. Cum certum in iure ſit; vnicum actum ſolutionis plures liberare, 4 *l. ſi debitori, & ibi Gl. ſecunda ff. de fideiuſſor.* & in terminis ſolutionum, 5 quæ fiunt in bilancijs, modo explicato, eſt textus *in l. cum inſſu. 64. ff. de ſolution.* vbi eadem ſolutio nedum liberat ſoluentem a creditore, ſed etiam ſoluentis creditorem 6 a ſuo creditore, quinimmò vna, eademq; ſolutio referrur, ac etiam liberat a diuerſis obligationum cauſis, *l. cum quis ſibi 38. §. de peculio. l. in numerationibus 44. ff. de ſolution.* & conſequenter ſoluentem Cambiū licet obligarum ex Cambio ad ipſum ſpectante ratione proprietatis; ſed etiam & ratione curæ, & ſollicitudinis, quatenus tractam acceptauiſſet. Nec mirum, cum 7 iura maximè faueant liberationibus, *l. cius qui in prouncia verb. neq. enim ff. ſi cert.* 8 *pet.* in tantum, vt quis etiam ignotus, & inuitus poſſit liberari *l. ſi fichum. §. fin. de nouat. l. ſolutionum 22. ff. de ſolution.* Nihilominus licet veriſſimum ſit vnam, eamdemq; ſolutionem contrarios effectus non parere, *l. qui hominem 34. §. qui perpetua. & ibi Gl. verb. liberabitur ff. de ſolutio l. cum is §. primo ff. de condit. indebit. gl. fin. in l. fin. ff. de tributor. actio.* poterit tamen parere effectus varios, licet non contrarios 9 *l. in numerationibus, & ibi Bart. & Doctores ff. de ſolutio*, & per conſequens; licet 10 ille, qui ſoluit litteras Cambij, pariat ſibi, & quibuslibet ex eodem Cambio obligatis, ſummam ſecuritatem, & pleniſſimam liberationem, tamem quotieſcumque tracta illa, cuius vigore ſoluit, ad ipſum minè ſpectat ratione proprietatis, & intereſſe ſed tārū ratione curæ, & ſollicitudinis, modo explicito ſupra hac eadem diſput. quæſt. ſexta; haud dubie ſoluens litteras cambij, ex actu dictæ ſolutionis habebit obligatū, nedum datorē litterarum, ſed quemcumq. etiam, ad quem tracta prædicta ſpectauc- 11 rit; & id quidem actione mandati, vel contra, vel actione negotiorum geſtorum, vel vtraque inſimul, reſpectiuè, ad diuerſitatem perſonarum, prout contingit prædicta fieri, quæ petenda ſunt ex dicta quæſt. ſexta, cum ſequentibus & eis, quæ pleno exámo ibi diſputaui, quæ hic, licet opportunè, ſuperfluè tamen hanc quæſtionem extenderent.

Cuius ſolutio paucis verbis abſoluitur per ſolutionem impleri quidem, & perfici contractum Cambij, per liberationem ab obligationibus quibuſcumque vigore huius nobiliſſimi contractus ſuſceptæ; Nihil tamen impedire; quominus in factorum contingentia ex eadem ſolutione plures, ac plures aliæ obligationes oriantur.

Et ex his videri poteſt abſoluta hæc ſecunda diſputatio de Cambij perfectione. Veruntamē pro pleniori diſcuſſione eiuſdem; cōſilium erat plures alias quæſtiones contingibiles inſtituere, valdè dubitabiles, circa ſolutiones Cambiorum, quatenus illud perficiunt, eaſq. accommodare celebrioribus traditionibus Maiorum noſtrorum, pro illarum veritate indaganda, & præcipuè duobus ſtatutis noſtris Genuenſibus lib. 4. capite 13. & 14. vbi de cambijs, & compenſationibus agitur, Qua in re operæ pretium nē factūrum putabam pluribus inſiſtere, tum ad magis, ac magis aperiendam ſubſtantiam huius cōtractus, ſimul cum eis, quæ ad eius perfectionem ſpectant, ſolutionem videlicet, tūm etiam ad aperiendū quomodo intelligi debeant ſtatura prædicta; ſed aliis curis diſtrīctus & ad finē operis tendēs, omittere neceſſe habui, eo facilius, quo certius non eſſe neceſſaria ad exactam cognitionem rei de qua agimus. Vt autem lector aliquem fructum huius conſilij percipiat, ſatis habeat dicta, duo ſtatuta ad litteram exarata habere; & ſic cuius, contingat, eis, ſi me audit, ſecurè vtatur in deciſionibus cauſarū. Licet enim aliqua habeant, quæ, in iuris rigore, poſſēt diuerſimodè definiri; ſciat tamen, has deciſiones æquitate ſuperare omnem rigorē 1 Iuris, quæ æquitas in foro mercatorio, & in contractu bonæ fidei, omninò eſt præferenda; vt videmus in prima diput. quæſt. duodecima;

2 Duo præterea reſponſa celeberrima, in eodem propoſito, duorum celeberrimorum Iuris interpretum; ad normam prædictam examinata, & pro tenuitate mea, exornata hinc proxinè ad effectum prædictum dabo. Quæ etiam, tamquam interpellantia methodum inſtituram, per me poterit prudens lector omittere, & ad tertiam & poſtremam diſputationem cognoſcendam accedere. Certè vel omninò erant omittenda, vel nullo commodius loco collocari poterant; cum omnia circa Cambiū ſimplex,

cuiuſq.

eiuſque perfectionem, quæ in ſolutione conſiſtit, verſentur. De Cambio verò dupliciter, ſeu duplicato, de quo nobis agendum eſt in tertia diſputatione, nullum ne verbũ quidem, Vtcumque ſit Beneuole Lector quę ſequuntur vſque ad finem huius ſecundæ diſputationis bene conſule, & vtere, vt libet.

De Compenſationibus. Cap. XIIII.

Si quis erit, ſeu remanſerit creditor alicuius, vel occaſione cãbiorum, vel alia quauis, & è contra erit, ſeu remãſerit debitor eiuſdem, & hæc ſiue in diem, ſiue purè, & tãpro ſe ipſis reſpectiuè, quàm pro alijs, ſiue pro cõputo aliorum, & aliquis ipſorum creditoris, aut debitoris eſſitiatur non ſoluendo, qui ſic debitor, & creditor remanſerit, præferatur omnibus in compenſatione, & retentione pro concurrenti quantitate, teneatur tamen quando eſſet creditor non ſolum pro ſe, ſed pro computo alterius, ſeu aliorum diſtribuere ad ratam omne id, quod compenſaſſet, ſeu retinuiſſet.

Verùm ſi in litteris cãbÿ, appocis, aut alijs ſcripturis peruentis ad notitiam partis tempore contractus, vel negotiationis, aut ſaltem ante rupturam per dies quindecim appareret cui, vel quibus pecunia, ſiue proceſſus mercium, vel aliarum rerum ſpectarent, & ita etiam fuiſſet ſcriptum, & annotatum in libro illius qui dictam aſsignationem feciſſet, vel dictũ eſſet de conſenſu partium, quod pecuniæ, ſeu pretiũ ipſum deberet ſolui alicui alij, dictis caſibus, & quolibet eorũ, ius, & facultas exigendi, compenſandi, & retinendi competat primo illi, ad cuius fauorem fuiſſet eo modo decluratum.

Quæ quidem locum habeant, quando inter prædictos poteſt eſſe locus compenſationi: nam alioqui ius, & actio exigendi competat illi, cui verè pecunie data a cambio, ſeu merces, aut bona ſpectabant, non obſtante quod non eſſet nominatus in litteris cambÿ: ſeu appoca, vel contractu venditionis, ſeu alienationis mercium, aut bonorum poſt quam nomina talium debitorum erant, ſeu ſtabant eius riſico, & periculo.

Verùm quia prædicta comprehendunt etiã creditorem in diem, qui voluerit ſicut ſupra cõpenſare, vel retinere, teneatur deducere, ſeu reficere beneficia, ſeu lucra, vel intereſſe ad ratam temporis, & quantitatis ad rationem cambiorum realium.

Si quis vt puta Babilanus dederit Neapolioni aliquam quantitatem pecuniarum ad cambium, & creditum dicti cambÿ ſpectaret Andaloni, & non Bricio, cui directa fuiſſet remiſſa, & Andalo cui ſpectaret creditum fieret non ſoluendo ante acceptationem, & ſolutionem, Bricius non poſſit remiſſam exigere, poſsit tamen, & teneatur proteſtationem facere, & exactio ſpectet Babilano, qui ſi remã ſiſſet creditor ſiue pro ſe, ſiue pro computo aliorum dicti Andalonis, poſsit retinere, & compenſare vt ſupra pro concurrenti quantitate: ſi vero non eſſet creditor, & pro reſiduo retenti, & compenſati exactio ſpectet creditoribus Andalonis, ſeu eorum deputatis, & nihilominus ſi in litteris cambÿ fuiſſet expreſſum, quod dicta remiſſa ſpectat Andaloni, poſsit Neapolio ſi eſſet creditor dicti Andalonis, ante omnes retinere, & compenſare vt ſupra pro concurrenti quantitate eius, de quo eſſet creditor ſiue pro ſe, ſiue pro computo aliorum, ita tamen quod teneatur repartire, & diſtribuere ad ratam vt ſupra, ſed ſi dictus Neapolio non eſſet creditor Andalonis, tunc exactio, & compenſatio competat Babilano in omnibus vt ſupra dictum fuit.

Qui voluerit cambia, ſeu tractas ſibi factas ſoluere ſupra propteſtum ad hoc, vt retineat obligatum eum, qui traxit, ſeu qui mandauit pecunias, ſeu cambium ſolui, teneatur in illis locis, in quibus ſolutiones cambiorum habent ſua tempora præfixa, facere declarationem in actis notarÿ coram teſtibus infra horas viginti quatuor poſt præſentationem literarum cambÿ, ſicuti acceptat talẽ tractam ſupra propteſtũ cui declarationi interueniat le, qui litteras præſentaſſet, & ſic in actis eiuſdem propteſtationis conſtare debeat, aliquin intelligatur acceptaſſe dictam tractã liberè, & habeatur perinde ac ſi propteſtatio aliqua facta non fuiſſet, nõ obſtante alia quauis iuſtificatione, quæ forſan facta reperiretur ſuper ipſis litteris, vel aliter, & vltra prædicta teneatur etiam in ſolutione denuò propteſtari modo prædicto, alioquin intelligatur acce-

præſse, & ſoluiſſe liberè non obſtãte prima pro teſtatione, & quacunque iuſtificatione vt ſupra dictum fuit, & ſi ſolutio eſſet faciendæ ſibi ipſi debeat fieri tempore debito, aliter nõ ſeruiat ad retinendum obligatum trahentẽ, in ſeriis autem ordinariis, in quibus eſt limitatus terminus acceptationum ſufficiat, quo ad dictum effectum retinendi obligatum trahentem, facere proteſtationem, cum interuẽtu præſentantis litteras, & in omnibus vt ſupra in acceptationibus ordinariis dictarum feriarum, & quando tracta, & remiſſa eſt facta vni ſoli, ſeu ſibi ipſi loco interuentus præſentantis litteras, teneatur volens ſoluere ſuper proteſtum, notam facere de eo apud publicum notarium interuenientibus duobus teſtibus, alioquin tracta intelligatur, & ſit acceptata, & ſoluta liberè, & abſque retentione obligationis trahentis.

Præterea voleus ſoluere ſuper proteſtum, & retinere obligatum trahentem vt ſupra, teneatur vltra prædicta debitum mittere, ſeu trahere apto, & ſolito tempore ſoluendum illi, qui tractam feciſſet ad eundem locum, à quo tracta proceſſiſſet, alioquin proteſtatio etiam legitimè facta intelligatur nulla, & ſolutio habeatur liberè facta, ſaluo iuſto impedimento, & ſaluo quod ſi ille, qui feciſſet tractam dediſſet aliquem ordinem, poſſit ille ordo ſeruari, & ſufficiat eum fuiſſe ſeruatum.

Sed ſi tale debitum, ſeu tracta veniret è loco, pro quo non eſſet ſolitum in loco ſolutionis cãbiari, vel tunc non reperiretur qui vel cambio dare, poſſit ſic ſoluens dictis caſibus, & eorum quolibet, ſibi prouidere ex loco propinquiori illi, vnde proceſſiſſet tracta, pro quo reperiretur, dummodo conſtet ſaltem per relationẽ duorũ cẽſariorũ cũ iuramento ſi aderãt, alias duorũ mercatorũ etiã cũ iuramento non fuiſſe repertum Cambium ſeu non potuiſſe cambiare prter ordinarijs, ſiue conuenientibus pro dicto loco, a quo proceſſerat tracta, & tali caſu teneatur de ea notitiam dare illi, qui tractam feciſſet, ſeu litteras ſcripſiſſet, & quatenus ſicut ſupra ſoluens prædicta non obſeruaret, proteſtatio etiam vt ſupra facta ſit nulla, & ſolutio intelligatur liberè facta.

Si tracta ſoluenda erit ſuper proteſtu, actio ſoluendi cõpetat primo loco illi, qui debet cãbium recipere, deinde illi, cui facta eſt tracta, non poſſit tamen recipere debens cambium, excludere debentem ſoluere, poſtquã conſenſiſſet acceptationi ſuper proteſtu facta per eum, cui facta eſſet tracta, & ſi nõlet conſentire dicta acceptationi ſuper proteſtu, habeatur ac ſi ipſemet acceptaſſet ſuper proteſtu, & teneatur ſoluere, ſi verò alter ipſorum, vel quicumque alius vellet ſoluere ſuper proteſtu, alter verò liberè, præferatur ille, qui liberè ſoluere vellet.

Et ſi quis faceret tractas, & daret ordinem quod ſuæ pecuniæ ſiue effectus ſeruirent pro dictis tractis, teneatur ille, qui recipiet, & acceptabit litteras, ordinem illum obſeruare, etiam ſi acceptaſſet litteras ſuper proteſtu, nec poſſit pecunias, & effectus prædictos ſeruiri facere ad alias cauſas, vel in alium vſũ, niſi iuxta dictum ordinem, dum tamen non veniſſet prius notitia de ruptura, aut inſeruus dicetur, idem quoque ſeruari debeat quando eidem facta fuerint tractæ, & remiſſæ.

Præſcendentes retinuiſſe obligationem illius, qui traxiſſet debitum, ſeu tractam feciſſet pro computo alterius, cum faculate ſibi prouidẽdi ex quouis loco, & perſona, cũ ordine, quod poſſit retinere obligationem, tenentur de tali intentione, & voluntate ſua, ac retentione obligationis, facere declarationẽ in actis notarij publici, & illud etiam ſignificare illi cuius obligationem retinere intendunt, ſed quia difficile eſſet huiuſmodi ſignificationẽ ſeu notitiam oſtendere, ſufficiat pro plena probatione iuramentum illius, qui debebat cã dare, iuramitis eam dediſſe, niſi contrarium probaretur.

Nemo poſſit in aliquo loco ſoluere aliquam petitam, vel aliquod debitum pro computo cuiuſuis poſt habitam notitiam, & ſeu poſt publicam vocem, famam in eo loco, ad quem fuerit tale debitum dirẽctum, quod ille qui miſit debitum, ſeu cui ſpectat tracta, eſſet, ſeu remanſiſſet ruptus, ſaluo niſi prius realiter, & bona fide talis partita fuiſſet iam acceptata ante dictam notitiam, ſeu famam, quo caſu ſoluto poſſit fieri modo, quo fuit acceptata, aliter & ſecus faciendo, ſolutio ipſa cedat damno, & intereſſe ſoluentis, & non in præiudicium alicuius, qui poſſet prætendere intereſſe ratione ſolutionis, quæ fieret cõtra prohibitionem prædictam.

Quando aliquis pro honore litterarum ſoluit ſuper proteſtu tractam aliquam, quæ ipſi directa non ſit, dummodo obſeruet ea, quæ ordinata fuerũt circa ſolutiones ſuper proteſtu, habeat obligatũ illũ, qui litteras, ſeu tractã fecit, niſi per aliquẽ mercatorẽ, qui haberet mandatum inhibendi, ſeu proteſtandi vt ſupra fuiſſet facta oppoſitio, intimatio, ſeu

seu propteſtatio,ne fieret ſolutio talis tractæ ſeu debiti , quia talis caſu ſoluens non poſſit habere ius,nec regreſſum contra eum, qui tractam,ſeu tractas fecit.

Si antequam haberetur certa notitia de decoctione,ſeu ruptura alicuius fierent propteſtationes contra eius litteras,& ſeu (vt aiunt) currerent propteſtationes , & aliquis vellet ſolucre tractam,ſeu debitum illius ſiue liberè,ſiue ſuper propteſtu,teneatur volès ſoluere in primis,& ante omnia acceptare,& ſoluere tractas ſibi directas aquis portionibus,ſeu ad ratã pro concurrenti quantitate crediti exiſtentis penes ipſum ,ſiue ad eius diſpoſitionem, reſpectu tractarum ſibi factarum ab illo à quo haberet ordinẽ pro ſolutione,niſi aliter per eũ,ad quẽ ſpectarẽt tractæ,ſiue qui eas feciſſet ordinatũ,ſeu mandatũ eſſet, & qui ſoluerit aliter, non ſolutis prius tractis ſibi directis vt ſupra,teneatur ſoluere,& remaneat obligatus habentibus intereſſe ſummas , ſeu tractas,qua ſibi fuiſſent directa pro concurrenti quantitate crediti,ſeu effectuum, qui eſſent penes ipſum,ſeu ad eius diſpoſitionem tempore dictarum tractarum aquis portionibus , vel pro vt fuiſſet ordinatum per illum qui tractas feciſſes.

Si quis mercator efficiatur non ſoluendo in aliqua mũdi parte,ſiue ſocietas in quauis feria ſeu termino ſolutionum,qui iam capiſſet ſoluere,& exigere ſeu cõtraponere vel(vt aiũt) ſcontrare per dies tres ad minus,vel vbi breuiori tempore durant ſolutiones per totum tempus,ſe caſu quicquid iam fuiſſet,vt ſupra eum quouis contrapoſitum,ſeu ſcontratum,ſit firmum , & validum , & ſimiliter partita, quas debebat ſibi ſoluere,& à ſe ipſo exigere habeantur pro ſolutis , & exactis legitimè, perinde ac ſi nulla fuiſſet ſecuta ruptura. Declarato tamen quod reſpectu locorum in quibus ſolutiones fieri ſolent in bancis quantum ad partitas inter tertios non cenſeantur ſolutæ,niſi fuerint in bancis ſcripturæ ,quãtum vero ad partitas ſoluendas ſibi ipſi ſeruari debeat in omnibus , vt ſupra dictum fuit.

Si merces,res.cambia,credita,aut aliquid aliud fuerit trãſmiſſum alicui,per aliquẽ,ſiue ſuo nomine ſimpliciter, ſiue ex parte,& mittens efficereatur ruptus,mãdatarius pro eo,de quo verè fuerit creditor mittentis,poſſit retinere,& compenſare pro concurrenti quantitate non obſtante quod dictæ res,& alia ſpectarẽt aliys , & non mittenti quatenus verò ille, ad quem ſpectarent efficeretur ruptus,mittens poſſit pro eo,de quo remaneret creditor dicti rupti compenſare pro concurrenti quãtitate,non obſtante quod eorum poſſeſſio eſſet translata in mandatarium,& ſic vt ſupra re ſpectiue præferantur in dictis mercibus , & aliys,& etiam in eorum proceſſu , & in debitoribus ab eis cauſatis.

Dans mandatum, vel ordinem occaſione aliquarum mercium,ſeu rerum mobilium, aut faciens appocam onerationis dictarum mercium, vel rerum,ad hoc,vt de eis ſeruetur voluntas alicuius,ſeu de eis fiat conſignatio alicui in quouis loco , poſsit non obſtante quod datum fuerit mandatum,ſeu ordo,vel facta appoca, variare mandatum ordinem, & appocam,dũmodo id faciat antequam res , & merces ipſæ fuerint exonerata in terram nomine mandatarÿ,ſiue de eis facta fuerit manifeſtatio in dugana,ſeu cabellis nomine dicti mandatarÿ,quæ habeant etiam locum in mandatis, & ordinibus pecuniarum , & remiſſarum ,dũmodo,mutatio , & variatio fiat tempore congruo , & antequam mandatarius ſuſceperit aliquam obligationem,ſeu onus ſub ſpe exigendi dictas pecunias ſeu remiſſas , & hæc intelligantur ſine praiudicio iurium illius ad cuius eo:umodum fuiſſet datum primum mandatum,ſeu datus ordo primo loco,vel appoca generationis facta contra eum,qui ſic variaſſet,ſeu mutaſſet,& pariter ſine praiudicio iurium illius,cui fuerat datus talis ordo primo loco,ſeu mandatum pro ſua cautione.

Si quis vt puta Paganus ex aliquo loco remittat Brancaleoni in alium locum ſummã pecuniarum,pro computo ipſius Brancaleonis,per litteras Ibleti trahentis dictam ſummam in Bendinello , & dictæ litteræ fuerint debitis loco,& tempore iuxta morem locorum acceptata per Bendinellum, & ante tempus ſolutionis,Brancaleo efficeretur ruptus , & tam Paganus,quam Bendinellus eſſent creditores dicti Brancaleonis, Bendinellus præferatur in retinendo , & compenſando pro concurrenti quantitate , niſi Ibletus eſſet creditor eiuſdemmet remiſſæ,ſeu cambÿ,ſiue quia forte fuiſſet factum Cambium duplex , & non fuiſſet completum,& ſoluta debitum tractum , ſeu miſſum contra creditum dicti cambÿ,ſiue quia nõ potuiſſet dictus Ibletus exigere id id,quod fuiſſet aſſignatũ p ſatisfactione dicti cãbÿ ſeu remiſſæ, quia dictis caſib,& quolibet eorũ ius exigẽdi cõpetat primo loco dicto Ibleto exinde verò ius cõpẽdi

& exigendi competat creditoribus ſeu deputatis dicti Brancaleonis, vbi verò creditum, ſeu remiſſa non ſpectaret in effectu dicto Brancaleoni, ſed alteri, vt puta Ingoni; exactio tunc non dictis creditoribus, ſeu deputatis; ſed dicto Ingoni ſpectet, qui ſi efficeretur ruptus, & dictus Brancaleo eſſet eius creditor, ius, & actio exigendi, & compenſandi pro concurrenti quantitate ſpectet dicto Brancaleoni.

Si vnus habet, vel expendit nomen in pluribus locis, ſiue in ſocietatibus aut rationibus cum alijs, ſiue ſeparatim ſub ſuo nomine, etiam quod in eius negotijs, ſeu tempore rationis haberet alios participes, & contingat quod ipſe, vel aliqua ex ſocietatibus, inquibus eius nomen expeditur, vel omnes ipſi efficiantur non ſoluendo, & remanſerit debitor alicui, qui ſit debitor alicuius ex ſocietatibus, ſeu rationibus, in quibus ille nomen habet, non poſſit dictus creditor, & debitor reſpectiuè vti ſupra compenſare, neque vti aliqua retentione in præiudicium illius nominis, ſeu ſocietatis, cuius eſſet debitor, niſi prius fuerit ſatisfactum omnibus creditoribus dictæ ſocietatis, cuius nominis, & de omni eo, de quo factus non ſoluendo remanſiſſet debitor, quibus ſatisfactis liceat ipſi compenſare, & retinere pro concurrenti quantitate, & pro rata tantum ſpectante ſuo debitori in dicta ſocietate, ſeu nomine, non tamen propter hoc impediatur quin contra eum procedi poſſit executiuè ſecundum formam ſtatutorum.

In illis caſibus in quibus facultas, ſeu ius retinendi, vel compenſandi competit alicui ſocietati, ſiue omnibus ſocijs, competat etiam cuiuis ſociorum, ſeu participum pro rata ſuæ participationis.

Si quis vt puta Accellinus ex vno loco remiſſam fecerit Anſaldo in alium locum pro computo Carrotij, & ſimiliter fecerit eidem Anſaldo tractam pro Cattaneo, & de prædictis ipſe Accellinus fecerit notam, ſeu ſcripturam in libris ſuis, etiam ſi ſcripſerit tàm dicto Carrotio, quàm dicto Cattaneo, & cõtingat quod dictus Accellinus efficiatur ruptus antequàm eſſet ſit dies ſolutionis, & tempore maturationis debiti fuerit publica notitia de dicta ruptura, tali caſu cambium ſit nullum, & actiones, ſeu computa dictorum Cattanei, & Carrotij cum dicto Accellino reſtent prout erant ante dictum cambium, neq. dicto Cattaneo competat aliqua actio contra ipſum Carrotium, non obſtante quod Accellinus feciſſet tractam, & remiſſam modo prædicto tempore quo id facere poterat. Verum ſi litteræ fuerunt debito tempore traditæ, & in termino ſolutionum non fuerit publicè habita notitia de ruptura Accellini, intelligatur cambium, ſeu tractæ, & remiſſæ ſuum ſortiri effectum, non obſtante quod poſtmodum detegeretur talis ruptura Accellini, idem quoque diſpoſitum cenſeatur quando litteræ fuerint acceptatæ ante habitam notitiam publicè de ruptura dicti Accellini.

De Cambijs.

Cap. XV.

SI cambium aliquod eſſet ſoluendum, & non acceptaretur, vel nõ ſolueretur, teneatur creditor, ſeu ille, cui cambium ſoluẽdum eſſet proteſtari intrà dies triginta à die ſolutionis faciendæ, aliter remaneat obligatus pro ipſo cambio, & pro intereſſibus uſque ad integram ſolutionem, etiam ſi ille, qui ſoluere debebat non teneretur, & habeat locum præſens diſpoſitio etiam in cambijs factis extrà Dominium, & in cambijs inter Genuenſes, & extrancos.

Prohibitum ſit cuicunque proteſtari litteras cambij, niſi prius mandato Magiſtratus factum fuerit præceptũ illi, qui ſoluere debet quatenus intra horas viginti quatuor ſoluere debeat, & ipſis horis tranſactis poſſint fieri proteſtationes, & huiuſmodi præcepta exequantur perſonaliter, & eis non repertis, exequantur ad domum, & reſpectu non habentium domos exequantur Genuæ ad vnam ex columnis bancorum, & alibi ad locum ſolitum, & non retardetur proteſtatio etiam ſi verbo, vel ſcripto fieret aliqua reſponſio, & exceptio, ſed omnis reſponſio, & exceptio habeatur pro veietã, niſi fieret vera ſolutio, vel ſatisfactio in contentamento debentis recipere cambium.

Salua ſemper diſpoſitione legum, feriarum, & ordinium, ac decretorum, ſeu conſtitutionum ſuper cambijs factarum, & faciendarum, quibus in aliquo non ſit derogatum.

DISPVTATIO II.

QVÆSTIO XXIII.

Quid ſentiendum de Baldi doctrina de qua in conſilio 348. vol. primo.

Cuius conſtenor eſt vt infra.

IN CHRISTI NOMINE facta fuerunt per Bŏromeum de Bonromeis littera tenoris infraſcripti, videlicet pagati per queſta prima lettera a di 9. de Ottobr. a Luca de Goro lib. 45 ſono per la valuta qui da Maſio rena al tempo, li pagati, & ponits a mio conto e R. che Chriſto ve guarde Bonromeo de Bonromei ſalut. de Milano a di 9. de Marzo 1328. a tergo Alexãdro di Bŏromei, e Dominico de Andrea inuenerim prima de lib. 45.

1 Hæc ſcriptura plures habet partes: Prima pars cõtinet mandatũ, & cui dirigitur ideſt nomẽ ſcribentis, & eius, cui ſcribitur, tenorem mãdati, ſeu fines mandati, & iſta patent per hæc verba pagati per queſta prima littera a di 9. de Ottobr. a Luca de Goro libre 45. de groſſi, & durat iſta prima pars uſque ibi, cioè ſequitur ſecunda pars in qua declarat cauſã mandati ibi, dum dicit cioè libre 45 ſono per la valuta, & ſequitur cõtext. quod non poteſt ſeparari, nec diuidi per la valuta, deinde ſequitur tertia pars litterarum ibi, al tempo li pagati quarta pars litterarum ibi e ponits a mio conto. Modo non eſt dubium, quod iſta eſt epiſtolaris ſcriptura, quia continet ea quæ ſunt epiſtolaris ſcriptura, quia continet ea quæ ſunt epiſtolaris: ſcilicet a tergo cui ſcribitur, intus autem quis ſcribit, & quid mandat amicus amico. Item iſta littera ſonant quoddam commercium, primo inter Maſiolum renam, & Bonromeum, & hoc eſt præſens commercii quod numeratione conſtetur. Secũdo cõtinet futurum commercium inter Bonromeum, & Alexandrum, & inter quos Bonromeum, & Alexandrum, &c. tũc contrahetur negotium cum acceptabitur. & conſumabitur mandatũ quia verba futuri temporis conditionẽ ſignificant, vt ff. de legat, 1. ſi chium qui mens erit. Et ſi iſta conditio quomodocumque deficit etiam per caſum fortuitum, non contrahitur obligatio, vt ff. de verb. ſignif. cedere diem.

Dicitur modo oportet tria videre: Primo an numeratio facta Bŏromeo per Maſiolũ renẽ inducat aliquem contractum inter Maſiolum, & Bonromeum, & videtur, quod non, quia nõ eſt actum inter eos, quod Bonromeus teneatur ad aliquid, niſi ad ſcribendum litteras mandati, ſcilicet cum effectu vt acceptentur & earũ vigore ſoluatur Luca in litteris nominato, quibus explicitis Bonromeus in nullam incidit obligationem dicto Maſiolo, quia totus vigor huius commercij, & totus tenor directus eſt in dictum Lucam, Et arguo ſic. Hoc potuit fieri in mutuo, & depoſito ff. ſi certum petat. l. certi conditio §. ſi nummos, ff. depoſiti l. publia in prin, nec habet locum panitentia, ſeu variatio, vel receſſus a forma primeua, nec in ſubſtantialibus, nec accidentalibus contractus, quia eſt contractus nominatus, vt l. 1. de rerum permutatione: immo plus, quia ſi iſti eſſent aſſueti ad ſolutionem gratia vtriuſque, partis non haberet locum panitentia, vnde non poſſet numerans panitere, vt ff. de ſolutionibus, l. aliud, & arguẽtum ff. de verborum obligatio. l. qui Roma. in princ. & eſt expreſſum ff. de pactis l. ſi cũ fundum, nec obſtat, quod interuenerit numeratio, quia non omnis numeratio cum qui acceperit, obligat, ſed ſolũ prout actũ eſt inter cõtrahẽtes, vt l. nõ omnis ff. ſi cert. pet, & ſi dicatur, iſtud fuit depoſitũ, ergo habet locũ panitentia. Reſpõdeo. Iſtud non fuit depoſitum, ſed cambium vulgo dictum, in quo vertitur principaliter vilitas vtriuſque partis, quæ non debet factum vnius auferre alteri, nec obſtant proteſtationes contraria, quæ ſunt contra vim, & auctoritatem cõtractus ff. de conſtituta pecunia l. vnde falſa. aliàs ſequeretur, quod Bonromeo poſſet auferri queſtus cãbij ſola volũtate aduerſary, quod eſt falſum. ff. de negocijs geſtis, l. Pomponius, nec poteſt dici quod Bonromeus locupletetur in aliquo cum ſuſcipiens mandatum habeat pecuniam paratam ſolutioni, quam offert, vnde pro ſoluente habetur, vt C. de vſuris &c. Item fit notatio rei interuentu, & vna obligatio, egreditur, & enellitur de corpore alterius, vt notatur ff. ſi cert. petatur. & ſingularia ff. mãdati, & qui negocia, nec aduenit ejus, cuius pertinẽt ad contractũs conſummatos. vt C. ſi cert. pet. l. incendium. & not. ff. locati in haue Sanctelli

Con-

Conſidera interdum pecunia remaneret penes recipientem ſine cauſa, & hoc eſſet iniquũ & ideo tunc pecunia deberet cedi numeranti ex illa, vt ita dixerim, diuina, & nobili aquitate de qua habetur ff. ſi cert. pet. l. ſi me, & Tittum, qua lex tãquam ſpeculum debet eſſe ante oculos mercatorum, & ideo vbi poſt numerationẽ nihil ſequitur, debet reſtitui acceptum. Fallit in donatione, ſed vbi in aliud transfertur, non debet reddi niſi ex defectu cauſa finalis puta ſi ille cui ſcribitur in materia noſtra declinare mandatum, vel ſolutionem, quia declinando mandatum non contrahitur mandatum, & declinando ſolutionem, licet acceptet mandatum, pecunia nõ eſt parata ſolutioni, vnde non fit nouatio, vt egregie no. Bar. & ego poſt eum in d. l. ſingularia. Amplius ſecundum eſt quod cãpſor aliquando dat pro ſoluto, aliquãdo pro ſoluendo, nam ſi actum eſt, vt facta promiſſione per campſorem intelligatur vetus obligatio ſublata, & noua ſubrogata, ſtandum eſt pactoſi autẽ nihil agitur de liberatione, ſed ſolum de obligatione nouæ perſonæ, tunc durat actio prima, vt no. Ba. ff. de nouationibus. l. ſi debitorem ſcilicet ſi ſtatum eſt in finibus promiſſionis, non interpoſito contractu tranſlatiue, & mutatine ſcripturarum ff. de prætorij ſtipulationibus, l. penul. iſtæ promiſſiones campſorum ſunt ſicut ſententiæ liquidatæ men per eas non intelligitur ſatisfactum cũ duret actio, & ſubſit at debitum ff. de fundo inſtr. l. nepoti C. de conf. ſiis l. 1. per Cyn. tamen ſi campſor offerat a principio, vel poſſea puta, quod ſufficiat, quod pecunia ſit parata ſolutioni ex interuallo quo adhoc, vt fiat qua ſi innouatio, primus debitor liberatur ſaltem ope exceptionis, vt not. ff. de nouationibus l. declegare ff. de pign. actio, l. ſolutum §. ſatisfactum ff. mandati inter cauſas §. abeſſe nunc ad propoſitam quæſtionem de Bonromeo nam ſi quidem litteræ ſuæ formaliter ſeruãtur cum effectu, non poteſt conueniri, & repentini caſus iniquitas, vel ceſſantium dolus ei nocet, qui in culpa non fuit, ſed ſi litteræ non ponerentur in executione, tunc retro deberet, quod accepit, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus, vt l. cum quis ff. & l. ſi extraneus ff. de conditione ob cauſam.

Sed quid ecce dictus Maſiolus vult quod Bonromeus tranſmittat ſibi litteras vt ibi Bonromeus ſcripſit Alexandro & ſocio ſeribant ponamus Seio mercatori, quia dicit quod Alexander & ſocius non ſunt boni promiſſores cum ſint ſocij falliti, vnde ſi ſoluerent alij creditores poſſent reuocare, pro rata, & ſi cum effectu non eſſet ſatisfactum, vnde non poteſt dici pecunia parata ſolutioni cum ſit ſubiecta euictioni vt ff. de exceptione doli l. pater §. ex quadrante, ſed Bonromeus reſpondet & dicit tu numerator non es nominatus in litteris vt creditor ſed magis procurator receptoris cui litteræ ſcribuntur, ergo tibi non competit agere nã nullo iure agis: quia ſine actione nemo experitur vt ff. de negocijs geſtis l. ſi pupilli §. videamus, non enim omnis nominatus in inſtrumento agit ex inſtrumento ſed ille demum in quem dirigitur creditum vt ff. de verborum obligatione l. Iulianus §. 1. ff. de ſolutionibus l. verus procurator. Præterea dicit Bonromeus ego feci totum quicquid teneor facere, quia ſcripſi litteras, & volo quod ponatur ad meam rationem. Item pro vno debito non cogor facere tot ſcripturas ſic ponere me in duplicato periculo nec cogor ſcripturas permutare: ea hoc nõ venit de natura contractus, pro hoc facit illud notabile ſuffficit ſemel vnde concludit Bonromeus & ſcripſi primas litteras & volo ſecũdas & tertias ſecũdũ cõſuetudinẽ mercãtie nec volo me aly obligare de quo nõſ it ſenſum, nec cogitatum: quia mihi poſſet nocere iuxta id quod expreſſe legitur & notatur ff. ſolut. mat. ex aduerſo dicit alia pars tu accepiſti & non exburſaſti, redde ergo quia res eſt integra & mandatum adhuc ſtat in finibus mandati & dicit numerator illud mandatum fuit factum gratia meæ tantum & ideo poſſum prohibere ne ſoluatur ſed reddatur vt ff. de ſolutionibus l. ſi cum Cornelius ff. de donationibus l. ſed iure §. ſi quis, ſed Bonromeus reſpondet quod ille contractus non eſt contractus mandati ſed mercati celebrati gratia vtriuſque, & ideo non habet locum penitentia, Dicitur modo viſis rationibus pro & contra cauſam decidat ille qui habet decidere ſecundum rationes quæ magis videntur vrgere: potiſſimè quia ſtabiles & firmæ debent eſſe ſcripturæ mercatorum ad quorum fidem vniuerſi recurrunt vt ff. de edendo l. quadam §. nummularios iuxta illud vulgare dictum

4 *q ſcripſi ſcripſi quia ſcriptura mercatorũ & campſorum habetur pro ſententia, & vt ita dixerim ſua fide tranſit in rem indicatam id eſt in ſoliditatem firmitatis & irrenouabilitatis vt in Authẽtico de fideiuſſoribus*

§. er-

§. argentariorum, licet modernis temporibus aliqui mercatores, & aliqui campſores committant enormia ſed maſſa eorum & ſummum bonum & quintum elementum. Finaliter dic aut ſecundum primam conventionem & intentionem partium littera poſſunt conſequi effectum ſuum & tunc Bonromeus non poteſt ad aliquid innouandum cogi alioquin iniquum eſſet quod numerauit vel alij pro eo non ſatisfieret, ipſa enim numeratio re ipſa fecit eum creditorem ſaltem vt alij ſoluatur quia ſua intereſt vt ff. de verborum obligationibus l. liber homo §. fin. & l. ſi ita
5 ſtipulatus §. Criſogonus. Item ille qui adijcit vel detrahit aliquid contractui nouum contractum efficere videtur vt ff. de verborum obligationibus l. 1 §. cum adijcit ſed hoc non eſt licitum niſi de voluntate contrahentium ff. qui ſatisdare coguntur l. de die primo reſponſo fallit in pretorijs ſtipulationibus que corriguntur mutantur & conficiuntur arbitrio pretoris vt ff. de pretorijs ſtipulationibus l. prima in fine, & ſi notarius aliquid notaret iniuſſu preſidis preſumeretur ſcriptura falſa vt C. de teſtamentis l. ſi vnus & ff. de his qui in teſtamento delentur l. 1. C. de probationibus iubemus. Item in contractu in ſcriptis nō eſt licitum aliquid addere vel mutare a prima matrice ſiue radice vt C. de fide inſtrumen. Le contractus, & ideo tabellio nihil poteſt ſuperſcribere vel diſponere quia ad tabellionem omnis contractus celebratur in ſcriptis: quia ſcriptura eſt quia ſcriptura eſt ſubſtantia & eſt ſimul materia & forma a qua non poteſt recedi & ideo protocolla dimittuntur, & ſcriptis originalibus tamquam exemplaria verorum vt in authemica de tabellionibus §. fina. Item quid ſi Bonromeus trāſmiſiſſet pecuniam vel per eius nuntium firmaſſet difficile eſſent illam pecuniam retrahere & nouo homini permittere: quia hoc non poſſet fieri ſine ſūptu & lite & ideo non compellitur vt C. de nouationibus l. prima & ibi notatur per Petrum Cynum & alios non obſtant ff. mandati l. idemque §. ſi cui quia ibi loquitur in procuratore qui gerit facta aliena qui tenetur obedire domino, ſed Bonromeus gerit proprium negotium & proprio nomine & nō tenetur ex aliqua conſequentia ad nouam promiſſionem faciendam, alias eſſet abire in infinitum per variabiles promiſſiones quod eſt abſurdum. Item ſufficit ſemel approbatum eſſe ff. de fideiuſſoribus l. qui ſatisdare C. de teſtibus l. ſi quis teſtibus ff. qui ſatisdare coguntur l. ſi ab arbitro. Sed quis cōtractus fuit iſte & videtur contractus pecunia empte & vēdite, nā ſicuti ꝓpter diuerſitatē materia cōſiſtit emptio in pecunia: ita
6 ſi adijciatur diuerſitas loci vel temporis vbi eſt ſoluendum. Et ita mercatores arbitrantur quod contractus Cambij ſit licitus ex proprio genere contractus: quia eſt emptio & venditio & naturali equitate propter periculū quæ ſubeunt in tranſmiſſione pecuniarum ff. de nautico fenore l. periculi, & ſic licitè recompenſatur quæſtus vt ff. pro ſocio ſi non fuerit, vnde non eſt vſura: quia non gratuita & non præſtatur propter tempus quod eſt commune omnium animantium ſed ratione periculi empti & venditi argumentum ff. de emptionibus empti, l. ſi iactum re} tis. Item non curo an ſit commutatio quadam de re ad rem vel de perſona ad perſonam: quia eſt contractus firmus & ſolennis Amplius littera iſta videntur littere conſtitute pecunia vbi prima perſona contrahens ponitur tamquam fundamentū cauſe, ſecunda perſona quia poſt receptionem pecunia apponitur tamquam effectus, & hoc poteſt eſſe duobus modis, vel quod ſit quædam perſona appoſite & ſibi queratur obligatio, & tūc Bonromeus habet ius præſertim ſi ſua intereſt eo quod verſa vice poſitum ſua rationi poſſet compenſare: qui haberent ſecum plura calculare. ff. de negotijs geſtis. l. cum pecunia ff. de edendo. ſi quis ex argentarijs §. rationē & in conſtituta pecunia poteſt acquiri obligatio abſenti per nuncium, vel epiſtolam ſicut inter præſentes: quia conſenſus contrahitur. ſi autem recepturus pecuniam fuit appoſitus, vt procurator Maſioli, & tunc Maſiolus haberet ius, vt ff. mandati. idemque §. ſi cui. quia obligatio eſt ſibi radicata, & in alio non tranſmutata, quia qui ſtipulatur procuratori ſuo, vel proprijs negotiorum geſtori ſibi ipſi ſtipulari videtur ff. de ſolutionibus, ſi cum Cornelius. In dubio autem præſumitur negotium principaliter pertinere ad eū qui numerat pecunia, quia præſumitur ſua, & appoſitus ſolutioni videtur adiectus tamquā ſimplex procurator ff. de verborum obligationibus l. Iulianus §. qui fundum ff. ſoluto matrimonio l. dotis cum materia ſua facit quod notatur C. de conſtituta pecunia in Authentica ſi quando, vbi autem conſtaret quod Bōromeus gratia ſua, & Maſioli feciſſet dictā ſcripturam ratione alicuius intereſſe tunc

Bonro-

Bonromeus haberet ius quia non teneretur facere niſi quod ſcriptura loquitur & ad effectum,ad quem loquitur ff.commo.l.commodato §.ſicut & ſi bene conſideretur libellus oblatus ſapiens dictator libelli omnia iſta cõſideravit, & perpendit. Et nota quod in hac ſcriptura nulla promiſsio continetur nec ſub verbo perſonali nec imperſonaliter, tamen videtur ſubintelligi tamquam perſonaliter facta numeratori vt dicta authentica ſi quãdo ſcilicet, de ſoluendo appoſita præſumitur quæ vtrum hoc caſu dicatur adiecta an dicatur principaliter propter ſe appoſita iam dictum eſt, & ſic an negotium ſit geſtum ipſi abſenti per præſentem, an e cõuerſo gerẽdum præſenti per abſentem & ſecuto mãdato, vbi enim enumeratio eſt cauſa alterius miniſtri, ibi certum eſt, quod nudus miniſter eſt procurator, ſed vbi principaliter pertineret negotium ad eum cui deberet ſolui tunc eſſet ecõtra quod qui primo numerauit eſſet miniſter, & recepturus ſolutionem eſſet principalis, & dominus negotij quod ex qualitate perſonarum, & ex alijs vſitatis inter eos bonus vir perpendet. Item Bonromeus habet determinatum commodum ideſt cambium, & ſicut nõ debet ſuſtinere incommodum ita nec debet locupletari: quia ſubſidium cambij reſoluitur in cambij factum in pecunia numerata vt ff. depoſiti, l. dies ſponſaliorum, & in l. Lucius & argumentum de vſuris in fideicõmiſsis §. cum Poltdius pro Maſsolo facit quia iſte eſt prius nominatus in littera. ergo præſumitur principalis. Itẽ vnuſquiſq; præſumitur ſuo nomine contrahere, & pacifci ff. de ſolutionibus l. & magis ff. de probationib. l. ſi pactum: præterea dato quod Maſsolus eſſet inſtitor, tamen ex quo ſtipulatur nomine domini agere, & exigere, quia habet directam actionem ex proprio contractu arg. ff. depoſiti, l. quod ſeruus, ſed certe hic non egit tanquam inſtitor alterius ſed tanquam alter in ſtitor ſuus, ergo debet docere de mandato, quod ille eſſet ſuus inſtitor, vel geſtor, quia non præſumitur mandatum. ff. depoſiti ſi quis inficiatus, volue, & renolue pradicta in cerebro tuo quod libellus contra Bonromeum ſit male conceptus apparet, quia ex contractu innominato dotibi vt des alteri ff. de donatio

7 *hoc iure §. ſi quis agi debuit aut conditione ob cauſam ex panitentia aut actione præſcriptis verbis ad intereſſe qui ſecundus modus agendi haberet etiam locum in contractu nominato ff. de verborum obligatio. liber homo §. fin. ſed hic neutro iſtorum modorum eſt actum ergo male & inepte libellatum quod ſit contractus innominatus videtur expreſsim ff. de pactis ſi cum fundum quis poſſet tranſire in ſtipulatione.*

---

1 *Baldus omnia ſciuit.*

2 *Cambia regularia anno 1325. apud perfectionem horum temporum non adoleuerunt.*

3 *Baldus laudatur.*

4 *Conſilium Baldi 348. vol. 1. in quatuor partes diuiditur.*

5 *Quæſtio in caſu Baldi erat inter Maſsolum ſtipulatorem, & Bonromeum datorem literarum, & nu. 49.*

6 *Fines mandati diligenter ſeruandi, etiamſi in modico qualitates conſiſtant 7.*

Et circa locum, & tempus 8.

9 *Comercij verbum generaliſsimum eſt comprahendens quamcumque commutationẽ.*

10 *Verbum ſonare, formaliter non habet vim comprehenſiuam.*

11 *Baldus cautè legendus, dum dicit comercium numeratione conſiteri.*

12 *Numeratio non eſt ordinata ad confeſsionem ſed ad obligandum regulariter.*

13 *Baldi verba ſupplenda.*

14 *Littera Cambij continent cõtractum commutationis pecuniæ habitæ cum ſcutis marcarum, qui in litteris ponuntur, & ſic cõtractus Cambij.*

Et dicitur fieri in executionem, & pro executione conuentorum.

15 *Dator litterarum adimpletis deſtinatis per litteras liberatur ab omni obligatione.*

16 *Mutuo ſi dem nummos meos nomine tuo veluti tuos abſente te, & ignorante, tibi acquiritur condictio.*

17 *Hoc tamen procedit ſpeciale in pecunia credita.*

18 *Et quia dati ſunt nomine tuo, & vt tuos.*

19 *Ex pacto oppoſito in traditione rei meæ in materia depoſiti quaritur actio abſenti, & ignoranti.*

20 *Intellige ſi res perdurat in dominio meo, ſecus ſi exeat.*

21 *Limit. remiſsiuè.*

22 *L. publia ff. depoſit. & l. certi condictio §. ſi nummos intellectus,*

23 *Deponens etiam facto depoſito poteſt panitere. In contractibus vtire, citroque obliga-*

torys

torÿs lege dicta ad fauorem tertÿ actio queritur ibid.

24 L. aliud 106. ff. de ſolut. & l. ſi cum fundum. 37. ff. de pact. intellectus, & num. 32. & 35.

25 Solutio facienda tertio vigore ſtipulationis non poteſt prohiberi & num. 28. declara, vt num. 29.

26 Dominus vindicans fundum poteſt repelli à poſſeſſore, cum quo conuenerat de poſſeſſione illius tertio tradenda, etiamſi nondum tradidiſſet, quando Dominus conuentionem fecit gratia poſſeſſoris.

30 Adiecto ſolutioni nō recte ſoluitur poſt litis conteſtationem factam inter datorem litterarum, & ſtipulatorem.

31 Adiecto quando ſoluitur, eidem ſtipulatori ſolutum videtur.

32 L. quamuis C. de tranſact. intellectus.

33 Tranſactio non admittit pœnitentiam.

34 Fallit fauore liberationis poſſeſſoris, nata tamen, & non naſcituræ ob complementum modi, vel cauſa, quia ſi non impletur, vel ſit paratus implere, admittit pœnitentiam.

36 Non omnis numeratio obligat eum, qui accipit, ſed quoties tantum id agitur, vt conſtet im obligetur recipiens.

37 Datum ſub modo repeti poteſt elapſo tempore implendi modum.

38 Proteſtationes contrà vim, & auctoritatem contractus factæ inualidæ ſunt, & num. 41.

39 Contrahens non poteſt auferre queſtum cambÿ à ſecum cōtrahente, & iuri quæſito per contractum ipſum deroga re.

40 Alteri per alterum iniqua conditio inferri non poteſt.

42 Proteſtationes operantur, vt contractus cāmbÿ ſit irreuocabilis.

43 Is, cui dirigitur tracta per acceptationem remanet obligatus ex cōſtituto, & tenetur ſoluere non obſtante prohibitione datoris litterarum.

44 Intell. tex. in l. verum præſente 27, verſ. hoc amplius ff. de conſt. pecu.

45 Conſtituens pro alio, non poteſt denunciatione impediri, ne ſoluat.

46 Habens pecuniam paratam ſolutioni, quam offert proſoluente habetur. Lim. num. 55.

47 Quando ſit nouatio vna obligatio egreditur & euellitur de corpore alterius.

48 Caſus aduentitÿ non pertinent ad cōtractus conſumatos.

49 Pecuniam remanere debere penes aliquem ſine cauſa, iniquum eſt.

50 Pecunia, quæ transfertur in aliquem non debet reddi, niſi ex deffectu cauſæ finalis.

52 Dator litterarum conuenitur ſi litteræ non habent executionem.

52 Ceſſante cauſa ceſſat effectus.

53 Sipulator an cogere poſſit datorē litterarum ad mutandam perſonā illius cui directæ ſunt litteræ, vel tractæ. Et numer. 60. & 69.

54 Decoctus, vel fallitus ſoluere non poteſt, & ſi ſoluit, alÿs creditoribus datur repetitio.

55 Non dicitur pecunia parata ſolutioni, quæ euictioni eſt ſubiecta.

56 Sine actione nemo experitur.

57 Actio non datur cuilibet nominato in contractu, ſed ei, inquem creditum dirigitur.

58 Dator litterarum exipſa datione non liberatur, ſed ſolutione tunc demum in loco conuento ſequuta.

59 Mandatum in litteris contentum per verba, ponete à mio conto, eſt alienum a mandato ſoluendi.

63 Solutio extinguit debitum.

62 Intelligas ſi ſolutio irreuocabilis ſit.

63 Mandatum emanatum occaſione contractus irreuocabilis, an irreuocabile.

64 Stabiles, & firmæ debent eſſe ſcripturæ mercatorum ad quorum fidem vniuerſi recurrunt.

65 Intellige de rationibus, ſeu libris per nummularios edendis ad inſtar argentariorū

66 Litteras cābÿ Bal. appellat epiſtolarem ſcripturam.

67 Scriptura mercatorum, & Campſorum habetur pro ſententia, quæ quodammodo bona fide habetur pro veritate, & tranſit in rem iudicatam. Sed declaratur nu. 68.

70 Nouus contractus fit per additionem, vel detractionem factam primo quod tamen non licet altero contrahente inuito. Declara vt nu. 77.

71 Notarius ſi aliquid notaret ſine iuſſu Præſidis, committeret falſum.

72 Nec poteſt in contractu aliquid mutare à prima matrice.

73 Argumentum à ſimili fragile regulariter.

74 Nullum ſimile eſt idem.

75 Similitudo debet per omnia concludere vt argumentum à ſimili concludat.

78 *Et vel minima diſſimilitudine tollitur.*
78 *Intell. l. idemque 10. §. ſi cui ff. mandat.*
79 *Cambium ſecundum Bald. eſt contractus pecuniæ emptæ, & venditæ.*
80 *Qualitas rei adueniens non mutat eius ſubſtantiam.*
81 *In moralibus tamen reponit eam in ſpeciem, & naturam diuerſam.*
82 *Identitas generis pecuniæ impedit æſtimationem relatiue oppoſitam ad emptionem, & venditionem.*
Declara vt num. 83.
84 *In cambio nullum verè eſt conſiderabile pretium periculi, cum in eo veniat tantumdem.*
85 *Lucrum ex cambio non eſſe vſuram, quomodo accipiatur, vel qua ratione.*
86 *Dictio, vel, aliquando ſtat diſiunctiuè quoad verba, & quoad effectum.*
87 *In alternatiuis alteram partem ſufficit eſſe veram.*
88 *Permutatio in genere prout eſt commutatio, quæ fit de re, ad rem, ineſſe intelligitur in quolibet contractu.*
89 *In ſpecie accipitur prout in ſpeciale nomen contractus tranſit.*
90 *Poteſt etiam accipi de ſpecie ad genus, & de ſpecie ad ſpeciem.*
91 *In qualibet permutatione ſiue in genere, ſiue in ſpecie ſumpta, ſemper verum eſt rem vnam pro alia; ſeu pluribus, in locũ alterius, ſeu plurium ſubrogari.*
92 *Permutatio in genere de cambio prædicatur.*
93 *Dictio, vel, quandoque capitur copulatiue.*
94 *Obligatio promiſſoris in cambio tranſit etiã in eum, cui tracta dirigitur media acceptatione litterarum.*
95 *Litteræ cambij continent contractum conſtitutæ pecuniæ ſecundum Baldum.*
Sed verum non eſt num. 96, & 100.
97 *De ſubſtantia conſtituti eſt, quod præexiſtat obligatio, cuius occaſione quis ſe ſoluturũ pro alio conſtituit. & nu. 100.*
98 *Prior debitor non liberatur per conſtitutum, niſi ſolutione ſequuta.*
99 *Nec ſufficit pro liberatione litis conteſtatio.*
100 *Solus conſenſus non ſufficit ad ſubſtantiam contractus conſtitutæ pecuniæ, ſed vltra illum requiritur præcedens obligatio.*
101 *Ille, cui dirigitur remiſſa ſi in litteris eſt appoſitus. vt procurator ſtipulatoris, ſtipulator habet ius.*
102 *Sed ius iſtud, non eſt ius exigendi à datore litterarum, nec ab eo, cui dirigitur tracta eamque acceptauit, cum hoc ius ſpectet ad ipſum procuratorem actione mandati, vt accepto liberet debitorem, vel eum deleget ipſi Domino, vel ei, cui dominus ſuſcripſerit.*
103 *L. ſi cum Cornelius ff. de ſolut, intellectus.*
104 *Pactum ex interuallo à contrahentibus appoſitum habet vim ſimplicis mandati.*
105 *Intellige præſumptiuè.*
106 *Negocium in dubio præſumitur principaliter pertinere ad eum, qui pecuniam numerat, quæ præſumitur ſua.*
107 *Appoſitus ſolutioni in litteris cambij, dicitur adiectus tamquam ſimplex procurator.*
108 *Actio ad implendum datur cuicumque contrahenti.*
Etiam in commodato. 109.
110 *In litteris cambij nulla datoris litterarum continetur promiſſio, ſed tantum ſubintelligitur.*
111 *Ex qualibet contractu actio, & obligatio oritur.*
112 *Et promiſſio intelligitur ineſſe.*
113 *Ex duobus interuenientibus in cõtractu quis Dominus, & quis miniſter cognoſcatur.*
114 *Alter vero ab altero quomodo diſtinguatur.*
115 *Soluens in dubio præſumitur de propria pecunia ſoluere.*

MErito mirari quis poteſt. Cum tam multa ego de cambio diſſeruerim, raro adnodum facta mẽtione de hoc Baldi noſtri, in eodem argumento celeberrimo, ac pleno conſilio.

1 Certe numquam ſuper eo, vim fecerim, pro deciſione tot articulorum quos hactenus diſputaui, & tamen, quanti faciendus ſit Baldus in iure noſtro, nemo neſcit, cum de eo quaſi altero Hippia dixerit Stracca, quod omnia ſciuit. Et quanti ego fecerim patet ex eis, quæ pluribus in locis ſuperius ex eius auctoritate, & fontibus hauſi. Vnde non immerito poſſem videri vel ingratus inter paucos, vel negligens inter primos, quorũ primum eſſet detrahere alienę famæ (quod non debeo) poſtremum meæ (quod non poſsũ) Et eo magis, quia in factorũ cõtingẽtia, nunquam in foro diſputatum fuit, circa aliquã facti ſpeciẽ, in argumẽto cambiorũ, quin fere ſẽper, pducẽtus fuerit & producatur. Bald. in dicto conſilio, & quidem

ab

ab vtraq; parte inuicem diſceptantium ad inſtar Ætolicorum auxiliorum in vtraque acie teſte Liuio ſæpius militantium. Præſertim cum non poſſim, nec debeam eum reijcere ab hoc ſermone, eo prætextu, quo plures reiicĕdos cenſui in diſputatinne prima quæſt. quarta, vbi quærebam quotuplex eſset cambium, ex eo, quod dum hic contractus cæpit celebrari, nondum deuenerit ad perfectionem, qua nunc celebratur. Sed (prout ſunt omnium rerum initia) erat imperfectum, & minus cognitũ, vnde iuremerito pleraq; tradita ab antiquioribus de cãbio non applicari illi contractui, qui noſtris temporibus celebratur. Quandoquidem dato, nec etiam illo tẽpore, quo caſus cõtigit, ſuper quo conſultus fuit Baldus, quem conſtat fuiſſe de anno 1323. nondum cãbia adeo leuiſse ad hanc exactam perfectionem noſtrorum temporum; præſertim reſpectu cãbiorum regularium. Certum tamen eſt, ſaltem reſpectu irregularium, habuiſſe cãbiũ illud de quo hic Baldus agit omnia illa requiſita, quę hiactenus in cambio deſiderãtur vt conſtat ex litteris cãbij deſcriptis in principio eiuſdem conſilij, & earumdem forma, quæ parum videtur differre in ſubſtantialibus ab eis, quæ his temporibus vſurpantur. Conſtat enim contractum de quo in litteris celebratum fuiſſe Mediolani, ex data illarũ litterarum in Ciuitate prædicta die 9. Martij, de ſoluendis libris quadraginta quinq; groſſorum; (licet enim hæc qualitas librarũ non legatur expreſsè in deſcriptione litterarum, exprimitur tamen ibidem paulo poſt in diuiſione earumdem) & id quidẽ in loco diſſito a dicta Mediolani Ciuitate, qui locus ex ſaris probabili cõiectura, eſt Ciuitas Venetiarum, in qua illis tẽporibus in vſu erat dictum pecuniarũ genus. Quod nec noſtris temporibus in totum exoleuit, & erat abſq; dubio Ciuitas prædicta ſpecifice expreſsa in dictis litteris, ſed per errorẽ impreſsorũ, nõ ſatis denotatum per illud verbũ, de quo in litteris, ibi, *innenerim*, quod alias eſsct ſine ſenſu, & ſine effectu operandi, niſi dicamus per illud deſignatum fuiſſe locum, in quod litteræ dirigebantur, quaſi diceret, *in Venetia*, prout ego (vt obiter dicã) reſtituendum cenſeo. Item conſtat de cauſa adæquata ad hunc cõtractũ, ſcilicet de pretio cãbij ibi, *per la valuta qui da Maſſolo*. Et demum conſtat Bonromeum eſse debitorem cãbij, eundemq; datorẽ litterarum, Maſiolũ ſtipulatorem; Lucam eum, cui dirigitur remiſſa, Alexandrum vero de Bonromeis, & Dominicũ de Andrea, eos quibus dirigitur tracta

Sed præſens quæſtio, vt ſupra inſtituta, & quę tota verſabitur in examine contentorum in dicto conſilio, vno eodemq; tempore, & liberabit me apud beneuolum lectorẽ a quocumque crimine malignitatis, & oſcitantiæ; & ſimul ac ſemel probabit conſilium meum cur dum totus verſor in iaciendis ſolidis fundamentis (quantumin me fuit) huius doctrinæ de Cambijs; non duxerim oportunũ, ad ea traducere lectorem, quæ tamqaam, nouiſſima apud Baldum ipſum, non leuem habent difficultatem, vt patebit ex infradicendis, & ipſemet teſtatur, dum in vtramq; partem argumentatur & paulo ante numerum quartum concludit, *Or modo viſis rationibus pro, & contra, cauſam decidat ille, qui habet decidere ſecundum rationes quæ magis videntur vigere*. Et rurſus paulo poſt ante numerum ſeptimum. *Volue, & reuolue in cerebro tuo*. Ex quibus ſicut facilẽ colligi poteſt ratio cur, vt ſupra admonui, ad idẽ conſilium ab vtroque diſcepatnte recurratur; Nimirum quia, pro vtraque parte Baldus diſſeruit. Nec a diuerſa ab illa cura profectum fuit conſilium meum, ne ſcilicet, dum certa ſtabilimenta a iure conquiro, ad firmandum hunc celeberrimum contractum; id ab illo interprete, licet maxime auctoritatis, & acuminis, argumenta deſumerem, qui in vtramque partem, & dubitatiue loquitur, & ex conſequenti neceſſe eſt plura eum diuiſſe, quæ vel iure non ſubſiſtunt, vel certè apte accõmodari nõ poſsũt rei de qua agimus, vt plenius patebit ex infradicendis.

Habes igitur amice lector eo candore (quem ſolum in moribus meis probo) conſilium meum; Cur diſtulerim vti ex profeſſo hac Baldi doctrina: caue ne putes me id modo exequi, vt cenſorem agam, cum in eo ſolum deſudem, vt doctrina tanti viri, & in hac noſtra facultate luminare maius, illuſtrius (ſi fieri poteſt) reddatur. Et dum leges, aliqua per eum dicta, me minus probare, tecum reputa; contradictoria loquentem, vt in hoc conſilio fecit Baldus, neceſſario aliquando ea dicere quæ minus vera ſint & propterea, tantum abeſſe a cenſura laborem hũc meũ, quantum cenſura diſtat a veneratione. In ſummadum hæc meditor non me cenſorem doctrinæ Baldi, ſed arbitrum eorũ, quæ in vtramque partem ab eo dicta ſunt;

puta, & vti libitum fuerit laborem meum damna, ſed ama.

Vt igitur in quæſtione propoſita diſtinctius
4 procedamus diuidã omnia contenta in dicto conſilio in quattuor partes principales, quas ſigillatim examinãdas mihi propono. In prima ponit euidentialia quæ terminãtur paulo poſt numerum primum, ibi, *or modo oportet* In ſecunda quæritꝫ an inter Maſiolum numerarẽ, & Bonromeum datorem litterarum ortus fuerit aliquis contractus, & terminatur hæc pars paulo ante numerũ ſextum, ibi, *ſed quis contractus*. In tertia diſputat quiſnam fuerit iſte contractus inter prædictos, & terminatur paulo ante numerum ſeptimum, ibi, *Quod libellus*. A quo termino vſque ad finẽ comprehenditur quarta & vltima pars, in qua quærit de modo libellandi contra datorem litterarum.

Accipiendo primam partem euidentialium. Poſſet videri in eo defeciſſe, quod non aperit Baldus ſtatum controuerſiæ, inter quos ex quattuor nominatis eſſet; an litteræ prædictæ fuerint preſentatæ, ſeu tranſmiſſæ, an acceptatæ, an propeſtatæ, ex quibus, ſecundum diuerſitatem ſuppoſitorum, varia, ac diuerſa oriri poſſet iuris diſpoſitio, vt ex eis quæ habuimus in quæſtionibus præcedentibus, pro indubitato tenendum eſt. Sed ſi attente legatur totum conſilium (niſi vellemus ſupplere in facto diuinando ea, de quibus nulla mentio) facile cognoſcitur, controuerſiam fuiſſe inter Maſiolum ſtipulatorem
5 & Bonromeum datorem litterarum, inde ortã, quod litteræ illę Cambij forte non fuere acceptatæ; certe ſolutæ non fuerunt; nec etiam forte proteſtatæ, cum nullibi de proteſtatione aliqua legatur facta mentio. Adhũc enim effectum mihi manifeſte tendere videtur illa quæſtio, an, & qui ſinter pdictos ortus ſit contractus, & qui nam modus libelandi opportunus contra Bonromeum, quæ ſcuti optime cadunt inter prædictos, ita sũt aliena ab effectibus acceptationis, & proteſtationis, nec minus, a perſonis eorum, ad quos ſit tracta, ſeu remiſſa. Inter perſonas igitur prædictas; & in caſum prædictum, intelligendum eſt ortam quæſtionem & per hoc, ad maiorem claritatem dicẽdorum, ſupplendam hãc primam partem, quæ congruam recipit ſubdiuiſionẽ in tres particulas. In prima ponitur forma litterarum Cambij, in ſecunda diſtinguuntur ipſæ litteræ in quattuor membra, in tertia concludit quid operentur dictæ litteræ, & quid in illis contineatur.

Circa primam particulam huius primæ partis, aduertendum, litteras cambij, de quibus ibi, in eo differre a forma earum, quæ noſtris temporibus ſunt in vſu. Quod ibi locus celebrati contractus deſcribitur in calce litterarum, & ſumma cõtenta in litteris, & quæ illorum vigore eſt ſoluenda, ponitur a tergo litterarum, & in inſcriptione, quæ fit ad eum cui dirigitur tracta. Quod noſtris temporibus diuerſimode vſurpatur. Nam vtrũque ponitur in ipſis litteris, & in ipſo frontiſpicio, & quaſi pro rubrica earumdem litterarum. Sed hæc diuerſitas nullum diuerſum effectum iuris, eſt apta producere. Licet enim locus celebrati contractus neceſſariò poni debeat in litteris cambij, vt probauimus hac eadem diſputatione, quæſtione tertia, & ſumma etiam exprimatur in corpore litterarum, & per extenſum, dummodo hæc requiſita interueniant, nihil refert, quo potiſſimum loco collocentur, cum vbique producant eumdem effectum. Certe modus, quomodo vtimur videtur magis aptus, & ex vſu receptior.

Quoad ſecundam particulam, qua in quattuor membra diuiduntur litteræ. Animaduertẽdum; quod diuiſio illa reſpicit potius membra materialia, quam formalia. Nam ſi forma, & ſubſtantia attend antur. Primum mẽbrum continens tenorem mandati de ſoluendo, & fines eiuſdem, identificatur cum tertio, in quo agitur de tempore præciſo ſolutionis, quod aptè reducitur ad eoſdem
6 fines mandati diligenter cuſtodiendos, etiã quoad omnes qualitates, *cap. cum nemiſſet & ibi Bald. ext. de eo qui mittit in poſſeſſ. c. piſanis & ibi Abb. num. 5. de reſt. ſpoliat. laſ. in l. ſi procurator num. 2. C. de procur. & in l. tranſactionis num. 1. C. de tranſact.* etiamſi in modico dictæ qua itates conſiſtant *Batr.*
7 *d. cap. Piſanis num. 9.* Et in ſpecie circa locũ & tempus, *l. qui Romæ §. Calimachus ff. de verb. oblig. & per hunc tex. Bal ipſe in l. 1. §. igitur verb. mota quod forma viadati ff. de*
8 *exercit. actio*. Et per conſequens, reſpectu ſubſtantiæ non poſſunt conſtituere mẽbra diuerſa. Prout conſtituunt reliqua duo, ſcilicet, ſecundum; de cauſa ob quam emanauit dictum mandatum, ſcilicet cauſa cambij; Et tertiũ, de alio, et a principio longe diuerſo mandato, de inputãdo ſolutum in computum ipſius mandantis, quorum mãdatorum

rum capaces eſſe litteras Cambij, licet non ſint de illarum ſubſtãtia, probaui ſupra hac eadem diſputatione quæſtione quinta.

Tertia demum particula tria continet dicta. Primum, quod iſtæ litteræ ſint quædã epiſtolaris ſcripturæ, cum omnia contineãt, quę in epiſtolis vſurpantur. Sed id, vt in ſe veriſſimum, & indubitatum, ita minus aptum, ad aliquem iuris effectum producendum. Efficacius ſecundum, in quo profitetur has litteras ſonare quoddam cõmercium præſens, inter ſtipulatorem, & datorem litterarum, quod (vt ipſæ loquitur) numeratione conſtitetur. Et hic ponderandum quanta circumſpectione loquatur Baldus, qui ſibi cõſcius, ſe inferius in ſecunda parte diſputaturum: An inter prædictos ſit aliquis contractus, & (quatenus adſit) qui nam contractus ſit, vt in parte tertia, non eſt auſus affirmare, & ne præiudicata opinione ad examinãdam quæſtionem accederet, vſus eſt verbo *commercij*, quod generaliſſimum eſt, & 9 quamcumque commutationem comprehẽdit, *Lex hoc iure ff. de inſt. & iur. §. primo Inſt. de inutil. ſtipulat. & vtrobique gloſ. in verb. commercium l. ſi in emptione, §. omnia rerum ff. de contr. empt. l. 3. C. quæres vend. non poſſ. l. 1. Cod. quæres export. non poſſ.* Item, & verbo *ſonare*, quod formaliter vim 10 comprehenſuam non habet, vt hæc omnia integra relinquerẽt quæſtioni per ipſum mox examinandæ. Quam tamen nos plenius examinauimus ſupra in prima diſputatione queſtione vndecima & queſtione duo decima, vbi probauimus quid ſit cambium, & in quo nam genere contractuum cenſeri debeat, & in diſputatione ſecunda, queſtione tertia, vbi probaui, de huiuſmodi contractu plene doceri per litteras cambij, in quibus neceſſariò continetur. Quod etiam non obſcure colligemus ex infra dicendis in ſecunda & tertia parte, Caute tamen legen- 11 dus hic Bald. dum dicit, quod commercium de quo in litteris, numerationẽ confitetur. Quæ verba continent haud dubie ſenſum imperfectum. Nam quid ſibi vult numeratione confiteri? Certum eſt enim numerationem non ordinari ad confeſsionem, ſed potius ad obligandum, licet non omnis numeratio id operetur, vt teſtatur Iuriſconſultus *in l. non omnis 19. ff. ſi cert. pet.* Nec 12 erres in eo ſenſu accipiendo, quaſi dicat: commercium illud numeratione confici, ſeu perfici. Hoc enim eſt falſum, cum ſolus cõ-

13 ſenſus ſufficiat vt probaui diſputatione prima quæſtione decima octaua, & decima nona. Forte verba illa, aperte mutila, in tantũ ſunt ſupplenda, vt dicat commercium inter Bonromeum, & Maſiolũ, inde ſonare, quod confiteatur Bonromeus ſibi pecuniam a Maſiolo numeratam in cauſam prædictam. Quod eo probabilius ſupplendum eſt, quod (vt infra patebit) ſuper iſta confeſſione numerationis facit Baldus magnam vim, ad probandum adfuiſſe inter prædictos contractum, nullibi autem mentio de perfectione ex numeratione.

Tertium, & poſtremum dictum eſt, quod eędẽ litteræ continent etiam futurum commercium inter datorem, & eum cui diriguntur, quod tunc contrahetur, cum acceptabitur, & conſummabitur mandatica ratione, quia veba futuri temporis conditionem ſignificant, quæ conditio ſi deficiat etiam per caſum fortuitum, non contrahitur obligatio. Sed quomodo verificatur, aut verificari poteſt, quod contineat id, quod futurum eſt. Videtur hæc aſſertio continere implicantiã in obiecto, prout haud dubie continet, vt ſimul eſſe poſſit tempus præſens, & futurum, Bona verba quæſo, erroneus ipſe ſit, quiſquis ille fuerit, qui Baldum, tamquam cõtradictoriã loquutũ, coarguere audeat. Continere futurum commercium litteras interlatorem, & receptorẽ, ex eo dixit, non quod litteræ contineant abſolutè id, quod futurũ eſt, ſed tale quid, ex quo ſequuta tum demũ acceptatione commercium aliud reſulter, videlicet extrinſecam mandati perfectionẽ: id ipſum quod nos probauimus ſupra hac eadem diſputatione quæſtione quarta, & diximus eſſe ſemina quædam aliorum contractuum, qui modus loquendi, vti magis caſtigatus, magis eſt ſecurus a calumnijs. Certe idem (quoad effectum) ſibi vult continere contractum futurum, & continere ſemina futuri contractus, cum vterque loquendi modus id ipſum velit, ſubſecutis ſcilicet ijs, quæ in litteris ordinantur, alium oriri contractum præter contentum in litteris. Vnde merito hoc dictum Baldi trahi poteſt ad confirmationem eorum quæ poſuimus dicta quæſtione quarta. Quę doctrina licet generalior ſit, & loquatur de ſeminibus plurium contractuum, adhuc in omni ſua generalitate ab hoc dicto Baldi, licet loquentis in ſingulari, recipit hãc confirmationem ex identitate eiuſdem rationis.

Baldus

Baldus enim ide o loquitur inſingulari,quia conſiderat ſolum contractum oriturum ex acceptatione,inter acceptantem , & datorē litterarum ,loquuturus vtique in plurali', & pluribus contractibus,quatenus conſideraſſet etiam perſonas eius,cui fit tracta , & cuiuſcumq; tertij, de cuius intereſſe ageretur in litteris,reſpectu quorum,ſicuti concludēter probauimus adeſſe etiam ſemina aliorū contractuum , id ipſum affirmaſſet Baldus, prout affirmaſſe intelligendus eſt ex rationis identitate.

Accipiendo modo ſecundam , & difficiliorem partem dicti cōſilij in qua diſputat in vtrāque partem; An inter dictum Bonromeum datorem litterarum , & dictum Maſiolum numeratorem valutæ,ideſt ſtipulatorem ali quis contractus celebretur.Cū Auctor ſentiat haud dubiè pro affirmatiua , licet id expreſſe non ſinnet,nec ſoluat contraria; Ego verò,vt illuſtrior reddatur doctrina Baldi, & vt breuitati conſulam , (ſuppoſita dicta opinione affirmatiua , ad corroborationem eorum , quæ poſuimus ſupra diſputatione prima,quæſtione duodecima , vbi probauimus validitatem huius contractus) proſequendo ſingulariter dicta Baldi , in propoſito,ſecundum ordinem per eum ſeruatum, reſpondebo argumentis pro negatiua addu ctis,& confirmabo ea, quæ pro affirmatiua, retulit. Ex quibus (quatenus inſtitutum teneam) vindicabitur ab hac iniuria doctiſſimus , & ſapientiſſimus Interpres : vt impoſterum nequeat a contrarijs in eadem controuerſia allegari.

Primum argumentum,pro negatiua ſententia inde deſumitur , Quia non eſt actum inter hos contrahentes , niſi vt Bonromeus , dator litterarum ; faciat litteras cambij , licet cum effectu, vt acceptentur,& earum vigore ſoluatur nominato in litteris. Quibus explicitis,dictus Bonromeus in nullam incidit obligationem cum dicto Maſiolo ſtipulatore,quia totus vigor huius commercij,& totus tenor directus eſt in dictum Lucam, nominatum in litteris,& cui ſit remiſſa

Reſpondetur, licet veriſſimum ſit,in ſpecto vltimato fine contrahentium,omnia in dicto commercio ordinari ad illum ſolū effectū, vt ſoluat remiſsa illi cui deſtinatur,& quod prædictis adimpletis , dator litterarum ſit extra omnem obligationem ; Non tamen verum eſt,nihil actum inter contrahentes, niſi vt conficiantur litteræ cum mandato ſoluendi . Quinimmo quid maius,& potentius actum fuit,videlicet commutatio illa librarum quadraginta quinque groſſorum, ſoluendarum in Ciuitate Venetiarum , die nona Octobris,cum valuta de præſenti numerata in Ciuitate Mediolani , ſub die nona Martij , quem etiam contractum de per
14 ſe, & quidem nobiliſſimum nominatum,ac bonæ fidei,probauimus ſupra diſputatione prima,quæſtione vndecima , & quæſtione duodecima . Litteræ autem cum mandato fiunt in executionem,& pro executione cōuentorum, vt vidimus hac eadem diſputatione quæſtione tertia . Et licet verum ſit,
15 adimpletis deſtinatis , datorem eſſe extra omnem obligationem, id non eſt verum in eo ſenſu,vt numquam fuerit in obligationes ſed in eo, vt ab obligatione contracta per adimplementum , ſequutum, intelligatur liberatus,per ea quę poſuimus ſupra quæſtione proxime præcedenti & alibi,dum de effectu ſolutionis diſputabam. Vnde manifeſtum ſit argumentum prædictum peccare in materia,& in forma.

Nec releuat probatio deſumpta a ſimili , quod id poſſit contingere in mutuo , *l. certi conditio 9.§.ſi nummos ff.ſi cert.pet.*item,& in depoſito,*l.Publia 26.in princ.ff.depoſit.* Nā
16 licet verum ſit in iure,quod ſi nummos meos tuo nomine dedero ,velutituos, abſente te,& ignorante ,ex Ariſtomis , & Iuliani ſententia , acquiritur tibi condictio , vt totidem plane verbis docet Vulpianus Iureconſultus *in d.§.ſi nummos* Aduertēdum tamen eſt;(præterquam quod , id eſt ſpecialiſſimum in pecunia credita,vt tradunt DD.
17 omnes ibi)id procedere ex eo,quod ille,qui pecuniam dedit,eam dedit nomine alieno, vt pōderat ibi gl. *verb. velut tuos,poſt principium* . Et expreſsè tradit Bartolus *ibidem num.3.in fine* id procedere , quia illa pecu-
18 nia abſentis nomine numeratur, & ſequuntur DD. communiter. Id quod nullo modo poteſt applicari caſui noſtro;quia Maſiolus ille non numerauit valutam Bonromeo nomine Lucæ,cui erat facīēda ſolutio;ſed ſimpliciter , & per conſequens , etiam in puris terminis mutui , & pecuniæ creditæ cuius fauore multa ſpecialia fuere introducta, *l.ſingularia ff. ſi cert. pet.*) nulla actio erat quæſita,nulla condictio eidem Lucæ . Et licet ex pacto appoſito in traditione rei meę in materia depoſiti , alteri etiam abſenti,& ignoranti quæratur actio, *vt d.l. Publia*

Id

Id tamen procedit quando res, in cuius ra
ditione apponitur pactum, peridurat in do-
minio eius, qui rem tradit, ſecus vero ſi exi-
ret de dominio ipſius tradentis, ita docet
Bartolus *d.§.ſi nummos num.4.& d.l.Publia
num.4.* vbi magiſtraliter tradit id procede-
re propter interuentum traditionis rei, ſu-
per qua interpoſita fuit conuentio, quæ cē-
ſetur habere aliquid realitatis, propter tra-
ditionem rei, ob quam realitatem reputa-
tur contractus corporalis, ſeu naturalis mi-
niſterio mediante, celebratus. In quo de
iure communi alteri, per alterum acquiritur
21 & pro regulare ponit Caſtrenſis *d. l.Publia
num.2.* Vbi tamen limitat quattuor modis,
& cæteri ſequuntur. Cum igitur per nume-
rationem factam per Maſiolum, dominium
valutæ tranſlatum fuerit in Bonromeum,
non intrat ſimilitudo depoſiti, Et demum
non releuat vtrumque, quia, tam ex mutuo,
quam ex depoſito, oritur tantum obligatio
ex parte alterius ex contrahentibus: in cam-
bio vero, quod verſatur in commutatione
mutua pecuniarum, & eſt contractus vltro
citroque obligationis, celebratus inter dā-
tem, & recipientem, vt probauimus diſpu-
tatione prima quæſtione vndecima, nullam
habet vim ſimilitudo prædicta, attenta tam
magna diuerſitate.

In hoc quidem intrat ſimilitudo, quod ſi dare-
mus, in caſu illo, *de quo in d.§.ſi nummos, &
d.l.Publia*, (cum ſit contractus nominatus)
non dari pœnitentiam, vt ſubdit in eodem
argumento Baldus, nec etiam datur pœni-
tentia in Cambio, ex eadem cauſa, quod ſit
contractus nominatus, vt probauimus diſ-
putatione prima, quæſtione decima. Non
tamen inde rectè infertur, quod ſicut in il-
lis caſibus, non daretur actio ei, qui nume-
rauit, nec ei qui depoſuit, nec etiam dari de
beat ei qui cambio dedit. Non alia ſed ea-
dem prorſus ratione, qua non eſſet denegā-
da emptori actio aduerſus venditorem, qui
recuſaſſet, rem venditam tradere ei, cui emp-
tor eam poſt celebratam emptionem, tra-
dere iuſſiſſet *tot. tit. ff. de actio empt.* Vno
verbo, quia in caſu §. *ſi nummos, & l. Publia*
22 nulla quæſita fuiſſet actio numeranti nomi-
ne alieno, nec deponenti, lege dicta, ad
fauorem tertij. Contrarium eius, quod cō-
tingit in omnibus contractibus vltro citro-
que obligatorijs *totis tit. de actio. & obligat.*
Licet vere deponens, etiam facto depoſito,
23 poſſit pœnitere, vt agnoſcit etiam Baldus

24 *verſ. & ſi dicatur* Ex quo etiam capite ceſſa
ret ſimilitudo, ſuper qua tota huius argu-
menti eſt collocata.

Sicut nec etiam releuat illa probatio *deſumpta
ex l.aliud 106.ff.de ſolut. & ex l.ſi cum fun-
dum 37.ff.de pact.* (nam *l.qui Rome 122. in
princ.ff.de verb.adducta fuit ſolummodo in
25 argumentum*) quaſi vero, ſicuti ſolutio faciē
da tertio, vigore ſtipulationis, non poſſit
26 prohiberi a ſtipulatore, *vt d.l.aliud* & ſicu-
ti dominus vendicans fundum, poteſt repel
li a poſſeſſore, cum quo conuenerat, de illius
poſſeſſione tradenda cuidam tertio, etiam
ſi nondum tradidiſſet quando tamen domi
nus dictam conuentionē fecerit gratia poſ-
ſeſoris, & per eum non ſtat, quo minus ſol-
27 uat, *vt d.l.fundum.* Eadem ratione, & non
poſſe per Maſiolum impediri, quo minus ſo
lutio fieret Lucæ, cui per ſtipulationem erat
28 facienda. Nec poſſe Bonromeū, cuius gra-
tia conuentum fuerit, vt eidem Lucæ fieret
ſolutio, cogi ad ſoluendum Maſiolo, licet
numeratori; præſertim ſi Bonromeus eſſet
paratus ſolutionem facere Lucæ. Et ex cō-
ſequenti, Bonromeum nulla obligatione
eſſe obnoxium Maſiolo.

Quoniam diſpoſitio *d.l.aliud*, procedit, vt ſo-
29 quitur in adiecto ſolutioni, per ſtipulatio-
nem, vt ibidem notat Accurſius, ſequitur
Bartolus, & cæteri: Sed nominatus in litte-
ris nec eſt, nec dici poteſt ſolutioni adiectus
vt plene probaui ſupra hac eadem diſputa-
tione quæſtione ſeptima. Ergo &c. Rur-
ſus licet diceretur adiectus ſolutioni, non
per hoc prohibitum eſſet ſtipulatori, hoc
eſt, Maſiolo, agere contra debitorem. Quod
adeo verum, vt nec etiam adiecto recte ſol-
uatur poſt litis conteſtationem factam a ſti
pulatore, *l.ſi quis ſtipulatus §. item ff. de ſo-
lut. & ibi DD. gl.d.l. aliud verb. ſolui poteſt.*
30 Vſque adeo, vt dixerit Paulus *in l.ſi ita ſti-
pulatus ſim 59.ff. de ſolut.* dum adiecto ſol-
uitur eidem ſtipulatori ſolutum videri.
Ergo diſpoſitio *d. l. aliud*, nihil prohibet,
31 quo minus Maſiolus agere poſſet cōtra Bō-
romeum, ſicut nec etiam diſpoſitio *d. l. cum
fundum*; in qua maiorem vim facere vide-
tur Baldus dicens ibi eſſe expreſſum. Quia
32 vt ſequutus Petri auctoritatem docet idem
met Baldus, ibi *ſub nu.2.* conuentio, de qua
in illo textu, tendebat ad liberationem, &
exoncrationem poſſeſſoris, reſpectu cuius,
33 licet regulariter non ſit locus pœnitentiæ;
l.quamuis C. de tranſact. id tamen procedit

io

in liberatione iam nata, & ita loquitur ille textus, ſed in liberatione naſcitura, propter
34 complementum modi vel caſæ, tunc habet locum pœnitentia, niſi debitor impleuerit; vel ſit paratus implere. Et breuiter docet Caſtr. ibidem duo copulatiuè requ'ri, adhoc
35 vt ſit locus diſpoſitioni prædictæ. Et q; gratia debitoris factum fuerit, & quod per eũ non ſtet, quominus exequatur. Quod ipsũ vna cum textu docẽt Alex. Angel. & cæteri. Ergo, cum nec conſtet dictam ſolutionem ordinatam Lucæ, gratia ipſius Bonromei, &/ quod certius eſt) non appareat (ex euidentialibus de quibus ſupra) Bonromeum paratum eſſe adimplere, ac ſoluere, iam conſtat non intrare diſpoſitionem ſingularem *d.l. cum fundum* reſpectu cuius Baldus & Caſtr. celebrant ſententiam Petri, dictis per illam diſpoſitionem totum mundũ confundi.

Vt autem Baldus ea, quæ vt ſupra deduxerat pro negatiua ſententia (ad nihilum ſcilicet poſſe cogi Bonromeum a Maſiolo) cõfirmet; reſpondet quibuſdam obiectionibus, quæ contra relata per eum in eam partem poſſent adduci: quas obiectiones, licet veræ illæ non contineant illud. ſuper quo, præcisè fundatur deciſio affirmatiua (vt patebit per diſcurſum) tamen reaſſumam, vna cum reſponſionibus per eundem adductis, vt omnia per Baldum ponderata exactius cognoſcantur.

Dicit igitur non obſtare ſententiæ negatiuæ numerationẽ factã de valuta per ipsũ Maſiolum Bonromeo, qui a (vt optime probat.) Non omnis numeratio eum, qui acci-
36 pit, obligat, ſed quoties id ipſum agitur, vt conſeſtim obligetur, recipiens, vt totidem plene verbis tradit I.C. *l. non omnes 37. ff. ſi cert. pet.* per Baldum allegata. Quam legem ipſemet Bart. Angel. Caſtr. & cæteri omnes intelligunt. Per numerationem non oriri obligationem, vltra intentionem agentium & propterea verè obſtaret, prout obſtat, ſi vltra numerationem, ponderetur intentio. quæ verè fuit ab initio in vtroq; contrahẽte, vt ſcilicet per eam recipiens remaneret obligatus ad ſoluendas, ſeu ſolui faciendas dictas libras quadraginta quinque groſsorum. Quod omnes ſentiunt, qui huiuſmodi contractum celebrant, & nos plene probauimus ſupra diſputatione prima quæſtione vndecima. Quinimmo etiam, circumſcripta intentione prædicta, & ex vi ſolius numera-

tionis præcedentis: potuiſſet Maſiolus repe
37 tere ob adimplementum ſolutionis faciendæ Lucæ non ſequutum. vt probat ipſemet Bald. *d.l. non omnes ſub num. 3. in ſecundo notabili* vbi docet, quod traditum ſub modo, poteſt repeti elapſo tempore implendi modum, & cæteri ſequuntur. Licet ergo admitteremus, Maſiolum numerantem, non habuiſſe animũ ſibi obligandi Bõromeum ſed ſolum ad ſolui faciendum dicto Lucæ libras 45. die 9. Octobris, nihilominus, ex vi eiuſdem numerationis, elapſo dicto termino, potuiſſet de iure cogere Bonromeũ ad ſoluendum; auctoritate eiuſdem met Baldi.

Iterum dicit non obſtare, quod dici poſſit depoſitum, quia reſpondet, non eſſe depoſitũ ſed cambium; in quo vertitur vtilitas vtriuſque partis, quæ non debet alteri, per factũ alterius auferri, nec aliquid operantur propteſtationes contrariæ, quæ fiunt contra
38 vim, & auctoritatem contractus, *l. vnde falſa ff. de conſtit. pecu.* alias ſequeretur, quod Bonromeo poſſet auferri quæſtus Cambij, ſola voluntate aduerſarij (ideſt alterius cõ-
39 trahentis) quod eſt falſum, *l. Pomponius 10. ff. de negot. geſt.* Sed licet hæc reſponſio ſit vera in ſe, & vere hic contractus non ſit depoſiti, ſed cambij; quod longe ab eo differt) & in eo verſetur vtilitas vtriuſque cõtrahentis (vt ſæpius vidimus) nec alteri, per
40 alterum iniqua conditio poſſit inferri, *l. non debet ff. de reg. iur. l. debitorem pactionibus C. de pact. cap. non debet ext. de reg. iur. cap. ſi fideicommiſſarius §. porro de elect. lib. ſexto.* nec propteſtatio facta contra vim contractus quidpiam operetur. Operantur hæc
41 quidem, vt contractus cambij ſit irreuocabilis, vt plene probauimus diſputatione pri
42 ma quæſtione decima. Nec licèat, inuito altero ex contrahentibus, ab eo recedere, & præſertim poſt acceptationem litterarum, factam ab eo, cui dirigitur tracta, qui ex conſequenti remanet obligatus ex conſtitu
43 to. Qui non obſtante prohibitione datoris litterarum, tenetur ad ſolutionem exequendam, quod probaui ſupra hac eadem diſputatione quæſtione nona. Quod confirmari poteſt ex hoc Baldi dicto, & per textum ab eo adductum in curia tamen impreſſorum corruptæ. Cum nulla lex in toto illo titulo, de conſt. pecu. legatur tali principio, intellegit Baldus *d. l. vtrum preſente 27. verſ. hoc amplius ff. eod. tit. de conſtit.* Vbi I.C. probat

bat ſententiam Pomponij,docentis, falſam eſſe ſententiam Labeonis volētis,ſi poſteaquam quis conſtituit pro alio, dominus denunciet ei,ne ſoluat in factum actionem dādam,ſubdens. *Nec immerito id Pomponius, „nam,cum ſemel ſit obligatus, qui conſtituit, „factum debitoris non debet eum excuſare.*

Vbi expreſſe non de debitore principali, & ſic de Bonromeo loquitur.I.C. Sed de Alexandro Bōmeo,& Dominico de Andrea, quibus tracta dirigebatur . Et quatenus hi illa acceptata ſe conſtituiſſent , ad ſolutionem cogi poſſent,non obſtante quacumqae denunciatione Bonromei ex vi contextus prædicti . Sed hæc non ſtringunt in caſu ſententiæ negatiuæ,pro qua Baldus argumentatur.Quæ,vt conſtat ex euidentialibus conſiſtit in illis terminis , quod cum nec acceptatæ,nec ſoluæ fuiſſent litteræ factæ per Bonromeum,Quæritur an Maſiolus ſtipulator agere poſſit contra ipſum Bonromeum . In quo non agitur de reddenda conditione deteriori alicuius , nec de recedendo a contractu inuito altero ex contrahentibus,nec de impediendo, ne is, qui pro alio conſtituit , contractam obligationem detrecter. Sed an: ob adimplementum non ſequutum eorum , quæ conuenerant inter Bonromeum,& Maſiolum ; Bonromeus ad aliquid remaneret obligatus ipſi Maſiolo , Id quod,hæc ſententia negat, eo prætextu, quod ſolutio eſſet deſtinata tertio : Et ex conſequēti,l'cet bona in ſe ſit Baldi ſolutio ad hanc ſecundam tacitam obiectionem.nō tamē per eam maior redditur vis argumētorum adductorum pro ſententia negatiua, quæ ſupra retuli,& refelli.

Tertio opponit contra eamdem negatiuam ſententiam,quod non per eam Bonromeus locupletaretur in aliquo,cū ſuſcipiens mādatū habeat pecuniā paratā ſolutioni,q̄ offert; Vnde ꝓ ſoluēte habet *vt l.ſi creditrici,& l. acceptā C.de vſu.* Itē fiat nouatio rei,interuē tu,& vna obligatio egrediat, & euellatur de corpore alterius, *vt notatur l.ſingularia ff.ſi cert.pet.l.qui negotia ff. mandat.* Nec aduētit caſus pertinēt ad cōtractus cōſumatos, *Lincendium C. ſi cert. pet. & notatur in l. in omne Sauphel. ff. locat.* Sed cum hęc validiſſima oppoſitio non tollatur per reſponſiones adductas , & ipſemet Baldus eam late confirmet,*a verſiculo conſidera* ; non morabor diutius lectorē,qui a fonte ipſo ea haurire poteſt . Sed cum Baldo ibidem concludam. Vel pecunia remanet penes recipientem ſine cauſa,& hoc eſt iniquum,ex illa, quam diuinam,& nobilem æquitatem dicit, deſumptam *ex l. ſi me, & Titium ff. ſi cert. pet.*(quam memini me alibi extuliſſe)ſi vero in alium transfertur , non debet reddi , niſi ex deffectu cauſæ finalis,prout contingit in caſu; ſi ille, cui ſcribitur non acceptet mandatum.vel declinet ſolutionem . Vnde merito concludit in propoſita quæſtione Baldus.ibidem,*verſ. Nunc ad propoſitum.* Quod ſi litteræ illę formaliter ſeruantur cum effectu,non poterit Bonromeus a Maſiolo conueniri. Sed ſi litteræ non ponerentur in executionem,tunc retro deberet,quod accepit, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus, *l. cū quis l.ſi extraneus ff.de condict. ob cauſ.* Quod idē eſt,ac dicere cum ſente,ntia affirmatiua , per numerationem factam a Maſiolo Bōmeo, hunc illi obligatum remanſiſſe.

Rurſus occaſione reſolutionis in partem affirmatiuam propoſitæ quæſtionis incidenter quærit Baldus , (forte extra neceſſitatem conſultationis , ſuper qua fuerat interrogatus) . An,cum ex dicta numeratione Maſiolus habeat obligatum Bonromeum;poſſit eum cogere ad mutandam perſonam illius cui dirigitur tracta,& loco illius aliam ſubſtituere. Et cū pro negatiua ſententia haud dubie Baldus ſentiat. Ego argumēta in vtrā que partem per eum adducta(iuxta inſtitutum , de quo in præſenti quæſtione) examinabo. Et erunt hæc. in maiorem confirmationem eorum , quæ poſuimus ſupra hac eadem diſputatione quæſt. nona,dum quærerebam, qui potiſſimum effectus reſultaret ex receptione litterarum, facta per ſtipulatorem cambij , vbi concluſi pro hac eadem negatiua ſententia , quam hic aſtruit Baldus.

Primum argumentum pro parte affirmatiua, in hac quæſtione , pro Maſiolo deſumit Baldus ex eo . Quod forte dicti Bonromeus , & de Andrea , quibus dirigebatur tracta , erant falliti . Vnde , etiam ſi ſoluerent , alij creditores poſſent repetere pro rata , & ſic cum effectu ſibi non eſſet ſatisfactum . Vnde non poteſt dici pecunia parata ſolutioni , cum ſit euictioni ſubiecta , *l. pater §. ex quadrante ff. de exception. dol.* Huic argumento triplicem affert reſponſionem .

Rr Sed

Sed (ſi veritatem amamus) prima parum ſtringit ; nam licet veriſſimum ſit in
56 ſe, neminem ſine actione experiri , & non
57 cuilibet nominato in contractu dari actionem, ſed ei in quem creditum dirigitur. Eſt petere principiũ, & ſupponere id quod eſt in quæſtione , quod forte erat deciſum ab ipſo Baldo in quæſtione præcedenti, vbi cõcludit ex dicta numeratione Bonromeum obligatum remanſiſſe Maſiolo ; & per conſequens, Maſiolum actionem habentem , illius vigore agere potuiſſe . De quo per cõſequens non verificatur quod contraxerit, vti procurator: cum ex euidentialibus , & ex deciſione quæſtionis prædictæ , de contrario appareat Maſiolum, ſcilicet vti principalem contraxiſſe . Nec magis ſtringit ſecunda ſolutio , quod ſcilicet Bonromeus fecerit
58 totum id quod facere tenebatur , ſcribendo litteras. Nam, obligatio per ipſum ſuſcepta, non conſiſtit in puro facto ſcribendi litteras prædictas, ſed de ſoluendo, ſeu ſolui faciendo genus pecuniæ conuentum, & in loco cõuento (vt in eadem præcedenti quæſtione confirmauit Baldus, & nos plenius probauimus hac eadẽ diſput. prima quæſt. 12. Nec videtur ſuffragari id, quod pro Bonromeo ſubditur in eadem ſolutione , quod velit vt diſponatur ad ſuam rationem. Nam hoc ſimplex poſterius mãdatum, de quo in litteris ;
59 de ponendo ad computum datoris per eum cui tracta dirigitur, eſt alienum a natura contractus cambij , quod poteſt abſque eo expediri, & reſpicit ea quæ contingunt , vel contingere debent inter datorem litterarũ, & eum cui dirigitur tracta, poſt acceptationem, & ſolutionem litterarũ; vt expoſuimus ſupra hac eadem diſputatione quæſtione quinta . Et propterea, (præſertim ante acceptationem) nullius eſſe poteſt impedimenti ; quominus creditor experiri poſſit de iuribus ſuis aduerſus debitorẽ. Nec demum ſtringit pro eadem ſentẽtia, ratio tertia: quod cogi nequeat debitor, pro vno eodẽque debito, geminare ſcripturas. Nã quæſtio propoſita nõ cõſiſtit, an geminari poſſit perſona cui tracta dirigitur , ſed an mutari, & loco primæ aliam ſubſtituere . Incuitabilior ſane eſſet ſolutio deſumpta ex dicta ,
60 quæſtione nona: quod ſcilicet, licet integrũ fuiſſet Maſiolo variare perſonam , cui committitur ſolutio, ante receptionẽ litterarum, cum tamen per talem receptionem , tacite approbauerit perſonam prædictam ; non poteſt amplius pænitere: quam ſolutionem in vim rationis pro negatiua ſententia , ponit Baldus ipſe hic *nu. 5. in fin. verſ. Item ſufficit* , Quotieſcumque enim intereſt datori litterarum , dictam perſonam non mutare quod pluribus ex cauſis poteſt contingere, & exponit Baldus *eodem nu. 5. verſ. Item quid ſi* : imputet ſibi Maſiolus, qui recipiendo litteras, perſonam approbaſſe cenſendus eſt , ſi aliam perſonam habere non poteſt : Præſertim cũ vt quæſtione 13. põderauimus , ſi litteræ non fuerint adimpletæ , habeat regreſſum contra datorem , vna cum debito intereſſe . Quod intelligendum eſt procedere etiam in caſu , de quo in argumento : quando ſcilicet , etiam ſequuta exactione , cogeretur ad contribuendum cum alijs creditoribus decocti ; cum, tali caſu contingente, exactum non dicatur. Licet enim ſolutio regulariter extinguat debitũ ,
61 intelligitur tamen de ſolutione irreuocabili *gl. l. prima C. ſi antiq. Cred. verb. obtuleris, & ibi Iaco de Aren. Cyn. & alij Carot. de oblat. parte 2. queſtione 11. num.*
62 *11. ſequitur Ciriac. Niger contr. 339. num. 21.*

Secundum argumentum pro eadem affirmatiua ſententia inde deſumit Baldus : Quod Bonromeus accepit valutam ; nec exburſauit libras illas ; ergo poteſt cogi ad reddẽdum ; cum res ſit integra , & mandatum adhuc ſtet in finibus mandati ; quod etiam datum fuit gratia Maſioli , qui per conſequens poteſt prohibere , ne ſoluatur ſed reddatur *l. ſi cum Cornelius ff. de ſolut. l. ſed iure §. ſi quis ff. de donat.* Sed huic argumento optime ſatisfacit Baldus reſpondendo, quod iſte contractus non eſt contractus mandati , ſed mercati celebrati gratia vtriuſque ; Et ideo non habet locum pœnitentia. Quod accipiendum eſt: non in eo ſenſu, vt in his litteris non contineatur mandatum, hoc enim eſſet contra veritatem, & cõtra id quod habuimus ſupra hac eadẽ diſputatione quæſtione tertia , vbi probauimus mandatum neceſſario contineri debere in litteris cambij , & contrarium eius : quod ipſemet Baldus ſtabiliuerat ſupra in euidẽtialibus . Quinimmo , nec in eo ſenſu accipiendum , vt recedi non poſſit a dicto mandato, illudq; reuocari ſalua cambij ſubſtantia , cum ſint duo contractus inuicem diſtincti , & toto cælo inter ſe diſtantes . vt probaui eadem quæſtione tertia.

Sed

Sed in eo ſenſu,quod cum mandatum prædictum emanauerit in executione , & pro executione contractus cambij irreuocabilis non poteſt eo prætextu reuocari mandatū,
63 quod Maſiolus exbur fuerit pecuniam , & mandatum ipſius gratia emanauerit, & ex hoc poſſit pecuniam recuperare , & ſic per neceſſarium conſequens reuocare contractum ſecundum terminos , *l. cum Cornelius ff. de ſolut. in arg. alle gata*. Nam cum contractus ſit irreuocabilis nō poteſt pręiudicare illius reuocationi(prout petebat argumentum) deuciri ad reuocationem mandati, qua de re quæritur.

Adductis argumentis pro ſententia affirmatiua dictæ quæſtionis incidentis vna cum reſponſionibus , quibus Baldum non acquieſcere demonſtrat ipſe dum ſubdit *Viſis rationibus pro, & cōtra cauſam, decidat ille qui „decidere habet ſecūdum rationes quæ magis „videntur vigere*, proſequitur argumēta pro negatiua,& veriori ſententia .

Potiſſimum quia ſtabiles,& firmæ debent eſſe ſcripturæ mercatorum , ad quorum fidem
64 vniuerſi recurrunt *l. quædam §. nummularios ff. de edem*. Sed certe hæc ratio parum ſtringit, quia textus ille loquitur de rationibus, ſeu libris rationum per nummularios edēdis ad inſtar argentariorum qui cum rationes prædictas conficiant, de mandato alio-
65 rum (vt alibi memini me dixiſſe) tenentur eas etiam actori contra communes regulas exhibere.& de eis dicit I.C frequentiſſime ad fidem eorum recurri. Hæc autem non procedere nec applicari poſſe terminis quæſtionis propoſitæ , vel patet ex Baldo ipſo, qui in cuidentialibus has litteras cambij
66 vocauit epiſtolarem ſcripturam . Quod vero ſecundo loco aſſeuerat Baldus,quod ſcriptura mercatorum,& camſorum habeatur pro ſententia.quæ quodammodo bona fide tranſit in rem iudicatam , ideſt ſoliditatem
67 firmitatis &irreuocabilitatis,cū maſſa eorū ſit ſummum bonū,& quintū elementū,non obſtante quod aliqui eorū cōmittant enormia. Eſt quidem ſplendidiſſimum dictū , & non alienum ab illa bona fide,quam exuberare debere in mercatorum contractibus,& ſpecialiter in cābijs ſæpius diximus,ſed huius dicti auctoritas ſit penes Auctorem, cui etiam maiora prædictis poſſunt concedi .

68 Certe textus *in allegato S. argentariorum in auth. de fideinſſoribus* facile poſſet euitari. Cū ibi nihil aliud diſponatur, niſi excipere argentariorū ſpōſiones , propter vtilitatem vniuerſalem contrahentū , a priuilegijs de primo conueniendis principalibus debitoribus,quā deuenire ad fideiuſſores,& mandatores Tertio & finaliter arguit ; Quia ſi ſecundū principalē intentionē litteræ poſſūt conſequi effectum ſuum, tunc non poteſt Bonromeus cogi ad aliquid innouandum . Sed & hæc ratio videtur petere principiū, nam ſententia affirmatiua ideo cogit darorem litterarum mutare perſonam , cui mādatur ſolutio; ex eo , quod timeat ne ille, cui fit mandatum non ſoluat , & intentio prædicta fruſtetur (vt in hypotheſi quæſtionis propoſitæ),vnde ſuccedit, id q̄ ſubdit ibidem & probat Baldus : iniquum eſſe
69 quod numeranti , vel alij pro eo non ſatisfieret ſaltem vt alij ſoluatur quia ſua interreſt. *l. liber homo §. fin. & l. ſiſta ſtipulatus §. griſogonus ff. de verb. oblig.*

Secundo principaliter eandē negatiuā ſententiā probat a ſimiliquod ſicut per additionē
70 vel detractionem factam contractui, nouus efficiatur cōtractus;Id quod non licet alteri o inuito cōtrahente,& ſicut ſi notarius aliquid notaret,ſine iuſſu preſidis preſumeretur ſcriptura falſa. Nec in contractu celebrato in ſcriptis licitū eſt aliquid mutare a prima matrice ſeu radice ; Vnde tabellio nihil poteſt ſuperſcribere, vel diſſumgere. Eadem
72 ratione , nec poſſe circa prædictas litteras, iam conſcriptas aliquid immutari . Sed hoc argumentum a ſimili generaliter ſumptum eſt fragile,*l. fin. & ibi gl. & Caſtr. notat C. de inoff. teſt. l. fin. & ibi gl. cum eodem Caſtr. C. comm. utrinſ. Iudic.* ea ratione, quia nul-
73 lū ſimile eſt idem *cap. Innotuit & ibi Paroc. de elect. cap. ſecundo de translat. prælit. l. 3. C. de vet. iur. emel, l. nerua ff. dep.* Vnde ſit;
74 argumentum a ſimili corruere, & nihil concludere,quando ſimilitudo non eſt per om-
75 nia , ſed ſecundum quid, & in aliquo , li cet
76 minimo , adeſt diſſimilitudo *Canno. c. relatum 38. diſt. c. translato de conſtit. Panor. c. conſtitutus in 3. not. ab. de apellat.* Diuerſita tē autem,nō leuem,adeſſe in caſibus adductis,ſi conferantur cū caſu queſtionis propoſitæ,patet diſcurrēti p ſingula. Additio quidē facta contractui per quā efficitur nouus cōtractus,ſeu verius vitiat ſtipulatio , cū nō correſpōdeat interrogationi ſecūdū terminos,*l. Si cū adijcit ff. de verb. oblig.* debet eſ-
77 ſe in qualitate,ſeu quātitate promiſſorum, *vt ibam poſt gl. libi verb. aliquid Ba. & DD.*

quod longe diſtat a mutatione vnius mandatarij in alium, re integra, de qua in quæſtione propoſita. Rurſum iure prohibetur notario aliquid addere, vel minuere in ſcripturis, iniuſſu Prætoris, ſecundum iura allegata *l. ſi vnus C. de teſta. l. iubemus C. de probat. & l. 1. ff. de his quæ in tecta. delen.* & alia iura ibi late adducta, quia hoc reſpicit fidelitatem perſonæ publicæ, quæ nihil, ſine Iudicis auctoritate, attentare poteſt in actis per ipſum confectis. Quæ quam alienа ſint a terminis quæſtionis noſtræ, nemo non videt, & per conſequens ſimilia hęc pa rum ſtringunt.

Tertium & poſtremum, & quidem validiſſimũ argumenti genus deſumptum ex proprijs, identificatur, cum eo, quod poſuimus ſupra hac eadem diſputatione quæſtione nona. Quia ſcilicet Maſiolus, per receptionem dictarum litterarum: iam approbauit perſonã eius, cui dirigebatur tracta, nec per conſequens poteſt amplius pœnitere. Præſertim ſi ponamus id fore in præiudicium ipſius datoris puta, ſi ponamus eum habere pecuniam paratam penes eundem, vel apud eũ, iam præparamenta feciſſe, & ex alijs cauſis, quibus intereſſe poſſet Bonromeo, ſolutionem potius expedire, miniſterio iam deſcripti in litteris, quam cuiuſpiam alterius. Quo caſu nullũ ius nulla æquitas patitur, vt Maſiolus, qui per receptionem litterarũ cambij a datore, omnia contenta in eis approbauerat, poſſit ad dictam mutationem cogere Bonromeum inuitum; in nihilum obſtante diſpoſitione *l. idemque 10. §. ſi cui ff. mand.*
78 cum (vt optime reſpondeat Baldus) illa procedat, prout loquitur, in procuratore, qui aliena gerit negocia, Bõromeus autem proprium gerit. Et hoc tertio argumento optime firmatur a Baldo ſententia negatiua propoſitæ quæſtionis incidentis ex principali An ſcilicet poſſit dator litterarum cambij, poſt litterarum conſignationem, cogi a ſtipulatore, cui ex dicto contractu eſt obligatus, ad mutandam perſonam, cui dirigitur tracta.

Succedit tertia pars principalis huius conſilij in qua quærit Baldus *num. 6.* quiſnam contractus ſit iſte celebratus inter Maſiolum, & Bonromeum. Et in hac quidem quæſtione acutiſſimum ingenium Baldi omnia tentat, omnem mouet lapidem, ſed nihil certi determinat, ſed oneri ſuccumbens, indeciſam quæſtionem reliquit, contenſus difficultates excitaſſe, concludens loco ſententię. *Volue, & reuolue prædicta in cerebro tuo.* Quibus verbis (veluti ſtimulis actus) Ego, dũ in toro verſarer, & incidiſſet quæſtio de cambijs, nec ab hoc celeberrimo conſilio, ſatis adiumenti, ad veritatis indagationem percepiſſem, ad hos labores me conuerti. Nec eſt mirandum acutiſſimum Baldi ingenium, ſubſtantiam huius contractus plene perſpectam non habuiſſe. Quia re vera, licet tunc temporis cambia celebrari cæpiſſent, vt vidimus diſputatione prima, quæſtione quarta, non tamen adhuc adulta erant, nec ad eam perfectionem, & certam regulam redacta, ad quam, ſubſequutis poſtea temporibus, deuenere; Præſertim per inſtitutionem cambiorum regularium, ex quibus, potiſſima ratiõ iuſtitię & æqualitatis contractus dependet; Et quod magis eſt per determinationem pretiorum in cambijs auctoritate publica introductam, vt vidimus eadẽ diſputatione quæſtione vigeſima quarta. In expoſitione igitur huius tertiæ partis principalis, in qua, quodam veluti motu tres pidationis; procedit Baldus, nullum ad certum finem dirigam ſermonem; Cum nec ipſe quidpiam certi in eo determinet, ſed ſingulas propoſitiones per ipſum adductas, ſeruato illius ordine examinabo.

Primo dicit: videri cambium, contractum pe-
79 cuniæ emptæ, & venditę. Nam ſicuti propter diuerſitatem materiæ, conſiſtit emptio in pecunia, ita, & pariter, ſi adijciatur diuerſitas loci, & temporis, vbi eſt ſoluendum. Vere iſta propoſitio, tam in ſe, quam in ratione, ſui aurea eſt, & tanto viro digna. Licet per eum nullo iure probetur. Cum enim, ex vtraq; parte contrahentium cambiũ veniat pecunia, ex parte quidem ſtipulatoris ſub nomine, & ſubſtantia rei apretiatę, nemo negare poteſt (prædictis attentis) contractũ videri, & eſſe pecuniæ emptæ, & venditæ, vt plene probauimus ſupra in prima diſputatione quæſtione nona. Sed prędicta commutatio non poteſt conſiſtere in moneta eiuſdem generis, ſed diuerſitas neceſſario requiritur vt probaui eadem diſputatione queſtione vigeſima ſecunda. Admitt it id quidem Baldus, ſed loco diuerſitatis materiæ, & generis pecunię dicit ſufficere, ſi in eodem genere pecuniæ ponatur diuerſitas loci vel temporis. Quantumuis enim qua-
80 litas rei adueniens non mutet eius ſubſtantiam, *l. ſi fundum §. ſi res ff. de pignor. §. mi-*

nus

mus Inſt. de hared. quæ ab inteſt. deff. in mo-
81 ralibus tamen reponit eam in ſpeciem, & naturam diuerſam *§. præterea Inſt. de inutil ſtipulat. cap. cum Martha §. quæſiuiſti, de celebr. miſs. cap. ſtatutum de elect. in 6. Hipol. ſing. 520. Menoch. recuper. remed. 6. num. 8. & conſ. 335. num. 12. Surd. dec. 2. & conſ. 321. nu. 12. cum ſeqq.* Et propterea, licet identitas generis pecuniæ impediat eſtimationem
82 relatiuæ oppoſitam, in ordine ad emptionem, & venditionem ad rei & pretium, tamen ſi ex altera parte ponatur, licet in eodem genere pecuniæ, qualitas illa diſtantiæ loci, & dilationis temporis, per hanc qualitatem additam, conſtituitur in alia natura, & in genere diuerſo, & per conſequens nihil impedit, quin poſſit aſſumere naturã rei æſtimatæ per pretium monetæ quidẽ eiuſ-
83 dem generis, ſed diuerſæ naturæ, ob deffectum dictæ qualitatis diſtantiæ loci, & dilationis temporis. Et ſucceſſiue, hanc propoſitionem iure poſſum afferre ad confirmationem deffinitionis cambij quam ſupra probaui diſputatione prima quæſtione decima prima. Nam ſatis probat Baldus eſſe contractum bonæ fidei, vtro citroque obligatorij qui conſenſus re, & pretio perficitur: dũ emptionem vocat. In diuerſo genere pecuniarum; dum pecuniæ emptæ, & venditæ in diuerſitate materiæ appellatione ſine diſtantia loci, & dilatione temporis, dum eaſdem qualitates pecuniæ venditæ adiungit, & in eodem genere neceſſario, ad hanc commutationem requirit, vt non immerito dici poſſit, hanc propoſitionem in ſui ſubſtantia, cõtinere fere totam deffinitionem prædictam, quam fuſius ibi explicaui.

Secunda propoſitio eſt: Quod mercatores arbitrentur Cambium eſſe licitum ex proprio genere contractus, quia emptio, & venditio veriſſima eſt in ſe, & per ea quę fuſius probauimus diſputatione prima quæſtione decimatertia. Sed aliqua difficultas eſt circa illam rationem, quam adducit, *propter pericula quæ ſubeũt, in tranſmiſſione pecuniarum*, quod plene refutaui ſupra eadem diſputatione prima quæſtione octaua. Nec textus allegatus *in l. periculi ff. de naut. fan.* facit ad caſum, nam in cambio nullum ve-
84 re eſt conſiderabile pretium periculi, cũ ex parte vtriuſq; contrahentis veniat tantundem prorſus, vt probauimus dicta diſputatione prima quæſtione ſeptima num. 28.

Hinc etiam tertia propoſitio veriſſima eſt in ſe quod cambium, ideſt, lucrum ex cambio nõ ſit vſura, ſed illa ratio ideo non eſſe, quia non gratuita, & non præſtetur propter tẽ-
85 pus, ſed ratione periculi empti, & venditi. *Arg. l. ſi tactum reſtis ff. de act. empt.* habet opus explicatione. Nam ſi de cambio ſimplici ſit ſermo, cum in eo ueniat tantundem nullum eſt conſiderabile lucrum formaliter, vt vidimus dicta diſputatione quæſtione decimatertia. Si vero, de eodem geminato, in quo, vt plurimum apparet lucrum forma liter, vt ibidem probauiſtũc veriſſimum eſt, non eſſe gratuitum, ſed ex legitima cauſa, hanc cauſam non eſſe pretium periculi, iam admonui, nec vitiari, ex eo quod contingat propter tempus, quod ſolum prohibetur in mutuo, non autem in cæteris contractibus probaui eadẽ diſputatione prima quęſtione decimatertia.

Quarta verò propoſitio, opus habet declaratione; vt ex eo, quod cambium ſit contractus ſolemnis, & firmus, (quod plenius probauimus ſupra diſputatione prima quæſtione duodecima dum inter contractus bonæ fidei, & producentes actionem ſibi cognominem illud repoſuij) non ſit curandum, an ſit commutatio quædam de re ad rem, vel de perſona ad perſonam. Nam ſi illa particula,
86 vel, ſtat diſiunctiuè, quoad verba, & quoad effectum *ſecundum terminos l. eum ff. quando dies leg. ced. l. ſi illud vbi Bald. ff. de leg. 2.* ita vt ſufficiat alteram partem eſſe veram, *l. plene §. penul. ff. de leg. 1. l. quicumque C. de ſeru. fugit. l. fin. §. ſin autem ſub conditione*
87 *C. com. de legat.* prout prima facie accipienda videtur. Certe difficile eſt intelligere, quomodo id ſit verum. Nam ſiue accipiatur permutatio, quæ ſit de re ad rem, in genere
88 & prout ineſſe intelligitur in quolibet contractu, *vt per gloſ. in l. iuriſgentium in prin. verb. vt aliquis ff. de pact. & in rub. C. de rer. permut. & ibi Bart. & in l. ſiue apud acta nu. 21. C. de tranſact. Bald. d. l. iuriſgentium in in princ. num. 4. ff. de pact.* ſiue in ſpecie, & prout tranſit in ſpeciem particularem contra-
89 ctus *l. naturalis §. 1. ff. de præſcr. verb. l. 1. & 2. C. de inr. permutat.* & ſiue accipiatur de ſpecie ad genus, ſiue de ſpecie ad ſpeciem,
90 (prout contingere poteſt *Bal. cap. 1. §. eum autem num. 1. de contro. inueſt. l. ſi. 1. num. 10. ff. de rer. permuta. Couar. de veter. colat. nummis cap. 7. num. 4.*) ſemper, & perpetuo
91 verum eſt, ſubrogari per partes contrahentes rem vnam pro alia, ſeu pluribus, in locum

locum alterius, ſeu plurium, quod optime intelligi; & verificari poteſt de contractu cambij, prout de cambio (ſaltem in genere)
92 intellexerũt Baldus Ias. & Couarruuias locis proxime laudatis, quod etiam optime ſtare poteſt cum illa ratione; quod ſit contractus firmus, & ſolennis, ſed retenta vi prędicta particulę, vel, quomodo verificetur quod cambium ſit commutatio de perſona ad perſonam, & id ex eo quod ſit contractus firmius, & ſolennis, difficile poſſet
93 perſuaderi ſi verò dicta particula, vel, accipiatur, vel hic accipi poſſet copulatiuè, vt quandoq; accipitur, *l. cum quidam §. melius neque C. de verb. ſignif. Bart. in l. is qui diuerſa §. rurum nu. 2. ff. de reb. dub. Bald. conſ. 378. num. 9. vol. 5. Medic. de reſſin. part. 2. c. 1. num. 2. Menoch. conſ. 14. numer. 15. & conſ. 187. num 18.* Ita. ut ſenſus Baldi eſſet, contractum hunc ideo ex eo firmum, & celebrẽ eſſe, quod non ſolum continet commutationem rei ad rem, ſed etiam perſonę, ad perſonam, quia obligatio promiſſoris tranſit
94 etiam in eum cui tracta dirigitur, media acceptatione litterarum. Vel forte ſenſus eſſet non eſſe curandum: an conſideret eſſe Cambium reſpectu rei, puta prout eſt commutatio rei ad rem, vel conſideretur reſpectu perſonarum; prout ſcilicet tranſit obligatio eiuſdem de perſona promiſſoris, ad perſonam, cui dirigitur tracta, cum pariformiter ſemper ſit idem contractus firmus, & ſolemnis quouis modo conſideretur (qui ſane ſenſus magis eſſet amicus litteræ) tunc ceſſaret omnis amaritudo, & verißima eſſet, & inuulnerabilis Baldi aſſertio per ſupradicta.

Quinta propoſitio quę a Baldo proponitur ſe-
95 cundum eum reuoluenda in cerebro eſt. Quod iſtę litteræ videntur continere contractum conſtituitæ pecuniæ; Quæ tamen vo
96 luta, ac ſæpius reuoluta, nullo modo poſſet
97 admitti cum de ſubſtantia conſtituitæ pecuniæ ſit, vt obligatio præexiſtat occaſione cuius quis conſtituat ſe pro alio ſoluturum, vt expreſſe docet Vulpianus, *l. 1 §. debitum autem ff. de conſtit. pecu. iuncta l. cum qui §. quod exigimus ff. eod.* Vſq; adeo, vt nec prior
98 debitor liberetur per dictam conſtitutionẽ, niſi ſolutione ſequuta, *l. vbi. l. item illa §. vetus ff. de conſt. pecu.* etiam non obſtante litis cõteſtatione *d. §. vetus.* Vnde cũ cauſa cãbij
99 & ex qua Bonromeus dator litterarum obligatur, ſit numeratio valuæ, & nulla proponatur obligatio præcedens, impoſſibile prorſus eſt, vt locus eſſe poſſit obligationi ex conſtituta pecunia, quam inſurgere in eo cui tracta dirigitur, tum demum poſt acceptationem, & promiſſionem litterarum pro bauimus hac eadem diſputatione quæſtione nona. Nec ratio adducta ibi per Baldum (quod, ſcilicet, prima perſona, ideſt Maſiolus ſtipulator ponatur tanquam fundamentum cauſæ, ſecunda vero perſona ideſt Lucas, cui dirigitur remiſſa-tamquam effectus quia poſt receptionem apponitur) quidquã ſtringit in vllo ex duobus modis ibi confide ratis; Dato enim, iuxta primum ex dictis modis, dictum Lucam ex dicto cambio acquirere actionem, ac etiam quod intereſſet Bonromeo, quod ille exigeret, quia haberet eũ eo plura calculare allegatis iuribus, *l. cum pecunia ff. de negot. geſt. & l. ſi quis ex argentarijs §. rationem ff. de edend.* Quod euenire, ſi remiſſa illa ſpectaret dicto Lucæ, ratione intereſſe, ſeu ſolliciudinis: Non tamẽ inde ſequitur aliqua obligatio conſtitutæ pecuniæ. Semper enim verum eſt dicere, Bonromeum principaliter obligari, ſiue ad fauorem Maſioli numerantis, ſiue Lucę, cui eſt facięda ſolutio, ſiue ex dicta numeratione, ſiue verius ex illa conuentione, quæ inducit naturam cambij nulla alia præcedente obligatione, & per cõſequẽs ipſoſſibile eſt vt dicta prima obligatio ſit ex conſtituta pecunia per ſupradicta. Nec refert, quod obligatio ex conſtituta ſolo conſenſu contrahatur, nam ſolus conſenſus nõ ſufficit ad illius ſubſtantiam, ſed vltra conſenſum requiritur præcedens obligatio, *d. l. cum qui §. quod exigimus ff. de conſt. pecu.* Quod etiam indubitatum eſt, dato (iuxta ſecundum, & poſterio rem modum) quod remiſſa ſpectaret ratione intereſſe ad ipſum met Maſiolum ſtipulatorem; Lucas vero eſſet ſimplex procurator, nam ſemper eſt verum, obligationem Bonromei non accedere alicui præcedenti obligationi, & per conſequens eam eſſe nõ poſſe ex conſtituta pecunia.

Sexta propoſitio, quam proponit examinandã Baldus illa eſt. Quod ſi recepturus pecuniã ideſt ille, cui dirigitur remiſſa, fuit appoſitus vt procurator Maſioli ſtipulatoris, tunc
101 Maſiolus habet ius, *l. idemq; §. ſi cui ff. mãd.* Vera eſt, ſed intelligenda cum grano ſalis.
102 Nam illud ius, quod habet Maſiolus non eſt ius exigendi a datore litterarum, nec ab eo, cui dirigitur tracta, eamq; acceptauit. cum

hoc

hoc ſpecter ad ipſum procuratorem, ad quē dirigitur remiſſa, vt probaui ſupra hac eadem diſputatione quæſtione ſeptima. Sed eſt ius cogēdi dictum procuratorem actione mandati, vt accepto liberet debitorem, vel eū deleget ipſimet domino, vel ei cui do minus iuſſerit, *vt expreſſe loquitur l. C.d. §. ſi cui. & interpretatur ibi gloſ. Bart. & DD.* Textus vero, *l. ſi cum Cornelius ff. de ſolut.* in propoſito adductus, nihil in contrariū habet, ſed ſolum (vt littera ipſa docet, & omnes, ac Baldus ipſe eam interpretatur.) quod pactum ex interuallo a contrahenti-bus appoſitum, habet vim ſimplicis mandati, quod procedit etiam præſumptiue.

Septima propoſitio illa eſt, quod in dubio præſumitur negotium principaliter pertinere ad eum, qui pecuniam numerat, quia preſumitur ſua, & appoſitus ſolutioni ſeu verius ſtipulationi: quoad litteras cambij, vt vidimus hac eadem diſputatione quæſtione ſeptima) videtur adiectus tamquam ſimplex procurator, vt bene probant iura adducta, *l. Iulianus §. qui fundum ff. de verb. obligat. l. dotis ff. ſolut. matr. notata in auth. ſi quando C. de conſtit. pecu.* nullam habet difficultatē.

Octaua propoſitio. Quod ſi conſtaret quod Bōromeus gratia ſua, & Maſioli feciſſet dictā ſcripturam, ratione alicuius intereſſe: tunc Bonromeus haberet ius, quia non teneretur facere, niſi quod ſcriptura loquitur, & ad eſſectum ad quem loquitur. Eſt abſolute vera, & abſque vlla conditione. Semper enim in cambio, vti in alio quolibet contractu, vltro citroq; obligatorio, intereſt promiſſori, vt conuenta exigātur, & ad effectum deducātur, ad quem deſtinata fuere. Quinimmo vtriq; datur actio ad implementum *tot. tit. cum rub. ff. de actio. empt. & vend.* & plenius probaui ſupra in prima diſputatione, quæſtione duodecima. ea ratione, quia contractus omnes ab initio, & antequam celebrantur ſunt voluntatis: ex poſtfacto neceſſitatis: quod vel in commodato habet locum & probat textus hic adductus *in l. incommodato alias in commodato 17. §. ſicut ff. cōmo.*

Nona propoſitio, in litteris cambij nulla continetur promiſsio, nec ſub verbo perſonali, nec impērſonali, dicit tamen quod videtur ſubintelligi tamquam facta numeratori. Et hęc etiam propoſitio indubitata eſt, ex quolibet enim contractu actio, & obligatio oritur, *totis titulis de actionibus, & obligationibus.* Nec eſt neceſſe quod vēditor promiſſiſſet, ſe rem traditurum, quod eſt implicitū in viſceribus ipſius contractus. Et id ipſum contingit in contractu conſtitutæ pecuniæ, ex quo dari actionem cum docent, *l. 1. C. eod in auth. ſequenti quæ hic adducitur* non tamen exprimitur verbum promiſſionis. Propterea nil mirum, ſi nec in litteris cambij, ex quibus cambium plene probari diximus ſupra hac eadem diſputatione quęſtione tertia, legitur verbum promitto, tamqām omnino ſuperfluum.

Decimo affert auream praxim ad cognoſcendum in cambio, & generaliter in omni cōtractu, quando duo interueniunt ad aliquid acquirendum, quis nam ex eis ſit dominus. & quis miniſter, & dicit. Quod quando numeratio eſt cauſa alterius miniſtri, tunc certū eſt quod nudus miniſter eſt procurator, Sed vbi principaliter pertineret negotium ad eum, cui debet ſolui; tunc contra, & qui primo numerauit eſſet miniſter, & recepturus principalis, & dominus negotij. Id quod ſatis per ſe eſt notum. Sed non aperit Baldus quomodo alter ab altero diſtinguatur Sed ſubdit: quod ex qualitate perſonarum & ex aliis accidentibus inter eos bonus vir perpēdet. Qua de re non eſt dubium, ſi modo, pro certo habeamus (aliter non conſtito de veritate) numerantem præſumi de proprijs pecunijs ſoluiſſe. *Bald. in l. reſtituēda. num. 3. C. de pet. hereditat. Bart. in l. ſi patrono. num. 4. C. com. utriu. Iudic. Dec. conſ. 99. num. 2. & conſ. 248. numer. 4. Natt. conſ. 100. num. 15. & conſ. 158. nu. 2. Maſc. concl. 1325. num. 12. Ioſeph. Ludouic. de Societ. concl. vnic. col. 8. & col. 11.* & conſequenter, eſſe dominum illius negocij, & principalem, eum vero, cui debet fieri ſolutio, & in quem dirigitur remiſſa, miniſtrum, & procuratorem.

Vndecimo dicit, quod Bonromeus habet determinatum commodum; ideſt cambium, & ſicuti non debet ſuſtinere incommodū, ita nec debet locupletari, Quia ſubſidium; vt dicit littera, cambij reſoluitur in cambij factū in pecunia numerata. Hæc propoſitio per ſe ſatis eſt obſcura; Nec dubium iniuria temporum, & impreſſorum, litteram eſſe corruptam, vt expreſſe denotat verbū illud, ſubſidium, quod nec latinam, nec barbaram vllam habet ſignificationem. Arbitror Baldū his verbis velle innuere Bonromeum obligatum eſſe actione depoſiti. Dicit namque cum ex dicto contractu, non debere quidē

damnum

damnum pati. Sed neque locupletari, cum aliena iactura, & cum cambij effectus, ad quem, secundum intentionem contrahentium, ordinabatur, ob non factam solutionem ab eo, cui dirigebatur tracta, resolui in factum cambij in numeratione pecuniæ, in illud scilicet factum, quo Masiolus cambiū intendebat; quod nihil aliud est præter factum numerationis pecuniæ. Ex quo fit, vt per dictam receptionem Bōromeus ex depositо teneatur, quod videntur probare iura per Baldum adducta, *l. sponsalitorum 25. ff. de depositi.* Vbi ex simplici pecuniæ receptione, pater tenetur actione depositi, *& in l. Lucius 27. ff. eod.* vbi etiā pecunia illa, quæ sub titulo depositi pro filia in dotem data fuerat per patrem seruo ecclesiāte causa dotis (quæ consistere cum seruo non potest) succedit actio depositi. Sentiens pariformiter Baldus; cessante cambio, ob non implementum, pecuniam existentem penes Bonromeum, qua ille locupletari non debet, repetendam actione depositi. Sed obligatum ex cambio non teneri depositо, certum est, si ipsam depositi naturam inspicimus, de qua per Vulpianum, *in l. 1. ff. depositi.* quod scilicet tunc contrahatur, cum aliquid custodiēdum detur, quæ custodia sicut connaturalis est, naturæ dotium; dotatis omnino seruandarum) *vt. 11. de iure dot.* ita repugnat substantiæ cambij, ad effectum omnino diuersum a custodia, ordinatum. Et propterea, licet dici posset resolutum ob non adimplementum, non per hoc vllam rationem depositi posset consequi, sed pecunia repetenda esset, vel conditione ob causam ex pœnitentia aut præscriptis verbis ad interesse, vt ipsemet Baldus concludit hic in quarta parte nu. 7. Adde nec etiam dici posse contractū cambij resolutum ob defectū adimplementi, sicuti nec resolubitur venditio ob rem non traditam, sed sicuti in contractu venditionis datur actio ex empto ad rem consequendam, ita in cambio dari ex cābio, vt vidimus disputatione prima, quæstione duodecima.

Duodecimo, quod Masiolus, cum sit primo nominatus *in litteris* præsumatur principalis. Sed verè hæc propositio non videtur procedere, nec in facto nec in iure. Nō *in facto* quia, vt constat ex prima parte in euidētialibus, Lucas est primo nominatus in litteris, eique mādatur solutio facienda; Masiolus vero postea, sub illa enunciatione, quod ab eo valuta fuerit habita. Non in iure, quia repugnat praxi supra per eum tradite, *in secunda propositione. Fortius stringit, & cōcludit alia ratio, qua Baldus subdit, quod scilicet ex eo sit principalis, quia vnusquisque suo nomine contrahere præsumitur, & paciscī; quod probant iura ibi adducta, l. & magis ff. de solut. l. si pactum ff. de probat.*

Decimotertio asserit, quod si Masiolus esset instītor alterius potuisset agere, & exigere, cum habeat directam actionem ex proprio contractu, *l. quod seruus 11. ff. depositi.* Sed cum non egerit tamquam instītor alterius, sed tanquam alter puta, Lucas instītor suus, quod debet docere de mandato quod ille esset suus instītor, vel negotiorū gestor quia non præsumitur man datum, *l. si quis insciatus ff. depositi.* Hæc propositio est in se verissima, etiam re spectu secundæ partis, si Masiolus ex pei sona Lucæ, tamquam sui instītoris, egit contra Bonromeum. Sed maxime est aduertēdū p dictā traditionē egredi Baldi terminos, propositæ quæstionis, in qua quæritur, Quisnā contractus sit cābiū; a qua quæstione longe differt quærere cuinā detur actio ex cambio. Et vlterius aduertendū quod licet propositio illa, regulariter, sit vera, si tamen applicetur contractui cambij venit explicanda, per ea, quę latè tradidi supra hac eadem disputatione quæstione septima vbi disputaui quisnam præferatur in exactione remissæ, & concluſi, sequata acceptatione litteratum facta per eum cui tracta dirigitur, præferendum eum, cui spectat remissa, sola cura, & sollicitudine, etiā ipsi domino remissæ, q sibi imputare debet, quod talem legem impo fuerit rei suæ. Ité ex eis, quæ pariter latè disputaui supra hac eadem disputatione quæstione decima tertia: dum egi de eleuatione protesti, & de acceptatione super protextu, secundum quorum contingentiam oriuntur actiones, ob nō sequtum adimplementum, vel aliter sequtum, quam esset in litteris descriptum. Quæcum non esset in vsu, tempore Baldi, dum præsens consilium editum fuit, nemini mirum videri merito potest, ab eo ne cogitata q uidem, sicuti indecisam reliquisse, vt supra admonui, quæstionem propositam in hac tertia parte, cuius scilicet naturæ esset contractus cambij, initus inter Masiolum, & Bonromeum.

Eademque ratione nemini mirum, quod in quarta, & vltima parte principali ponit Baldus *hic num. 7.* dum quærit, an libellus bene

fac tit

fuerit formatus contra Bŏromeū. Nā licet de hoc nullam feciſſet mentionem in euidē tialibus: & paulo ſuperius *in verſicul. & ſi bene conſideretur* laudaſſet, dictantem libellum, quod omnia ſapienter conſideraſſet & perpendiſſet; Concludit tamen male libellatum, quia agere debuerat, vel condictione ob cauſam, vel præſcriptis verbis ad intereſſe, quod habet locum etiam in contractibus innominatis, ergo ratione non abſimili dabit veniam lector; ſi in hac quarta, & vltima parte conſilij, eum diutius nō moror: præſertim cum contenta in ea obuiā ſint, & parum inſtituto meo vlla ratione deſeruiant.

DISPVTATIO II.

QVAESTIO XXIV.

De Doctrina Romani in conſ. ducenteſimo trigeſimo octauo

Cuius conſ. tenor eſt vt infra.

PRO habenda ſubſtantia veritatis in propoſito caſu quadam ſunt præſupponenda. *Primum quod concluſio noſtri libelli tendit ad duo. Primum quod quicquid ſolutum eſt mente & nomine vſurarum, quia ex indebita cauſa ſolū adeſt cōpenſetur, vna cū ſorte principali iuxta debita, & eſt noſtra fūdata cōcluſio hic eū cauriſſe quod ex indebita cauſa ſolutū computari debeat in cauſam ex qua debetur ff. de ſolu. l. creditor §. fin. ff. de cōdindeb l. eleganter §. ſi poſt. ff. de tranſact. l. & poſt rē §. fin. Secundo quod quatenus facto ſaldo inter lunētam, & Cambiotum promiſſa eſt dicto lunēte certa quantitas nomine cambiorum cum hec dicta quantitas ſit promiſſa indebite eatenus dicta promiſſio cancelletur ac pro nulla ac abolita haberi debere prōūncietur, & ſimiliter iuris habet veritatem concluſio iſta cum expreſſum ſit quod promiſſio facta vltra id quod eſt debitum peti poteſt per iudicem declarari nulla atque cancellanda. C. de poſth. l. ſi ſub ſpecie C. de non num. pecu. l. ſi quaſi C. de condi. ex lege. l. ſi. ff. de condi. indeb. l. is qui plus ff. de condi. ſine l. qui ſine cū ſi. Secūdo principaliter præſupponēdū quod cū magna quantitas pecuniæ alteri abſque adiectione cauſæ datur; prout eſt in caſu propoſito, cenſetur in dubio data ex cauſa mutui glo. eſt ordi. ff. ſi cert. pet. l. cum quid. Caterum & ſi dicatur dna in caſu depoſiti, nihilominus ex quo datur vtenda ad nutum ipſius depoſitarij non eſt cauſa depoſiti l. Lucius & l. dies ſponſatiorum ff. locati. in naue Saufeli. Tertio præſupponendum quod quicquid mutuata forti accedit vſuræ eſt, quodcunque nomen dicta acceſſioni imponatur, & conuertitur etiam in vſuras ſi ipſa acceſſio vocetur hoc nomine cambium prout eſt in caſu propoſito vt de primo eſt tex. ff. ſi cert. pet. l. rogaſti §. ſi tibi extra de vſur. c. conſuluit, & 14. q. 3. cap. ſi fœneraueris cap. putant quidam, & c. vſura de ſecundo eſt tex in eadem. qu. & cauſa in cap. plerique ibi dū dicit & quodcumque ſorti accidit vſura eſt, quod vltis ei nomen imponas. Quarto præſupponitur in tantum veram eſſe præmiſſam concluſionem, & ſi velit creditor in ſe ſuſcipere periculum mutuatæ pecuniæ ad quod tamen de iure non tenetur vt C. ſi cert. pe. l. incendium, & velit in compenſationem ſuſcepti periculi paciſci, vt quod non ſibi vltra ſortem detur nihilominus hoc non licet. Eſt enim a iure improbata dicta conuentio tamquam vſuram ſapiens caſus eſt expreſſus de vſur. c. nauiganti in primo reſponſe. Quinto præſupponendū quod quem contractus vſurarios celebrare probatur ex eo quia aliàs fœnerare conſuetus eſt. C. de vſu l. cum allegas in gl. ad hoc ibi expreſſa, & tex. eſt extra de pig. cillo uos, & no. extra de emp. & vend. ad noſtram extra de vſur. c. cum in Dioceſi, hanc autem conſuetudinem in dicto lunēta uigere per nos deducēum extitit probatum.*

His ergo neceſſario præſuppoſitis videamus an promiſſio horum cambiorum lunēte facta uel eorumdem exactio ſi quid exactum fuerit licita uel illicita. Et breuiter clariſſime in inferioribus rationibus oſtenditur ipſam illicitam fuiſſe. Prima quia tunc demum cambia ſunt licita quando recipiuntur vt periculi primum, & ſint ſecundum generalē conſuetudinem mercatorum. Ita determinat

d. Bald. & recte in rub. C. de consti. pecu. hoc modo declarans glo. or. in l. 3. C. de exercito, & dicta p̄ se in l. 1. C. de usu. iud. Sic itaq; cū in proposito casu non recipiantur dicta cambia vt periculi pramiū quod patet ex eo: quia periculum, quod potest versari in dando pecuniam ad cambia est: quia dans aliquando de sorte principali perdit hoc autem dicto Iuncta minime potest locum habere quia specialiter dictus Iuncta consuenit quod semper dicta sors principalis remaneret firma nullo casu dirimenda vt patet in dicto saldo ibi, colla vostra somma, nec etiam fuerunt secundum generalem consuetudinē celebratacum generalis consuetudo amittat hoc scilicet quod adueniente casu peditionis sortis principalis damnum hoc ad dantem pertineat, quod tamen omnino dictus Iuncta voluit euitare: vt patet ex verbis supra relatis ergo, &c. Secundo istud clare deciditur ex glos. singulari ad propositum in dicto capitulo plerique in vers. negotiatores, determinante quod si dotibi pecuniam cum pacto, quod de contingente lucro facias mihi partē vsq; cum principali sorte data reddēda quod talis contractus illicitus sit, & vsurarius. Sic itaque in proposito cum ipse Iuncta voluerit, quod principali sorte semper sibi salua maucnte cambia vt lucrum non autem vt periculi pramium sibi debeantur. Consequēs est vt cambia hic permissa, & exacta illicita censeamus. Tertio hanc sententiam apertissime videtur determinare. d. Bald. in l. 1. C. pro socio deciduus, & punctualiter verba eius refero quod illi qui mutuant pecuniā ad negotiandum hoc pacto quod capitale sit saluum, & si quod lucrum interuenit illud diuidatur faciunt cōtractum in se continentem vsuras prauitatem, & omnino illicitum, & ideo quod legitur & not. extra de donat. inter vir. cap. per nostras, debet intelligi quando pecunia datur ad partem lucri, & damni quia tunc contractus est licitus, vt ibi secus si ad partem lucri non autem damni, quia tunc est secus vt supra est dictum. Sic igitur cum Iuncta mutuatam pecuniam dedevit ad lucrum nullo autem modo ad damnum cum semper sortem principalem voluerit sibi saluam esse consequens est vt hanc cambiorū promissionem illicitam censeamus. Nec est dicendum quod cum in proposito casu nō fuerit ad negotiandum data pecunia, sed simpliciter ideo locum sibi non vendicent duo precedentia argumenta: quoniam dupliciter respondetur. Primo quod prefati DD. in eorum quæstione non considerant pecuniā datam esse ad negotiandum vel non sed hoc tantum scilicet quod dans voluit sibi summā esse saluam, & lucrum si quod contingeret diuidi, sicut est punctualiter in casu nostro, vbi Iuncta voluit sorte principali sibi salua manente adeo quod nihil de ea perdat, aut sibi diminuat lucrum cambiorum, sibi afferre. Secundo respondetur quod ex quo isti quibus per Iunctam pecunia data fuit mercatores erant consequens est, vt censeatur causa mercandi, ac negotiandi hanc pecuniam acceptasse, & ita Iuncta dedisse posito quod hoc in datione expressum non fuit, vt hic est ex singularis in l. si ver. vlt. C. ad Maced. quem loquentem in milite doc. ibi, & Bald. Cod eod. tit. Macedoniani extendunt ad mercatorem. Quarto hanc promissionem illicitam fore euidentissime demonstratur ex eo vt supra secundo loco presupponi. Hæc pecunia per Iunctam censetur mutuo data fore, ergo quod ei accedat nomen cambiorum censetur vsura esse licet accessio ipsa non usura sed cambium per Iunctam nūcupetur ut est tex. in d. cap. plerique, ut supra dixi in tertio presupposito. 9 Quinto certissimum est quod hæc cambia ideo sunt permissa, quia dubitatur continuo an ipse dans sit lucraturus ultra sortem an uero perditurus aliquid de principali sorte. Ratione etenim euentus dubij lucrum quod postmodum superuenit censetur esse iustum, & licitum, ubi alias non censetur. Casus est expressus extra de usu. cap. in Ciuitate, & cap. nauiganti. Cod. eod. tit. l. ea pactione. Sed in proposito casu dictus Iuncta de perditione noluit aliquo modo esse dubius, sed omnimodo certus cum conuenerit sortem principalem semper sibi fore saluam. Igitur ista sola ratio eum conuincit panitus esse 10 usurarium. Sexto generalis consuetudo cambiorum hac est ut ille cui ad cambium pecunia datur restituens quādocumque uelit liberetur si restituat cum cambys prateriti temporis tantum sed in casu proposito hoc minime fieri potest: cum ex quo isti quibus pecunia data fuerat acceperit reddendam ad menses sex. consequens est, ut & si infra dictum terminum reddant non liberentur nisi solute cambia totius temporis scilicet tā prateriti quam futuri, ui firmat glos. ordi. in proposito nostro in l. qui pecuniam ff. si certum. petatur. allegans l.

Qui

ipſi Romæ in princ. ff. de verb. obli. Igitur eſt conſequens vt dicamus cãbia iſta etiã quo ad iſtud generali conſuetudine remotum illicita reputari: Vltimo inſpiciantur libri in quibus continuo deſcribuntur curſus cambiorum, puto enim quod ex eorum Inſpectione clariſſime demõſtrabitur quod iuncta materis quantitatis cambia recepit quã fuerit curſus communis, & conſequenter illicita. Sed poſito ſine præiudicio veritatis quod ſecundum communem curſum recepiſſet, nihilominus remanet pur omnino conuentio hæc illicita, ex quo ipſam ſortem principalem cui nolnit vſuras ſub nomine cambiorum accedere ſed voluit ſaluam manere, & in eadem nullam diminutionem nullum detrimentum ſentire, vt ſupra pluries repetij.

Poſtremo ſupereſt, vt reſpondeamus quattuor debiliter dictis per aduocatos partis aduerſæ. Ad primum enim qui dicunt Cãbiotum, & ſocios non poſſe opponere iunctæ exceptionem illicitorum cambiorum cum & ipſi ſæpe ſæpius eadem cãbia fecerint per cap. quia fruſtra, & per cap. Michael extra de vſur. dupliciter reſpondetur. Primo quod hæc cãbia per ambos celebrata, ſunt diuerſæ ſpeciei. Illa enim quæ per Iunctam ſunt illicita alia vero quæ per Cambiotum ſunt licita. Non ergo procedit oppoſitio de diuerſo, ad diuerſum ſed de eodem ad idem. Secundo & iſta eſt reſponſio ſingularis regulæ dicti cap. fruſtra & dicti c. Michael procedit tantũ in delegato prout ipſa expreſſe loquitur, vt in d.c. Michael, patet ex verbo ibi poſito auctoritate noſtra &c. quæ quidem ſignificant aliquem delegatum non autem ordinarium vt eſt caſus ſingularis in cap. cum aliquibus in fi. reſponſ. de reſcript. lib. 6. nõ autem locum horũ in ordinario coram quo conuẽtus vt vſurarius agenti non poteſt opponere & tu vſurarius es vt ſingulariter firmauit Lapus in allegationibus ſuis alleg. 156. ſed vicarius Archiepiſcopi coram quo hæc cauſa tractatur ordinarius eſt, vt plene firmat gloſ. in cap. Romana circa princ. de appell. lib. 6. ergo &c. Sed vide. dictũ Ludon. in conſ. 285. qui tenet quod habeat locum etiam in ordinario dicto cap. quia fruſtra. Ad ſecundum autem quod dicunt quod ex ſola conuentione non poteſt argui ipſe Iuncta vſurarius, cum ſit ſubſequens receptio neceſſaria vt firmat Io. And. in c. quamquã in verſ. receperint. de vſuris, in nouella. Breuiter reſpondetur quod nos agimus ad duo. Primum quod ſi quid ex cauſa cambiorum ſolutum eſt dicto Iuncto, & hoc probatũ eſt, illud ſolutũ tãquã ex cauſa inuſta, & illicita cedit & cõputatur in debitũ ſortis principalis debitæ ex cauſa licita, quia mutui quod quidẽ fieri debet prout ſupradixi in vltimo præſuppoſito ſi ergo nihil probatur dictum Iunctam recepiſſe ſit in nomine Domini. Secundo agimus vt illud quod promiſſũ cancelletur atque debeat, quod etiam fieri debet, prout primo loco præſuppoſui, & ſic non obſtat dictũ Io. And. Ad tertium quod dicũt per generalem conſuetudinem Ciuitatis hæc cambia approbata, igitur non fore diſputandum de eorum iuſtitia vel iniuſtitia. Reſpõdetur generali conſuetudine permiſſa fore licita, nõ autem illicita, prout hæc ſunt, vt ſuperius eſt oſtenſum. Præterea & ſi illicita huius ſpeciei permitterentur, dico hanc conſuetudinem illicitam cambia permittentem, & ſapere vſurariam prauitatem nullatenus fore in curia Eccleſiaſtica obſeruandam vbi præſens cauſa agitatur. Caſus eſt de vſur. de. vnica cum ſi,

Ad vltimum quod dicunt facientes maximum fundamentum quod ex quo cambia non ſunt certitudinaliter promiſſa, ſed conditionaliter, vt patet per illam dictionem videlicet in conuentione appoſitam per verba futuri temporis ibi, ſibi conſtaſſero &c. de le. 1. l. Stichum qui meus erit de leg. 3. l. ſuper. conſequens eſt vt non poſſit idem tanquam fenerator argui.

11

12 Reſpondetur primo quod tunc eſt verum, quod dictio relatiua, qui, adiecta verbo futuri temporis conditionem importat quãdo adijcitur ad id quod eſt ſubſtantiale diſpoſitionis, & ita loquuntur dicta iura. Sed vbi adijceretur circa id quod eſt accidentale ipſius diſpoſitionis, vt patet in caſu propoſito quia adijcitur circa cambia quæ ſunt accidentalia mutui non autem ſubſtantialia, tunc non facit dictio ipſa diſpoſitionem conditionis, ſed remanet pur ſimplex, & pura, & hic eſt tex. ſing. in l. 2. in princ. ff. de hæred. inſt. & late no. Bar. in l. 1. ff. de cond. & demonſt. Vel ſecundo nil ad rumbum an fuerit promiſſio ipſa cambiorum conditionalis an vero pura quia quomodocunq; dicta eorum promiſſio, vt illicita debet cancellari prout petimus, vt ſupra eſt latiſſime demonſtratum. Non enim quærimus nos an Iuncta ſit vniuerſalis fenerator, ſed an hæc promiſſio de qua in ſcripta licita ſit, vel illicita. Ex his igitur omnibus apparet euidens, & firmiſſima neritas.

1 *Romanus habuit Baldum Præceptorem.*
2 *Calderinus floruit ante Baldum.*
3 *Vir magnæ virtutis, & ſcientiæ laudatur à Baldo.*
4 *Paul. de Caſtr. fuit auditor Baldi.*
5 *Quæſtio, de qua agit Roma. conſ. 238. propo-nitur, & declarando recenſetur.*
6 *Cambium ſiccum quale.*
7 *Quicquid eſt ſolutum nomine, & mente uſu-ræ tamquam ſolutum ex indebita cauſa compenſari debet cum capitali.*
8 *Iudex adiri poteſt, vt cancellet, & annullet obligationem uſurariam, & indebite fa-ctam.*
9 *Magna pecuniæ quantitas tradita alicui ſine cauſæ adiectione intelligitur ex cauſa mu-tui ſecundum Gl. ſed quomodo intelligatur inferius declaratur.*
10 *Depoſitum potius quam mutuum præſumitur & de ratione, & quando ſit verum 12.*
11 *Actio depoſiti eſt bonæ fidei, certi vero con-dictio pro mutuo eſt ſtricti iuris.*
13 *Debitum cauſatum ex numeratione quando conuertitur in mutuum tempore ſaldi, non ſit vi præcedentis numerationis, ſed vi tranſfuſionis prioris obligationes in nouã & nu. 14.*
14 *Nouatio non ſit niſi expreſſe agatur.*
15 *Nec facile contrahitur ſine ſtipulatione.*
16 *Quicquid ſorti accedit mutuatæ eſt vſura quocumque nomine cenſeatur.*
17 *Etiam ſi creditor ſuſcipiat in ſe periculum pecuniæ creditæ, & in præmium dicti pe-riculi.*
Declara, vt nu. 57. 58. 59. & 63.
18 *Intelligas quando creditor contra diſpoſitio-nem iuris vult, quod etiam ſequuto nau-fragio debitor teneatur.*
19 *Vel quando mutuat vt debitor ſecum' conne-niat de periculo ſuſcipiendo certa promiſ-ſa mercede, alias non mutuaturus.*
20 *Vel etiam quando periculi pretium excedit iuſtum pretium.*
21 *Alia affertur limitatio per Auctorem quan-do mutuans recepto pretio periculi intel-ligit ſuſcipere periculum rei mutuatæ, nõ actionis perſonalis cõtra debitorem, ratus ſatis magnam iacturã facere interitu rei.*
22 *Iuſtum pretium periculi ſuſcepti per credi-torem vere, & realiter de pecunia, ſeu re mutuata non improbatur.*
23 *Vſurarius præſumitur qui alias vſurarios contractus celebrare ex fauore conſueuit, declara tamen, vt ibi.*
24 *Ad contractum vſurarium præſumendũ non qualibet admittitur coniectura, ſed debet eſſe grauis, & à iure approbata.*
25 *Nec vna ſufficit, ſed plures requiruntur.*
26 *Etiam in ſolito fenerari.*
27 *Pactum de retrouendendo ſi concurrat cum coniectura ducta à perſona fenerari ſoli-ta, non arguit contractum vſurarium.*
28 *Tex. in l. cum allegas. 18. C. de vſur. perpen-ditur.*
29 *Tex. in cap. illa res de pignor perpenditur.*
30 *Intereſſe cambiorum differt à lucro, quod in-tenditur, & ferè ſemper contingit in nego-tiatione cambiorum, & ratio aſſignatur.*
31 *Lucrum cambij formaliter ſupponi per ne-ceſſarium antecedens, quod ille, qui lucra-tur, celebret contractum cambij, ſine qua celebratione, & geminatione nõ datur di-ctum lucrum.*
32 *Intereſſe cambij non inuoluit per neceſſe cele-brationem contractus cambij, ſed dicitur quoddam genus intereſſe extrinſecum rei principaliter debitæ.*
33 *Lucrum ex cambio licet à communiter acci-dentibus, & ferè ſemper contingat, poſita duplicatione contractus, non eſt tamẽ per-petuo verum, & ibi declaratur.*
34 *Creditor qui vltra ſortem ſtipulatur intereſ-ſe cambiorum non patitur diminutionem aliquam in capitale.*
35 *Intereſſe triplex, conuentum, commune, & ſingulare, ſecundum multos, & ſecundum alios, vnum tantum in exceſſu conſiſtens, nu. 36.*
37 *In lucro reſultante ex cambio mora conſi-deratio impertinens, & de ratione.*
38 *Intereſſe cambiorum, vel aliud non debetur ſine mora.*
39 *Ampl. verum eſſe non ſolum in debite ex Iu-dicis officio mercenario ob interpellatio-nem ſiue legis, ſiue hominis, ſiue iudicialẽ ſiue extraiudicialem, ſed etiam in conuẽ-tionali.*
40 *Intereſſe etiam conuentionale non' paciſcitur ante moram.*
41 *Lim. in intereſſe damni emergentis.*
42 *Et ſecundum aliquos etiam in lucro ceſſante. Maxime ſi non concurrant requiſita per Nauarrum.*
43 *In lucro reſultate ex cambio nulla habetur conſideratio lucri ceſſantis, ſeu damni emergentis.*

44 *Se-*

44 *Secus in intereſſe cambiorum, & alio quouis & quomodo.*

45 *Probatio quænam requiratur in materia intereſſe lucri ceſſantis, vel de iure, vel ex conſuetudine Genuenſi.*

46 *Intereſſe damni emergentis vt debeatur an requiratur quod probetur tantam ad vnguem fuiſſe captam pecuniam ſub intereſſe, quanta ſibi debetur, vel quod neceſſitas præciſa fuerit dictas pecunias ſub intereſſe capiendi.*

47 *Pacti vtilitas in debitore moroſo per quod detur licentia creditori capiendi cambio pecuniam mutuatam refertur, & validitas eiuſdem.*

48 *Intereſſe cambiorum, & aliud quoduis, quod de iure debetur, & de iure ſtipulari poteſt ab initio poſt morã, poteſt etiam ab initio taxari ad certam quantitatem etiam in mutuo, modò tamen ex poſt facto fiat probatio.*

49 *Menoch. conſ. 1 180. n. 6. reprobatur.*

50 *Ampl. etiam ſi probato excedat vel in minori concludat, quia juſtinetur quatenus cõcludit.*

51 *Gl. in l. cum allegas 15. C. de vſur. verb. vltra perditur,*

52 *Lucrum ex cambio non videtur poſſe formaliter in taxationem deduci, & 64.*

53 *Diuerſitas inter cambium, & alia mercimonia circa intereſſe refertur.*

54 *Intereſſe cambiorum ab initio taxari non poſſe docetur.*
Intelligas vt nu. 56 & 64.

55 *Fallit ſi de duplici agatur, remiſſiue tamen.*

59 *Gl. in cap. plerique 14. quæſtione 3. verbo negociatoribus declaratur.*

60 *Societas inita ex pacto, vt qui illam exercet, communicet lucrum cum illo, qui pecuniã exponet, ſuſcepto per exercentem periculo ſortis, vſuraria eſt.*
Declara tamen vt ibi.

63 *Bald. l. 1. C. pro ſoc. nu. 29. perpenditur.*

65 *Cambium licitum non quia in eo dubitetur de euentu lucri, vel de periculo capitalis, ſed quia continet in ſe juſtitiam.*

66 *De generali conſuetudine cambiorum eſt, vt ille, cui ad cambium pecunia datur, libere tur reſtituendo capitale cum intereſſe.*

67 *Declara vt non intelligatur hoc de cambio propriè, ſed tantum in contractu, in quo intereſſe cambij ſtipulatur ex mora.*

68 *Conſuetudo contra ius diuinum non attenditur.*

69 *Relatiua dictio non reſpiciens ſubſtantialia diſpoſitionis non facit conditionem.*

70 *Conditio ex natura rei non ſuſpendit, nec reſoluit.*

VIX poſt Baldum repe
ries aliquem ex anti-
quioribus, qui de hoc
noſtro celeberrimo cõ
tractu plenius vno in
loco diſputauerit, quã
Romanus in hoc conſ.
238. per totum, videli-
1 cet. poſt præceptorem, diſcipulus, vt ipſe de
ſe teſtatur *in conſ. 517. num. 16.* Licet enim
Gaſpar Calderinus integrũ de cambio con-
ſilium ediderit *in conſ. 11. de vſur.* vbi deſẽ-
dit a labe vſuraria, conuentionem illam Ge
nuæ celebratam, ſub nomine cambij, qua ſti
pulator emerat, vt ipſe loquitur, centum bi-
ſantios ſibi ſoluendos in Ciuitate Alexan-
driæ, ſubintellige Ægypti, vbi tũc temporis
Genuenſes magna exercebãt mercimonia)
pro pretio cẽtum decem biſantiorum, ſoltu-
torum Genuæ. Tamen ſi demas ab illo con-
ſilio antiquitatis venetationem, cum nullibi
apud noſtros iuris interpretes, reperiatur
per illa tẽpora facta plena mẽtio de hoc cõ-
tractu, (Calderinum enim patrem ante Bal-
2 dum floruiſſe, vel ex eo paret, quod a Bal-
do ipſo laudatur, elogio illo, ſanè omnium
maximo, tamquam ſcilicet vir magnæ vir-
3 tutis, & ſcientiæ *in conſ. 226. lib. 1.*) Et cum
antiquitate, ponderationem illã, quod vſq;
ab initio naſcentis, contractus pro quadam
vẽditione habitus fuerit. Nil in eo continetur, quod diligentius examinatum, ſit apẽtũ
plenius manifeſtare, iuxta inſtituti noſtri ra
tionem, ſubſtantiam, ſeu naturam rei de qua
agimus. Vno enim verbo quæſtionem illam
ſedaſſet Baldus ex eis, quæ vidimus in quę-
ſtione proxime præcedenti, in tertia parte
principali, in principio, vbi docet, emptionẽ
& venditionem poſſe conſiſtere in eodem
monetarum genere. ſi, & quatenus ex altera
parte addatur qualitas diſtantiæ loci, & di-
lationis temporis, per quam fit quid diuer-
ſum, vt ibi plenius explicaui; Vnde leuis
vtilitas ex commentatione ad Calderini cõ
ſilium emanauiſſet.

Plenior ſane ſperari poteſt ex hoc Romani re
ſpõſo, tũ ex multis, quę ſub tiliſſime in eo de
duxit; cum, pluribus argumentis, vſque ad
ſeptimum numerum, ſuam tueri ſatagat

ſen-

ſententiam, de cuius veritate ego valde dubitandum cenſeo, rationibus inferius exprimendis; tum, & multò maxime (quod in primis inſtituto deferuiat meo) quia contractum cambij cum alia, & diuerſa re confundit. Quæ confuſio etiam noſtris hiſce temporibus, apud pleroſque perdurat, nec mihi hactenus opportuniorlocus datus fuit, de ea differendi; cum vix pertineat ad hanc ſecundam diſputationem, nec in vniuerſum intra tertiæ cancellos apte collocari poſſit. Vnde nullibi aptius quam in fine ſecundæ, & præfinibus tertiæ potuit collocari plenius exinde præſtaturus ſuo loco in tertia.

Sane (vt tandem rem aggrediar) ſuper eodem facto conſuluit Paulus de Caſtro, & ipſe
4 Baldi diſcipulus, *vt de ſe fatetur in l. turiſgentium §. quinimmo num. 20. ff. de pact. & conſ. 109. num. 2. vol. 1. & conſ. 164. num. 1. vol. 2.* in conſilio centeſimo vigeſimo ſeptimo per totum libro ſecundo, ſed neſcio quo fato, licet aduerſus intentionem Romani conſuluerit, contractus doctrinam non attigit, contentus repellere actorem ex defectu libelli, ſeu modi agendi. Et propterea allegata per Romanum adhuc (quantum ad Caſtrenſem attinet) militant, & procedunt.

Ad euidentiam igitur dicendorum ſupponendum eſt: editam fuiſſe conſultationem hanc, quam examinandam ſuſcipio, ſuper huiuſ-
5 modi facto. Cum inter Iunctam ex vna, & Cambiotũ ex altera parte, mercatores Florentinos plura computa præceſſiſſent; deuẽtum fuit ad calculationem, & ſolidationem eorum (colligitur hoc ex illis verbis *facto ſaldo inter &c. de quibus hic ſub n. 1.*) ex qua ſolidatione apparuit Cambiotum remanere debitorem Iunctæ de aliqua pecuniarum quantitate, quam ſaluamfore Cambiotus promiſit eidem Iunctę (colligitur hoc ex plurib⁹ locis in quibus fit magna vis ſuper conſimili promiſſione, & formaliter ſub nu.
6 ſub illis verbis *colla noſtra ſomma*) Et ſe ſoluturum promiſit intra menſes ſex (Colligitur hoc *ſub nu. 10. ibi reddendum ad menſes ſex*) vna cum certa quantitate nomine cambij, (colligitur hoc *num. 7. ibi certa quãtitas nomine cambiorum*) Si tamen de dictis cambijs conſtaret (colligitur hoc *ſub nu. 11. in fine che conſtaſſero*)

Opportunum enim fuit factum integrum ex toto conſilio; prout occaſio ſe dedit, a Romano inferto in vnum colligere, ad euidentiorem doctrinam, quinimmo pro maiori ſupplemento ſupponendum eſt *ex Caſtr. d. conſ. 127. circa medium* dictum cãbiũ fuiſſe cãbiũ de Venetijs: quod tũc tẽporis Florentię frequentabatur, & fuiſſe cambium Siccum; quod ſine litteris fiebat *idem Caſtr. ibidem verſus finem*. Quod quale fuerit, pete ab eis, q̃ poſuimus ſupra in prima diſput. quæſtione quinta; dum quærebam, quo⁹ uplex eſſet Cambium; vbi ex Rodulphino, & Syl-
6 ueſtro, ac Summa Angelica diximus: Siccum Cambium dictum fuiſſe ex eo quod ſine litteris fiebat: quod ab Ambroſio de Vignate appellatur Caſuale, & hoc modo fiebat. Promiſſor ſe obligabat, ad ſoluendũ libras decem groſſorum monetæ Venetiarum pro pretio, & valuta habita florenorum centum ſex: quarum librarum, nec fiebat ſolutio, nec deſtinabatur Venetijs, ſed poſt certum tempus, repetebantur a ſtipulatore, in eadem Ciuitate Florentiæ; non in dicto genere librarum; ſed in totidem florenis, ſemata tamen valutatione tempore ſolutionis currente Venetijs. Quod facile eſt credere, ſemper factum fuiſſe cum aliquo augmento, florenorum illorum, qui nomine valutæ primo loco, a ſtipulatore ſoluti fuere. Quod genus Cãbij auctores prædicti probant, tanquam a labe vſuraria immune; cuius fides ſit penes ipſos; cum, vt conſtat, & ibi diximus, noſtris hiſce temporibus exoleuerit.

Modò hanc conuentionem, factam ad fauorem Iunctæ, reſpectu dicti Cambij vt ſupra præmiſſi, Romanus impugnat, tamquam vſurariam, & antequam ad probandum concluſionem prædictam deueniat, quinque præmittit præſuppoſita vſq; ad numerum ſextum verſ. His ergo, deinde ſeptem argumentis ſententiam ſuam perſuadere conatur vſq; ad numerum decimũ prope finem, verſiculo Poſtremo ſupereſt: exinde vſq; ad finem, reſpondet contrarijs; quæ contra firmatam concluſionem adducebantur. Vnde apte in dictas tres partes totum dictum reſponſum diuidi poteſt, & nos de ſingulis ſigillatim differemus.

Quo ad primam igitur partem attinet, reſpectu prioris, præſupoſiti: quod ſcilicet
7 quidquid eſt ſolutum nomine, & mente vſurę, tamquam ſolutum ex indebita cauſa, compenſari debeat cum capitali, quod ex iuſta cauſa debetur; non habet difficultatem; ſicuti nec illud: quod licite peti poteſt a Iudice cancellari obligationem vſu-

rariam

rariam, & indebite contractam.

Reſpectu ſecũdi præpoſiti *de quo ſub n. 3.* in ea parte; vbi generaliter aſſeritur: traditã magnam quantitatem pecuniæ alteri abſque adiectione cauſæ intelligi ex cauſa mutui non ita de plano procedit. Certe gl. *allegata in l. cum quid ff. ſi cert. pet. verb. pro cauto*, dicit, præſumendum eſſe depoſitum ſeu mutuum, & potius eſſe præſumendum depoſitum, expreſſe docuit Baldus *in l. incendium nu. 10. C. ſi cert. pet.* ea ratione: quia expeditius eſt creditori habere actionem bonæ fidei ideſt, depoſiti; quam ſtricti iuris, ideſt, certi condictione ex mutuo. Cum actio depoſiti ſit priuilegiata, quod monet menti tenendum. Nec reſiſtunt iura allegata: quod ex eo, quod detur pecunia vtenda ad nutum recipientis, egrediatur naturam depoſiti. Nam, vt plene probauimus ſupra hac eadem diſputatione quæſtione decima ſeptima, non per hoc amittit naturam depoſiti, ſed dato, in dubio, præſumendum potius mutuum quã depoſitum, *prout placuit Bart. d. l. cũ quid nu. 10. ff. ſi cert. & magis probat Caſtr. ibidem num. 13.* præſertim quando conſtat pe-
12 cuniam, non fuiſſe traditam in ſæculo, ſed numeratam, certe maiorem difficultatem habet hoc idem præſupoſitum; dum expreſſe innuit hoc eſſe præſumendum in caſu propoſito. Nam id videtur repugnare narratis in quæſtione; qua dictum fuit, Iunctam remanſiſſe creditorem, facto ſaldo (videlicet computorum inter eos præcedentium) quod repetit Caſtr. *d. conſ. 117.* ibi *ſaldo, ſeu dacordo facto vel habito inter partes* & rurſus ibidem, *Et in quo ſaldo, ſeu dacordo.* Quæ verba innuunt: capitale illud, de quo erat creditor Iuncta, & quod ſibi caurat; vt ſaluum eſſet, ſoluendum intra ſex mentes; prouenire, non ex pecunia numerata, tempore contractæ obligationis, vt dubitari poſſit in quam cauſam fuerit numerata, ſed prouenire a cauſa ſeu cauſis computorum, præcedentium inter mercatores prædictos. Quas cauſas, ſi dicere vellemus conuerſas fuiſſe in mutuum tempore facti ſaldi, id aſſeri non poteſt, vi præſumptionis prædictæ procedentis vi primæuæ numerationis, ſed vi transfuſio-
13 nis, præcedentis obligationis in nouam, *l. r. in princ. ff. de nouat.* ſcilicet nouationis, quę
14 hodie non contingit, niſi expreſſe dicitur, *l. fin. C. de nou.* Nec facile contrahitur abſq;
15 ſtipulatione, *l. item illa S. vbi. l. vti quis, & vtrobique Bart. ff. de conſt. pecu. & d. l. n. 3. ff. de nouat. Ias. in rub. de verb. obligat. num. 24. Galian. num. 73.* Et hinc facile fuit Caſtrenſi: *in d. conſ. 127.* eludere rationes omnes adductas contra Iunctam, ex eo præciſe, quod cum in eo ſolum fieret vis per actores q̃ in caſu ageretur de mutuo nec tamen de eo probatum fuerit, reus debebat abſolui, quantumuis aliunde appareat cambium illud eſſe illicitum. Non eſt igitur tranſeundum cum hac parte, huius ſecundi præſuppoſiti, licet alias verius eſſet, ex ſimplici numeratione oriri præſumptionem mutui.

Tertium præſuppoſitum. Quod, ſcilicet, quic-
16 quid mutuatæ ſorti accedit, ſit vſura quocumque nomine cenſeatur *iuribus ibi nu 6. plene adductis num. 95.* (retento tamen themate mutui, ſiue formali; ſiue virtuali, vt plenius probauimus diſputatione prima, quæſtione 13) procedit ſine difficultate.

Quartum præſuppoſitum. Quod quælibet acceſſio, facta ſorti, ſit vſura, etiam ſi credi-
17 tor ſuſcipiat in ſe periculum pecuniæ creditæ, & detur in præmium dicti periculi *ſecũdum terminos cap. nauiganti de vſur. in primo reſponſo* nullo modo, ita generaliter prolatum, debet admitti; Sed tum demũ, quãdo creditor vult contra diſpoſitionem iuris
18 Cæſarei quod etiam ſequuto naufragio, debitor teneatur. & placuit Abbati *d. c. nauigantis in princ.* Vel quando: omnes, ea cõditione, mutuat, vt debitor ſecum pariter conueniat, de periculo ſuſcipiendo: certa promiſſa mercede; alias non mutuaturus,
19 (prout hanc eſſe communem ſententiam Theologorum, & Canoniſtarum teſtatur Couarruuias *variar. reſol. lib. 3. cap. 2. nu. 5. verſ. ſecundo moſtis*) Vel; vti magis placuit
20 ipſimet Couarruuiæ, *ibidem verſ. tertio*, licet mutuet, vt etiam pretium periculi recipiat, aliàs non mutuaturus, quando dictũ pretium periculi excedit iuſtum pretium.

Vel (vt ego alias cẽſebam) quando mutuãs,
21 recepto pretio periculi, intelligit ſuſcipere periculum rei mutuatæ, non actionis perſonalis contra debitorem, ratus ſe ſatis magnam iacturam facere interitu rei, ex quo vt plurimum, inanis ei eſt futura actio perſonalis, inopia debitoris naufragi, qui intellectus in ſubſtantia coincidit cum ſententia Abbatis de qua primo loco. Sed quicquid ſit de prædictis varijs lectionibus certum eſt apud omnes, qui diſpoſitionem de

qua

qua in dicto capitulo nauiganti examinauerunt vltra prædictos *Medin. C. de reſt. qu. 38. in 3. cauſa col. 4. d. c. nauiganti Lupus ibi dem Gaſpar Roderi. de annu. reddit. lib. 3. quæſt. 5. nu. 55. Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. qu. 7. art. vnic. Strach. de aſſecur. in præfat. nu. 26. Azor. inſt. mor. par. 3. lib. 7. cap. 7. qu. 8. Salas de contract. tit. de vſur. dub. 23. num. 3. Bona. de vſur. diſp. 3. qu. 3. punct. 5. n. 1. Velaſc. conſ.*

32 *18. nu. 4.* Non improbari iuſtum pretium periculi, ſuſcepti per creditorem vere, & realiter, de pecunia, ſeu re mutuata', ſecundum terminos iuris Cæſarei, *l. 1. l. nihil intereſt l. periculi cum l. ſin. ff. de recut. fan. l. 1. Laumie & l. fin. C. eod.* & propterea merito cauendum ab hoc quarto præſuppoſito Romani, ita generaliter prolato.

Quintum præſuppoſitum eſt: quod probatur,

23 quem contractus vſurarios celebrare ex eo, quod alias fænerare conſuetus eſt. Sed nec

34 præmiſſum hoc eſt tutum; aut tenendum, quia licet ex præſumptionibus colligatur, & probetur contractus vſurarius, tamen non quælibet coniectura ſufficit, ſed debet eſſe

25 grauis, & a iure approbata, nec vna ſufficit, ſed duæ, vel plures *Couar. var. reſol. cap. 8. num. 4. Gabr. conſ. 74. num. 8. lib. 1. poſt hos & alios late Menoch. lib. 3. præſ. 122. nu. 7. & per totum vbi de dictis præſumptionibus late diſſerit* Et in ſpecie de ſolito fænerari, quod

26 non per hoc cenſeri debeat contractus fæneratitius, etiam ſi adſit pactum de retrouendendo, niſi & aliæ concurrant coniecturæ docent DD. *relati a Capill. in tract. de ſimul. contract. nu. 74. ſequitur Menoch. d. præſ. 122. num. 104. & nu. 108.* Nec iura ad-

27 ducta per Romanum, ad probandum hoc præſuppoſitum, id ſuadent, nam tex. *in l. cũ allegas 18 C. de vſur.* id ſolum habet, promiſ

28 ſionem quadrupli, in pænam non factæ, ſtatuto tẽpore, ſolutionis, redigi ad legitimas vſuras, in quarum fraudem dictam pænam appoſitam fuiſſe, lex præſumit. Et licet antiquiores Interpretes non conuenerint; an id eſſet perpetuo verum. (Sed vt refert gl. ibi, *ve. vltra* aliqui voluerint indiſtincte textum procedere in contractu cuiuslibet perſonæ quibus Bart. Bald. & Caſtr. conſentiũt; Maxime in debito quantitatis, aliqui verò opinati fuerint id ſolum procedere, & habere locum in ſolito fænerari) non tamen, etiã data pro vera hac poſteriori, & reiecta ſententia, ſequitur ex eo ſolum cõtractum præſumi fæneratitium, quod contrahens ſit ſolitus fænerari, ſed tantum in caſu dubio, & quando dubitatur ex aliis, puta. cauſis, & cõiecturis, contractum eſſe fæneratitium, & in eodem ſenſu loquitur textus *pariter alle gatus in c. allos vos 4. de pignor.* in quo Sum-

29 mus Pontifex Innocentius nõ abſolute pronuntiat, pignus, non venditionem eſſe contra prætẽſum emptorem: ex eo ſolum quod cõſueuiſſet vſuras exercere; Sed ex duobus inſimul concurrentibus, quæ in inſtrumento fuerunt expreſſa. Quod ſcilicet fructus percepti deberent in ſoluenda pecunia cõputari, & quod vltra ſummam receptam ſexaginta ſolidi deberent perſolui. Vnde, attenta illius conſuetudine fenerandi, facilius contra eum pronuntiandum; Propteraq; tantum abeſt, hoc textu probari præſuppoſitum quod immo illud in totum deſtruit: & dicto textu euincitur, licet conſuetudo fænerandi ſit habenda in conſuetudine, non tamen per eam, ſeclusis alijs, & vrgentioribus coniecturis, habendum eſſe cõtractum pro fæneratitio.

Accedendo modo ad ſecundam, & potiſſimam partem conſilij, in qua ſeptem argumentis conatur probare Roinanus; conuentionem propoſitam, de ſoluendo cambio eſſe vſurariam. Quibus ſingulariter reaſumptis reſponſiones accommodabo, ex quibus cõſtabit, ni fallor, nihil proponi per Romanum, quod ſonet in illicitum, ſeu vſura rium.

Quod antequam exequar ſtabiliendum eſt:

30 magnum intereſſe diſcrimen inter intereſſe cambiorum, & inter illud lucrum, quod intẽditur, & ferè ſemper contingit, in negotiatione cambiorum. Licet namq; id habeãt commune, quod vtrumq; in ſubſtantia dicit illud, quod prouenit vltra ſortem principalem. eamq; extendit ad maiorem quantitatem, quam prius eſſet, non computato, nec compræhenſo dicto lucro, ſeu intereſſe; vnde non raro inſimul confunduntur, & alterum pro altero promiſcue accipitur, tamen, vt dixi, formaliter longe inter ſe differunt.

31 Lucrum namque cambij ſupponit, per neceſſarium antecedens', quod ille qui lucratur, celebret contractum cambij, & ſine tali celebratione. & quidem geminata (vt appoſuimus ſupra diſputatione prima quæſtione decima tertia, num. 123.) non eſt dare dictum lucrum. Intereſſe vero cambij non

32 inuoluit, per neceſſe, celebrationem dicti contractus; ſed dicitur quoddam genus intereſſe, extrinſecum rei, quæ principaliter debetur

debetur; ad quod poſitis debitis circumſtã tijs, tenetur debitor, vltra debitum principale, & de quo intereſſe, in genere, loquuntur iura, & DD. *in l. 1. ff. de actio. empt. & l. 1 C. de ſent. que pro eo quod inter.* Et hoc eſt illud ipſum, quod ſupra innui, hic potiſſimum per me eſſe dicendum, in quantum nõ egreditur limites ſecundæ diſputationis, nec inuoluit cambij duplicationem, & eſt præ foribus tertiæ, in quantum agit de lucro cambij, quod ſine geminatione non contingit (plenius tamen in tertia diſputatione præſtiturus, in quantum dictam geminationem contractus cambij inuoluit) Et ex hoc diſcrimine plures, ac plures effectus iuris longe inter ſe diuerſi oriũtur, & inter cæteros.

Primo quia lucrum reſultans ex cambio, licet
33 a communiter accidentibus, & fere ſemper contingat (poſita contractus duplicatione) & illud quidem, ſiue in maiori, ſiue in minori quantitate, ita vt, ex neceſſario antecedẽti, capitale ſemper ſaluum ſit, tamen hoc nõ eſt perpetuo, & neceſſario verum. Poteſt enim aliquãdo contingere; prout de facto contingit quandoq; vt non ſolum nullum pænitus lucrum conſequatur; ſed etiam diminuatur capitale, puta, dum celebratur feria, communiter æſtimatur, Romę eſſe magnam penuriam, & futuram magnam neceſſitatem rei nummariæ, & ideo pretiũ cambij pro dicta platea, vt prædictæ expectationi correſpondeat, ponitur leuius, quam alias regulariter fieri ſoleret. Titius, eadem perſuaſione ductus, eique forte magis fidens, quam par erat, cum in dicta feria aduentium haberet, de illo diſpoſuit pro dicta Ciuitate, & forte ad menſuram dictæ perſuaſionis, cum aliqua vlteriori diminutione pretij taxati co mmuniter; quo exequuto contrarium contingit, nam, vel ceſſante neceſſitate rei nummariæ precisa, vel ſuperueniente ex inſperato ingenti quantitate pecuniarum in ciuitate prædicta; magna cõtra expectationem reſultauit pecuniarum abundantia. Vnde longe ampliori pretio ei neceſſe fuit comparare ſcutos marcarum, pro feria ſequenti. Ex quibus neceſſario cõſequitur tali caſu, minorem quantitatem ſcutorum marcarum, habiturum eũdem Titium in dicta feria, ſequenti, quam habuerit in præcedenti, & per conſequens paſſurum diminutionem capitalis. Hoc vero nul-
34 lo modo poteſt contingere in creditore vltra ſortem de intereſſe cambiorum, qui ſem-

per, & perpetuò, habet ſalutum capitale, nec ex eo quod vltra capitale ſibi debeatur intereſſe, etiam cambiorum, ſiue ex mora, ſiue ex ſtipulatione, poteſt pati aliquam diminutionẽ in capitali, ſibi debito. Intereſſe, enim,
35 ſiue triplex ſit conuentum, commune, & ſingulare, *vt voluit gl. verb. interſit ff. de act. empt. & ibi communiter DD. Bald. nu. 4. Dyn. plures refert c. mora de reg. iur.* ſiue vnum tantum. Certum eſt, quod cõſiſtit in exceſſu *Alber. d. l. 1. n. 1. ff. de act. empt. late poſt alios Dyn. d. regula mora a num. 6. cum ſeqq.* Qui
36 exceſſus dato quod non adſit, puta, quia cãbia illud non produxerunt, non per hoc, vlla exceptio competit debitori, de non ſoluendo integro capitali, ex eo, quod cambia fuerint in damno.

Secundus effectus eſt quod in lucro, reſultante ex cambio, impertinens eſt quæcumque conſideratio moræ. Nam ex circumſcripta, licitè, & legitime in vtroque foro. (ſi cætera adſint) conſequitur lucrum. Probatur: nam lucrum ex cambio, ſicuti ex quolibet alio mercimonio, verè, & formaliter oritur ex geminatione eiuſdem contractus (iuxta ea quæ expoſuimus ſupra in prima diſputatio ne, quæſtione decima tertia) de quorũ ſub-
37 ſtantia non eſt, vt aliqua mora interueneritz nec vllus vmquam ſomniauit. Non ſic in intereſſe cambiorum, ſeu alio quouis, quod nullo modo datur ſine mora, *l. quod te & ibi poſt alios 1. a. nu. 35. ff. ſi cert. pet. plene Cracett. conſ. 460. num. 9. lib. 3. Rot. Gen. dec. 86. nu. 4. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 119. nu. 5.*

38 Quod non ſolum eſt verum in illo intereſſe cambiorũ, quod debetur vel deberi poſſet, officio Iudicis ex interpellatione, ſiue legis, ſiue hominis, ſiue iudiciali, ſiue extraiudiciali, ſecundum terminos, *l. mora ff. de vſur. l. titia §. Scio ff. de leg. 2. l. qui Roma §. cohære des ff. de verb. oblig.* Sed etiam in illo, quod
39 deberetur, ſeu deberi poſſet ex pacto, ſiue ex ſtipulatione. Quod licet ex eo quod conuentionale ſit, ſemper debeatur, *Mant. cõſ. 185. nu. 3. vol. 2. ſequitur Bartazol. conſ. crim. lib. 2. conſ. 264. num. 16.* tamen regulariter
40 paciſci videtur non poſſe ante moram *Fely. in cap. cum venerabilis nu. 9. de except. Dec. conſ. 116. num. 2. Rebuff. in l. 1. gl. vlt. nu. 34. C. de ſent. que pro eo quod inter. Cracett. conſ. 87. num. 5. Lup. in l. curabis §. 6. n. 121. ff. de act. empt. ſequitur Claud. Bertazol in add. ad Bart. Bertaz. conſ. crim. lib. 2. conſ. 264. in tertia concluſione,* Quod licet non

procedat in interesse damni emergentis,
41 quod scilicet pacisci possit etiam in mutuo, inter quamcumque moram. *D. Glos. 22. qu. 78. art. 2. Sot. de iust. & iur. lib. 6. qu. 1. art. 3. col. 3. Lup. d. l. curabit §. 6. nu. 124. Claud. Ber-tazzolus ibi supra tradit de hoc neminē dubitare* Et de lucro cessante aliqui etiam opinantur *Covar. var. resol. cap. 4. num. 5.* Tamen, in casu lucri cessantis, videtur magis sequenda opinio contraria quam late probat *Lup. d. l. curabit §. 6. num. 125.* maxime, quando non concurrant ea quæ recenset Nauarrus *in manual. conf. cap. 17. nu. 212.* Quod scilicet
42 vel detur dilatio, quia mora immineat, vel debitor ex re debita fructus percipiat, quibus concurrentibus, sententiā Couarruuiæ optime temperat, & defendit Claudius Bertazzolius *in add. ad d. conf. 264. vbi supra.*

Tertius effectus est: quod in lucro resultante
43 ex cambio, nulla pariter habeatur consideratio lucri cessantis, seu damni emergentis, ad hoc, vt licite percipiatur, in quantumuis magna quantitate. Sicuti enim in quolibet alio mercimoniorū genere a iure approbato, & in quo versatur industria mercatoris, adhoc vt licite lucrum prouenire dicatur; impertinens est cōsideratio lucri cessantis seu damni emergentis, id ipsum dicendum est de lucro illo, quod resultat ex cambij celebratione, vt probauimus in prima disputatione quæstione decimatertia. Sed in interesse cambiorum ex alio quouis debito quouis modo. & ex quacumque causa fortasse debitoqeretu n esteeatenus tantum deberi, qua
44 tenus interfit creditori, siue ex damno passo siue ex lucro omisso, & ad illius mensuram. *l. ait qui natura §. non tantum ff. de neg. gest. l. 1. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc. l. Sociū ff. pro soc. l. & in contraria ff. de vsur. l. si commissa ff. rem rat. hab. cap. peruenit de fideiuss. & vbique DD. plene Canon. cap. 1. de vsur. ... Cesarei in l. 2. C. cod. Menoc. de arbitr. cas. 119. lib. 2. Card. Mant. de tacit. & ambig. comment. lib. 4. tit. 2. Bertaz. d. conf. 264. & ibi Claud. in addit* In tantum, vt si nullum damnum sentserit creditor, vel nullum lucrum omiserit, nihil consequi possit; ratione interesse, cum nihil ei interfit solutum non fuisse, *l. si fœrilis §. cum per venditorē ff. de actio empt. Lanc. in c. sacro de sent. excom. & ibi Card. & Alb. Anna. conquastus de vsur. & de cōmuni testatur. Couar. var. resol. lib. 3 cap. 4. nu. 2. sequitur Card. Mant. de tacit & ambig. lib. 4. tit. 2. n. nu. 13. Bertazz. d. conf. 264. nu. 8. & ibi Claud. in add. in 3. & 2. conclu.* Et hinc in lucro ex Cambio cessat illa difficultas, quomodo scilicet, sit probādum dictum damnum emergēs, vel lucrum cessans. Quod in interesse cambiorum, & alioquouis, adeò torquet ingenia Interpretum nostrorum, vt adhuc nō conueniant, an in probando interesse, lucri cessantis sufficiat simpliciter probare creditorem alias fuisse solitum ne-
45 gotiari & lucrari. Nam licet apud nos Genuenses, attenta vniuersali consuetudine, negotiandi super cambijs, & facilitate implicandi horis omnibus pecunias in consimili negotiatione, obtinuerit sententia affirmatiua, de qua testat Rota nostra apud Bellonum *dec 1. num. 45. & dec. 139. nu. 8. & 17. & alibi* tamen de iure valde controuersum est, vt constat ex relatis per Menochium, *de arbitr. iudic. lib. 2. casu. 119. sub nu. 3. vers. rursus, & quarto, cum seqq.* In interesse vero
46 damni emergentis aliqui fuerint opinati tantam ad vnguem fuisse captam pecuniā sub interesse, quanta sibi debetur ab eo à quo damnum prædictum repetere volunt, vt placuisse videtur Alex. *conf. 101. num. 3. Roma. conf. 101.* Vel saltem, quod necessitas præcisa fuerit in creditore, dictas pecunias sub interesse ab aliis recipiendi, nec creditor alio modo, aut via habere potuisset, *vt* voluere *Ambr. de Vigne. salubriter nu. 264. de vsur. Angel. verb. usur il 1. nu. 7. Sylues. in sum. verb. eodem*, quæ tamen optime refutantur a Bertazzol. *d. conf. 264. lib. 2. crim* vbi optime probat ex communi DD. sententia, docere de damno passo a creditore ob non receptam pecuniam sibi a suo debitore debitam. Sed certum est hæc omnia cessare in lucro ex cambio, in quo, vt supra dixi, ex natura dicti contractus, communi cum quocumque alio commerciorum genere, imper tinens est, quelibet consideratio lucri cessātis, seu damni emergentis.

Et hic obiter colligere licet, quam sit vtile creditori id quod in Ciuitate nostra frequen-
47 tissime vsurpatur, non solum pacisci de interesse, sibi soluendo a debitore moroso, sed etiam consequi ab eo facultatem, capiendi cambio cōsimilem summam a qualibet persona, pro qualibet platea, eamque cōtinuare super eisdem cambijs, & recambijs vsque quo sibi a debitore fuerit satisfactum de credito vna cum interesse, quę pactio nullo iure improbatur, aut improbari potest, eamq; plures in puncto tamquam iuri consonam

admit-

admittunt *Roman.conſ.101.Curt.Iun.conſil. 132.part.1.Berta. diconſ.264.lib.2.crimi.* & nos plenius probabimus infra ſuo loco in tertia diſputatione. Vigore enim huius pactionis non tenetur creditor, pro conſequendo intereſſe cambiorum, docere de aliquo intereſſe lucri ceſſantis, ſeu damni emergentis; Sed ſolum ſe vſum dicta facultate, ad cuius probationis difficultatē euitandam, ſolent etiam addere cauti creditores: vt de vſu illius, & de quātitate lucri, ſeu intereſſe, ex dicta negotiatione reſultanti, ſtari debeat ſimplici dicto cum iuramento ipſiuſmet creditoris, vel habituri cauſam ab eo. De cuius pacti vi, ne ad extranea diuertiſſe videar, quærere diligētius ſuperſedeo ſuo loco infra diſputatione tertia huius prę ſtituirus. Nam ſicuti veriſimilium puto creditori de eo ſibi caueri, non leuiter dubito de illius vi, quatenus in facti contingentia ſtaremus in puris terminis iuramenti præſtiti, qua de re alibi apcius quæram ſimul, & de illo cuius effectus ſit etiā illa pactio, quæ in ſimilibus addi ſolet, vt ſcilicet creditor vti poſſit dicta facultate, capiendo ad cambium etiam a ſe ipſo, in vna, ſeu pluribus vicibus, & partibus in æquali, & in maiori quantitate. Sed redeūdo ad inſtitutum ſermonem.

Quartus effectus eſt, quod intereſſe cambiorū
48 ſeu aliud quoduis, quod de iure debetur, & de iure ſtipulari poteſt ab initio poſt morā, & vt ſupra; poteſt etiam ab initio taxari ad certam quantitatem, etiam in mutuo: dum tamen ex poſt facto dictum intereſſe, ſiue ex lucro ceſſante, ſiue ex damno emergenti probetur: per quam probationem dicta taxatio ſubſtinetur. *DD.in l.rogaſti §.ſi tibi ff. ſi cert.pet. Alex.conſ.200.lib.6. Dec. cōſ.111 col.ult.& conſ 322.nn.4.& in cap.cum venerabilis nu.14.uer.taxatio de except. Couar. uar.reſol.lib.3.c.4.nu.5 illat.7. Rub. Alex.in conſ. 88. in fin. Admittit contra ſe Rota noſtra apud Bel.dec.193.nu.10 Claud. Bertaz. in Add.ad dictum conſ.264. Bertazz. lib.2. in 2.concl,* Vnde nō audiēdus Menoch. *conſ. 1180.nu.6.* dum ex pluribus per eum citatis
49 num.6. contrarium reſtatur, vel intelligēdus non ſequuta probatione poſt taxationem, in quibus terminis plures per eum adducti loquuntur. Et eſſe hanc communem opinionem Theologorum dicunt plures. *Lupus in l.curabit §.6.n.126.de pact.empt. Burſat.cōſ. 320.n.54.refert,& ſequitur Claud.Bertaz. ubi ſupra proxime.* Quod intellige verum, non ſolum ſi probatio, quæ poſtmodum fit, correſpōdeat dictę taxationi, ſeu forte, eam ſuperegrediatur; Sed etiam ſi probetur de minori intereſſe. Nam data tali probatione non per hoc taxatio in totum corruit, ſed
50 ſuſtinetur, vſq; in illam quantitatem, quæ fuerit probata. Hoc mihi probat gloſa magiſtralis ad litteram *in l.cum allegas 15. C.*
51 *de uſur.uerb.ultra.* Cum enim ibi textus reprobaſſet pēnam quadrupli, ob non factam congruo tempore ſolutionem, tamquam in fraudem legitimarum vſurarum appoſitam eamque reſtrinxiſſet ad vſuras legitimas, quærit inter cætera Gloſa noſtra, quid ſentiendum de iure noſtro, quo prohibentur vſuræ; ſi dicta pæna fuerit appoſita; & concludit, id ſoluendum, quod intererit creditori. Ergo ſecundum intellectum gloſę, erronea taxatio intereſſe præcedens non tollit verum intereſſe petitaprobatū. Quod notandum cenſeo, nam nō de facili alibi reperitur, lucrum vero, quod ex cambio pro-
52 uenit, verē, & formaliter non videtur poſſe in taxationem regulariter deduci, ſi conſideretur diuerſitas perſonarum, quæ regulariter intercuenit in cēlebratione huius contractus, & multo magis in eiuſdem duplicatione. Qui enim in mercatura fetarū, lanarum frumentorum, & ſimilium ſe exercet, lucrum ſectando, non videtur practicabile, quod poſſit pacifici cum futuro debitore ex aliquo prædictorū mercimoniorum genere de quantitate lucri, quod intendit conſe-
53 qui. Venditor enim ſetarum nullam aliam obligationem vigore contractus, ſuſcipere poſſe videtur præterquam de ſetis conſignandis, & tradendis loco, tempore, & qualitate conuentis. Et ipſi omnino eſt per accidens, & extraneum, an quid & quantum emptor ſit ex tali emptione lucraturus. Quinimmo ſi id futurum ſperaret ſibi ipſi lucrū prædictū procuraret. Id ipſum videtur contingere in negotiatione cambiorum: in qua debitor illorum ſcutorum de marchis, de nulla alia re eſt, aut eſſe debet ſollicitus, præter quā quod tracta per ipſum facta, in vim cambij celebrati, iuxta tenorem litterarum cābij compleatur, quid deinde ſit facturus creditor, vel tertius exactor de ſcutis prædictis, nihil ad ipſum præſertim cum dictæ pecuniæ ſint realiter ſoluendæ in feria, & ibi conuertendæ in alia, & diuerſa genera pecuniarum, eædemque perueniendæ, via

duplicationis cãbij, in alias, & diuersas personas, interuenientibus, liberationibus, & obligationibus aliarum personarũ, & diuersarum ab ea, cũ qua primo loco fuit contractum cambium, & quæ illius debitor extitit vt supra latius in præcedentibus quæstionibus expositum fuit. Et propterea videtur impracticabilis taxatio anticipata lucri ex cambio. Et propterea extra casum contingibilem, & ex parum perspecta substãtia huius contractus, loquutosciſe Doctores il-
54 los, qui scripserunt reliquerunt: non posse interciſe cambiorum taxari ab initio, & taxationem prædictam sapere vsurariam prauitatem. *Sotus de iuſt. & iur. lib. 6. qu. 12. art. 2. Salon. de camb. contr. 14. concl. 3. & contr. 17. Menoch. poſt. alios conſ. 118. nu. 4.*

Dices: immo practicabilem esse, & passim(ma-
55 xime his temporibus practicari) nam licet prædicta vera sit, non videtur tamen negãdum, quin possit debitor cambij, ne dum suscipere in se onus soluendi, quod in litteris cambij continetur, sed etiam per se ipsum, vel per suos correspondentes, non solum solutionem illam curare, sed & secundum cãbium in se ipso, vel cum suo correspondente cambiare, ex quo resultabit lucrum ab eodem præstandum, quod vtique taxari poterit per supradicta.

Sed, vt vides candide Lector, hæc obiectio petit penetralia tertiæ disputationis, in qua de cambio duplici agendum est. Et per consequens nec acquiescere, nec satisfacere possem obiectioni propositæ, nisi præiudicata opinione, quidnam sentiendum de huiusmodi cambijs duplicibus, quibus integram disputationem reseruamus. Propterea ad eam te remitto. Interim ad institutum sufficiat, facile posse taxari interesse cambiorũ, seu aliud quoduis extrinsecum, illudq; iusti neri, quatenus futuræ probationi correspõdeat. In lucro vero, quod ex cambio intenditur, non ita facile, certe impracticabile
56 esse ad taxationem cum debitore cambij deueniri, posita diuersitate personarum, quæ vt plurimum in geminatione cambij intercedit, & pleniorem discussionem expectandam in dicta disputatione tertia. Quod æquiore animo laturum speramus beneuolum Lectorem; quo, ex superius adductis, plenius persuaderi sibi potest, de magno discrimine intercedẽte inter lucrum ex cambio, & lucrum ex interesse cambiorũ: quod solum in proposito exponendum mihi summ-

pseram; vt facilior, & plenior esset solutio argumentorũ Romani, quã mox aggredior.

Ad primum enim dicit Romanus, illicitũ esse
57 id, quod capitur nomine cambij, nisi ſi capiatur, vti periculi præmium *ex Bald. in rub. de conſt. pecu.* facile negatur assumptũ, quod
58 nec ipse, nec Baldus per eum adductus probant. Si enim loquatur de lucro cãbij, prout a cambio prouenit, & secundum propriã significationem de qua supra in priori membro distinctionis, falsum est illud prouenire a periculi præmio, cum prouenire ex natura contractus, vt probatum fuit in prima disputatione quæstione decima tertia. Nemo enim ex contrahentibus cambium periculum aliquod in se recipit, quod veniat aliquo præmio recompensandum, sed qui exponit suas pecunias in negotiatione cambiorum, ex ipsomet contractu lucrum sectatur, & consequitur, sicuti verſantes in alijs mercimonijs, & contractuum generibus, vt ibidem expositum fuit, a quibus diuersissimum esse præmium periculi patet ex totis titulis *ff. & C. de naut. fen. & cap. nauiganti de vſur.* Et ibi *late traditis a Canoniſtis.* Si verò sermo sit de lucro prouenire ex interesse cambiorum, & sic in posteriori illa significatione, Tunc certum est, illud nõ prouenire, nec prouenire posse ex aliquo *pre*tio periculi, sed ex interesse, siue lucri cessãtis siue damni emergentis, vt ex indubitata iuris, & Sacrorum Canonum disputatione & commnni interpretum traditionem, probaui supra i. 1 tertio, & quarto effectu discriminis adducti inter prædicta.

Ad secundum vero in quo ex glosa *in c. pleriq; 14. qu. 3. verb. negotiatoribus* dicitur, quod
59 ſi do tibi pecuniam cum pacto, quod de cõtingente lucro facias mihi partem vnam, cũ principali sorte reddenda, quod talis contractus illicitus sit, & vsurarius. Respondetur glosam illam non loqui ita generaliter, & indistincte, vt assumitur in argumento: Sed cum magna distinctione; an scilicet illa datio fiat in causam mutui, quod tunc sit illicitum, secus ſi verba sonent in societatem: licet vere colligatur mutuum intelligi, cum periculum ad recipientem spectet, quod est de natura mutui; & repugnat naturæ societatis. Vnde merito, & magis specifice tradũt Doctores *Io. Andr. d, c. pleriq; Caſtr. conſ. 55. num. 3. lib. 2. Anch. c. peccati venia de reg. iur. lib. 6. Fulgoſ. d. ſi non fuerit §. 1. ff. ſi proſoc. Abb. cap. nauigami m. 11 de vſur. & incap.*

per

per veſtras nu. 8. de donat. inter vir, & vxor Soc. Sen. conſ. 265 nu. 3. lib. 2. Dec. conſ. 116. col. 2. verſ. retenta iſta concluſione Natt. conſ. 403. poſt alios Couar. var. reſol. lib. 3. c. 2. nu. 3. Rim. Iun. conſ. 399. numer. 27. & conſ. 400. Societatem eo pacto initam, vt, qui eam exercet, communicet lucrum cum eo, qui pecu-
60 niam expoſuit, acto pacto, vt præſtans operam ſuſtineat periculum ſortis, præſumi ſimulatam, & in fraudem vſurarum initam. Quæ tamen ſententia non eſt adeo indiſtincte vera, vt recipiens pecuniam, cauſa ſocietatis exercendæ, non poſsit ad fauorem ſo-
61 cij ſuſcipere periculum illius. Sicuti enim id poteſt tertius, *l. rogati S. vltimo ff. de reſcriptis verbis* eadē ratione non videtur prohibitū ipſi ſocio, & ſicut ſeparati fieri poſsunt inter duo contractus, ſimul, & ſemel initi non prohibeſt, vt in pūcto docent DD. *Petrus de Vbaldis de duob. fratr. par. 4. n. 2. Rodulf. in c. conſuluit par. 3. q. 3. n. 8. cū ſeqq. de vſur. Lup. in cap. per veſtras in 6. not. ab. §. 12. nu. 8. & nu. 17. cum ſeqq. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 2. nu. 3. in fin. & n. 4.* Dummodo tamen is, qui operam præſtat, non ſolum habeat partem lucri in ſocietate proportionatam operæ prædictę, ſed etiam æſtimationem congruā dicti periculi, vt ſupra ſuſceptī *Soc. Sen. d. conſ. 265. nu. 3. Cora. in repet. l. ſi paciſcenda num. 11. verſ. circa quod videtur C. de pact. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 6. nu. 8.* Modo reſpondendo dicto ſecun-
62 do argumento caſus Romani, nec eſt mutui in quo cambium de quo controuertitur poſſit dici vſura, nec eſt societas, vt poſsit dici inita in fraudem vſurarum ex ſuſceptione periculi in exercente ſocietatem; Sed ſiue ſit lucrum prouenies ex cambio, ſiue intereſſe cambij, non recte impugnatur, per dictam gloſæ doctrinam, etiam generaliter aſſumptam, vt fecit Romanus.

Ad tertium, deſumptum ex traditione Baldi *in l. 1. C. pro ſoc.* Reſpondetur Baldum ibi
63 *queſtione. 9. numer. 29.* vere impugnare de vſuraria prauitate pactum illud, quod pecunia ſit ſalua creditori, & lucrum ſibi communicari debeat. Sed quæſtio illa fuit a Baldo propoſita in contractu mutui facti ad negotiandum, vt ibi expreſſe loquitur, & ſuper natura mutui ponit vim ſuæ deciſionis per illa verba, *Non enim eſt hæc ſocietas neq; ex forma contractus neque ex natura: ex forma non, quia eſt contractus mutui, ex natura non, quia eſt contra naturam ſocietatis, quod vnus habeat capitale ſaluum alius fructum.* Et conſequenter ex eis, quæ ad proximum argumentum diximus doctrinam Baldi nō facit ad caſum, quia procedit in mutuo, & quatenus extendatur ad ſocietatem procedit quando aſsumens periculum, ſimul cum eo, non haberet præmium illius, & in omnē caſum, non quadrare prædicta, nec lucro ex cambio, nec lucro ex intereſſe cambij, quæ a longe diuerſis cauſis proficiſcuntur.

Ad quartum deſumptum ex ſecundo præſuppoſito, quod hæc pecunia cenſearur data per Iunctam mutuo, Facile reſpondetur per ea quæ conſideratiuus ad idem præſupposita. Sed etiam, dato debitum illud eſſe mutui; certe intereſſe damni emergentis, ſiue lucri ceſſātis, quod ex mora debebatur Iunctæ, bene potuit in pactum deduci, &co-
64 tutius, ex quo non fuit deuentum ad aliquā taxationem; Sane ſemper intellecto, ſi intellegatur de intereſſe cambiorum illo ſecundo & poſteriori modo, quod poſtmodum dictū intereſſe probetur, *Soc. conſ. 76. col. 2. verſ. ſeptimo confirmatur lib. 1. Dec. conſ. 119. col. 3. verſ. ſi ego Crauett. conſ. 186. Menoch. cōſ. 110. n. 40. cum ſeqq. ſequitur Claud. Bertaz. in add. ad dictum conſ. Bertaz. 264. in prima concl.*

Ad quintum. Quod ideo cambia ſint permiſſa,
65 quod continuo dubitetur de euentu lucri, an vero ſit periturum aliquid de capitali; gratis omnino dicitur, & ſine aliquo iuridico fundamento, ſed ideo cambium permittitur quia in ſe continet iuſtitiam, vt latè vidimus ſupra diſputatione prima quæſtione decima tertia. Nec vllo iure apparet prohibitum, immo ſaltem implicitè approbatum ab extrauaganti Pij Quinti ſuper cambij. Nec aſsumptum illud vlla ratione probatur ex Sacris Cannonibus adductis in argumēto *c. in ciuitate, & c. nauiganti de vſur. & multominus in l. ſi ea pactione 14 C. eodem*, nullum enim ex dictis iuribus loquitur in cambio. Primum enim loquitur de venditione facta pretio grauiori ob dilatam ſolutionem eiuſdem. Secundum in primo reſpō ſo de fœnere nautico, in ſecundo vero, & tertio de vēditione, quæ celebratur, vel pretio anticipato, vel ad certum tempus dilato, quæ ratione incertitudinis iuſti pretij rerū vendi tum, ſuſtinetur. Tertium verò de vſuris iure Cæſareo permiſsis; & quatenus cōſiſtunt in fructu habitationis domus, quæ quatenus domus locata fuiſſet, & penſiones

illius

illius excederent legitimas vsuras, eatenus reuocantur. Quæ quam sint aliena a proposito cambij, satis per se patet. Et hæc responsio intrat, quatenus diceremus: datam fuisse facultatem creditori de capiendo consimilẽ summam cambio. Et quæstio esset de lucro ex illo cambio prouenięte, Quod si in posteriori significatu acciperetur quæstio, dum scilicet iuncta prómisisset interesse cambij, tunc respondetur, per ea, quæ supra in tertio effectu discriminis. Cum enim tali casu debeatur dictum interesse, ratione lucri cessantis, vel damni emergentis, ab eo est extranea consideratio periculi, etiam si ratione solius periculi cambium permitteretur, quod est contra veritatem, vt ita dicam, contestatam.

Ad sextum: in quo dicitur ex generali consue-
66 tudine cambiorum esse, vt illi cui ad cambium pecunia datur, liberetur quandocumque restituit capitale cum interessibus decursis. Certe hoc argumentum non potest intelligi de cambio proprie, & in priori illa significatione. Quandoquidem in illo sunt præfixi ex natura contractus, dies, & locus solutioni, qui nulla ratione possunt variari ad libitum partium, vt vidimus supra disputatione prima quæst. vigesima quarta, præterquam quod in eis non est distinctio capitalis ab interesse; Cum semper interesse incorporatum quodammodo sit cũ ipsa sorte in illa summa, quæ, vigore litterarum cãbij, est soluenda. Sed bene potest intelligi
67 illo posteriori significatu, de debitore sortis vna cum cambiorum interesse, & de hoc verificatur argumentum, quod verè debet esse in potestate debitoris quandocumq; eximere se ab obligatione, soluendo sortem cũ interessibus decursis, & qui id præhiberet verè vsuram committeret: ea irrefragabili ratione desumpta ex secũdo effectu de quo supra, quia scilicet, sine mora hoc interesse nullo modo deberi potest, nec morosus debet aut potest dici debitor, qui a creditore ipso impeditur, ne solutionem ei faciat; Cũ quælibet læuis causa cum a mora excuset, vt late prosequitur Menochius *de arbitr. Iudic. lib. 3. cas. 220. per totum*.

Ad septimum, & vltimum, quatenus supponit constare ex libris Iunctæ, eum recepisse maiorem quantitatem pro interesse, quam permitteret communis cursus cambiorum: demõstrat cãbiũ de quo agebatur fuisse interesse cãbij, iuxta secũdã, & posteriorẽ accepti-

onẽ illius, de qua supra. Et si verum esset suppositum prædictũ, certe illud supraplus, tamquam indebite exactum, imputari deberet in sortem. Quatenus verò reuoluitur ad sæpius inculcata, quod etiam dato communi cursu, ex eo quod noluerit creditor subire periculum diminutionis capitalis intelligatur illicita conuentio, sunt satis reiecta ex eis, quæ sæpius in propolito expolita fuerunt, quæ merito non repetuntur.

Et ex his expletum remanet examen secundæ partis principalis, reliqua est tertia, & vltima pars, in qua conatur tollere argumenta contra debitorem, & pro creditore adducta a quibus breuissime me expedio, cum parũ deseruiant, excepto vltimo, ad aperiendam substantiam, & naturam contractus cambij, quod fuit nostrum peculiare consilium in instituenda hac quæstione.

Primum enim quod ex quadam compensatione eiusdem criminis deducebatur optime tollit, quatenus subsistat in facto adducta diuersitas. Secundum in quo requirebatur etiam actualis vsuræ præstatio, cessat pariter ex eo quod restringitur petito, vel ad inputandum exactum, vel ad cancellãdam obligationem. Tertium verò, de allegata consuetudine Ciuitatis, satis efficaciter eludit, restringendo consuetudinem ad cã-
68 bia licita, & concludenter probatur consuetudinem non esse tantæ efficaciæ, vt per eã possit stabiliri id, quod est contra ius diuinũ prout vsura.

Ad quartum, & postremum, in quo dicebatur dicta cãbia non fuisse certitudinaliter promissa, sed conditionaliter ibi, *Che cõsi essero*, per iura ibi adducta, *l. Stichum quinctus erit ff. de leg. 1. l. super ff. de leg. 3.* Duplicem responsionem affert, Prima est: quod dicta dictio relatiua non respicit substantialia indispositionis, nec propterea conditionem
69 importat, sed tantum accidentalia, & propterea non facere dispositionem conditionalem, sed puram remanere, *l. 2. in princ. ff. de hæred. inst. late Bart. in l. 1. ff. de cond. & demonst.* In casu autem illo addici ad cambia, quæ sunt accidentalia mutui. Secunda vero est, quia petitio non restringitur, nisi ad cancellationem obligationis, qualis qualis illa sit.

Sed, & argumentum optime stringit, & (pace dictum sit Romani) responsiones allatæ parum officiũt. Dum enim de viribus conditionis, & de dispositionibus conditionalibus

est

eſt ſermo,&ad illorum effectus reſpicimus. Aduertendum eſt quaſdam eſſe conditiones,quæ a placito hominis non dependent in totum, ſed proueniunt ex natura rei de qua agitur,vt puta dum agitur de iactu retis,de partu ancillarum,& de fructibus prędij. Tunc enim, licet diſpoſitio nullam extrinſecè contineret conditionem ſuſpenſiuam, vel reſolutiuam, tamen illam habet tacitam conditionem,ſi partus,ſi fructus naſcantur,qua de re ſunt caſus *in l cum illud aut illud §. 1. ff. quando dies leg. ced. l. firmio Eliodoro in princ. ff. eod. l. cum ita ff. eodem.* Et ex conſequenti fructibus nõ natis, reſoluitur diſpoſitio, & euaneſcit, vt in cæteris diſpoſitionibus conditionalibus, ſeu potius remanet ſine effectu, vt in emente iactum retis, *l. ſi iactum ff. de actio. empt. Couar. 2. parte relect. c. peccatum c. 8. n. 12. de reg. iur. lib. 6. Sebaſt. Medic. de vendit. qu. 20.* Quod multò certius procedit in intereſſe cambiorum;deducto in promiſſione; quod ex rei natura, tacitam illam habet conditionem quatenus adſit & interſit creditori, *l. 1. ff. de act. empt. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter & ibi notatis.* Ex quibus ceſſat manifeſte, prima reſponſio, cum enim hæc conditio, etiam non expreſſa, inſit ex ipſa rei natura de qua agimus, nulla ratione dici poteſt, dũ fuit expreſſa, quod nõ ſubſtantiam, ſed executionem reſpiciat. Præterquam quod licet vſuræ ſint accidentales mutuo, id nõ poteſt applicari caſui; nam nec in eo adeſt mutuũ, nec relatio expreſſa fit ad mutuum, ſed ad ipſummet cãbium, quo nihil magis ipſi eſſe poteſt ſubſtantiale. Et ex conſequẽti ceſſat etiam ſecunda reſponſio, cum nihil proponatur illicitum in pactione prædicta, quod eſſet cancellandum licet conditionale.

FINIS SECVNDÆ DISPVTATIONIS.

AD TERTIAM DISPVTATIONEM TRANSITIO.

INCVLCAVERIT sæpius licet Aristoteles *tertio Physic. cap. 2. tex. 63. de Cal. lib. 2. text. 23. Metaph. lib. 5. cap. 15.* extra perfectionem nihil amplius esse, quãdo. ne absoluta quidem cambij perfectione, consumauimus de cãbio sermonem. Siue quia, vt inquit M. Tullius *2. de natur. Deor. 49.* in nulla rerũ institutione dici possit aliquid extremum atq; perfectum; sicũ verius non ita exactè accipiendos nos esse, dum de perfectione agimus, vt nihil pænitus vltrà desiderari possit sed cum Vulpiano nostro, *l. adficta ff. de verb. sign.* id satis intelligi perfectum, quod vsui esse potest; prout absque dubio potest nobilissimus hic contractus, si post illius celebrationem, de qua in prima disputatione egimus, sequatur destinata solutio, de qua in secunda. Sed nec Ciceronis, nec Vulpiani patrocinio indigere me contra Aristotelis placita, vt aditum aperiam ad tertiam disputationem, liquido cognosces Lector Beneuole. si consideraberis nos non id agere, vt cambia contrahamus. sed sermonem de cãbijs instituisse: & vt illa solutione, re ipsa perficiuntur, hic absolutus, haudquaquam dici potest, si ea prætereamus, quæ de dupli catione eiusdem in controuersiam deduxerunt Viri doctissimi. Et licet re vera cambij duplicatio, nihil præterea inuoluat, quam iterationem eiusdem, vt meritò videri posset ex cognitione substãtiæ, & perfectionis illius satis cognitam duplicationem, aliàs in stituendas fore alias, atque alias disputationes de triplicatione, & quadruplicatione, & deinceps alias ad numerum iterationis eiusdem; Aduertendum tamen est, quod non secus ac vbi speculamur in physicis naturam motus proiectorum, *ad tradita per Aristotelem, & Interpretes in lib. 8. Physic. cap. 3.* nulla maior angit difficultas quam dũ quærimus. An proiectũ quod sursum, vi impressa ferebatur, dum ea deficiente decidit, in puncto reflexionis quiescat; & an in eadem reflexione quidpiam commune habeat motus sursum cum motu deursum, quantumuis omnia ad motum ipsum, cuius naturam prospectam habemus, referantur. Non secus in cambij duplicatione non pauca contingunt quæ meritò ingenia Virorum doctissimorũ torquent. Vsque adeò (p: æsertim si ad scriptores nostri sæculi respiciamus) vt negleto diligentiori examine subitantiæ, & perfectionis huius contractus, toti in duplicatione sola versentur, ea solum subtilissimis quæstionibus prosequentes, quæ recambiũ respiciunt. Cum igitur cambium ipsum nõ contrahamus, quod verè solutione perficitur, sed doctrinam de cambio tradamus, quæ plura exigit etiam circa cambij duplicationẽ. hanc tertiam disputationem de cãbij duplicatione necessariò institui. Haudquaquam neglectis Aristotelis placitis, qui dum exactius rem eamdem definit in Metaphysicis *lib. 5. cap. 15.* Perfectum tũc verè dicit, dum quis propositum finẽ assequitur, quem nulla ratione me assequutum fatendum esset, prætermissa hac tertia, ac postrema disputatione, quæ si nihil addit ad cambij perfectionem iam perfecti in secunda, confert certè, quinimmò omninò necessaria est ad perfectionem doctrinæ de eodẽ. Quam disputationem in plures (& ad hæc vsque tempora intactas ab alijs, & inauditas) quæstiones distributam si vides amice Lector, ijs nec propositis, nec discussis, quæ passim in controuersiam deducuntur apud

Auctores, qui de hac eadem re ante me ſcripſerunt, caue putes, vel ad declinandam difficultatem diſcutienda omiſſiſſe me, vel ad oſtentationem ingenij incomperta alijs, & inexcogitata, abſque fructu quæſiuiſſe. Cõpertum habeo idem recambium in factorũ contingentijs, prout reſpicere poteſt diuerſos obligationum nexus, diuerſoſq; ſoluendi modos tam ſub ratione pretij, quam ſub ratione rei, interq; perſonas diuerſimode obligatas, diuerſam omninò pariter naturã ſortiri: & propterea in tanta terminorum æquiuocatione, impoſſibile prorſus duxi, certam in vniuerſum de illo dari poſſe doctrinam; prout æquè inutile de certo aliquo, certiſque terminis circumſcripto tradidere à quo vbi paulum deflexeris, nullius vſui eſſe poſſit. Neque enim minus aduerſatur doctrinæ ſingularitas, quam æquiuocatio.

Hinc profectum conſilium meum vtrumque vitandi, ſed vtrumq; aſſequendi: quod vt facillimè aſſequutus videri potero, quoad partem priorem dum nullam de hoc, vel illo recambio illis, atque illis cancellis concluſo, quæſtionem inſtituo, nullamque inuoluentem terminos acceptionis diuerſæ; vtinam eadem fælicitate voti compos fiam ſecundę partis dum per partes adinuicem diſiunctas (in quarum ſingulis nulla inſit æquiuocatio) vniuerſam recambij notionem amplector, ex quibus non quidem ſingulis, ſed iunctis cum alijs, prout ſe occaſio dabit, tamquam principijs certioribus deducitur, illatio ad hoc, vel ad illud recambium, de quo in praxi dubitari contingeret, prout clarius apparebit, dum progredietur oratio. Antequam igitur amice Lector, aliquam coarguas ex propoſitis per me quæſtionibus: nedum ſingulas, ſed omnes examina, nec te deſiderij capiat alienæ tractationis, priuſquam hæc mea cognoueris: interim verò ſtudium meſi non probas, tu ſaltem ama.

DISPVTATIO TERTIA
QVAESTIO PRIMA.
Prologomena.

1 *Recambium quid.*
2 *Recambij vox, & ſenſus generaliſſimus.*
3 *Cambia omnia poſt primum appellantur cambium ſecundum, & ratio aſſignatur.*
4 *Recurſa quid ſit, quidue ſignificet vox iſta, & illius vis, & forma explicatur.*
5 *Continuare quid? & de continuandi pacto, eiuſq; forma.*
6 *Prouiſiones eſſe de natura cambij, & deberi tamquam merces.*
7 *Continuationes multis, & inter ſe diuerſis modis fieri poſſunt, aptis parere Iuris effectus diuerſos.*
8 *Continuationes pacta admittunt varia praeter, vel vltra ſubſtantiã cõtractus eaq; vel in ſpachijs; vel in inſtrumento pro libito.*
9 *Pacti formula, per quod datur facultas capiendi cambio ſummam debitam, & recãbiandi pro quacumque platea etiam in ſe ipſum intereſſe damnis, & expenſis debitoris iuramento creditoris liquidandis, narratur, & ponderatur.*
10 *Cõtinuare, chiuire, & rechiuire ſũt ſynonima*
11 *Verba (à feria ad feriam) duplex tantum cambium reſpiciunt, & requirunt expreſſionem Platea.*
12 *Et ſine ipſa platea expreſſione, conuentio cor ruerct.*
13 *Verba (ad annum) excludunt cambium, & includunt contractum dationis pecuniarum ad negotiandum.*
14 *Intereſſe non conſideratur in cambio, & de ratione.*
15 *Prouidere, verbum hoc in ſpachijs, vt plurimum ponitur, & de ſignificatu eiuſdem diſeritur hic plene.*
16 *Mandatum datum in ſpachijs, vel aliter prouidendi modum concernens exactiſſime ſeruandum.*
17 *Verba (meus noſter) vel in plurali (miei noſtri) identitatem perſonæ quidem denotãt ſed diuerſarum negociationum.*
18 *Vnus, & idem mercator poteſt per Inſtitores, & ſocios plures in diuerſis mundi partibus negociationes exercere.*
19 *Verba (li miei di fera di Lione) ſunt diuerſa à verbis (il mio Procurator di fera) & de ratione.*

20 *Pium*

20 *Pium IV. non damnasse recambia demonstratur.*
21 *Azorij opinio Inst. mor. par. 3. lib. 10. cap. 11. qu. 4. vers. si quæritur, perpenditur, & declaratur.*
22 *Constitutio Pij IV super cambijs refertur.*
23 *Pium V. non damnare continuationes cambiorum, & sic cambia duplicia demonstratur, & nu. 25.*
24 *Constitutio Pij V super cambijs refertur.*
26 *Constitutio Pij V. ad Bononienses in materia cambiorum refertur.*
27 *Responsum Gregorij XIII. ad Archiepiscopū Panormitanum declaratur in quibus cambijs, & terminis procedat.*
28 *Vrbani VIII. ad Genuenses rescriptum in materia cambiorum, & nu. 33.*
29 *Cambiorum forma Genuæ quæ?*
30 *Cambij cum interesse limitato forma quæ?*
31 *Continuationis Cambij forma quæ?*
32 *Spachij formula.*
34 *Fides Genuæ à Sanctis Nazario, & Celso usq; ad hæc tempora sacrosanctè custodita*
35 *Vrbani VIII. rescripti, de quo supra nu. 28. & 33. dubietas demonstratur.*
36 *Et Romæ examinatum.*
37 *Et resolutio refertur.*

1 RECAMBIVM. Est nouum ex integro Cambium de pecunia debita ex cambio priori; à quocumq; tandem fiat
2 & cum quacumq; persona, & pro quocumq; loco; Cuius vox, & sensus est generalissimus, & potest ad quamcūque cambij iterationem quomodocumque faciendam referri; Hinc verba illa visitatissima, cambij, & recambij, quibus nedum primum cambium, sed secundum, & vlterius
3 cambium denotatur; Licet namque cambia non solum iterato fiant, sed tertiò, quartò, & deinceps, vsque in infinitum; tamen post primum cætera omnia eadem appellatione dicuntur recambia, nam tertium se habet ad secundum, vti secundum; quartum ad tertium, pariter vti secūuum, & sic quintum ad quartum pariter vti secundum, & sic deinceps in infinitum; Quia cum recambia fiant de feria in feria, & id recambietur, quod soluendum erat, omisso primo cambio, de reliquis omnibus verificatur, quod fiat recambium, quia in actu prædicto de aliis antea sequutis nulla habetur ratio, sed solū, quod loco solutionis conficiendæ, nouus contractus cambij contrahatur.

Recursa per se, & præcisè sumpta, vox est, quæ
4 in proposito cambiorum refertur ad personas, a quibus debitor ex cambio, qui non est soluturus in ferijs quantitatem debitam postulat, vt via noui cambij, comparata pecunia, ad debitum ex cambio dissoluendum, & ad effectum prædictum, vtatur, & per consequens de sui natura abstrahit à quacūque tandem persona hic debitor recurrat. Et hinc in praxi semper pronunciatur cum addito illo præcipuè, ad meū de feria, siue ad eundem & tunc significat quod debitor ex cambio; qui non est soluturus in feria de bitum, de quo in litteris primi cambij, nisi ministerio, & ope noui cambij in feria contrahendi, dictum nouum contractum inibit cum eodem Bancherio, cui ex præscripto earumdem litterarum est facienda solutio prioris cambij. Propterea pactum istud, quod egreditur naturam cambij simplicis connotat cambiū duplex, illud scilicet, quod celebrandum est, ad effectum perficiendi primum per solutionem, & illud quidem cum eodem Bancherio, cui facienda erat solutio prioris, qui, vt plurimum solet esse, vel socius, vel correspondens, vel idem ille (licet sub diuersa formalitate) qui primò pecunias dedit ad cambium, quem suo iure appellauimus stipulatorem.

Continuare, & continuatio significat in propo
5 sito: iterare sæpè, ac sæpius contractum cambij de eadem partita, seu quantitate semel debita. Et verificatur tam in debitore, quā in creditore. Creditor namque id, quod sibi debetur potest continuare super cambijs, & recambijs, faciendo tractam de debito in ferias ipsimet debitori, vel cui debitor iusserit, & in casum non factæ solutionis, mandare cuicumque, vt pro computo debitoris eam faciat, & ad effectum prædictum; nouū cambium celebrare, pro quacumque mundi parte, & sic successiuè de feria in feriā. Quod ipsum potest facere debitor ipse trahendo, & mandando in omnibus, vt supra. Verum
6 tamen est, quod creditores, vt plurimum mercatores sibi hoc munus deposcunt ad effectum lucrandi, & consequendi prouisiones, quas esse de natura cambij probauimus in prima disputatione quæstione octaua, & mercatori debetur, tamquam merces laboris. Rursus hæ continuationes multis,

ac inter ſe longè diuerſis modis fieri poſſit
7 tum ratione perſonarum, cum quibus fiunt, vel partes conueniunt, vt fiant tum ratione platearum, inter quas veniunt faciendæ, tũ denique ratione pretiorum, pro quibus ſunt faciendæ. Quæ diuerſitates magnos, ac diuerſos patiuntur Iuris effectus. Præterea plures, aut varias admittunt pactiones vltra, vel præter ſubſtantiam contractus cambij. Quod ſcilicet dicta continuatio fiat per tempus præfixum, quatuor ſcilicet, decem, vel plures ferias, vel annos, aut nulla, vel vna tantum, vel dimidia debeatur prouiſio, quod dentur fideiuſſores, vel pignora, & alia huiuſmodi quæ ſicuti non deſtruunt ſubſtantiam cambij ita nec ad illius celebrationem ſunt neceſſaria. Quæ conuentiones tam circa ſubſtantiam ipſa contractus, quam extrancè ſolent apponi in ſpachijs, vel alijs ſcripturis priuatis, & non raro in publicis documentis à publicis notarijs confectis.

Hinc celebris formula illa vſitata inter huiuſ-
9 modi pactiones. Cum facultate cambio capiendi conſimilem ſummam in eadem, ſeu maiori quantitate, illamque cambiandi, & recambiandi ſemel, & pluries pro qualibet platea, ſeu mundi parte, etiam in ſe ipſum, pretio, & pretijs apponendis, & id toties quoties opus fuerit, intereſſe damnis, & expẽſis dicti debitoris de quib. intereſſe damnis, & expẽſis, & eorũ quãtitate ſtari debeat ſimplici dicto cũ iuramento ipſius A. creditoris, quod dictum cum iuramento ex nunc prout ex tunc dictus N. acceptat pro vera, & legitima probatione, & probatione probata contra quam illo vnquam tempore nõ uenire promiſit, & promittit tam de facto, quam de iure, etiam ſi de iure poſſet, etiam cum iuramento, prout vtuntur, paſſim Notarij in conſimilibus inſtrumentis.

Illa namque facultas cambio capiendi eſt neceſſaria, quando creditor, qui pecuniam exburſauit, vult ipſam continuationem facere; quandoquidem quod non habet, nõ poteſt continuare ſuper cãbijs, & propterea obtenta dicta facultate, ab alio pecuniam recipiat neceſſe eſt ad dictã continuationẽ faciendã.

Ponitur in eadem, ſeu maiori quantitate: quia cum ſit neceſſe creditori tantam ſummam capere ad cambium, forte eamdem prorſus nõ reperiet, vel ſuccedẽte tẽpore, quo ſumma intereſſibus excreſcit, nõ ſufficeret, & propterea, vt circa facultatem non eſſet dubitandum, conceditur etiam circa maiorem.

Illamque cambiandi, & recambiandi: eſt ſubſtantia ipſius facultatis, quæ in faciendo cõtinuatione verſantur.

Semel, & pluries, ad denotãdum dictam facultatem non conſumi vnico actu capientis ad cambium, ſed competere ad plures, ac plures actus.

Pro qualibet Platea, & mundi parte ad ampliandam eandem facultatem creditoris celebrandi cambia, etiam pro illis plateis, pro quibus maius intereſſe reſultaret, vel ſpes eſſet reſulturum,

Et mundi parte. Ad tollenda ſubterfugia, quæ circa nomen plateæ poſſent deduci,

Etiam in ſe ipſum. Pariter hoc ad ampliationem facultatis: quia creditor hũius particulæ vigore ſibi cauet, poſſe in ſe ipſum cambiare, dirigere, ſcilicet tractas cum remiſſis ſibi ipſi. Videlicet de Genua, ad ſuum ſcilicet de feria, qui quoad ſubiectum ſunt vna, eademq; perſona.

Pretio, & pretijs. Et hoc ad beneficium creditoris, nam cum certum ſit pretia cambiorũ in plateis non poſſe minui infra taxatum, in feriis vero non poſſe augeri vltrà taxationem, in illis vero poſſe augeri, in his minui, prout de facto ſæpius augentur, & minuuntur reſpectiue, hinc, vt creditor ſibi caueat in eo, quod eſt potiſſimum ad ſui vtilitatem exprimit ipſa pretia apponenda.

Toties, quoties, reſpicit nedum primum recãbium, ſed vlterius vſq; in infinitum.

Intereſſe damnis, & expenſis. Significatur hanc continuationem, in qua prædicta contingunt eſſe de bere oneri debitoris.

De quibus intereſſe. Hæc vſque hũ finem reſpiciunt faciliorem probationem creditoris circa vſum dictæ facultatis; Qui propterea ceſſante debitore in ſolutione, poteſt contrà eum experiri via Iuris abſque vlla neceſſitate probationis prædictorum, quæ aliàs aſſerenti incumberet. Quinimò cautiores in ſtipulando, non ſolum prædicta, ad ipſorum iuramentum remitti curant, ſed etiam hæredis, vel cuiuſcumque habentis, vel habituri cauſam ab eo. Item nedum prædicta, ſed etiam factum vniuerſum; partitam ſcilicet prædictam ad cambium cepiſſe, eamque continuaſſe ſuper cambijs, cauti creditores non ſemel remitti eodem modo curant ipſorum iuramento, & ſucceſſorum ſuorum, & habentium, vel habiturorum cauſam ab eo. Quod, an & quomodo de iure procedat vide ſuo loco infra.

Reti-

Reiterare, chiuire, rechiuire, synonima sũt inter se, & vno verbo, cõtinuare; significant namque eandem continuationem debiti super cambijs, vsquedum fuerit satisfactum; magis tamen propriè referuntur ad creditorem ipsum continuantem; cum uerbum, continuare, æquè propriè etiam de debitore dicatur, & verificetur:

10

11 A feria ad feriam; Per hæc verba denotatur duplex cambium præcisè, ita vt ad vkerius non porrigatur. Et significat creditorem dare in feria ad cambium pro aliqua Platea; à qua deinde, per viam noui cambij, ibi celebrandi, in feriam proximam ad sui creditum ex eadem Platea quãtitas dicta sit reditura. Et propterea verba prædicta necessariò proferuntur semper cum additione Plateæ, pro qua cambiatur. Videlicet per Lugdunum, per Romam, per Genuam, vel similia, ad plures effectus, suo loco examinandos (sed in proposito cognitionis terminorũ) quia, Platea nõ expressa, ex incertitudine corrueret onuentio.

12

13 Ad annũ, significãt hæc verba pecunias, quę dãtur, vel exponuntur super cãbijs, nõ dari verè ad cãbiũ, sed dari negotiadas per annũ, à recipiente super negotiationibus cãbiorum; ad beneficium ipsius dantis. Quo casu inter dantem, & recipientem non oritur contractum cambij; nec debitorem obligari erga creditorem ex cambio patet, quia nullum inter prædictos interuenit ex requisitis, quę ad substantiam cambij posuimus in prima disputatione, quæst. vndecima; Qui autem, & quot contractus oriantur inter prædictos; & an subsistant pactiones, quæ communiter inter contrahentes fiunt in hoc commercio, quod vulgo dicitur, *per poliße all'anno*, in quibus debitor, & ad sui rißicum pecunias prædictas super cãbijs negotiatur, & pascicitur de certo interesse, non est huius loci, sed infra plenissime.

Interesse cambiorum. Hæc verba nullo modo
14 referuntur, nec referri possunt inter eos, inter quos cambia, & recambia celebrantur inter quos non verificatur dari interesse. Qui enim est debitor cambij siue in feria, siue in platea, soluit quantitatem scutorum de marchis, seu quantitatem pecuniarum expressam in litteris cambij respectiuè, in qua quantitate totum, quod in ea continetur, est sors ipsa, nec est dare in ea quidpiã, quod habeat ratione capitalis, distinctum ab eo, quod habeat ratione sortis.

Quinimmò, cum in quolibet cambio, de per se sumpto, debeat verſari illud exactißimũ tãtundẽ, de quo in disputat. prima quæst. septima, & exactius in quæst. decimatertia, nõ est dabile aliquod interesse. Benè verũ est, quod per duplicationẽ ciusdem sũmæ, quæ in primo cambio fuit data, superatur ab ea summa, quæ in secundo cambio ab eodem datore recipitur. Sed hoc, in quo super greditur præposterior quantitas priorem, verè, & propriè non dicitur interesse, sed lucrum, & beneficium ex cambio; quod cedit ei, qui pecunias suas in hoc commerciorum genere implicauit; prout contingit in illo, qui implicatis decem millibus scutis in tot setis Messanensibus; quando ex earundem venditione exiguntur vndecim mille, illi mille, quos vltra summam implicatam consequitur, non dicuntur interesse, sed lucrum, & beneficium negotiationis setarum. Hæc igitur verba, *Interesse Cambiorum*, non referuntur, nec verificantur de eis, inter quos cambia celebrantur; sed ad alios, cum quibus nullum cambium est celebratum; sed ob moram, vel ob promissionem factam creditori; debetur vna cum sorte hoc in interesse cambiorum, vel ratione lucri cessantis; vel dãni emergentis, vel ex aliqua alia legitima causa. Et sicuti in quolibet alio commerciorum genere, in quo mercator suas tenet expositas pecunias, ad lucrum captandum: quod frequentissimè solet, & vt plurimũ contingere; puta in lanis, vel in setis, ipsi potest deberi vel ex mora, vel ex pacto aliqua summa pecuniarum, quam habebit in dicta expositione, una cum interesse eiusdem negociationis, scilicet quanti ei interfuit, non habuisse dictam summam expositam in dicto mercimoniorum genere, per totum illud tempus, licet cum huiusmo di debitore nullum contractum iniuerit de lanis, nec de setis. id ipsum procedit in interesse cambiorum ratione prædicta, & in hoc frequentius, quam in alijs commerciis ex pluribus quæ de se patent.

Prouidere. Hoc verbum frequentissimum est inter Mercatores, & præcipuè in spachijs & significat iterationem noui cambij pro satisfactione alterius præcedentis. Dum enim mercator dirigit tractã alicui in quẽuis locum, seu feriam, siue ad ipsum, siue ad alios spectantem. Et scit illum, ad quem

dirigit

dirigit, non esse debitorem ipsius trahentis, quinimmò etiamsi sciat sibi esse debitorem de consimili, vel maiori quantitate, non vult per compensationem extingui debitum cũ credito, ex aliqua rationabili causa, & præcipuè si tracta illa ad ipsum non spectaret ratione interesse: mandat illi, ad quem tractam dirigit, vt de illa se prouideat; videlicet, vt ministerio noui cambij pecuniam solutam, seu soluendam pro perfectione prioris cambij consequatur. Propterea hoc verbum rectè ad duplicitatem cambij refertur quatenus denotat mandatum de secundo cambio celebrando, pro perfectione prioris. Et hinc meritò frequentissimè vsurpatur in Spachijs, in quibus, vt vidimus in Prologomenis ad secundam disputationem, Mercatores cambiorum, seu Bancherij recensent compendiosissimè tractas omnes, omnesq; remissas, exigendas per mandatarium in illa feria, seu platea, sed quoniam non semper summa tractarum, cum summa remissarum exæquatur, si summa tractarum excedat, mãdatur in Spachio, vt de illo excessu mandatarius se prouideat; ideſt nouum cambium ineat; sicuti si summa remissarum excedat, solet mandare quidnam de excessu illo facere debeat, vel scilicet sibi remittere in feriam sequentem, vel aliter de illo disponere.

Sciendum pariter est, quod quando mercator, seu Bancherius mandat dictas prouisiones fieri, ideſt dicta noua cambia iniri, longè diuersimode in mandatis prædictis versatur. Quandoque enim, si fides exuberat, mandat generaliter prouideri ad magis vtile, seu ad minus damnum mandantis. Et tali casu mãdatarius latas habet habenas contrahendi cambium cũ quouis pro quauis Platea, seu feria, & quouis pretio: nec tali casu mandãs vllam habet conquirẽdi causam, dummodo, mala fides absit in mandatario, licet huiusmodi prouisio cuaderet ipsi grauosa, vel quia tracta deuenit in plateam tempore indigentiæ pecuniæ, vel quia ille, cui fuit directa, eam non acceptauit, vnde redijt cum protestatione, & expensis; imputet enim sibi, qui mandatum tàm generale dedit minus industrio. Quandoque vero limitatur platea, pro qua debet fieri prouisio, puta, *pronedetcui da Lione*. Quandoque præscribitur persona, ad quam debeat dirigi tracta, puta, *dal mio di Lione*, siue *dal mio di fera*. Quandoque præscribitur pretium, quo cambium prædictum pro dicta prouisione sit celebrandum. Non rarò etiam mãdatur cambium prædictum celebrari debere à feria ad feriam, cum interesse limitato, vel sine, & quandoque continuandum per plures ferias, & annos modo explicito supra in ver
16 bo. Continuationes. Et his omnibus, & singulis casibus mandatarius religiosissimè mãdatum custodit, alias periculo suo cõtractur-rus. Sed si nolit, vel non possit, debet de hoc certiorem quantocius reddere mandantem. Cum facultate non obstantibus quibuſuis; primum cambium perficiendi per solutionem, sed super protestu, vt expoſuimus supra in disputatione secunda quæstione decima tertia. Et quæ de prouisione facienda dicũtur, & habent locum in casu, quo mandatarius prouideri se debeat, eadem è contrario procedunt, quando, per excessum remissarũ disponere iubetur de credito mandantis, ministerio eiusdem iterationis cambij.

Meus, seu Noſter. Quod etiam in plurali nu-
17 mero vſurpatur, Mei, noſtri, sunt voces, quæ denotant identitatem personarum earumdẽ, siue eiusdem personæ, sed quæ sint prælocutæ varijs, & diuersis mundi partibus. Cum enim, vt memini alibi me probasse, & fusius infrà suo loco, vna, eademq; persona prout est prepoſita diuersæ negotiationi, in locis diuersis, poteſt plurium personarum vices exercere: in tantum, vt esse possit *locus* actionibus contrarijs, respectu diuersarum negotiationum, sub eodem nomine administratarum; harum vocum vsurpatione, quæ semper fit cum additos; nempè *noſtri di qui*, siue *noſtri di fera*, siue *noſtri di Lione*, intelligitur quidem de persona loquentis, sed prout est prepoſita negotiationi, denotata per illud additamentum. Vndè cum nihil
18 impediat vnum, eundemque mercatorem exercere per miniſtros, vel socios plures negociationes in varijs mundi partibus, vt patrum noſtrorum memoria, summo bono publico, vſitatiſſimum erat, puta, Genuæ, Venetijs, Lugduni, Antuerpiæ, & in feriis, maxima nedum frequentia, sed facilitate vtebãtur mandatarijs, in iteratione cambiorum, prouidendo se, ex præscripto mandantis, de debito ab eodem debitore, sed diuersæ negotationis, puta de Venetijs, vel de Lugduno, vel de Antuerpia, quibus in locis respectiuè, cum magno mercaturæ compẽdio, & reali expeditione cambiorum, omnia exequabantur.

19 Et hinc licet colligere magnum diſcrimen

interce-

intercedere inter voces prædictas, & illas, dum dicitur *il mio P. di fera*, nam hæ poſtre mæ licet denotent diuerſitatem perſonarū realiter diſtinctarum, puta Domini conſtituentis, & Procuratoris conſtituti; quoad formalitatem tamen ſignificant eamdē perſonam; cum P. Titij, exiſtens in feria, licet ſit perſona longè diuerſa à Titio, tamen eſt eius mandato vtitur, eandem prorſus refert. Et ſic intellige priori caſu, poſita identitate eiuſdem perſonæ, materialiter ex iuris diſpoſitione, dari munera longe diuerſa, poſteriori verò, data diuerſitate perſonarum, vnius tantum munus adimpleri.

Incongruum ſanè, & abs re alicui delicato videri merito poterit, quod ſub hac queſtione quæ praxim ſolummodo, & cognitionem terminorum mercantilium reſpicit, ea adhuc ſtere voluerim, quæ ius ipſum, non modò, reſpiciunt, ſed conſtituunt. Verum cum mihi nihil magis propoſuerim in his meis laboribus, quam clarius ea tradere, quæ ſecūdum rectam ratiocinationem, faciunt ad ex actam cognitionem rei, de qua quærimus. Ideò cum à Summis Pontificibus plures ex trauagantes ſint ædite, quę naturam huius cambij duplicis tāgunt, non inutile futurū, nec ingratum Lectori putaui, ſi poſt terminorum explanationem, ea ad litteram referam, quæ in dictis extrauagantibus continentur, quibus perſpectis, & ſaltem in vniuerſum prægnitis, non parum lucis affulget ijs, quæ in eodemmet propoſito præſſius, ac diſtinctius ſunt dicenda, dum progredietur diſputatio.

Pius itaq; quartus Summus Pontifex in quo-
20 dam ſuo motu proprio modo ad verbū reddendo, ſeuerriſſimè inuehitur contra Mercatores Vrbis, qui cambia, & recambia exercent vſuraria, cum eiuſdem Vrbis Curialibus. In quo vltra aliàs pœnas contra talia committentes, maiorem excommunicationem latæ ſententiæ eiſdem indicit, Sed quęnam, & quomodo celebrarentur hæc cambia, & recambia, quę ſicca, & vſuraria appellat, & declarat Summus Pontifex, non apparet ex motu proprio, ſed potius ex enormitate pretij, quo contrahentes damnari videntur per illa verba, *Non ſolum ad pretium eiſdem mercatoribus toleratum &c. Verum etiam in præſentiarum illas ad longe maiorem, & nimis exceſſinam, penitusque vſurariam, ac Chriſtianam profitentibus Religionē Sacris Canonibus interdictam, atque damnatam ſummam dare conantur.* Per quæ verba videntur expreſsè damnati cambia ex iniuſtitia pretij, & ſucceſſiuè cambia, & recambia vti cambia ſunt, non autem vti recambia, ideſt cambia duplicia, quaſi vero ex hac duplicitate, & iteratione malum oriretur; quod in hac diſputatione inueſtigamus. Sed cum addatur paulo poſt. *Tum ob varia itinerum pericula, tum etiam aeris diuerſis in locis intemperiem, pecunias, vt premittitur acceptas eiſdem mercatoribus tempore conuento reddere nequeuntes maxima, cum illorum iactura ad eorumdem mercatorum importunitatem pluries; vt aiunt recambiare, coacti, & nonnulli etiam, &c.* Recambia, etiam ex hoc motu proprio redargui dubitari non poteſt. Sed hæc verba non conuincunt recambia, vt recambia damnari, ex eo ſcilicet quod in recambio aliqua iniuſtitia particulariter inſit, ſed quia cum recambiū ſit cambium; cambia autem ob exceſſiua pretia vſuraria declarauit, multo magis talia declarat, & damnat recambia ex eadem ſcilicet pretij iniuſtitia. Et propterea non putarem diſpoſita in hac motu proprio, trahi poſſe ad caſum, & terminos huius tertiæ diſpurationis, in qua quærimus de cambio duplici, & vti duplex eſt, & quid de eo, vti tali ſit ſentiendum.

Verius puto hanc cambij negotiationem illam
21 eſſe, de qua meminit, & controuerſiam mouet Azor. *Inſtit. moral. par. 3. lib. 10. cap. 11. quæſt. 4. verſ. quinto quæritur.* Quam in his terminis conſtituit. Caius accipit à Titio nū mularios Romæ centum, quibus indiget Romæ ſoluturus Toleti ad tres menſes, acto pacto, in caſum deficientis ſolutionis quod Caius debeat ſoluere Romæ eidem Titio eadem centum cum lucro, quod facturus fuiſſet Titius. ſi dicta centum ſoluta fuiſſent Toleti procuratori Titi, qui eadem ibidem alicui tradidiſſet ſoluēda Titio Romæ. Acto pacto, quod tali lucrum ſoluat Caius, prout fuerit Romæ officio Iudicis æſtimatum; His conuentis Caius dat Titio litteras, qui eas mittit Toletum ad Seium nominatum à Cajo, tamquam ſoluturum pro eo. Sed Seius non ſoluit, vel quia noluit, vel quia non potuit. Quare Procurator Titij Toleti degens admonet Titium de non ſequutis, hinc cogitur Caius Romæ ſoluere Titio non ſolū pecunias, quas accepit, ſed totum lucrum, quod Titius fuiſſet facturus ſi pecuniæ Toleti ſoluꝛg fuiſſent, exindeq; nomine cambij

alteri

alteri datæ, solutę fuissent Titio Romę cum lucro. Aut cogitur idem Caius iterum ab ipso Titio Romæ pecunias accipere nomine, & vice cãbij, vt eas Scius pro eo Toleti soluat, eo pacto, & conditione, vt si Scius Toleti non soluerit, Caius soluat Romæ cum lucro, ex sententia Iudicis septem vltra centũ, quæ acceperat.

Coniecturam meam mouet, Motum proprium
21 Sanctissimi, de hoc potissimum cambiandi modo sensisse, quia Azor. Romæ per ea tempora floruit, dum hæc scribebat; & aliunde notissimum habeo: hæc cambiorum genera valdè vsitata Romę, etiam nostris temporibus, licèt non parùm variata. Ecclesiasticæ namque personæ, quę Romam accedunt ad expedienda sacerdotia, quouis modo impetrata, opus habent non leui quantitate pecuniarum, pro expeditione documentorum, quæ Bullas vocant, vt dictas pecunias soluãt officialibus Datariæ: & propterea egent dicta pecunia, ante quam ex Sacerdotijs eam consequi valeant, quæ sunt consequuti in Hyspanijs, vndè via cambij sibi eam Romę comparant, in Hyspanijs soluturi ex fructibus prædictis. Quæ magna seges lucri apud mercatores reputatur, qui vt sibi pinguius consulant; ipsamet documenta, vulgo Bullas tanto impendio comparatas penes se retinent loco pignoris, ipsis beneficia adeptis tunc restituendas; cum ex Hyspanijs notitia veniat pecunias ex condicto solutas. Sed potissimum hanc cõiecturam subijcit; quod iniustitia, quã explodit Summus Pontifex, consistit in taxatione pretij excessiua, quam solum versari, se versari posse in prædicta negociatione, suo loco videbimus. Vt tamẽ liberum sit vnicuique hac de re opinari, de qua (si se casus dabit) plenius infra disputabo eumdem motum proprium ad litteram fideliter reddo.

Pius Papa IV. motu proprio, &c. Cum sicut acce-
22 *pimus non sine maxima animi nostri displicentia, etiam posse publicationem cuiusdã proclamatis, siue banni, de expresso mandato nostro facti, & commissione venerabilis fratris nostri Hyeronimi Episcopi Martoranensis, tũc Almæ Vrbis nostræ Gubernatoris sub die 27. mensis Maij MDLX. in locis consuetis publicati, auaritiam omnium malorum pessimũ genus, inter dilectos filios Almæ Vrbis nostræ prædicta mercatores adeo serpuisse, atq; in dies serpere, vt iam illorum vnicuiq; breui, & modico tempore, proximi iactura discrimen in pecunijs Curialibus eiusdem Vrbis, & præcipuè Cisalpinis ad cambium, & recãbium, vt vulgo dicunt, mutandis facillimus pateat aditus, ita vt, & Dei timore postposito, animarum q; suarum salutis, ac Christianæ charitatis, & Euangelicæ eruditionis quæ bona nobis à Deo collata indulgentibus, nihil lucri indè sperantes, charitatiuè mutuare monemur, penitus immemores, non solum ad pretium eisdem mercatoribus à summis Pontificibus nostris Prædecessoribus retroactis temporibus toleratum, suas pecunias ad cambium, & recambium huiusmodi curialibus prædictis dederint. Verum etiam in præsentiarum illas ad longè maiorem, & minus excessiuam, panitusq; vsurariam, ac Christianam professionem religionem, Sacris Canonibus interdictam, atque damnatam summã dare conantur: vndè euenit, vt plurimi dictæ Vrbis Curiales, ac necessitate coacti eisdem pecunias sub tam graui fœnore accipientes, & prorum amicis mercatoribus præfatis fidezubentes, ac se in ampliori forma Cameræ Apostolicæ obligantes, tum obuaria itinerum pericula, tum etiam aeris diuersis in locis intemperiem, pecunias (vt permittitur) acceptas isdem mercatoribus tempore conuento reddere nequeuntes, maxima cum illorum iactura ad eorumdem mercatorum importunitatem pluries, vt aiunt recambiare coacti, & nonulli etiam carceribus inhumaniter cum illorum ingenti, tum corporis, & bonorum, tum etiam honoris, & famæ detrimento, diuturno tempore detẽti fuerint. Nos igitur cupientes pro nostri Pastoralis officij debito, præmissis quãtum cum Deo possumus, via celeri remedium aliquod adhibere, eorũdemque mercatorum infatigabilis vsuræ prauitati, eorumq; animarum saluti, & mercantilis exercitij fidelitati, curialiumque prædictorum, tam enormibus lasionibus atque incõmoditatibus paterno affectu opportunè consulere. Motu simili, &c. Dilecto filio dicti Æ Vrbis nostræ moderne Gubernatori, vt ad Cameræ Apostolicæ Commissarij generalis nec non partis hæc lesæ querclam seu instantiam omnibus, & singulis mercatoribus Romane Curiæ seqne impositorum a die datæ præsentiũ, sub maioris excõmunicationis latæ sententiæ ac duorum millium ducatorum auri in auro eidem Camerę irremissibiliter applicandorum ipso facto incurrendis panis, a dictæ Vrbis Curialibus quibuscumque ratione quæ rumcumque obligationum, etiam in amplioris forma*

formâ Camerę, tàm principali, quàm acceſſorio, & fideiuſſorio reſpectiuè nominibus factarum, deinceps quomodolibet fiendarum, p pecuniꝫ ad cābiū, recābiū, & huiuſmodi ſic vſurarię, & malo modo acceptis, & accipiēdis ac in partibus non ſolutis, aut non ſoluendis vltra ſummam conuenientem, quæ mercatoribus realibus, qui vera cambia realia, & nō ficea faciunt, de iure, & ſtylo mercantili verè deberetur, hic in curia petere, exigere, aut eoſdem Curiales via iuris obligationum etiā in forma dictæ Camerę celebratarum, & celebrandarum vigore, ſeu pretextu cogere, ſeu cogi, aut excomunicari, &c. vel alias quomodolibet in earum perſonis, & bonis moleſtari, ſeu inquietari facere audeant, uel præſumāt, diſtrictius ſub pœna, quæ in conſtitutionibus Marchiæ contra vſurarios ſtatuitur, & aliꝫ ſuo arbitrio moderandis pœnis inhibeat, nec non quaſcumque obligationes etiam in præfata forma Camerę: occaſione quarumcumque partitarum pecuniarum ad cambium, & recambium huiuſmodi prædictis mercatoribus cum eiſdem Curialibus quomodolibet factas & quas mercatores ipſi à prædictis Curialibus, tamquam principalibus, ſeu fideiuſſoribus hic in vrbe poſt dictum bannum dumtaxat repetierunt, & exegerunt, & recuperarūt ac pro non ſolutis exigere, & recuperare intendunt, cum cambia huiuſmodi ficca, vel nō realia à Sacris Canonibus prohibita ſint, vſurarias, prauas, iniquas, deteſtabiles, interdictas, & damnatas, ac quaſcumque obligationes, etiam in forma præfata Camerę Apoſtolicæ poſt dictū bannū dumtaxat deſuper illarum occaſione factas, nullas, & inualidas exiſtere auctoritate noſtra decernat, & declaret, totāq; ſummam principalem per eoſdem Mercatores exactā & recuperatā iuxta formā dictorū bannimentorū ex nunc ipſo facto eidē Camerę Apoſtolicæ, parti verò leſæ, id quod vltra prædictā ſummam principalem in cambijs, & recambijs, &c. à dictis mercatoribus irremiſſibiliter exigendam, recuperandam, & reſtituendam applicet, & eoſdem Mercatores iuxta conſtitutiones prædictas Marchiæ condemnet. Cum poteſtate eoſdem Mercatores, & eorum quēlibet, omneſq; alios & ſingulos ſua cōmuniter, vel diuiſim quomodolibet intereſſe putantes in dicta Curia, & extra eā citandi, ac quibus, & quoties inhibendū erit, etiā ſub excommunicationis ſuſpēſionis, & interdicti aliſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, etiam pecuniarijs eiuſdem Gubernatoris arbitrio moderandis, & applicandis inhibendi, inobedienteſq, & rebelles quoſcūq, ſententias, cenſuras, & pœnas huiuſmodi incidiſſe, & incurriſſe, declarandi, & aggrauandi, reaggrauādi, & inter dicendi. innocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, brachij ſecularis auxilio, nec non ſuper præmiſſis omnibus ſummariè ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura Iudicij ſeu tela Iudiciaria ſingulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis procedendi dictoſq; Mercatores, & eorū quēlibet ad exhibendum quoſcūq, libros etiam rationum via iuris, & ſub eiſdem cēſuris, & pœnis cōpellendi, ceteraq, alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmiſſis omnibus, & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet opportuna cōmittimus, & mandamus præmiſſis, ac quibuſuis aliis cōſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis ſtatutis, conſuetudinibus, capitulationibus, & pactis nec nō obligationibus, etiam in dicta forma Camerę, etiam iuramento, &c. vallatis, ac Palatij, & Curiæ mercatorū huiuſmodi ſtylo, nec non partitis libris, & rationibus, ac cōputis deſuper quomodolibet factis, & quibuſuis licentijs forſan dictis mercatoribus per quoſcumq, etiā noſtros maiores officiales, etiā Vrbis Gubernatores conceſſis, quas cōtra expreſſam mentem noſtra factas eſſe declaramus cæteriſq, in cōtrarium quomodolibet facientibus nō obſtantib. quibuſcūq. mercatorū, & Curialiū huiuſmodi nomina, cognomina, & qua litates, ac pecuniarū, & creditorū quātitates aliorūq, hic forſan de neceſſitate exprimi ne ceſſariorū tenores, cōtinctias, formas, & cōpēdia p plenè, & ſufficiēter expreſsis habēdis, pīcipue; noſtri motus ꝓprij ſolā ſignaturam etiā abſque illius regiſtratura ſufficere, & vbique fidē facere tā in Iudicio, quā extra, attēto, q in Vrbe hac, iuxta illius formam, & tenorē p quoſcūque Iudices, &c. ſublata, &c. iudicari, &c. debere, nec de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intētionis noſtræ defectu, vllo vnquā tēpore notari, aut impugnari poſſe, illiuſq; copia p vnū ex noſtris curſoribus cum originali auſcultata, & mercatoribus, aliſque perſonis, & Iudicibus præſentate vim validā, & efficacis inhibitionis habeant ac ſi originale hoc præſentatum foret, quacūque regula, ſiue conſtitutione in contrarium forſan edita nequaquam obſtante.

Sed Pius Papa V. celeberrimā illam edidit de
23 cābijs ſanctionē, de qua ſæpius potiſſimū in prima diſp. diſſerui. Hāc quidem Decretalē Theologi non pauci, & aliqui ex noſtris ſui loco, & tēpore inferius plene examinādi, &

perpendendi, dicunt damnare continuationes cambiorum, & ſic cambia duplicia, illa ſaltem, in quibus dicunt cambia verè non ſolui in loco deſtinatæ ſolutionis; licet per quandam (quam ipſi vocant) fictionem; in loco prædicto dirigantur ſcripturæ tam ad debitum, quam ad creditum eiuſdem cambij, & nouæ litteræ conficiantur pro recambio: tali enim caſu dicunt litteras mitti quidem, ſed redire inanes, ibique repoſci pecuniam vbi primo data fuit, & quidem cum incremento, quod vſurarium eſt, & eſt expreſſum in Bulla illis verbis.

„*Vel ita mittuntur, vt tranſacto tempore, &c.*

Sed cum contrarium ſentientes, contendant tali caſu in feria ſolutionem primi cambij verè, & realiter fieri, ibidemque nouum recambium verè, & realiter celebrari, iam patet ex dicto ſuppoſito totam pendere controuerſiam; Verumtamen etiam in via eorum qui damnant, non videtur poſſe affirmari hanc decretalem contra recambia decernere, cum de recambijs nulla mentio; & dum aſſumunt caſum recuſæ eſſe caſum Bullæ, vlterius eis eſt procedendum, vt perſuadeant. Vtcumq; ſit, tenor Bullæ ſequitur.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. In eam pro noſtro paſtorali officio curam diligenter incumbimus, vt D. N. ouibus opportuna pro animarum ſalute remedia adhibere minimè diferamus. Cum itaq; ad aures noſtras peruenerit, legitimum cambiorum vſum, quæ neceſſitas, publicaq; vilitas induxit, ſæpenumero ob illiciti queſtus cupiditatẽ ſic depranari, vt ſub illius prætextu vſuraria prauitas à nonnullis exerceatur, Nos petitionibus, quæ ſuper his nuper factæ ſũt, hac perpetuò valitura decretali reſpondendũ eſſe duximus, vt neq; doloſis ſuaſoribus ſuffragetur, neq; ignaros perdat inficitia. Sic enim Paſtoris officiũ exequimur, dũ gregẽ nobis commiſſum ab æternæ damnationis periculo eripere modis omnibus ſtudemus. Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ ficta nominantur, & ità confinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas ſeu ad alia loca cãbia celebrare ſimulent, ad quæ loca ij, qui pecuniã recipiunt, litteras quidem ſuas cãbij tradunt ſed non mittuntur, vel ità mittuntur, vt tranſacto tempore, vnde proceſſerant, inanes reſtarentur, aut etiam nullis huiuſmodi litteris traditis pecunia ibi demiq; cum intereſſe repoſcitur, vbi contractus fuerat celebratus, nã inter dantes, & recipientes vſq; a principio ita conuenerat: vel certè talis intentio erat, neq; quiſquam eſt, qui in nundinis, aut locis ſupradictis huiuſmodi litteris receptis ſolutionem faciat: cui malo ſimile etiam illud eſt cum pecuniæ, ſiue depoſiti, ſiue alio nomine ficti cambij tradũtur, vt poſſit eodem in loco, vel alibi cum lucro reſtituantur. Sed, & in ipſis cambijs, quæ realia appellantur, interdiũ vt ad nos prafertur, campſores præſtitutum ſolutionis terminum lucro excedentes, vel ex præſia conuentione recepto, ſeu etiam tantum modo promiſio differunt. Quæ omnia nos vſuraria eſſe declaramus, & ne fiant, diſtrictius prohibemus. Porrò ad tollẽdas quoq; in cambijs, quantum cum Deo poſſumus, occaſiones peccandi, fraudeſque faneratoriũ ſtatuimus, ne deinceps quiſquã audeat, ſiue à principio, ſiue alias certum, & determinatum intereſſe, etiam in caſum non ſolutionis pacifici, neq; realia cambia aliter quam pro primis nundinis, vbi illa celebrantur, vbi verò non celebrantur pro primis terminis, iuxta receptum locorum vſum exercere abuſu illo prorſus reiecto, cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis, ſiue terminis exercendi curandum, autẽ erit in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorũ, in quibus ſolutio deſtinatur, nedum longiores præſigatur quam loca deſtinatæ ſolutionis deſiderant, fa nerandi detur occaſio. Quicumq; contrà hanc noſtrã conſtitutionem commiſerit, panis à Sacris Canonibus contra vſurarios inflictis ſe nouerit ſubiacere. Eas verò, qui conſpirationes fecerint, vel congeſtam vndiq; pecuniam ita ad ſe redegerint, vt quaſi monopoliũ pecuniæ facere videantur, panis, quæ à iure cõtra exercentes monopolia conſtituta ſunt, teneri ſancimus. Volumus autem, quod præſentes litteræ in Camera Apoſtolica, & ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ etiam Apoſtolicæ publicẽtur, & in ipſa Camera deſcribantur, & quia difficile foret eas ad ſingula quæque loca deferi quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius eiuſdem Cameræ, vel alterius Notarij ſubſcriptis, & ſigillo dictæ Cameræ vel Prælati Eccleſiaſtici munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhibetur, ſi fuerint exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ damnationis, declarationis, prohibitionis, ſtatuti, ſanctionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum

eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Romæ apud Sanctũ Petrũ, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, quinto Kal. Februarij Pontificatus noſtri anno V.

Certè Pius idem Sanctiſſimus Pontifex in ſuo ad Bononienſes benigniſſimo reſcripto verbis expreſſis recambium approbat, & continuationem ſuper cambijs in illis verbis candidiſſimis lapillis imprimendis ibi.

Et poſſa ogni ſpona ancora dare denari à cãbio, & far che ſiano recapitate le lettere ſopra di eſſi datori, & così tenerli sù li cãbij ſino che ſia rãno rimborſati da chi hauerà ꝓſo il denaro.

Et licet per hæc verba non exprimatur quænã ſit illa perſona, quæ de mandato ipſiuſmet dantis pecuniã ad cãbium, facit ſolutionem vnde ſectatores negatiuæ ſententiæ multa deducunt; Tamen negari nulla ratione poteſt quin per hanc decretalem aliqua dupli cia cambia approbentur, ex illis etiã, in quibus per primi cambij debitorem dirigitur tracta ad correſpondentem creditoris, & quin permiſſum ſit, continuare ſuper cãbijs proprias pecunias, ſola lucri intentione. Vt autem plenius hæc cognoſcãtur, dictum reſcriptum Sanctiſſimi Pontificis integrũ do.

Ex debito Paſtoralis officij nobis, licet immeritis, diuina diſpoſitione, commiſſi, ergà Chriſtifidelium vniuerſorum ſtatũ proſpera, feliciterq; dirigendũ omnẽ mentis noſtræ aciem aſſiduè intendentes, illos præcipua cura, ſtudioq; matori proſequimur, quos tanquã peculiares etiam temporali noſtro, & S. Romanæ Eccleſiæ regimini commiſit Altiſſimus, & ea, quæ propublica, priuataq, illorũ vtilitate, & cõmoditate prouida cõſideratione ordinata eſſe reperimus, quo firmiore, gradu maneant approbationis noſtræ beneficio libẽter ſtabilimus. Nuper ſi quidẽ, ſicut accepimus, dilecti filij mercatores Ciuitatis Bononiæ publico, & priuato bono, ac cõmodo ipſius ſ. Ciuitatis decori cõſulere, volẽtes nonnulla capitula emporij ſeu cãbij realis in dicta Ciuitate, ut Romæ, & in pleriſq; alijs præcipuis tã Italiæ, quã extra Italiã fieri ſolet, introduc̃tionem, & ipſorũ mercatorũ, aliarũq, perſonarũ ſecuritatẽ cõcernentia, ſub Noſtro, & Sedis Apoſtolica beneplatito condiderunt, quorũ tenor ſequitur, & eſt talis.

Volendoſi dar principio al fare in queſta magnifica Città di Bologna publica piaꝛza de cambi reali ꝑ diuerſi luoghi, come ſi coſtuma nelle principali Città d'Italia, & ſpecialmente in Roma nõ ſolo per cõmodo, & vtile de partecipanti, mà ancora per honore di eſſa Città, cõme ſi preſuppone, che eſſer debba, & intendẽdoſi far ciò cõ buona gratia, & ſatisfattione de ſuperiori, & non altrimente ſi dice, & domandaſi per parte de Mercanti, che per conſeguire queſta coſa ſia loro conceſſo da Superiori, & confirmato da N. Stg. quanto quì nell'infraſcritti capitoli ſi contiene.

In prima che la piazza ſia libera per ogni ſorte di perſone, così terriere, come foraſtiere, & tanto non Mercanti, quanto Mercanti, di modo che ad ogni ſorte di perſone di qualſiuoglia gradꝛo, ò conditione ſia lecito il dare, & il pigliare denari à cãbio, purche il cambio ſia reale. Intendendo eſſer Cambio reale, quãdo con effetto ſi dà il denaro in vn luogo, acciò, che ſia pagato in vn altro, ſecondo che cãtano le lettere del cãbio, & così le lettere vadino cõ effetto al luogo, & alla perſona, à che ſono indirizzate, & che iui ſiano pagate, ò recuſate.

Appreſſo che ſia in poteſtà di chiaſcuna ꝑſona, etiandio, che non ſia Mercante, il dare ſuoi denari in mano de Mercanti, acciò, che li diano a cambio reale, con furſi ſtare del credere, come ſi uſa nell'altre piazze d'Italia, & poſſa ogni perſona ancora dare de nari à cãbio, & far che ſiano recapitate le lettere ſopra di eſſi datori, & così tenerli sù li cãbij, ſino che ſia rãno rimborſati da chi hauerà ꝓſo il denaro.

Terzo. Che ſe da foraſtieri ſaranno mãdati denari cõãti in queſta Cittade perche ſi diano à cãbio in detta piaꝛza, cotali denari ſ'intendano eſſere, & ſiano liberi, & frãchi à fauore del foraſtiero, che li haueꝛà mãdati etiãdio, che egli per qualſiuoglia cauſa foſſe bãdito, ò cõdennato dallo ſtato di S. Chieſa: eccetto ꝓ cauſa d'hereſia, ò leſe Maieſtatis, ouero per qualſiuoglia cagione foſſi debitore alla Camera, ò al Fiſco, & nõ ſi poſſa, nc ſi debba fare alcuna repreſaglia i ditali denari, mà come è detto, ſiano ſẽpre liberi, & frãchi alla volontà di detto foraſtiere. Et queſto medeſimo ſia detto, & ſ'intẽda parimẽte delle rimeſſe de denari, che per lettere di cambio di fuori ſoſſero da tali ſpone rimeſſe in queſta Cittade.

Quarto. Che di tutte le q̃ſtioni, et liti, che occorꝛeranno per cauſa di detti cãbij in q̃ſta Cittade trà qualſiuoglia ſorte, & gradi di ꝑſone ſolmẽte il Giudice, ò Cõſoli, ò ſopra Cõſoli del foro de Mercãti ſiano, & ſ'intẽdano eſſer Giudici cõpetẽti, & che niuno altro Giudice, o Tribũnale, ne qualſiuoglia altro Superiore, ſe ne debba, o poſſa intromettere, ne ꝑ conoſcere, & giudicare, nè per ſuſpẽdere, o impedire

à inhibire al detto foro, ò in qualſiuoglia altro modo impacciarſene, mà che ſemplicemẽte, & ſenza oſtaculo alcuno la cognitione, & deciſione, & eſecutione di dette liti, & queſtioni, ò cauſe ſpetti, & appartenga ſolamente al detto fori, non ſolo nella prima inſtanza mà ancora nelle appellationi ſino all'vltimo fine della cauſa ſecõdo la diſpoſitione, & forma delli ſtatuti di detto foro. Et ſe alcunoſi appellaſſe à N. Sig. cotale appellatione s'intenda deuoluere, & ſia deuoluta ipſo iure al Giudice delle appellationi, & alli ſopraconſoli, come ſpecialmente Delegati da S. Santità in tal caſo, dinanzi à loro l'appellante debba proſeguire la cauſa dell'appellatione nel debito tempo dato dallo ſtatuto di detto foro: altrimente l'appellatione ſia nulla, & di niuno valore, & la ſentenza data ſi debba eſeguire per il Giudice, & Conſoli, come ſe non ſi foſſe appellato.

Il luogo della Piazza, oue s'habbino da ragguanare i mercanti ſia la loggia del foro ſopradetto, ouero altro luogo, che foſſe giudicato megliore.

Et in tal luogo ſi debbano ridurre i mercanti di vn'hora inanzi deſinare, & cosi di vn'hora inanzi la ſera per tre giorni della ſettimana cioè il Lune, il Mercore, & il Venere, ſe ſaranno giorni di lauoro: altrimente ſi faccia Piazza il giorno auanti, ſe non ſarà di feſta & non mai in dì di feſta per negotiare.

Li cambij ſi debbano fare à ſcudi d'oro in oro di Zeccha per tutte le Piazze, & i conti, & ſcritture s'habbino da tenere à ſcudi d'oro in oro di Zeccha, così con li terrieri, come foraſtieri.

L'vſo del tempo à pagar le lettere del cambio, che ſaranno drizzate à Bologna, & diranno ad vſo: ſia, & s'intende eſſere, come qui appreſſo.

Da Roma, & Genoua dieci giorni viſta.

Da Milano, Venetia, Fiorenza, Piſa, Lucca, & altri luoghi di Toſcana, otto giorni di viſta.

D'Ancona, la Marca, la Romagna, & altre terre di Lombardia. otto giorni, viſta.

Da Napoli giorni quindici di viſta.

Da Palermo, Meſſina, Bari & altre terre del Regno, meſe vno viſta.

Da Lione, Biſanzone, & Spagna ſecondo le fiere

Da Anuerſa, Parigi, & tutte le terre della Fiandra, & della Francia, due meſi fatta.

Da Londra, & da Leuante meſi trè fatta.

Il pagamento de Senſali, che ſaranno mezzani à detti cambij reali, habbi da eſſer vn ſoldo d'oro per ogni cẽto ſcudi da chiaſcuna delle parti; & che detti Senſali debbano eſſere approuati, & licẽziati nel foro de Mercãti & oſſeruare, & fare tutte quelle coſe, che da loro ſi ricercano, ſecondo la diſpoſitione de gli ſtatuti del detto foro, & in ſpecie debbano tener conto in vn libro regolato à guiſa di giornale, ſcriuendoui di ſua mano di giorno in giorno tutti i Cambij, de quali ſaranno ſtati mezzani, nominando chiaramente ciaſcuna partita, il datore, & il prenditore, la quantità, & à che prezzo, & il luogo, per il quale ſi ſarà cambiato, & mancando eſſi di fare queſto in tutto, ò parte debbano eſſere caſſi, & priuati dell'officio, & le ſia leuato ogni prouiſione, che perciò haueſſero.

Quanto alle liti, & queſtioni, che per conto di detti cambij potrebbono accadere, ſe alcuna lettera di cambio fatta in Bologna, ritornerà di qualſiuoglia luoco ricuſata, ò non pagata con il proteſto. Il creditore, in mano del quale ritornerà detta lettera debba preſentarſi dinanzi al Giudice, & Conſole del foro della mercantia, ſe all'hora ve ſe ritroueranno altramente dinanzi ad'vno de Notarij di detto foro, & domandare la eſecutione di tale lettera contra quelli, che l'hauerano fatta.

I quali Giudici, ò Conſoli, ouero il detto Notaro, ſenza altra intimatione, ò citatione, in continenti debbano darle la detta eſecutione, & poſſa il creditore con vno de meſſi della Corte andare di ſubito alla caſa del debitore & fare l'eſecutione ne i ſuoi beni, per aſſecuratione di eſſo creditore, per quella ſomma, che canterà la lettera del cambio, & per le ſpeſe, e danni, & intereſſi ad arbitrio del Giudice, & Conſole.

Et caſo, che alla detta eſecutione oſtaſſe qualche impedimento, ò diffeſa, debba il meſſo ſubito farne la relatione al Notario, il quale ſia tenuto dare in continentinenti il preceto perſonale al detto creditore contra il debitore.

Et fatta tale eſecutione nelli beni, poſſa poi il detto debitore comparire inanzi alli detti Giudice, & Conſole à domandare ragione, ſe ſi ſentirà grauato, ò ſe vorrà allegare alcuna delle eccettioni, che ſi poſſono opporre alle lettere di cambio, come di ſotto ſi dirà; mà non ſia udito in modo alcuno, ſe prima non haurà aſſecurato il creditore, ancora, che nõ foſſe il tempo del pagamẽto della lettera del cambio

Mà in caſo, che ritornaſſe alcuna lettera di cambio

bio con protesto, & che se ritornasse esser morto colui, che fece detta lettera, si possa, & debba procedere per la esecutione ne beni del la heredità del morto, non altrimente, che se egli fusse vivo, non ostante che si dicesse, detta heredità esser giacente, & pendere il tempo, dato dalla lege, ad adire, ò repudiare la heredità, ò à fare l'inuentario, ò esserui pupilli, à quali non fusse stato prouisto di tutore, & non ostante qualunque altra cosa, ò ragione, che si allegasse in contrario.

Et in euento, che li heredi del morto hauessero tolta l'heredità con il beneficio di legge, & inuentario, & fatto l'Inuentario legitimamente inanzi, che il creditore sia comparso à dimandare la detta esecutione, & volessero detti heredi seruirsi di detto beneficio per impedire l'esecutione di detta lettera, possa il creditore, & le sia lecito pigliare la soma de denari di quella lettera à cambio, & recàbio à tutte spese, e danni della detta heredità insino à tanto, che egli non sarà sodisfatto intieramente.

Dichiarandose, che ogni sorte di persone di qual si voglia grado, ancora che fossero di Magistrato, contra de quali ritornasse lettera di cambio non accettata, ò non pagata con il protesto, possano, & debbano ad instanza del creditore essere estatti nelli suoi beni per il pagamento, ò per l'assecuratione del pagamento di tal lettera in continenti, che ne sarà fatta l'instanza per il creditore dinanzi al Giudice, & Console, ò al Notario, come di sopra è detto

Non ostante leggi, statuti, consuetudini, priuilegij, ò qualunque altra cosa in contrario.

Et perche occorre alle volte, che alcuno, che dà denari à cambio, lo fa con hauer secorità, la quale sottoscriue la seconda, ò la terza di càbio, come si costuma in tutte le piazze, però si dichiara, che quando la prima lettera ritornasse recusata, ò non pagata con il protesto, il creditore possa così agere contra colui, che hauerà sottoscritta la seconda, ò terza di càbio, come contra il principale, che l'haurà fatta, come à lui più piacerà, & senza suo pregiudicio contra l'altra parte: e tutto quello, che si è detto del fare l'esecutione contra il principale, s'intende parimente detto del sottoscriuente, non ostante cosa alcuna in contrario.

Alle dette lettere di cambio reale nõ corra mai prescrittione di tempo, & a quelle, che ritornassero indietro recusate con il protesto, non se lo possa opporre eccettione alcuna, saluo è che la lettera non sia scritta, ò sottoscritta di mano di chi vi è nominato per scribente, ò sottoscribente, ò di suo institore, ò che ella sia stata pagata. Et sopra queste due eccettioni si proceda, conosca, e determini sommariamẽte di piano, senza strepito, ò figura di Giuditio, & à modo di buono mercante, & reietta ogni cauillatione, & solamente considerata la pura verità del fatto. Et si dichiara, che in tutti i luoghi di questi Capitoli, doue si nomina colui, che habbia fatta la lettera di Cambio, s'intende per fattore, ò scribente della lettera colui, ò coloro, che sono nominati nella sottoscrittione, in nome de quali è fatta la lettera, se bene non fosse fatta, ò sottoscritta di mano di persona, che habbia il compimento della ragione, ancorche egli non fosse compagno, ò altrimente interessato in essa ragione.

Quanto poi alle lettere di cambio fatte in qual siueglia luogo per Bologna, se alcuna lettera non sarà accettata secondo il tenor suo, potrà il presentante protestare d'ogni spesa, danno, & interesse contra colui, che haurà fatta la lettera, & contra chiascuno, che vi fosse obligato. Et caso che fosse assente da Bologna colui, à cui sarà diretta la lettera, ne ci fosse chi per lui hauesse facultà, ò compimẽto d'accettarla, possa il presentante andare alla casa del detto assente insieme con uno de Notarij del foro de Mercanti, & quiui fare il suo protesto sopra l'accettatione, se per all'hora non sarà il tempo del pagamento: & venuto il tempo del pagamento, ne essendo pagata, potrà rifare il suo protesto sopra del pagamento.

L'accettatione delle dette lettere di cambio, che saranno drizzate à pagarsi in Bologna, si debba fare solamente per mano di chi haurà il compimento della ragione, alla quale saranno stati tratti i danari, ò sia patrone, ò institore, che habbi tal compimento. Altramente cotale accettatione sia di nessun valore, se ben fusse fatta per mano d'alcuno compagno, agente, ò garzone della ragione: Et ciascheduno mercante sia tenuto dar notitia al Conseruatore del detto foro della persona, ò persone, che hanno, ò che pro tempore haueranno il compimento della sua ragione: Il qual Conseruatore ne debba far rogito nel libro à ciò deputato, & parimente si faccia rogito, quando se reuocasse tal compimento.

Et quando le dette lettere saranno state accettate da chi deue, & può accettarle, come si è detto

AD TERTIAM DISPVTATIONEM TRANSITIO.

INCVLCAVERIT sæpius licet Aristoteles *tertio Physic. cap. 2. tex. 63. de Cæl. lib. 2. text. 23. Metaph. lib. 5. cap. 15.* extra perfectionem nihil amplius esse, quãdo ne absoluta quidem cambij perfectione, consumauimus de cãbio sermonem. Siue quia, vt inquit M. Tullius *2. de natur. Deor. 40.* in nulla rerũ institutione dici possit aliquid extremum atq; perfectum; seù verius non ita exactè accipiendos nos esse, dum de perfectione agimus, vt nihil pænitus vltrà desiderari possit sed cum Vulpiano nostro, *l. ædificia ff. de verb. sign.* id satis intelligi perfectum, quod vsui esse potest; prout absque dubio potest nobilissimus hic contractus, si post illius celebrationem, de qua in prima disputatione egimus, sequatur destinata solutio, de qua in secunda. Sed nec Ciceronis, nec Vulpiani patrocinio indigere me contra Aristotelis placita, vt aditum aperiam ad tertiam disputationem, liquido cognosces Lector Beneuole. si consideraris nos non id agere, vt cambia contrahamus. sed sermonem de cãbijs instituisse: & vt illa solutione, re ipsa perficiuntur, hic absolutus, haudquaquam dici potest, si ea prætereamus, quæ de duplicatione eiusdem in controuersiam deduxerunt Viri doctissimi. Et licet re vera cambij duplicatio, nihil præterea inuoluat, quam iterationem eiusdem, vt meritò videri posset ex cognitione subtãtiæ, & perfectionis illius satis cognitam duplicationem, aliàs instituendas fore alias, atque alias disputationes de triplicatione, & quadruplicatione, & deinceps alias ad numerum iterationis eiusdem: Aduertendum tamen est, quod non secus ac vbi speculamur in physicis naturam motus proiectorum, *ad tradita per Aristotelem, & Interpretes in lib. 8. Physic. cap. 3.* nulla maior angit difficultas quam dũ quærimus. An proiectũ quod sursum, vi impressa ferebatur, dum ea deficiente decidit, in puncto reflexionis quiescat; & an in eadem reflexione quidpiam commune habeat motus sursum cum motu deursum, quantumuis omnia ad motum ipsum, cuius naturam propectam habemus, referantur. Non secus in cambij duplicatione non pauca contingunt quæ meritò ingenia Virorum doctissimorũ torquent. Vsque adeò (præsertim si ad scriptores nostri sæculi respiciamus) vt negligẽto diligentiori examine subtãtiæ, & perfectionis huius contractus, toti in duplicatione sola versentur, ea solum subtilissimis quæstionibus prosequentes, quæ necambiũ respiciunt. Cum igitur cambium ipsum nõ contrahamus, quod verè solutione perficitur, sed doctrinam de cambio tradamus, quæ plura exigit etiam circa cambij duplicationẽ, hanc tertiam disputationem de cãbij duplicatione necessariò instituimus. Haudquaquam neglectis Aristotelis placitis, qui dum exactius rem eamdem definit in Metaphysicis *lib. 5. cap. 15.* Perfectum tũc verè dicit, dum quis propositum finẽ assequitur, quem nulla ratione me assequutum fatendum esset, prætermissa hac tertia, ac postrema disputatione, quæ si nihil addit ad cambij perfectionem iam perfecti in secunda, confert certè, quinimmò omninò necessaria est ad perfectionem doctrinæ de eodẽ. Quam disputationem in plures (& ad hæc vsque tempora intactas ab alijs, & inauditas) quæstiones distributam si vides amice Lector, ijs nec propositis, nec discussis, quæ passim in controuersiam deducuntur apud

Auctores, qui de hac eadem re ante me ſcri
pſerunt, caue putes, vel ad declinandam dif
cultatem diſcutienda omiſiſſe me , vel ad
oſtentationem ingenij incomperta alijs, &
inexcogitata, abſque fructu quæſiuiſſe. Cõ-
pertum habeo idem recambium in factorũ
contingentijs, prout reſpicere poteſt diuer-
ſos obligationum nexus, diuerſoſq; ſoluen-
di modos tam ſub ratione pretij, quam ſub
ratione rei , interq; perſonas diuerſimode
obligatas, diuerſam omninò pariter naturã
ſortiri: & propterea in tanta terminorum
æquiuocatione, impoſſibile prorſus duxi, cer
tam in vniuerſum de illo dari poſſe doctri-
nam ; prout æquè inurile de certo aliquo,
certiſque terminis circumſcripto tradidere
à quo vbi paulum deflexeris, nullius vſui
eſſe poſſit . Neque enim minus aduerſatur
doctrinæ ſingularitas, quam æquiuocatio.
Hinc profectum conſilium meum vtrumque
vitandi, ſed vtrumq; aſſequendi: quod vt fa-
cillimè aſſequutus videri potero, quoad pri
tem priorem dum nullam de hoc , vel illo
recambio illis, atque illis cancellis concluſo,
quæſtionem inſtituo, nullamque inuoluen-
tem terminos acceptionis diuerſæ; vtinam
eadem fælicitate voti compos fiam ſecundę
partis dum per partes adiuuicem diſiunctas
(in quarum ſingulis nulla inſit equiuocatio)
vniuerſam recambij notionem amplector,
ex quibus non quidem ſingulis, ſed iunctis
cum alijs, prout ſe occaſio dabit, tamquam
principijs certioribus deducitur, illatio ad
hoc, vel ad illud recambium, de quo in pra-
xi dubitari contingeret, prout clarius appare-
bit, dum progredietur oratio . Antequam
igitur amice Lector, aliquam coarguas ex
poſitis per me quæſtionibus: nedum ſin-
gulas, ſed omnes examina, nec te deſideriũ
capiat alienæ tractationis, priuſquam hæc
mea cognoueris: interim verò ſtudium meũ
ſi non probas, tu ſaltem ama.

DISPVTATIO TERTIA
QVAESTIO PRIMA.
Prologomena.

1 *Recambium quid.*
2 *Recambij vox, & ſenſus generaliſsimus.*
3 *Cambia omnia poſt primum appellantur cam bium ſecundum, & ratio aſſignatur.*
4 *Recurſa quid ſit; quidue ſignificet vox iſta, & illius vis, & forma explicatur.*
5 *Continuare quid ? & de continuandi pacto, eiuſq; forma.*
6 *Prouiſiones eſſe de natura cambij, & deberi tamquam merces.*
7 *Continuationes multis , & inter ſe diuerſis modis fieri poſſunt, aptis parere iuris effectus diuerſos.*
8 *Continuationes pacta admittunt varia praeter, vel vltra ſubſtantiã cõtractus eaq; vel in ſpachijs; vel in inſtrumento pro libito.*
9 *Pacti formula, per quod datur facultas capiendi cambio ſummam debitam, & recambiandi pro quacumque platea etiam in ſe ipſum intereſſe damnis, & expenſis debitoris iuramento creditoris liquidandis, narratur, & ponderatur.*
10 *Cõtinuare, chiuire, & rechiuire ſũt ſynonima*
11 *Verba (à feria ad feriam) duplex tantum cambium reſpiciunt, & requirunt expreſſionem Platea.*
12 *Et ſine ipſa platea expreſſione, conuentio cõ rueret.*
13 *Verba (ad annum) excludunt cambium, & in cludunt contractum dationis pecuniarum ad negotiandum.*
14 *Intereſſe non conſideratur in cambio , & de ratione.*
15 *Prouidere, verbum hoc in ſpachijs, vt plurimum ponitur , & de ſignificatu eiuſdem diſeritur hic plene.*
16 *Mandatum datum in ſpachijs, vel aliter prouidendi modum concernens exactiſsime ſeruandum.*
17 *Verba (meus noſter) vel in plurali (mici noſtri) identitatem perſonæ quidem denotãt ſed diuerſarum negociationum.*
18 *Vnus , & idem mercator poteſt per Inſtitores, & ſocios plures in diuerſis mundi partibus negociationes exercere.*
19 *Verba (li miei di fera di Lione) ſunt diuerſa à verbis (il mio Procurator di fera) & de ratione.*

20 *Pium*

20 *Pium IV. non damnasse recambia demonstratur.*
21 *Azorij opinio Inst. mor. par. 3. lib. 10. cap. 11. qu. 4. vers. si quaritur, perpenditur, & declaratur.*
22 *Constitutio Pij IV. super cambijs refertur.*
23 *Pium V. non damnare continuationes cambiorum, & sic cambia duplicia demonstratur, & nu. 25.*
24 *Constitutio Pij V. super cambijs refertur.*
26 *Constitutio Pij V. ad Bonomienses in materia cambiorum refertur.*
27 *Responsum Gregorij XIII. ad Archiepiscopū Panormitanum declaratur in quibus cambijs, & terminis procedat.*
28 *Vrbani VIII. ad Genuenses rescriptum in materia cambiorum, & nu. 33.*
29 *Cambiorum formæ Genuæ quæ?*
30 *Cambij cum interesse limitato forma quæ?*
31 *Continuationis Cambij forma quæ?*
32 *Spachij formula.*
34 *Fides Genuæ à Sanctis Nazario, & Celso vsq; ad hac tempora sacrosanctè custodita*
35 *Vrbani VIII. rescripti, de quo supra nu. 28. & 33. dubietas demonstratur.*
36 *Et Romæ examinatum.*
37 *Et resolutio refertur.*

1 RECAMBIVM. Est nouum ex integro Cambium de pecunia debita ex cambio priori; à quocumq; tandem fiat
2 & cum quacumq; persona, & pro quocumq; loco; Cuius vox, & sensus est generalissimus, & potest ad quamcūque cambij iterationem quomodocumque faciendam referri; Hinc verba illa vsitatissima, cambij, & recambij, quibus nedum primum cambium, sed secundum, & vlterius
3 cambium denotatur; Licet namque cambia non solum iterato fiant, sed tertiò, quartò, & deinceps, vsque in infinitum; tamen post primum cætera omnia eadem appellatione dicuntur recambia, nam tertium se habet ad secundum, vti secundum; quartum ad tertium, pariter vti secūuum, & sic quintum ad quartum pariter vti secundum, & sic deinceps in infinitum; Quia cum recambia fiant de feria in feria, & id recambietur, quod soluendum erat; omisso primo cambio, de reliquis omnibus verificatur, quod fiat recambium, quia in actu prædicto de aliis antea sequutis nulla habetur ratio, sed solū, quod loco solutionis conficiendæ, nouus contractus cambij contrahatur.

Recursa per se, & præcisè sumpta, vox est, quæ
4 in proposito cambiorum refertur ad personas, à quibus debitor ex cambio, qui non est soluturus in ferijs quantitatem debitam postulat, vt via noui cambij, comparata pecunia, ad debitum ex cambio dissoluendum, & ad effectum prædictum, vtatur, & per consequens de sui natura abstrahit à quacūque tandem persona hic debitor recurrat. Et hinc in praxi semper pronunciatur cum addito illo præcipuè, ad meū de feria, siue ad eundem & tunc significat quod debitor ex cambio; qui non est soluturus in feria de bitum, de quo in litteris primi cambij, nisi ministerio, & ope nouti cambij in feria contrahendi, dictum nouum contractum inibit cum eodem Bancherio, cui ex præscripto earumdem litterarum est facienda solutio prioris cambij. Propterea pactum istud, quod egreditur naturam cambij simplicis connotat cambiū duple x, illud scilicet, quod celebrandum est, ad effectum perficiendi primum per solutionem, & illud quidem cum eodem Bancherio, cui facienda erat solutio prioris, qui, vt plurimum solet esse, vel socius, vel correspondens, vel idem ille (licet sub diuersa formalitate) qui primò pecunias dedit ad cambium, quem suo iure appellauimus stipulatorem.

Continuare, & continuatio significat in propo
5 sito: iterare sæpè. ac sæpius contractum cambij de eadem partita, seu quantitate semel debita. Et verificatur tam in debitore, quā in creditore. Creditor namque id, quod sibi debetur potest continuare super cambijs, & recambijs, faciendo tractam de debito in ferias ipsimet debitori, vel cui debitor iusserit, & in casum non factæ solutionis, mandare cuicumque, vt pro computo debitoris eam faciat, & ad effectum prædictum; nouū cambium celebrare, pro quacumque mundi parte, & sic successiuè de feria in feriā. Quod ipsum potest facere debitor ipse trahendo, & mandando in omnibus, vt supra. Verum
6 tamen est, quod creditores, vt plurimum mercatores sibi hoc munus deposcunt ad effectum lucrandi, & consequendi prouisiones, quas esse de natura cambij probauimus in prima disputatione quæstione octaua, & mercatori debetur, tamquam merces laboris. Rursus hæ continuationes multis,

ac inter ſe longè diuerſis modis fieri poſſit.
7 tum ratione perſonarum, cum quibus fiunt, vel partes conueniunt, vt fiant tum ratione platearum, inter quas veniunt faciendæ, tũ demum ratione pretiorum, pro quibus ſunt faciendæ. Quæ diuerſitates magnos, ac diuerſos patiuntur Iuris effectus. Prætrea plures, aut varias admittunt pactiones vltra, vel præter ſubſtantiam contractus cambij. Quod ſcilicet dicta continuatio fiat per tempus præfixum, quatuor ſcilicet, decem, vel plures ferias, vel annos; & nulla, vel vna tantum, vel dimidia debeatur prouiſio, quod dentur fideiuſſores, vel pignora, & alia huiuſmodi: quæ ſicuti non deſtruunt ſubſtantiam cambij; ita nec ad illius celebrationem ſunt neceſſaria. Quæ conuentiones tam circa ſubſtantialia contractus, quam extraneè ſolent apponi in ſpachijs, vel alijs ſcripturis priuatis, & non raro in publicis documentis à publicis notarijs confectis.

Hinc celebris formula illa vſitata inter huiuſ-
9 modi pactiones. Cum facultate cambio capiendi conſimilem ſummam in eadem, ſeu maiori quantitate, illamque cambiandi, & recambiandi ſemel, & pluries pro qualibet platea, ſeu mundi parte, etiam in ſe ipſum, pretio, & pretijs apponendis, & id toties quoties opus fuerit, intereſſe damnis, & expẽſis dicti debitoris de quib. intereſſe damnis, & expẽſis, & eorũ quãtitate ſtari debeat ſimplici dicto cũ iuramento ipſius A. creditoris, quod dictum cum iuramento ex nunc prout ex tunc dictus N. acceptat pro vera, & legitima probatione, & probatione probata contra quam illo vnquam tempore nõ uenire promiſit, & promittit tam de facto, quam de iure, etiam ſi de iure poſſet, etiam cum iuramento, prout vtuntur, paſſim Notarij in conſimilibus inſtrumentis.

Illa namque facultas cambio capiendi eſt neceſſaria, quando creditor, qui pecuniam exburſauit; vult ipſum continuationem facere; quandoquidem quod non habet, nõ poteſt continuare ſuper cãbijs, & propterea obtenta dicta facultate, ab alio pecuniam recipiat neceſſe eſt ad dictã continuationẽ faciendã.

Ponitur in eadem, ſeu maiori quantitate: quia
cum ſit neceſſe creditori tantam ſummam capere ad cambium, forte eamdem prorſus nõ reperiet, vel ſuccedẽte tẽpore, quo ſumma intereſſibus excreſcit, nõ ſufficeret, & propterea, vt circa facultatem non eſſet dubitandum, conceditur etiam circa maiorem.

Illamque cambiandi, & recambiandi: eſt ſubſtantia ipſius facultatis, quæ in facienda cõtinuatione verſantur.

Semel, & pluries, ad denotãdum dictam facultatem non conſumi vnico actu capiendis ad cambium, ſed competere ad plures, ac plures actus.

Pro qualibet Platea, & mundi parte ad ampliandam eandem facultatem creditoris celebrandi cambia, etiam pro illis plateis, pro quibus maius intereſſe reſultaret, vel ſpes eſſet reſulturam,

Et mundi parte. Ad tollenda ſubterfugia, quæ circa nomen plateæ poſſent deduci,

Etiam in ſe ipſum. Pariter hoc ad ampliationem facultatis: quia creditor hũius particulæ vigore ſibi cauet, poſſe in ſe ipſum cambiare, dirigere, ſcilicet tractas cum remiſſis ſibi ipſi. Videlicet de Genua, ad ſuum ſcilicet de feria, qui quoad ſubiectum ſunt vna, eademq; perſona.

Pretio, & pretijs. Et hoc ad beneficium creditoris, nam cum certum ſit pretia cambiorũ in plateis non poſſe minui infra taxatum, in feriis vero non poſſe augeri vltrà taxationem, in illis vero poſſe augeri, in his minui, prout de facto ſæpius augentur, & minuuntur reſpectiue, hinc, vt creditor ſibi caueat in eo, quod eſt potiſſimum ad ſui vtilitatem exprimit ipſa pretia apponenda.

Toties, quoties, reſpicit nedum primum recãbium, ſed vlterius vſq; in infinitum.

Intereſſe damnis, & expenſis. Significatur hanc continuationem, in qua prædicta contingunt eſſe debere oneri debitoris.

De quibus intereſſe. Hæc vſque In finem reſpiciunt faciliorem probationem creditoris circa vſum dictæ facultatis; Qui propterea ceſſante debitore in ſolutione, poteſt contrà eum experiri via Iuris abſque vlla neceſſitate probationis prædictorum, quæ aliàs aſſerenti incumberet. Quinimò cautiores in ſtipulando, non ſolum prædicta, ad ipſorum iuramentum remitti curant, ſed etiam hæredis, vel cuiuſcumque habentis, vel habituri cauſam ab eo. Item nedum prædicta, ſed etiam factum vniuerſum; partitam ſcilicet prædictam ad cambium cepiſſe, eamque continuaſſe ſuper cambijs, cauti creditores non ſemel remitti eodem modo curant ipſorum iuramento, & ſucceſſorum ſuorum, & habentium, vel habiturorum cauſam ab eo. Quod, an & quomodo de iure procedat vide ſuo loco infra.

Reti-

Retinere, chiuire, rechiuire, synonima sũt inter
10 se, & vno verbo, cõtinuare, significant namque eandem continuationem debiti super cambijs, vsquedum fuerit satisfactum; magis tamen propriè referuntur ad creditorem ipsum continuantem; cum verbum, continuare, æquè propriè etiam de debitore dicatur, & verificetur.

11 A feria ad feriam; Per hæc verba denotatur duplex cambium præcisè, ita vt ad vlterius non porrigatur. Et significat: creditorem dare in feria ad cambium pro aliqua Platea; à qua deinde, per viam noui cambij, sibi celebrandi, in feriam proximam ad sui creditum ex eadem Platea quãtitas dicta sit reditura. Et propterea verba prædicta necessariò proferuntur semper cum additione Plateæ, pro qua cambiatur. Videlicet per Lugdunum, per Romam, per Genuam, vel similia, ad plures effectus, suo loco examinandos; sed in proposito co-
12 gnitionis terminorũ, quia, Platea nõ expressa, ex incertitudine corrueret onuentio.

13 Ad annũ, significãt hæc verba pecunias, quæ dãtur, vel exponuntur super cãbijs, nõ dari verè ad cãbiũ, sed dari negotiãdas per annũ, à recipiente super negotiationibus cãbiorum; ad beneficium ipsius dantis. Quo casu inter dantem, & recipientem non oriri contractum cambij; nec debitorem obligari erga creditorem ex cambio patet; quia nullum inter prædictos interuenit ex requisitis, quę ad substantiam cambij posuimus in prima disputatione, quæst. vndecima; Qui autem, & quot contractus oriantur inter prædictos; & an subsistant pactiones, quæ communiter inter contrahentes fiunt in hoc commercio, quod vulgo dicitur, *per polisse all'anno*, in quibus debitor, & ad sui rificum pecunias prædictas super cãbijs negotiatur, & pasciscitur de certo interesse, non est huius loci, sed infra plenissime.

Interesse cambiorum. Hæc verba nullo modo
14 referuntur, nec referri possunt inter eos, inter quos cambia, & recambia celebrantur inter quos non verificatur *dari interesse*. Qui enim est debitor cambij siue in feria, siue in platea, soluit quantitatem scutorum de marchis, seu quantitatem pecuniarum expressam in litteris cambij respectiuè, in qua quantitate totum, quod in ea continetur, est sors ipsa, nec est dare in ea quidpiã, quod habeat rationem capitalis, distinctum ab eo, quod habeat rationem sortis.

Quinimmõ, cum in quolibet cambio, de per se sumpto, debeat versari illud exactissimũ tantundẽ, de quo in disputat. prima quæst. septima, & exactius in quæst. decimatertia, nõ est dubium aliquod interesse. Benè verũ est, quod per duplicationẽ eiusdem summa, quæ in primo cambio fuit data, superatur ab ea summa, quæ in secundo cambio ab eodem datore recipitur. Sed hoc, in quo super greditur præposterior quantitas priorem, verè, & propriè non dicitur interesse, sed lucrum, & beneficium ex cambio; quod cẽdit ei, qui pecunias suas in hoc commerciorum genere implicauit; prout contingit in illo, qui implicatis decem millibus scutis in tot feris Messanensibus; quando ex earundem venditione exiguntur vndecim mille, illi mille, quos vltra summam implicatam consequitur, non dicuntur interesse, sed lucrum, & beneficium negotiationis fetarum. Hæc igitur verba, *Interesse Cambiorum*, non referuntur, nec verificantur de eis, inter quos cambia celebrantur; sed ad alios, cum quibus nullum cambium est celebratum; sed ob moram, vel ob promissionem factam creditori; debetur vna cum sorte hoc in interesse cambiorum, vel ratione lucri cessantis; vel dãni emergentis, vel ex aliqua alia legitima causa. Et sicuti in quolibet alio commerciorum genere, in quo mercator suas tenet expositas pecunias, ad lucrum captandum: quod frequentissimè solet, & vt plurimũ contingere; puta in lanis, vel in feris, ipsi potest deberi vel ex mora, uel ex pacto aliqua summa pecuniarum, quam habebit in dicta expositione, una cum interesse eiusdem negociationis, scilicet quanti ei interfuit, non habuisse dictam summam expositam in dicto mercimoniorum genere, per totum illud tempus, licet cum huiusmo di debitore nullum contractum iniuerit de lanis, nec de fetis. id ipsum procedit in interesse cambiorum ratione prędicta, & in hoc frequentius, quam in alijs commercijs ex pluribus quæ de se patent.

Prouidere. Hoc verbum frequentissimum est inter Mercatores, & præcipuè in spachijs & significat iterationem noui cambij pro satisfactione alterius præcedentis. Dum enim mercator dirigit tractã alicui in quẽuis locum, seu feriam, siue ad ipsum, siue ad alios spectantem. Et scit illum, ad quem

dirigit

dirigit, non esse debitorem ipsius trahentis, quinimmò etiamsi sciat sibi esse debitorem de consimili, vel maiori quantitate, non vult per compensationem extingui debitum cũ credito, ex aliqua rationabili causa, & præcipuè si tracta illa ad ipsum non spectaret ratione interesse; mandat illi, ad quem tractam dirigit, vt de illa se prouideat; videlicet, vt ministerio noui cambij pecuniam solutam, seu soluendam pro perfectione prioris cambij consequatur. Propterea hoc verbum rectè ad duplicitatem cambij refertur quatenus denotat mandatum de secundo cambio celebrando, pro perfectione prioris. Et hinc meritò frequentissimè vsurpatur in Spachijs, in quibus, vt vidimus in Prologomenis ad secundam disputationem, Mercatores cambiorum, seu Bancherij recensent compendiosissimè tractas omnes, omnesq; remissas, exigendas per mandatarium in illa feria, seu platea, sed quoniam non semper summa tractarum, cum summa remissarum exæquatur, si summa tractarum excedat, mãdatur in spachio, vt de illo excessu mandatarius se prouideat; idest nouum cambium ineat; sicuti si summa remissarum excedat, solet mandare quidnam de excessu illo facere debeat, vel scilicet sibi remittere in feriam sequentem, vel aliter de illo disponere.

Sciendum pariter est, quod quando mercator, seu Bancherius mandat dictas prouisiones fieri, idest dicta noua cambia iniri, longè diuersimode in mandatis prædictis versatur. Quandoque enim, si fides exuberat, mandat generaliter prouideri ad magis vtile, seu ad minus damnum mandantis. Et tali casu mãdatarius latas habet habenas contrahendi cambium cũ quouis pro quauis Platea, seu feria, & quouis pretio: nec tali casu mandãs vllam habet conquirẽdi causam, dummodo, mala fides absit in mandatario, licet huiusmodi prouisio euaderet ipsi grauosa, vel quia tracta deuenit in plateam tempore indigentiæ pecuniæ, vel quia ille, cui fuit directa, eam non acceptauit, vnde redijt cum protestatione, & expensis; imputet enim sibi, qui mandatum tàm generale dedit minus industrio. Quandoque vero limitatur platea, pro qua debet fieri prouisio, puta, *pro nedetcui da Lione*. Quandoque præscribitur persona, ad quam debeat dirigi tracta, puta, *dal mio di Lione*, siue *dal mio di fera*. Quandoque præscribitur pretium, quo cambium prædictum pro dicta prouisione sit celebrandum. Non rarò etiam mãdatur cambium prædictum celebrari debere à feria ad feriam, cum interesse limitato, vel sine, & quandoque continuandum per plures ferias, & annos modo explicito supra in ver-
16 bo. Continuationes. Et his omnibus, & singulis casibus mandatarius religiosissime mãdatum custodit, alias periculo suo cõtracturus. Sed si nolit, vel non possit, debet de hoc certiorem quantocius reddere mandantem.
Cum facultate non obstantibus quibuscũque; primum cambium perficiendi per solutionem, sed super protestu, vt expositum supra in disputatione secunda quæstione decima tertia. Et quæ de prouisione facienda dicũtur, & habent locum in casu, quo mandatarius prouideri se debeat, eadem è contrario procedunt, quando, per excessum remissarũ disponere iubetur de credito mandantis, ministerio eiusdem iterationis cambij.

Meus, seu Noster. Quod etiam in plurali nu-
17 mero vsurpatur, Mei, nostri, sunt voces, quæ denotant identitatem personarum earumdẽ, siue eiusdem personæ, sed quæ sint præpositæ variis, & diuersis mundi partibus. Cum enim, vt memini alibi me probasse, & fusius infrà suo loco, vna, eademq; persona prout est præposita diuersæ negotiationi, in locis diuersis, potest plurium personarum vices exercere: in tantum, vt esse possit locus actionibus contrarijs, respectu diuersarum negotiationum, sub eodem nomine administratarum; harum vocum vsurpatione, quæ semper fit cum addito; nempè *nostri di qui*, siue *nostri di fera*, siue *nostri di Lione*, intelligitur quidem de persona loquentis, sed prout est præposita negotiationi, denotata per illud additamentum. Vndè cum nihil
18 impediat vnum, eundemque mercatorem exercere per ministros, vel socios plures negociationes in varijs mundi partibus, vt patrum nostrorum memoria, summo bono publico, vsitatissimum erat, puta, Genuæ, Venetijs, Lugduni, Antuerpiæ, & in feriis, maxima nedum frequentia, sed facilitate vtebãtur mandatarijs, in iteratione cambiorum, prouidendo se, ex præscripto mandantis, de debito ab eodem debitore, sed diuersæ negotiationis, puta de Venetijs, vel de Lugduno, vel de Antuerpia, quibus in locis respectiuè, cum magno mercaturæ compẽdio, & reali expeditione cambiorum, omnia exequabantur.

19 Et hinc licet colligere magnum discrimen

interce-

intercedere inter voces prædictas, & illas, dum dicitur *il mio P.di fera*, nam hæ postremæ licet denotent diuersitatem personarū realiter distinctarum, puta Domini constituentis, & Procuratoris constituti; quoad formalitatem tamen significant eamdē personam; cum P. Titij, existens in feria, licet sit persona longè diuersa à Titio, tamen cū eius mandato vtitur, eandem prorsus refert. Et sic intelligē priori casu, posita identitate eiusdem personæ, materialiter ex iuris dispositione, dari munera longe diuersa, posteriori verò, data diuersitate personarum, vnius tantum munus adimpleri.

Incongruum sanè, & absre alicui delicato videri merito poterit, quod sub hac quæstione quæ praxim solummodo, & cognitionem terminorum mercantilium respicit, ea adnectere voluerim, quæ ius ipsum, non modò respiciunt, sed constituunt. Verum cum mihi nihil magis propositum fuerit in his meis laboribus, quam clarius ea tradere, quæ secūdum rectam ratiocinationem, faciunt ad ex actam cognitionem rei, de qua quærimus. Ideò cum à Summis Pontificibus plures ex trauagantes sint æditæ, quę naturam huius cambij duplicis tāgunt, non inutile futurū, nec ingratum Lectori putaui, si post terminorum explanationem, ea ad litteram referam, quæ in dictis extrauagantibus continentur, quibus perspectis, & saltem in vniuersum præcognitis, non parum lucis affulget ijs, quæ in eodem nomine proposito præsius, ac distinctius sunt dicenda, dum progredietur disputatio.

Pius itaq; quartus Summus Pontifex in quo-
20 dam suo motu proprio modo ad verbū reddendo, seuerissimè inuehitur contra Mercatores Vrbis, qui cambia, & recambia exercent vsuraria, cum eiusdem Vrbis Curialibus. In quo vltra aliàs pœnas contra talia committentes, maiorem excommunicationem latæ sententiæ eisdem indicit, Sed quęnam, & quomodo celebrarentur hæc cambia, & recambia, quę ficca, & vsuraria appellat, & declarat Summus Pontifex, non apparet ex motu proprio, sed potius ex enormitate pretij, quo contrahentes damnari videntur per illa verba, *Non solum ad pretium eisdem mercatoribus toleratum &c. Verum etiam in præsentiarum illas ad longe maiorem, & nimis excessiuam, panitusque vsurariam, ac Christianam professionibus Religionē Sacris Canonibus inuerdictam, atque damnatam summam dare conantur.* Per quæ verba videntur expressè damnari cambia ex iniustitia pretij, & successiuè cambia, & recambia vti cambia sunt, non autem vti recambia, ideſt cambia duplicia, quasi vero ex hac duplicitate, & iteratione malum oriretur; quod in hac disputatione inuestigamus. Sed cum addatur paulo post. *Tum ob varia itinerum pericula, tum etiam aeris diuersis in locis intemperiem, pecuniæ, vt premittitur acceptas ijsdem mercatoribus tempore contracto reddere nequeuntes maxima cum illorum iactura ad eorumdem mercatorum importunitatem pluries, vt aiunt recambiare coacti, & nonnulli etiam, &c.* Recambia etiam ex hoc motu proprio redargui dubitari non potest. Sed hæc verba non coniuncta recambia, vt recambia damnari, ex eo scilicet quod in recambio aliqua iniustitia particulariter insit, sed quia cum recambiū sit cambium; cambia autem ob excessiua pretia vsuraria declarauit, multo magis talia declarat, & damnat recambia ex eadem scilicet pretij iniustitia. Et propterea non putarem dispositā in hac motu proprio, trahi posse ad casum, & terminos huius tertiæ disputationis, in qua quærimus de cambio duplici, & vti duplex est, & quid de eo, vti tali sit sentiendum.

Verius putohanc cambij negotiationem illam
21 esse, de qua meminit, & controuertitur Azor. *Instit. moral. par. 3. lib. 10. cap. 11. quæst. 4. vers. quinto quæritur*. Quam in his terminis constituit. Caius accipit à Titio nū mulario Romæ centum, quibus indiget Romæ soluturus Toleti ad tres menses, acto pacto, in casum deficientis solutionis quod Caius debeat soluere Romæ eidem Titio eadem centum cum lucro, quod facturus fuisset Titius. si dicta centum soluta fuissent Toleti procuratori Titi, qui eadem ibidem alicui tradidisset soluēda Titio Romæ. Acto pacto, quod tali lucrum soluat Caius, prout fuerit Romæ officio Iudicis æstimatum; His conuentis Caius dat Titio litteras, qui eas mittit Toletum ad Seium nominatum à Caio, tamquam soluturum pro eo. Sed Seius non soluit, vel quia noluit, vel quia non potuit. Quare Procurator Titij Toleti de gens admonet Titium de non sequutis, hinc cogitur Caius Romæ soluere Titio non solū pecunias, quas accepit, sed totum lucrum, quod Titius fuisset facturus si pecuniæ Toleti solutę fuissent, exindeq; nomine cambij

alteri

alteri datæ, ſolutę fuiſſent Titio Romę cum lucro. Aut cogitur idem Caius iterum ab ipſo Titio Romæ pecunias accipere nomine, & vice cãbij, vt eas Seius pro eo Toleti ſoluat, eo pacto, & conditione, vt ſi Seius Toleti non ſoluerit, Caius ſoluat Romæ cum lucro, ex ſententia Iudicis ſeptem vltra centũ, quæ acceperat.

Coniecturam meam mouet, Motum proprium
21 Sanctiſſimi, de hoc potiſſimum cambiandi modo ſenſiſſe, quia Azor. Romæ per ea tempora floruit, dum hæc ſcribebat; & aliunde notiſſimum habeo: hæc cambiorum genera valdè vſitata Romę, etiam noſtris temporibus, licèt non parùm variata. Eccleſiaſticæ namque perſonæ, quę Romam accedunt ad expedienda ſacerdotia, quouis modo impetrata, opus habent non leui quantitate pecuniarum, pro expeditione documentorum, quæ Bullas vocant, vt dictas pecunias ſoluãt officialibus Datariæ: & propterea egent dicta pecunia, antę quam ex Sacerdotijs eam conſequi valeant, quæ ſunt conſequuti in Hyſpanijs, vndè via cambij ſibi eam Romę comparant, in Hyſpanijs ſoluturi ex fructibus prædictis. Quæ magna ſeges lucri apud mercatores reputatur, qui vt ſibi pinguius conſulant, ipſamet documenta, vulgo Bullas tanto impendio comparatas penes ſe retinent loco pignoris, ipſis beneficia adeptis tunc reſtituendas: cum ex Hyſpanijs notitia veniat pecunias ex condicto ſolutas. Sed potiſſimum hanc cõiecturam ſubijcit; quod iniuſtitia, quã explodit Summus Pontifex, conſiſtit in taxatione pretij exceſſiua, quam ſolum verſari, ſe verſari poſſe in prædicta negociatione, ſuo loco videbimus. Vt tamẽ liberum ſit vnicuique hac de re opinari, de qua (ſi ſe caſus dabit) plenius infra diſputabo eumdem motum proprium ad litteram fideliter reddo.

Pius Papa IV. motu proprio, &c. Cum ſicut acce-
22 *pimus non ſine maxima animi noſtri diſpli-*
centia, etiam poſt publicationem cuiuſdã pro-
clamatis, ſiue banni, de expreſſo mandato no-
ſtro facti, & commiſſione venerabilis fratris
noſtri Hyeronimi Epiſcopi Martoranenſis,
tũc Almæ Vrbis noſtræ Gubernatoris ſub die
27. menſis Maij MDLX. in locis conſuetis pu-
blicati, auaritiam omnium malorum peſtimũ
genus, inter dilectos filios Almæ Vrbis no-
ſtræ prædictæ mercatores adeo ſerpuiſſe, atq;
in dies ſerpere, vt iam illorum vnicuiq; bre-
ui, & modico tempore, proximi iactura diſce-
re in pecunijs Curialibus eiuſdem Vrbis,
& præcipuè Ciſalpinis ad cambium, & recã-
bium, vt vulgo dicunt, mutandis facillimus
pateat aditus, ita vt, & Dei timore poſtpoſito,
animarumq; ſuarum ſalutis, ac Chriſtianæ
charitatis, & Euangelicæ eruditionis, quæ
bona nobis à Deo collata indulgentibus, nihil
lucri indè ſperantes, charitatiuè mutuare
monemur, penitus immemores, non ſolum ad
pretium eiſdem mercatoribus à ſummis Pon-
tificibus noſtris Pradeceſſoribus retroactis
temporibus toleratum, ſuas pecunias ad cam-
bium, & recambium huiuſmodi curialibus
prædictis dederint. Verum etiam in præſenti-
arum illas ad longè maiorem, & minus ex-
ceſſiuam, penitusq; vſurariam, ac Chriſtia-
nam profitentibus religionem, Sacris Cano-
nibus interdictam, atque damnatam ſummã
dare conantur: vndè cuenit, vt plurimi dictæ
Vrbis Curiales, ac neceſſitate coacti eaſdem
pecunias ſub tam graui fœnore accipientes,
& pro illorum amicis mercatoribus præfatis
fideiubentes, ac ſe in ampliori forma Camera
Apoſtolicæ obligantes, tum obuaria itinera
pericula, tum etiam aeris diuerſis in locis
intemperiem, pecunias (vt permittitur)
acceptas iiſdem mercatoribus tempore con-
uento reddere nequeuntes, maximæ cum illo-
rum iactura ad eorumdem mercatorum im-
portunitatem pluries, vt aiunt recambiare
coacti, & nonulli etiam carceribus inhumã-
niter cum illorum ingenti, tum corporis, &
bonorum, tum etiam honoris, & famæ detri-
mento, diuturno tempore detẽti fuerint. Nos
igitur cupientes pro noſtri Paſtoralis officij
debito, præmiſſis quãtum cum Deo poſſumus,
via celeri remedium aliquod adhibere, eorũ-
demque mercatorum inſatiabilis vſuræ pra-
uitati, eorumq; animarum ſaluti, & mercan-
tilis exercitij fidelitati, curialiumque præ-
dictorum, tam enormibus laſcionibus atque incõ
moditatibus paterno affectu opportunè conſu-
lere. Motu ſimili, &c. Dilecto filio dicti e Vr-
bis noſtra moderne Gubernatori, vt ad Came-
ra Apoſtolicæ Commiſſarij generalis nec non
partis hac leſæ querelam, ſeu inſtantiam om-
nibus, & ſingulis mercatoribus Romanæ Cu-
riæ ſeqzne impoſterum a die data præſentiũ,
ſub maioris excõmunicationis latæ ſententiæ
ac duorum millium ducatorum auri in auro
eidem Camera irremiſſibiliter applicando-
rum ipſo facto incurrendis panis, a dicta
Vrbis Curialibus quibuſcumque ratione quæ
rumcumque obligationum, etiam in ampliori
forma

formâ Camerę, tàm principali, quàm acceſſorio, & fideiuſſorio reſpectiuè nominibus factarum, deinceps quomodolibet fiendarum, p pecunijs ad cābiū, recābiū, & huiuſmodi ſic vſurariè, & malo modo acceptis, & accipiēdis ac in partibus non ſolutis, aut non ſoluendis vltra ſummam conuenientem, qua mercatoribus realibus, qui vera cambia ralia, & nō ficcta faciunt, de iure, & ſtylo mercantili verè deberetur, hic in curia petere, exigere, aut eoſdem Curiales via iuris obligationum etiā in forma dictæ Camerę celebratarum, & celebrandarum vigore, ſeu pretextu cogere, ſeu cogi, aut excommunicari, &c. vel alias quomodolibet in earum perſonis, & bonis moleſtari, ſeu inquietari facere audeant, vel præſumāt, & ſtrictius ſub pœna, quæ in conſtitutionibus Marchiæ contra vſurarios ſtatuitur, & alijs ſuo arbitrio moderandis pœnis inhibeat, nec non quaſcumque obligationes etiam in præfata forma Camerę: occaſione quarumcunque partitarum pecuniarum ad cambium, & recambium huiuſmodi prædictis mercatoribus cum eiſdem Curialibus quomodolibet factas & quas mercatores ipſi à prædictis Curialibus, ſamquam principalibus, ſeu fideiuſſoribus hic in vrbe poſt dictum bannum dumtaxat repetierunt, & exigerunt, & recuperarūt ac pro non ſolutis exigere, & recuperare intendunt, cum cambia huiuſmodi ficca, vel nō realia à Sacris Canonibus prohibita ſint, vſurarias, prauas, iniquas, deteſtabiles, interdictas, & damnatas, ac quaſcumque obligationes, etiam in forma præfata Camerę Apoſtolicæ poſt dictū bannū dumtaxat deſuper illarum occaſione factas, nullas, & inualidas exiſtere auctoritate noſtra decernat, & declaret, totāq; ſummam principalem per eoſdem Mercatores exactā & recuperatā iuxta formā dictorū bannimentorū ex nunc ipſo facto eidē Camerę Apoſtolicæ, parti verò laſæ, id quod vltra prædictā ſummam principalem in cambijs, & recambijs, &c. à dictis mercatoribus irremiſſibiliter exigendam, recuperandam, & reſtituendam applicet, & eoſdem Mercatores iuxta conſtitutiones prædictas Marchiæ condemnet. Cum poteſtate eoſdem Mercatores, & eorum quēlibet, omneſq; alios & ſingulos ſua cōmuniter, vel diuiſim quomodolibet intereſſe putantes in dicta Curia, & extra eā citandi, ac quibus, & quoties inhibendū erit, etiā ſub excommunicationis ſuſpēſionis, & interdicti alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, etiam pecuniarijs eiuſdem Gubernatoris arbitrio moderandis, & applicandis inhibendi, inobedienteſq, & rebelles quoſcūq, ſententias, cenſuras, & pœnas huiuſmodi incidiſſe, & incurriſſe, declarandi, & aggrauandi, reaggrauādi, & interdicendi, innocato etiam ad hoc ſi opus fuerit, brachij ſecularis auxilio, nec non ſuper præmiſſis omnibus ſummariè ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura Iudicij, ſeu tela Iudiciaria ſingulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis procedendi dictoſq, Mercatores, & eorū quēlibet ad exhibendum quoſcūq, libros etiam rationum via iuris, & ſub eiſdem cēſuris, & pœnis cōpellendi, ſateraq, alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmiſſis omnibus, & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet opportuna cōmittimus, & mandamus præmiſſis, ac quibuſuis alijs cōſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis ſtatutis, conſuetudinibus, capitulationibus, & pactis nec nō obligationibus, etiam in dicta forma Camerę, etiam iuramento, &c. vallatis, ac Palatij, & Curiæ mercatorū huiuſmodi ſtylo, nec non partitis libris, & rationibus, ac cōputis deſuper quomodolibet factis, & quibuſuis licentijs forſan dictis mercatoribus per quoſcumq, etiā noſtros maiores officiales, etiā Vrbis Gubernatores conceſſis, quas cōtra expreſſam mentem noſtra facta eſſe declaramus cæteriſq, in cōtrarium quomodolibet faciēdis nō obſtātib. quibuſcūq. mercatorū, & Curialiū huiuſmodi nomina, cognomina, & qualitates, ac pecuniarū, & creditorū quātitates aliorūq. hic forſan de neceſſitate exprimi nec ceſſariorū tenores, cōtinētias, formas, & cōpēdia pleně, & ſufficiēter expreſſis habēdis, ptētisq; noſtri motus, ꝓprij ſolā ſignaturam etiā abſque illius regiſtratura ſufficere, & vbique fidē facere tā in Iudicio, quā extra, atētо, ꝙ in Vrbe hac, iuxtà illius formam, & tenorē ꝓ quoſcūque Iudices, &c. ſublata, &c. iudicari, &c. debere, nec de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intētionis noſtra defectu, vllo vnquā tēpore notari, aut impugnari poſſe, illiuſq; copiæ ꝓ vnū ex noſtris curſoribus cam originali auſcultata, & mercatoribus, aliſque perſonis, & Iudicibus præſentata vim valida, & efficacis inhibitionis habeant ac ſi originale hoc præſentatum foret, quacūque regula, ſiue conſtitutione in contrarium forſan edita nequaquam obſtante.

Sed Pius Papa V. celeberrimā illam edidit de
23 cābijs ſanctionē, de qua ſæpius potiſſimū in prima diſp. diſſerui. Hāc quidem Decretalē Theologi non pauci, & aliqui ex noſtris ſuis loco, & tēpore inferius plene examinādi, de

perpendendi, dicunt damnare continuationes cambiorum, & ſic cambia duplicia, illa ſaltem, in quibus dicunt cambia verè non ſolui in loco deſtinatæ ſolutionis; licet per quandam (quam ipſi vocant) fictionem; in loco prædicto dirigantur ſcripturæ tam ad debitum, quam ad creditum eiuſdem cambij, & nouæ litteræ conficiantur pro recambio tali enim caſu dicunt litteras mitti quidem, ſed redire inanes, ibique repoſci pecuniam vbi primo data fuit, & quidem cum incremento, quod vſurarium eſt, & eſt expreſſum in Bulla illis verbis.

„ *Vel ita mittuntur, vt tranſacto tempore, &c.*

Sed cum contrarium ſentientes, contendant tali caſu in feria ſolutionem primi cambij verè, & realiter fieri, ibidemque nouum recambium verè, & realiter celebrari, iam patet ex dicto ſuppoſito totam pendere controuerſiam; Verumtamen etiam in via eorum qui damnant, non videtur poſſe affirmari hanc decretalem contra recambia decernere, cum de recambijs nulla mentio; & dum aſſumunt caſum recurſæ eſſe caſum Bullæ, vlterius eis eſt procedendum, vt perſuadeant. Vtcumq; ſit, tenor Bullæ ſequitur.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam In eam pro noſtro paſtorali officio curam diligenter incumbimus, vt D.N. ouibus opportuna pro animarum ſalute remedia adhibere minimè diferamus. Cum itaq; ad aures noſtras peruenerit, legitimum cãtorum vſum, quẽ neceſſitas, publicaq; vtilitas induxit, ſæpenumero ob illiciti queſtus cupitarẽ fic deprauari, vt ſub illius prætextu vſuraria prauitas à nõnullis exerceatur, Nos petitionibus, quæ ſup his nuper factæ ſũt, hac perpetuò valitura decretali reſpõdendũ eſſe duximus, vt neq; doloſis ſua fraus ſuffragetur, neq; ignaros perdat inſcitia. ſic enim Paſtoris officiũ exequimur, dũ gregẽ nobis commiſſum ab eternæ damnationis periculo eripere modis omnibus ſtudemus. Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ ſicca nominantur, & ità confinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas, ſeu ad alia loca cãbia celebrare ſimulent, ad quæ loca ij, qui pecuniã recipiunt, litteras quidem ſuas cãbj tradunt ſed non mittuntur, vel ità mittuntur, vt tranſacto tempore, vnde proceſſerant, inanes referantur, aut etiam nullis huiuſmodi litteris traditis pecunia ibi demiq; cum intereſſe repoſcitur, vbi contractus fuerat celebratus, nã inter dantes, & recipientes vſq, a principio ita conuenerat, vel certè talis intentio erat, neq; quiſquam eſt, qui in nundinis, aut locis ſupradictis huiuſmodi litteris receptis ſolutionem faciat: cui malo ſimile etiam illud eſt cum pecuniæ, ſiue depoſiti, ſiue alio nomine ficti cambij traduntur, vt poſſit eodem in loco, vel alibi cum lucro reſtituantur. Sed, & in ipſis cambijs, quæ realia appellantur, interdiũ vt ad nos prætertur, campſores præſtitutum ſolutionis terminum lucro exacta, vel expreſſa conuentione recepto, ſeu etiam tantum modo promiſſo differunt. Quæ omnia nos vſuraria eſſe declaramus, & ve fiant, diſtrictius prohibemus. Porrò ad tollẽdas quoq; in cambijs, quantum cum Deo poſſumus, occaſiones peccandi, fraudeſque faneratorũ ſtatuimus, ne deinceps quiſquã audeat, ſiue à principio, ſiue alias certum, & determinatum intereſſe, etiam in caſum non ſolutionis pacifici, neq; realia cambia aliter quam pro primis nundinis, vbi illæ celebrantur, vbi verò non celebrantur pro primis terminis, iuxta receptum locorum vſum exercere abuſu illo prorſus reiecto, cambia pro ſecundis, & deinceps nundinis, ſiue terminis exercendi curandum, autẽ erit in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis, & vicinitatis locorũ, in quibus ſolutio deſtinatur, nedum longiores præfigũtur quam loca deſtinata ſolutionis deſiderant, ſæpe randi detur occaſio. Quicumq; contra hanc noſtrã conſtitutionem commiſerit, panis à Sacris Canonibus contra vſurarios inflictis ſe nouerit ſubiacere. Eas verò, qui conſpirationes fecerint, vel congeſtam vndiq; pecuniam ita ad ſe redegerint, vt quaſi monopoliũ pecuniæ facere videantur, panis, quæ à iure cõtra exercentes monopolia conſtituta ſunt, teneri ſancimus. Volumus autem, quod præſentes littera in Camera Apoſtolica, & ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellaria etiam Apoſtolica publicẽtur, & in ipſa Camera deſcribãtur, & quia difficile foret eas ad ſingula quæque loca deferi quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius eiuſdem Camerę, vel alterius Notarij ſubſcriptis, & ſigillo dictæ Camerę vel Prælati Eccleſiaſtici munitis eadem prorſus fides edhibeatur, quæ præſentibus adhibetur ſi fuerint exhibita, vel oſtenſa. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ damnationis, declarationis, prohibitionis, ſtatuti, ſanctionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum

eius

cius se nouerit incurſurum. Datũ Romæ apud Sãctũ Petrũ, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, quinto Kal. Februarij Pontificatus noſtri anno VI.

Certè Pius idem Sanctiſſimus Pontifex in ſuo ad Bononienſes benigniſſimo reſcripto verbis expreſſis recambium approbat, & continuationem ſuper cambijs in illis verbis, candidiſſimis lapillis imprimendis ibi.

Et poſſa ogni ſpona ancora dare denari à cãbio, & far che ſiano recapitate le lettere ſopra di eſſi datori, & così tenerli ſù li cãbij fino che ſarãno rimborſati da chi hauerà ꝓſo il denaro.

Et licet per hæc verba non exprimatur quænã ſit illa perſona, quæ de mandato ipſiuſmet dantis pecuniã ad cãbium, facit ſolutionem vndè ſectatores negatiuæ ſententiæ multa deducunt; Tamen negari nulla ratione poteſt, quin per hanc decretalem aliqua dupli cia cambia approbentur, ex illis etiã, in quibus per primi cambij debitorem dirigitur tracta ad correſpondentem creditoris, & quin permiſſum ſit, continuare ſuper cãbijs proprias pecunias, ſola lucri intentione. Vt autem plenius hæc cognoſcãtur, dictum reſcriptum Sanctiſſimi Pontificis integrũ do.

Ex debito Paſtoralis officij nobis, licet immeritis, diuina diſpoſitione, commiſſi, erga Chriſtifidelium vniuerſorum ſtatũ proſpera, feliciterq; dirigendũ omnẽ mentis noſtræ aciem aſſiduè intendentes, illos præcipua cura, ſtudioq; maiori proſequimur, quos tamquã peculiares etiam temporali noſtro, & S. Romanæ Eccleſiæ regimini commiſit Altiſſimus, & ea, quæ publicæ, priuataq; illorũ vtilitate, & cõmoditate prouida cõſideratione ordinata eſſe reperimus, quo firmiore gradu nitantur approbationis noſtræ beneficio libẽter ſtabilimus Nuper ſi quidẽ, ſicut accepimus, dilecti filij mercatores Ciuitatis Bononiæ publico, & priuato bono, ac cõmodo ipſinſq; Ciuitatis decori cõſulere, volẽtes nonnulla capitula empory ſeu cãby realis in dicta Ciuitate, uti Romæ, & in pleriſq; alijs præcipuis tã Italiæ, quã extra Italiã fieri ſolet, introductionem, & ipſorũ mercatorũ, aliarũq; perſonarũ ſecuritatẽ cõcernentia, ſub Noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplatito condiderunt, quorũ tenor ſequitur, & eſt talis.

Volendoſi dar principio al fare in queſta magni ſica Città di Bologna publica piaꝛza de cambi reali p diuerſi luoghi, come ſi coſtuma nelle principali Città d'Italia, & ſpecialmente in Roma nõ ſolo per cõmodo, & vtile de partecolari, mà ancora per honore di eſſa Cittade, cõme ſi preſuppone, che eſſer debba, & intendẽdoſi far ciò cõ buona gratia, & ſatisfattione de ſuperiori, & non altrimente ſi dice, & domandaſi per parte de Mercanti, che per conſeguire queſta coſa ſia loro conceſſo da Superiori, & confirmato da N. Sig. quanto quì nell'infraſcritti capitoli ſi contiene.

In prima che la piazza ſia libera per ogni ſorte di perſone, così terriere, come foraſtiere, & tanto non Mercanti, quanto Mercanti, di modo che ad ogni ſorte di perſone di qualſiuoglia grado, ò conditione ſia lecito il dare, & il pigliare denari à cãbio, purche il cambio ſia reale. Intendendo eſſer Cambio reale, quãdo con effetto ſi dà il denaro in vn luogo, acciò, che ſia pagato in vn altro, ſecondo che cãtano le lettere del cãbio, & così le lettere vadino cõ effetto al luogo, & alla perſona, à che ſono indrizzate, & che ini ſiano pagate, ò recuſate.

Appreſſo che ſia in poteſtà di chiaſcuna ꝑſona, etiamdio, che non ſia Mercante, il dare ſuoi denari in mano de Mercanti, acciò, che li diano a cambio reale, con ſoffiſtare del credere, come ſi vſa nell'altre piazze d'Italia, & poſſa ogni perſona ãcora dare denari à cãbio, & far che ſiano recapitate le lettere ſopra di eſſi datori, & coſi tenerli ſù li cãbij, ſino che ſarãno rimborſati da chi haueꝛà ꝓſo il denaro.

Terzo. Che ſe da foraſtieri ſaranno mãdati denari cõdti in queſta Cittade perche ſi diano à cãbio in detta piaꝛza, cotali denari ſ'intendano eſſere, & ſtiano liberi, & frãchi à fauore del foraſtiero, che li haueꝛà mãdati etiãdio, che egli per qualſiuoglia cauſa foſſe bãdito, ò cõdennato dallo ſtato di S. Chieſa eccetto p cauſa d'hereſia, ò leſa Maieſtatis, ouero per qualſiuoglia cagione foſſi debitore alla Camera, ò al Fiſco, & nõ ſi poſſa, ne ſi debba fare alcuna repreſaglia ſi ditali denari, mà come è detto, ſiano ſẽpre liberi, & frãchi alla volõtà di detto foraſtiere. Et queſto medeſimo ſia detto, & ſ'intẽda parimẽte delle rimeſſe de denari, che per lettere di cambio di fuori foſſero da tali ꝑſone rimeſſe in queſta Cittade.

Quarto. Che di tutte le q̃ſtioni, et liti, che occorꝛeranno per cauſa di detti cãbij in q̃ſta Cittade trà qualſiuoglia ſorte, & gradi di ꝑſone ſolamẽte il Giudice, ò Cõſoli, ò ſopra Cõſoli del foro de Mercãti, ſiano, & ſ'intẽdano eſſer Giudici cõpetẽti; & che niuno altro Giudice, o Tribunale, ne qualſiuoglia altro Superiore, ſe ne debba, o poſſa intromettere, ne p cognoſcere, & giudicare, ne per ſuſpẽdere, o impedire

bio con proteſto, & che ſe ritornaſſe eſſer morto colui, che fece detta lettera, ſi poſſa, & debba procedere per la eſecutione ne beni del la heredità del morto, non altrimente, che ſe egli fuſſe viuo, non oſtante che ſi diceſſe, detta heredità eſſer giacente, & pendere il tempo, dato dalla legge, ad adire, ò repudiare la heredità, ò à fare l'inuentario, ò eſſerui pupilli, à quali non fuſſe ſtato prouiſto di tutore, & non oſtante qualunque altra coſa, ò ragione, che ſi allegaſſe in contrario.

Et in euento, che li heredi del morto haueſſero tolta l'heredità con il beneficio di legge, & inuentario, & fatto l'Inuentario legitimamente inanzi, che il creditore ſia comparſo à dimandare la detta eſecutione, & voleſſero detti heredi ſeruirſi di detto beneficio per impedire l'eſecutione di detta lettera, poſſa il creditore, & le ſia lecito pigliare la ſoma de denari di quella lettera à cambio, & recàbio à tutte ſpeſe, e danni della detta heredità infino à tanto, che egli non ſarà ſodisfatto intieramente.

Dichiarãdoſe, che ogni ſorte di perſone di qual ſi voglia grado, ancora che foſſero di Magiſtrato, contra de quali ritornaſſe lettera di cambio non accettata, ò non pagata con il proteſto, poſſano, & debbano ad inſtanza del creditore eſſere eſatti nelli ſuoi beni per il pagamento, ò per l'aſſecuratione del pagamento di tal lettera in continenti, che ne ſarà fatta l'inſtanza per il creditore dinanzi al Giudice, & Conſole, ò al Notario, come di ſopra è detto

Non oſtante leggi, ſtatuti, conſuetudini, priuilegij, ò qualunque altra coſa in contrario.

Et perche occorre alle volte, che alcuno, che dà denari à cambio, lo fa con hauer ſecortà, la quale ſottoſcriue la ſeconda, ò la terza di cãbio, come ſi coſtuma in tutte le piazze, però ſi dichiara, che quando la prima lettera ritornaſſe recuſata, ò non pagata con il proteſto, il creditore poſſa così agere contra colui, che haurà ſottoſcritta la ſeconda, ò terza di cãbio, come contra il principale, che l'haurà fatta, come à lui più piacerà, & ſenza ſuo preiudicio contra l'altra parte: e tutto quello, che ſi è detto del fare l'eſecutione contra il principale, s'intende parimente detto del ſottoſcriuente, non oſtante coſa alcuna in contrario.

Alle dette lettere di cambio reale nõ corra mai preſcrittione di tempo, & a quelle, che ritornaſſero indietro recuſate con il proteſto, non ſe lo poſſa opporre eccettione alcuna, ſaluo ò che la lettera non ſia ſcritta, ò ſottoſcritta de mano di chi vi è nominato per ſcribente, ò ſottoſcribente, ò di ſuo inſtitore, ò che ella ſia ſtata pagata. Et ſopra queſte due eccettioni ſi proceda, conoſca, e determini ſommariamẽte di piano, ſenza ſtrepito, ò figura di Giuditio, & à modo di buono mercante, & reietta ogni cauillatione, & ſolamente conſiderata la pura verità del fatto. Et ſi dichiara, che in tutti i luoghi di queſti Capitoli, doue ſi nomina colui, che habbia fatta la lettera di Cambio, s'intende per fattore, ò ſcribente della lettera colui, ò coloro, che ſono nominati nella ſottoſcrittione, in nome de quali è fatta la lettera, ſe bene non foſſe fatta, ò ſottoſcritta di mano di perſona, che habbia il compimento della ragione, ancorche egli non foſſe compagno, ò altrimente intereſſato in eſſa ragione.

Quanto poi alle lettere di cambio fatte in qual ſiuoglia luogo per Bologna, ſe alcuna lettera non ſarà accettata ſecondo il tenor ſuo, potrà il preſentante proteſtare d'ogni ſpeſa, danno, & intereſſe contra colui, che haurà fatta la lettera, & contra chiaſcuno, che vi foſſe obligato. Et caſo che ſoſſe aſſente da Bologna colui, à cui ſarà diretta la lettera, ne ci foſſe chi per lui haueſſe facultà, ò compimẽto d'accettarla, poſſa il preſentante andare alla caſa del detto aſſente inſieme con vno de Notarij del foro de Mercanti, & quiui fare il ſuo proteſto ſopra l'accettatione, ſe per all'hora non ſarà il tempo del pagamento: & venuto il tempo del pagamento, ne eſſendo pagata, potrà rifare il ſuo proteſto ſopra del pagamento.

L'accettatione delle dette lettere di cambio, che ſaranno drizzate à pagarſi in Bologna, ſi debba fare ſolamente per mano di chi haurà il compimento della ragione, alla quale ſaranno ſtati tratti i danari, ò ſia patrone, ò inſtitore, che habbi tal compimento. Altramente cotale accettatione ſia di neſſun valore, ſe ben fuſſe fatta per mano d'alcuno compagno, agente, ò garzone della ragione: Et ciaſchedun mercante ſia tenuto dar notitia al Conſeruatore del detto foro della perſona, ò perſone, che hanno, ò che pro tempore haueranno il compimento della ſua ragione: Il qual Conſeruatore ne debba far rogito nel libro à cio deputato, & parimente ſi faccia rogito, quando ſe reuocaſſe tal compimento.

Et quando le dette lettere ſaranno ſtate accettate da chi deue, & può accettarle, come ſi

è detto

omnibus,& ſingulis,quos præmiſſa quomodolibet concernunt, & pro tempore concernent inuiolabiliter,& ad vnguem perpetuò obſeruari debere. Nec non præfatos Mercatores,& eorum ſingulos cuiuſuis ſtatus,gradus,conditionis, & preeminentiæ exiſtentes ad omnimodam illorum Capitulorum obſeruationem teneri,& efficaciter obligatos fore,ac ad id ſententijs,cenſuris, & panis Eccleſiaſticis, ac alijs quibuſcunque opportunis iuris,& facti remedijs compelli. Et ſic per quoſcumque Iudices etiam ipſius Ciuitatis Gubernatores pro tempore exiſtentes,ac etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales,nec nõ dictæ Sedis, etiã de latere Legatos,ſublata eis,& eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate,& auctoritate iudicari, & definiri debere. Ac ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit,irritum,& inane decernimus.

Quo circa dilectis filijs cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, & dictæ Ciuitatis Bononienſis Gubernatori, ac Venerabilis fratris Epiſcopi Bononienſis Vicario in ſpiritualibus Generali .Motu ſimili mandamus,quatenus ipſi,vel duo,aut vnus eorum per ſe,vel alium,ſeu alios præſentes litteras, & in eis,contenta quæcumque,vbi, & quando opus fuerit,ac quoties pro parte dictorũ Mercatorum,vel alicuius eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes,illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſiſtentes faciant,auctoritate noſtra Mercatores, illorũq; ſingulos cõfirmatione,approbatione,adiectione,ſuppletione,& decreto,alyſque præmiſſis iuxta præſentium continentiam, & tenorem pacificè frui,& gaudere. Non permittentes illos deſuper per quoſcumque quomodolibet indebitè moleſtari,perturbari,& inquietari. Contradictores quoslibet,& rebelles, ac præmiſſis non parentes per cenſuras , & panas Eccleſiaſticas,aliaque opportuna iuris remedia,appellatione poſt poſita compeſcendi , nec nõ legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus,illos cenſuras, & panas ipſas incurriſſe declarandum,eaſque etiam iteratis vicibus aggrauandum.Inuocato etiam ad hoc , ſi opus fuerit, auxilio brachy ſecularis . Non obſtantibus præmiſſis , ac ſal. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de vna , & Concilij generalis de duabus dietis,dummodo,quis vigore præſentium vltrà tres dietas ad iudicium non trahatur,ac alijs fori Mercatorum dicta Ciuitatis iuramentis , confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis,& conſuetudinibus,priuilegijs,quoque,indultis, & litteris Apoſtolicis, ipſi foro, & illius,ac quibuſuis alijs perſonis ſub quibuſcumque tenoribus , & formis , ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijſque efficacioribus , & inſolitis clauſulis,irritantibuſque,& alijs decretis in genere,vel in ſpecie , ac alias quomodolibet etiam pluries conceſſis , innouatis,& confirmatis.

Quibus omnibus,etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis,eorũq; totis tenoribus ſpecialis ſpecifica,expreſſa,& individua,nõ autem per clauſulas generales idem importantes,mentio,ſeu quauis alia expreſſio habenda , aut alia aliqua exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret , illorum tenores formas , & datas,ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus pro expreſſis,& inſertis habentes(illis in ſuo priſtino robore , & efficacia, non tantum circa litteras,ſverum etiam circa ſcripta priuata,& denique circa iuriſdictionem,& poteſtatem Iudicis,& Conſulum , ac reliquas alias omnes,& ſingulas ſtatuti , & priuilegiorum , ac indultorum prædictorum ipſius fori tangentes partes permanſuris , & valituris,illa ſi opus eſt rurſus, & denuò harum ſerie etiam perpetuò approbantes, confirmantes,& concedentes, ac etiam omnibus , & quibuſcumque,etiam quauis dignitate, iuris dictione,& auctoritate fulgentibus,& fungentibus,etiam ſi ſint Legati , ac Vicelegati, Gubernatores , ſublata etiam illis , & eorum cuilibet quauis aliter facsendum,iudicandũ, definiendum,decernendum,reſcribendum,ſtatuendum facultate,poteſtate,& auctoritate inuiolabiliter obſeruari mandantes) ac ex nunc,prout ex tunc,& è contra, quidquid ſecus,vel in contrarium per eos, aut quemcumque,vel quoſcumque alios quauis auctoritate ſcienter,vel ignoranter quomodocumque , & qualitercumque fieri,aut attentari contigerit,irritum , & inane decernentes , hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſsè motu , & ſcientia pariter deroganus contrarijs quibuſcumque,aut ſi aliquibus communiter, vel diuiſim ab eadem ſit ſede indultum,quod interdici,ſuſpendi,vel excommunicari nõ poſſint per litteras Apoſtolicas non faciẽtes plenam, & expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem . Datum Romæ apud

apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 25 Nouembris. MDLXIX.
Pontificatus noſtri anno IIII.

Non culpes, beneuole Lector, diligentiam meam quod in tradendis his Pij Sanctiſſimi documentis, temporum ſeriem neglexerim, cum hæc reſcripta ad Bononienſes longè præceſſerint, & data fuerint, antequam illa de cretalis ederetur; quam ante poſui: In eis namque tradendis rem potius ipſam, quam temporum ſeriem ſequendam, mihi propoſui, & cum illa duo priora documenta (mea quidem ſententia) de cambio duplici non loquantur (licet aliqui ſecus ſentiant) ideo præmiſi eis, quæ exinde loquuntur, in quibus haud dubie de cambio duplici, hoc eſt de materia huius tertiæ diſputationis verè diſponunt.

Hinc quartum mihi occupat locum reſponſũ
27 Gregorij XIII. ad Archiepiſcopum Panormitanum; qui a Sancta Sede, & omnium Eccleſiarum Magiſtra poſtulauit. An litteris Pij Quinti ſuper cambijs editis compi hæc derentur cambia, quę videbantur permiſſa Bononienſibus, per hoc reſponſum quod; licet præceſſit tempore litteras prædictas, nos ad clariorem doctrinam poſtpoſuimus. Difficultatem fortè faciebat, quod cum illa permiſſo Bononienſis loqueretur. *Poſſa ogni perſona ancora dar à cambio, & far, che ſiano recapitate le lettere ſopra eſſi datori, & così tenerli ſopra cambij ſin che ſarãno rimborſati di chi hauerà preſo il denaro.* Videbatur caſus comprehẽſus in litteris Pij Pontificis in illa parte, in qua damnantur cambia illa, in quibus litteræ mittuntur qui dem, ſed redeunt inanes, & ibi repoſcitur pecunia, vbi fuerat ſoluta. Item videbatur compræhendi in illa etiam parte; vbi prohibetur cambium per plures ferias. Vndè cum poſtrema derogent prioribus, maximã habebat cauſam Archiepiſcopus Panormitanus dubitandiam per litteras illas vniuer ſaliter loquentes, damnantesque cambia di cto modo celebrata; comprehenderet illa, quæ paucis annis ante per eundem Pontificem permiſſa fuerunt Bononienſibus. Verũ tamen ad quæſtionem propoſitam Gregorius XIII. Summus Pontifex de conſilio trium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium qui fuerunt Marcus Antonius Bolba. Marcus Antonius Maffeus, & Fr. Vincẽtius Iuſtinianus, in hæc verba reſcripſit.

Congregatio auctoritate S. D. N. cenſuit huiuſmodi cambium litteris Pij V. ſol. recordã. minime comprehendi.

Quintum, & poſtremum, quod emanauit à Sã-
28 cta Sede reſcriptum, ſeu reſcripta; condidit ad preces Reipublicæ noſtræ Vrbanus Papa Octauus, cuius ſolicitudinẽ Chriſtus Dominus noſtet ſuper oues ſuas per plures ac plures annos roborare, & conſeruare dignetur. Ad hũc Reſpublica noſtra per Oratorem ſuum propoſitis tribus modis quibus tunc temporis de anno ſcilicet 1625. cambia apud nos celebrari ſolebant, quæ ſunt, vt infra.

Forma de cambij, che ſi praticano da
29 *Genoueſi, & altri.*

Dante in Maſſa fera di Paſqua dà à Cambio à Pietro ſcuti 1000. per Milano con la ricorſa ad eſſo Dante; cioè, che l'iſteſſo Dante habbia penſiero di far compir in Milano le lettere di Pietro à ſuo tempo, e che el debito ſia di nuouo tratto nella ſeguente fera d'Agoſto.

Pietro riceuuti in fera li detti ſcuti 1000. fà le lettere dirette à Dante in Milano del tenor ſeguente.

1625. à 3 Maggio in Maſſa ſcuti 1000. aß. 150. per Scuto.

Alli 8. del preſente meſe pagate per queſta prima di cambio à voi Iteſſo ſcuti 1000. à ſſ. 150 per ſcuto valuta del noſtro Dante di quì: e ponete à mio conto: valendoui del mancamẽto nella proſsima d'Agoſto al conto, che ſarà poſto, A Dio.

Pietro

A Dante in Milano.

Dante manda la ſudetta lettera in Milano ad'vn ſuo amico, ò Agente, quale in virtù d'ordine, che gli dà con ſua lettera, ò procura, rappreſenta la ſua medema perſona tanto per cõpire la lettera di Pietro diretta ad'eſſo Dãte, quanto per ſcuodere egli iſteſſo da ſe medeſmo li ſcuti 1000. che hà d'hauere in virtù d'eſſa lettera.

E perche il detto Agente non hà altri danari, ne credito di pigliarli à cambio in piazza, per

per pagar à se stesso si serue del credito della rimessa spettante al medesimo Dante. Venuto il termine del pagamento, l'Agente, che rappresenta la persona di Dante, forma la scrittura, e fà debitore Pietro di fera di lire 7500. valuta di scuti 1000. e creditore di essi Dante sudetto.

Poi estingue il conto di Pietro con fargli tratta nella seguente fera d'Agosto de scuti 1020. cambiati à 147. che vagliono le medeme lire 7500. e ne hà debito a dante, alquale gli rimette per lettera di cambio del tenor seguente.

1625. à 28. Maggio in Milano
Scuti 1020. di Marche.

A pagamenti prossimi di fera d'Agosto pagate per questa prima di cambio al mio Dante scuti 1020 di Marche in me cambiati e sono contra li scuti 1000. trattimi dalla passata di Pasqua, e ponete à conto nostro. A Dio.

Dante

A Pietro in Massa fera d'Agosto.

CASO SECONDO.

Cambio con l'interesse limitato.

Sopra il cambio sudetto senza variar forma, ne sostanza s'è introdotto d'assicurare con nuouo contratto, ò sia limitare l'interesse, che da una fera all'altra non possa il danno eccedere vn tanto per cento, che s'accorda più, ò meno, secondo l'abbondanza, ò carestia del danaro: con conditione però, che se il cambio responderesse meno, sia solamente quello, che haurà risposto.

CASO TERZO

Forma della continuatione de cambij.

Diego residente in Madrid dà suo lettere di cambio dirette ad' Emilio in Massa fera di Agosto de scuti 10000. di Marche, ordina, che gli paghi, e li pigli à cambio à suo danno per Lione, ò altra Piazza, e che da essa si faccia Emilio di nuouo trare il debito in fera de Santi seguente. Il quale Diego prouederà l'estimtione del capitale spese, & interesse. Emilio in fera paga li scuti 10000. e nel suo scartafaccio, ò sia libro ne fà debitore Diego con più scuti 33. per la prouigione, e trouandosi esso Emilio con auanzo, non piglia altramente à cambio da terze persone, mà seruendosi del suo proprio, fà tratta in Roma à Romolo de scuti 10033 à scuti 99. di stampe per ogni scuti 100. di Marche, assegnando à se stesso la rimessa, e scriue gli ordini seguenti.

1625. à 4. Agosto in Massa
Scuti 10033. à 99.

Alli 25. d'Agosto pagate per questa prima di cãbio à voi stesso scuti 10033. à 99. per 100. di stampe in me conti, e ponete come per spaccio.

Emilio

A Romolo, à Roma

Ordine, ò sia spaccio d'Emilio,

Da questa fera d'Agosto vi hò tratto scuti 10033. à 99. per 100. in voi stesso in me conti. Al tempo ne passarete la scrittura con far debitore Diego di Madrid sopra di me. E di quanto vi mancarà, vi prouederete dalla prossima fera de Santi da me stesso. Et in mio conto corrente mi darete credito della rimessa d'essi scuti 10033. rimettendomi parimente il mio auanzo in detta fera de Santi.

Venuto il termine, Romolo conforme all'ordine d'Emilio fà debitore Diego della valuta delli scuti 10033. di marche, e creditore il medemo Emilio, e per aggiustarne tanto il debito, quanto il credito in la seguente de Santi, fà la lettera de scuti 10235. di Marche cambiati à 97. stampe per ogni 100. di Marche nel modo seguente.

1625. à 28. Agosto in Roma
scuti 10235. di Marche.

A pagamenti di fera prossima de Santi pagate per questa prima di cambio à voi stesso scuti 10235. di Marche in me conti, e ponete come per spaccio.

Romolo

Ad Emilio in Massa fera de Santi.

Spaccio di Romolo di Roma ad' Emilio in Massa fera de Santi.

In risposta del vostro spaccio di fera d' Agosto passata dirò hauer pagato li scuti 10035. di Marche trattimi in me stesso, e datone debito à Diego di Madrid sopra di voi i scuti 9931 stampe, e credito all'incontro delli medemi scuti 10235. trattiui in quella de Santi cõti à 95. per 100. Et in vostro corrente vi hò dato credito de scuti 9931 stampe valuta delli sudetti scuti 10235. rimessimi in questa d'- Agosto da me stesso: & est in tono il conto con la remessa, che vi ne hò fatto nella prostima fera de Santi da voi stesso mia lettera. Che à suo tempo compirete. E Nostro Signor vi guardi.

In fera de Santi in Massa Emilio fà debitore Diego delli scuti 10235. e se non gli viene da esso Diego prouenduto il debito, di nuouo torna à valersene sotto l'istessa forma; e continua nel medemo modo per più fere; sin che realmente Diego faccia la pronigione al suo debito.

Præsentatis inquam per Oratorem nostrum Sanctissimo Papæ tribus modis prædictis, additus fuit supplex libellus, qui concludebat per hæc verba formalia.

Che si degni far riuedere i detti cambij, & dichiarare se si troua in essi circonstanza, che renda il contratto ingiusto, ò contro la dispositione de i Sacri Canoni, à fin che corregendosi l'imperfettione se ve ne fusse, venga reformata la prattica in modo, che dalla Santità vostra sarà comandato.

Annuit Sumus Pontifex, vt dignum erat, supplicatis per Rempublicam nostram, & instituto cõcilio plurium, & grauissimorũ Theologorum Romanæ Curiæ, admisso etiam Iuris Interprete Sacræ Rotæ Romanæ Decano Coccino, eis totum negocium examinandum proposuit die 23. Aprilis dicti anni 1626. à quibus tandem sub die 4. Iunij anni 1627. post longas disputationes factũ fuit responsum Sanctissimo, & ab eo iuxtà illius tenorem Reipublicę rescriptum tenoris, de quo infra.

Die Sabbati tertia Octobris 1626.

In Congregatione habita de speciali mandato Sanctissimi D.N. Vrbani Papæ Octaui in Palatio R.P.D Ioannis Baptistæ Coccini Sacræ Rotæ Decani in regione S. Eustachij coram RR.PP.DD Coccino prædicto Fratre Nicolao Rodulphio Ordinis Prædicatorum Magistro Sacri Palatij Apostolici, Fratre Hyppolito Maria Lancio eiusdem ordinis Commissario Generali Sanctæ Officij, Augustino Oregio Theologo Sanctissimi, Fratre Francisco à Genua Procuratore Generali Ordinis Fratrum Capuccinorum, P. Stephano de Bubalis Societatis Iesu, & Fratre Nicolao Ricardo Ordinis Prædicatorum Regente Sanctæ Mariæ super Minerua specialiter deputatis ab eodem Sanctissimo D. N. die 23. Aprilis 1626.

„ *Maturè cõsiderato primo casu exposito in memoriali exhibito Sanctissimo D. N. nomine „ Reipublicæ Genuæ in materia cambiorum „ Domini censuerunt non subsistere, vt exponitur.*

„ *Die 15. Nouembris 1626. in eadem congregatione discusso secundo casu contento in dicto memoriali, Domini pariter censuerunt „ non subsistere, cum innitatur primo.*

Die 4. Iunij 1627. in eadem Congregatione diligenter perpenso tertio casu in dicto „ Memoriali, Domini dixerunt, tertium casum, qui dicitur cambium continuatum, subsistere, si Romæ, & Mantuæ vera fiat solutio ex „ legitimo mandato Didaci ad habentibus vn„ de soluant ex propryis, vel alienis pecunijs: „ quæ non sint creditoris, cui fit solutio secundum eãdem rationem bancariam permanentem, ita tamen, vt continuatio permaneat sẽper libera iuxta constitutionem fel. rec. Papæ „ Pij V. in reliquis etiam omnibus seruandam. „ Non verò subsistere, dum eauibia, quæ contiuantur, fiunt secundum modum in primo „ casu proposítum.

Intremuit Ciuitas nostra ad huius rescripti tonitruum. Quotusquisque enim ex Ciuibus nostris paulò ditior, immunis ab hac labe, si modi prædicti cambiorum iniustitiã continebant? Et iam solliciti erant, quidnam iuris esset de præteritis; & an bona fides, qua passim, & approbantibus omnibus ferè Regularibus insignioris notæ talia gesserant; eos ab onere restitutinis excusaret;

Respublica

Reſpublica vero noſtra (cui ego in his euẽtibus expediendis nunquam pro mea mediocritate deſui) vbi prædicta cognouit, & quantum detrimentum eſſet rebus vniuerſi Chriſtiani Orbis allaturum, ſi facta publicatione dictorum reſponſorum tota res nummaria conturbaretur; obtinuit primum ab Archicpiſcopo; ne prædicta publicarentur edicto, eo legitimo obiecto impedimento. Quia ſibi ſuper eadem re rurſum adeũdum Pontificem decreuerat aliquid certius in præmiſſis obtentura, & propterea rem integram Summo Pontifici referuandam, nec eſſe locum publicationi. Re obtenta de integro tota res ad Summum Pōtificem defertur.

Per reſponſum illud ad primum modum. *Non*
35 *ſubſiſtere, vt ponitur*. Damnari quidem frequentiſſimum, & à doctiſſimis, & religioſiſſimis viris approbatum cambiandi modum, ſed non doceri qua ex parte labes proueniat; vt adhibito ſalutari remedio, adeò neceſſarius contractus, quo ipſa iura Regnorum conſeruantur, licitè poſſit exerceri; & tamen hoc ipſum poſtulabāt petitiones noſtræ primo loco Sāctitati ſuæ porrectę. Rurſum reſponſum ad ſecundum, quo dicitur. *Nō ſubſiſtere cum immitatur primo*. ne attingere quidem quæſtionem propoſitam, non poſitam in eo, quod cōtinebatur in prima (quod fruſtrà fuiſſet) ſed collocatam in taxatione intereſſe, de qua ibi; quæ taxatio videbatur aliquibus repugnare litteris Pij Quinti, de quibus ſupra. Demum reſponſum ad tertiã quæſtionem, poſitiuum illud quidem eſſe, & ex conſequenti aptum ad doctrinam tradẽdam, ſuper re, de qua agitur; Sed illud idem tot modificationibus, ſeu conditionibus inuolui, in quibus conſiſtit potiſſima pars difficultatis, de qua in quæſtione, vt fortè videri poſſit alicui eſſe idem cum eadem quæſtione, vel certè eã non enucleare. Quandoquidem dum in reſponſo dicitur affirmatiuè ſub illa conditione. *Si Romæ, & Maſſæ vera ſint ſolutio*; hoc ipſum eſt, de quo quæritur, an ſcilicet modis expreſſis in caſu, dicatur verè locis in illis facta ſolutio, Itẽ dũ
, ſubditur. *Ab habentibus vnde ſoluant ex proprijs, vel alienis pecunijs, quæ non ſint creditoris, cui fit ſolutio*, cum in theſi expreſſus ſit modus dictæ ſolutionis; id ipſum quærebatur: an tali pacto diceretur facta ſolutio ex proprijs, vel alienis pecunijs, & non ipſius creditoris ad effectum prædictum. Demum (omiſſis alijs) illa verba. *Secundum eamdem rationem bancariam permanentem*. dubiæ adeò, & incertę erant ſignificationis, vt in re tanti ponderis maiori apud nos egerẽt declaratione.

Propterea a Sanctiſſimo enixè flagitatum, vt
36 pro ipſius pietate, ac munere, plenius, &, vt Magiſtrum decet, de prædictis Rempublicam Sanctæ Sedi obedientiſſimam edoceret. Benigniſſimè Noſtri auditi, & de more reiecti ad eoſdem Patres, quorum conſilio Sūmus Pōtifex hac in re (vt admonuimus) vtebatur.

Et poſt longam diſceptationem, & plurĩũ menſium, immò annorum decurſum, loco poſtulatæ declarationis deuentum eſt ad reſponſum mox referendum, quod Sanctiſſimus Sacroſancta poteſtate ſanciuit.

Theſis

Giouanni in fiera dà ſcudi mille à cambio à Pietro per Milano, & conuengono inſieme, che Pietro ne faccia la tratta ad' Antonio perſona diſtinta, e di negocio, e di credito in detta Città di Milano, al qual Giouãni ne fà anche la rimeſſa; Antonio in Milano paſſa la ſcittura di quella partita in debito di Pietro, & in credito di Giouanni, & nõ eſtinguẽdo Pietro tal debito con altra rimeſſa, ò pagamento come potrebbe fare, riflette nella fiera ſeguente il ſuo credito à Giouanni, & il debito à Pietro, & in eſſa fiera s'eſtingue la negociatione.

S'aggionge vna circonſtanza, che Giouanni promette à Pietro, che Antonio in Milano comprà la ſua tratta.

Se n'aggiõge vn'altra, che Giouanni promette à Pietro, che nella tratta, che eſſo fà à Milano, come ſopra, l'intereſſe non eccederà vn tanto per cento, cõforme eſsi accorderanno inſieme con conditione però, che ſe il cambio reſponderà meno, ſia ſolamente quello haurà riſpetto.

Die Sabbati 27. Septembris 1631.

37 *In Congregatione habita de ſpeciali mandato*
„ *Sanctiſſimi D.N. Vrbani Octaui in Palatio*
„ *R.P.D. Coccini RR.PP.DD. Ioãnes Baptiſta*
„ *Coccinus Sacræ Rotæ Decanus, Frater Nico-*
„ *laus Ricardius Sacri Palatij Apoſtolici Ma-*
„ *giſter, Frater Ippolitus Maria Lancius Cõ-*
„ *miſſarius Generalis Sācti Officij, Auguſti-*
„ *nus Oregius Theologus Sanctiſſimi Frater,*

„ *Franciſcus Genuenſis Procurator Generalis*
„ *Capuccinorum & eiuſdem Sanctiſſimi Cō-*
„ *cionator, & Stefanus de Bubalis Societatis*
„ *Ieſu Rector penitentiariæ poſt diligentem*
„ *diſcuſſionem dixerunt nihil in prædictis*
„ *caſu, & circumſtantijs contineri, quo minus*
„ *licitè practicari poſſint.*

Die ſecunda Octobris 1631.

RR. PP. DD. Ioannes Baptiſta Coccinus Sacræ
„ *Rotæ Decanus, & Frater Ipolitus Maria Lā-*
„ *cius prædicti retulerunt Sanctiſſimo D. N.*
„ *Vrbano Octauo ſupraſcriptam reſolutionem*
„ *& Sanctitas ſua annuit, & mandauit R. P. D.*
„ *Archiepiſcopo Genuenſi notificari.*

Et huic reſcripto Reſpublica Genuenſis tandē acquieuit.

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO II.

An cambij duplicatio ex ſe, & abſolutè conſiderata iniuſtitiam contineat.

1 *Recambium damnantes qua ratione ducā-*
cantur, demonſtratur.

2 *Incompatibilia cū ſubſtantia contractus quā-*
do paciſcuntur in cambio, licet re vera in-
terueniant nomen, & ſubſtantia dicitur
deficere, & tranſit in mutuum, & vſuram.

3 *Perfectio contractus cambij, quæ in ſolutione*
conſiſtit, incompatibilis eſt cum ipſa in-
trinſeca ſubſtantia cambij.

4 *Iuſtitia cambij ex parte eiuſdem pendet ab*
illo tantumdem, quod in eo euenit.

5 *Quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter*
ſe, & nu. 11.

6 *Cambij duplicatio ad id ſolum ordinatur, vt*
circumſcripta quacumque ſolutione facie-
da in loco deſtinato vigore prioris cambij,
ibi exigatur pecunia vigore primi cum
intereſſe, vbi primo ſoluta fuit, ſiue mitta-
tur litteræ, ſiue non, ſed vide nu. 12.

7 *Recambium abſolutè à quacumque facti ſpe-*
cie abſtractum prohibetur.
Contrarium nu. 8. & nu. 13. vbi declaratur.

9 *Incompatibilitatem nullam in recambio ineſſe*
ſe demonſtratur.

10 *Tantumdem in recambio requiſitum non eſt*
ſumendum arithmeticè, ſed modo perfe-
ctioni.

14 *Non qualibet diuerſitas factorum eſt apta*
producere diuerſam iuris diſpoſitionem,
ſed tunc demum, cum in illis conſiſtant,
quæ perfectionem illius actus reſpiciunt.

VLLVS, quem viderim, licet peſſimè ſentiēs de hoc mercimonij genere, eſt, qui, cōceſſa iuſtitia cābij ſimplicis (quam nemo ſanę mentis negauit in eiuſdem duplicatione, vt ſic, aliquid labis, inueniat. Sed omnes, qui recambium damnant, id faciūt, quia ſecundum diuerſas factorum ſpecies, negant verè, & realiter ſolutionem prioris cambij fieri; ſecundum, verè, & realiter celebrari, Licet ferè omnes perfectionem prioris cum celebratione ſecundi confundant, vel proeiſdem habeant, certè nullus diſtinguit.

1 Adhuc tamen videtur hanc duplicationem, vt ſic, & vt duplicatio eſt, præſcindendo à quacumque facti ſpecie, iniuſtitiam continere. Probo ſic.

Quotieſcunque ea paciſcuntur in cambio, li-
2 cet re vera interueniant, quæ ſunt incompatibilia cum ſubſtantia contractus, deficit in ea conuentione nomen, & ſubſtantia contractus cambij, & reſoluitur illa conuentio in mutuum cum vſura. Sed ſic eſt, quod in hac duplicatione, vt duplicatio eſt, & præſcindendo à quacunque facti ſpecie, quædam contingunt, quæ ſunt incompatibilia cum ſubſtantia contractus cambij. Ergo huiuſmodi duplicatio, vt duplicatio eſt, etiam prout præſcindit à quacumque facti ſpecie, eſt mutuum cum vſura. Ergo iniuſtitiam cōtinet.

Maiorem propoſitionem probaui ſupra in prima diſputatione quæſtione ſeptima. Minorem, in qua ſola eſt difficultas, Probo. Perfe-
3 ctio contractus cambij, quæ in ſolutione cōſiſtit; incompatibilis eſt cum ipſa ſubſtantia intrinſeca cambij, vt probauimus in prima, & ſecunda diſputationibus. Sed in iſta duplicatione

plicatione id, quod in primo erat perfectio extrinſeca eiuſdem, eſt ſubſtantia ipſa ſecũdi, quia ſcutus marcarum in ferijs cuius ſolutione extrinſeca perficitur primus cõtractus, vt vidimus in vltima quæſtione, diſputatione ſecunda, in duplicatione eiuſdem aſſumit naturam pretij, & ſic ſubſtantiam ipſam. Ergo iſta duplicatio, vt duplicatio eſt, continet incompatibilitatem. Ergo deficit ſubſtantia cambij, & in conuentione nullus alius contractus remanet, præterquã mutuum cum vſura.

Secundo tota iuſtitia cambij ſimplicis ſe tenet
4 ex parte illius tantumdem, quod venit in contractu ex vtroque contrahente, vt probauimus dicta diſputatione prima, quæſtione ſeptima. Sed in duplicatione eiuſdem tãtum abeſt, vt ſeruetur illud ipſum tantũdem, quod immò venit ferè ſemper lucrum & ſic exceſſus, vt probauimus eadem prima diſputatione, quæſtione decima tertia. Ergo in duplicatione cambij deficit æqualitas, & iuſtitia, & ſuccedit inæqualitas, & iniuſtitia.

Confirmatur, nam ſi duplicato cambio ſeruaretur illud tantumdem, quod erat in primo per conſequens illa æqualitas, & iuſtitia iactata in dicta quæſtione decima tertia, ſumma pecuniarum, quæ reſtituitur in redditibus feriæ, pro perfectione ſecundi cambii, non erit maior illa quantitate, quæ antea per eumdem fuit exburſata pro celebratione prioris. Probatur: quia & illa ſumma, quæ fuit deducta in primo cambio ſeruæ illud exactum tantumdem aptoi vtrunque contrahentem, & eadem prorſus deducitur in ſecũdo, ſeruatura idem tantumdem, profecto, vel nullus eſſe poſſet exceſſus, iuxta celeberrimum illud.

5 Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem interſe, vel ſi adeſt exceſſus, neceſſariò dicendum eſt, per duplicationem cambii inuerti contractus ſubſtantiam, & in illo exceſſu adeſſe iniuſtitiam, & vſuram.

Tertio hæc cambii duplicatio ad id ſolum vi-
6 detur ordinari, vt circumſcripta quacumq; ſolutione, facienda in loco deſtinato, vigore prioris cambij, ibi denique cum intereſſe, ſecundi cambii, exigatur pecunia; vbi primò fuit ſoluta; & id quidem ſiue mittantur, ſiue non mittantur litteræ prioris cambii. Sed hoc videtur expreſsè cõtra verba Bullæ Pii Sanctiſſimi, & contra eiuſdem mentẽ. Ergo dicta duplicatio omnino reijcienda.

Quarto videtur recambium ipſum abſolutè, &
7 circumſcripta quacumq; facti ſpecie (à qua abſtrahit preſens quæſtio, prohibitum, tamquam vſurarium, quinimmò ſub maioris ex comunicationis latæ ſententię interdictum per motum proprium Pij Quarti Summi Pontificis. Ergo omninò à praxi reijciendum. Antecedens probatur ex eo, quia in illo Motu proprio non damnatur, tamquam vſurarium aliquod recambium, in aliqua facti ſpecie particulari, ex qua poſsit preſumi aliqua fictio, ſeu ſimulatiõ; ſed abſolutè, & ſimpliciter recambium, quod eſt illud ipsũ, de quo agimus. Ergo, &c.

Pro reſolutione tamen quæſtionis propoſitæ
8 tenendum indubitatè eſt; duplicationem cãbij, prout duplicatio eſt, & abſtrahit à quacumque facti ſpecie, & vniuerſaliter sũptã; nullam iniuſtitiam contínere, vel continere poſſe. Quinimmò temerarium omnino eſſe id aſſerere. Si verò aliqua genera recambiorum iniuſtitiam continent, id oriri ex fictionibus, & ſimulationibus, quę in eis contingunt, non autem ex natura recambij.

Prima pars negatiua concluſionis probatur, quia cum ſingula cambia ſimplicia, & ſingulariter de per ſe ſumpta iuſta, & legitima ſint; nõ appar et vndè ex geminatione quãtumuis iterata eiuſdem, poſſit aliqua oriri iniuſtitia; ſi omnia requiſita ad actum inter uenerint. Et cum habeamus ex reſcripto Pij Quinti ad Bononienſes: & hoc poſtremo Vrbani Octaui ad Archiepiſcopum Genuenſem in tertia, & quarta facti ſpecie; aliqua ſaltem dari recambia nulla vſuraria labe in facta, hinc poſui in concluſione temerarium omnino eſſe à dicta parte negatiua recedere; Nam ſi recambium, vt recambium eſt; contineret iniuſtitiam, nullum certè recambium dari poſſet, cui iniuſtitia non ineſſet, id quod cõrguere: impudentiſſimè dicta duo reſcripta ab ipſa veritate prolata.

Quibus non obſtant quæ in contrarium conſi-
derabam. Nam ad primum nos negamus in duplicatione cambij cõtingere incompatibilitatem, de qua in minori propoſitione; Licet enim ijdem ſcuti marcarum, qui deſeruierunt in feria ad perficiendum extrinſecè primum contractum; deſeruiant etiam ibidem pro contrahendo, & ſubſtantiando intrinſecè ſecũdo contractu, qui duplicatur in feria; id ex eo non habet incompatibilitatem, quia ad dicta duo munera de per ſe incompatibilia deſeruit ſub duplici, & longè diuer-

diuersa formalitate, & in diuerso contractu ex quo omnis tollitur incompatibilitas; scutus enim marcarum deseruit adperficiendū exti infecè primum cambium, tamquam res deducta in primo contractu, vt vidimus in prima disputatione, quæstione nona, in secundo verò cōtractu interuenit, vt pretium, vt probaui dicta disputatione prima, quæstione decima tertia, qua diuersitate attenta nulla resultat incompatibilitas. Sicuti enim nihil impedit domum, quam tradere debeo in executionem prioris contractus venditionis, eamdem, postquam illa tradita est, in allum contractum deduci eiusdem, vel diuersi generis, id ipsum dicendum est de scuto marcarum, deseruiente ad duplicē contractum cambij. sed sub duplici formalitate, & in actu omnino separato.

Ad secundum respondetur. Illud tantumdem,
10 quod verissimè consideratur in cambio simplici, non est tantumdem arithmeticum, sed quid perfectius, & specificatum à circumstantijs temporis, & locorum, & alijs ponderatis in disputatione prima, quæst. vigesima quinta; quæque circumstantiæ à quibus tantumdem illud dependet, in totum variantur, & immutantur, habito respectu ad duplex cambium, vndè nihil stringit argumentatio, quę in tantumdem illo arithmetico, & a circumstantijs independenti, esset concludentissimum. Dicimus enim in vtroque cambio, de per se considerato, custodiri religiosissimè illud tantumdem, quod est ingenitum huic celeberrimo contractui inter debitorem, & creditorem ciusdem cambij; sed cum illud pendeat à circumstantijs temporis, & locorum, impossibile omninò seruari idem, habito respectu ad cambia diuersa vt potè quæ diuersis circumstantijs fuerunt obnoxia, & à quibus legem acceperunt. Et propterea inefficaciter omninò ad tātumdem arithmeticum redigi instituiam contractus duplicis in cambio. Et sicuti in qualibet contractuum duplicitate certò, & formaliter resultare lucrum, absque vlla labe iniustitiæ probaui supra disputatione prima, quæstione decima tertia; iniquum esset, & absque ratione id deneg re cambio. Præsertim quia, nec semper est verum ex dicta duplicatione resultare inæqualitatem arithmeticam pecuniarum ad fauorem dantis ad cambium, nam quandoque (licet rarò) contrarium contingit, vt contigit feria Sanctorum anni 1637. dum hæc scribebam, sed ex dictis circumstantijs à quibus illud ipsum tantumdem dependet fit, vt minus à mercatore redigatur ope recambij, quam fuerit illud, quod in primo cambio expositum fuerat. Et hinc etiam fit, quod non intrat axio-
11 ma illud, de quo in cōfirmatione. Quod quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se. Nam pecunia, quę exponitur in primo cambio, & illa, quæ exigitur vigore secundi, non est eadem ad eosdem scutos marcarum in feria, sed longe diuersa, tam ratione formæ, quam totius substantiæ. In primo namque contractu venit vt pretium: in secundo vt appretiatum; Et in primo dependent a talibus, & talibus circumstantijs loci, & temporis, ac indigentiæ, seu abundantiæ pecuniarum, in secundo à longè diuersis, Erg tantum abest, vt sint eadem respectu eorumdē scutorum de marchis, quod immò longè sunt diuersa. Ergo è conuerso necessariò dicendum est dictas quantitates pecuniarum inter se longè diuersas esse debere.

Ad tertium respondetur verè ad id ordinari recambium, vt in loco eodem, vbi celebra-
12 tur primus cambij contractus, exigatur cum lucro pecunia pro executione recābij. Sed ista ordinatio fit media solutione vera, & reali, facienda in feria, vi litterarum cambij, datarum in loco, vbi celebratur primum cābium, & in dictam feriam transmissū, *quod* est requisitum eiusdem Bullæ Pij *Quinti*; Qua solutione sequuta in ferijs, non verificatur quod litteræ redierint manes, & licet repetatur pecunia cum lucro in loco, vbi primo fuit soluta, id absolutè non damnatur à Sanctissimo; Sed cum addito solutionis non „ factæ in ferijs, per illa verba. *Pecunia ibi de* „ *mque cum interesse reponatur vbi cōtractus* „ *fuerat celebratus, nam inter dantes, & reci-* „ *pientes vsque à principio ita conuenerat, vel* „ *certò talis intentio erat, neque quisquam* „ *est qui in nundinis, aut locis supradictis hu-* „ *iusmodi litteris receptis solutionem faciat.*

Ex quibus verbis sententia, & mens Sanctissimi colligitur, vim scilicet fieri non posse super eo præcisè, quod pecunia in eodem loco reposcatur etiam per eumdem ab eodem cum lucro; sed simulcum eo, an in ferijs verè facta fuerit solutio, nec ne. Et hoc ipsū est, quod dedit causam responso ad Archiepiscopum Panormitanum, recambia illa sub Bulla Pij Quinti non contineri, sicuti argumentum cōtrarium fortè dedit causam quæstioni Gregorio Summo Pōtifici propositę.

Licet

Licet igitur recambium ordinetur ad repetendas pecunias cum lucro in loco, vbi primò eædem datæ fuerunt, cum tamen dicta repetitio ordinetur media ſolutione verè, & realiter facienda in feria primi cambij, nihil proponitur quod ſit contra verba, nec contra mentem Legiſlatoris; quinimmò dicta ordinatio conformis eſt omninò nõ minus verbis, quam menti Sanctiſſimi Pontificis,

Ad quartum, & vltimum reſpondetur per motum proprium, non damnari recambium in vniuerſum, ſed illud præcisè, quod in eo legitur, magis ſpecificatum à caſus figuratione, de qua per Azorium, vt vidimus in Prologomenis ad hanc eandem diſputationem quod verè (ſi recte perpendatur) præter nudum nomen recambij, nihil habet recambij; nam nullum recambium nec factum proponitur in partibus Hyſpaniæ, ad quas dirigebatur primum cambium; ſed cum a partibus illis litteræ primi cambii proponantur redijſſe abſque ſolutione: proponitur nouum cambium de pecunia debita vna cum intereſſe ob ſolutionem non factam, celebrari inter eaſdem perſonas ad eadem loca. Certè hoc non eſt recambium illud, quod celebratur, ſeu fingitur celebrari in loco illo, ad quem vigore prioris fuit deſtinata ſolutio; de quo nobis ſuſcepta eſt diſputatio; ſed quid longè diuerſum, & in quo, ſi ferio res agerentur, & iuſtitia pretij interueniret, nihil proponitur, quod iniuſtitiam ſapiat, vt ſuo loco videbimus. Et hinc videmus Summum Pontificem hoc negociationis genus, quod etiam aliquo reſpectu verè recambium dici poteſt quatenus cambium iteratur, nõ damnare niſi ex pretij iniuſtitia, & ex enormi ſũma, ad quam taxatur. Ex quo plus quam manifeſtum fit, non damnari recambium illud vti recambium, ſed vti continens nimis exceſſiuam pretij taxationem; Quod ipſum poteſt validiſsimè ſumi in argumentum contrarium, Ergo, ſcilicet, ſi recambium, de quo in motu proprio, iuſto pretio celebraretur, & ad iuſtam taxationẽ contraheretur; legitimum eſt, & nulla ratione damnãdum. Quod ipſum verba eiuſdẽ Motus proprij expreſsè innuunt per illa verba. *Nõ ſolum ad pretium eiſdem mercatoribus à Summis Pontificibus noſtris prædeceſſoribus retractis tẽporibus toleratum ſuas pecunias, &c.* Ecce igitur Summum Pontificem non damnare, ſed implicitè approbare illa, quæ iuſtis, & tolerabilibus pretijs celebrabuntur. Ergo tantum abeſt, quod per hoc documentum damnẽtur, quod immò in vniuerſũ approbantur recambia.

Maior difficultas remanet in explicatione ſecundæ partis affirmatiuæ concluſionis propoſitæ. In qua ſcilicet factorum ſpecie recãbia contineant fictiones, & ſimulationes illas, ex quibus iuſtitia huius contractus corumpatur, & iniuſtitia emergat. Et licet generaliter id poſſet determinari ex prima propoſitione, quam ſupra poſui in primo argumento contrariorum, nõ tamen ita de facili cõſtitui, & determinari poſſunt facti ſpecies, in quibus adſit, vel non adſit incompatibilitas de qua in dicta prima propoſitione Certè F. Michael Salon. Azorius, Leſſius, Iuſtinianus, Scaccia, Hondedeus, qui rectiores magis ex profeſſo de recambio egerũt; ſunt adeò varij in ipſa factorum figuratione, adeò diſcrepantes in ſententijs, vt ſæpè inter ſe, non rarò ſecum ipſis pugnare videantur. Ego verò, vt pro mediocritate mea aliquid lucis afferam rei adeò diſceptatæ, & controuerſæ; ad tollendam omnem, & quãcumque equiuocationem, vt pollicitus ſum in tráſitione ad hanc tertiam diſputationẽ, eam per ſingulas queſtiones transferam ad ſingula ſubſtantialia huius contractus, circa quæ, relata ad duplicitatem cambij, ſi variatio in facto contingat, poteſt dubitari de incompatibilitate prædicta.

Ex quibus deducetur, ſeu deduci poterit doctrina ad diuerſitates factorũ. Neque enim quæcumq; diuerſitas factorum eſt apta pro ducere diuerſam diſpoſitionem iuris, ſed tãdemum cum in illis conſiſtat, ac verſetur, quæ reſpiciunt ſubſtantiam illius actus, *l. ſin & ibi Gl. verb. diſcrimen. C. de temporib. in integr.* Et propterea cum, vt vidimus ſupra diſputatione prima quæſtione vndecima, cambij ſubſtantia circa conſenſum, rem, & pretium cum diſtantia locorum, & dilatione temporis, & genus diuerſum pecuniarum verſetur, & cum ea, quæ in præcedentibus queſtionibus examinauimus, circa pretium, & diſtantiam locorum temporis; dilationem, & genus diuerſum pecuniarum, eadem perſeuerent inuariata in recambio, nec per conſequens in hac tertia diſputatione ſint vlterius attingenda reliquum difficultatis remanebit circa duo illa, conſenſũ ſcilicet, & rem, quæ diuerſimodè contingere in recambio, & ſecus ac in cambio interueneruntꝫ

tuerunt, certum est. Igitur circa illa duo tantum CONSENSVM, & REM in hac tertia disputatione quæstiones transferam, & verſabor, in quibus potissimum potest dubitari in factorum contingentia de illa INCOMPATIBILITATE, de qua sola dubitamus; qua exclusa, & seruata in singulo contractu cambij de per se considerato illa æqualitate, de qua sæpe, nullus remanet dubitandi locus circa illius iustitiam. Et licet persona, à qua consensus dependet, nobilior cæteris sit, tamen ad clariorem doctrinam à RE sermonem incipiam.

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO III.

An, & quæ diuersitas sit, vel esse debeat inter quantitatem pecuniæ, qua perficitur cambium, & illam, qua cõtrahitur recambium.

1 *In celebratione recambij duplex solutio pecuniarum intercurrit.*

2 *Pecuniæ nomine, non numeratæ tantum, sed omnes obligationes veniunt.*

3 *In cambio omnis obligatio, quæ vicem pecuniæ sustinet, vel sustinere potest, sufficit tam pro illo contrahendo, quam perficiendo.*

4 *Perfectio cambij primi debet præcedere natura, tempore, & re ipsa recambium, quæ non possunt celebrari sine duplici pecuniarũ quantitate eiusdem summæ omninò diuersa. & nu. 6. 7. 8. 9.*

Declaratur tamen nu. 16.

5 *Cambium simplex ad id ordinatur, vt in loco destinatæ solutionis fiat solutio debiti, de qua in cambio.*

10 *In recambio verè, & propriè sumpto, eadem summa, qua perficitur cambium, eadem recambium celebratur, licet sub diuersa formalitate, & munere diuerso, & in quibus ista diuersitas consistat num. 15.*

11 *Non omnis cambij iteratio, seu geminatio, vel duplicatio verè, & propriè recambium dicitur.*

12 *Recambium non oritur ex identitate personarum, nec in eo in esse constituitur identitas prædicta, prout nec loci identitas.*

13 *Recambium fit quando eadem summa soluitur pro adimplemento, & perfectione cambij deseruit, & pro contrahendo secundo cambio.*

14 *Recambia fiunt ea ratione, quia debitor ex cambio non habens modum soluendi cambium in loco destinatæ solutionis id solum curat, vt alterius cambij minister eidem debito satisfaciat, conuertendo illam eandem summam debitam pro executione cãbij in causam recambij.*

1 DVPLICEM solutionẽ pecuniarum intercurrere debere in celebratione recambij admonui supra proxima quæstione, idque necessarium omnino esse patet ex eo, quod contrahi non potest secundum cambium; nisi perficiatur primum; vnde cum tam ad perficiendum, quam ad contrahendum cambiũ requiratur solutio pecuniarum, qua non minus contrahitur, quam perficitur hic contractus; iam patet duplicitas omninò necessaria in recambio, licet omnes (quos viderim) agentes hac de re, quantumuis ex professo; id vel non aduerterint, vel neglexerint; & tamen quanti sit ponderis, patet ex se, & clarius apparebit, dum progredietur disputatio.

Et vt termini huius quæstionis clarius procedant, supponendum est; me, pecuniæ nomi-
2 ne, non solum intelligere pecuniam numeratam, sed etiam obligationes omnes, *l. pecunia nomine ff. de verb. sign.* quæ vicem
pecuniæ sustinent, seu legitimè sustinere
3 possunt in cambio, tam pro illo perficiendo, quam pro contrahendo; de quibus latius egi in secunda disputatione per totam; sed præcipuè in quæstionibus illis, vbi disputaui; quomodo contingat solutio in cambio. Ad quæstionem igitur nostram his terminis circumscriptam.

Primo videbatur dicendum, exigi quantitatẽ
4 pecuniæ omninò diuersam, & realiter separatam alteram, ab altera, non solum ex diuersa

uerſa fictione, & formalitate cum ad perficiendum cambium veniat, vt res; ad contrahendum verò, vti pretium. Sed etiam, quia natura, tempore, & re ipſa præcedere debet perfectio cambij illum noui cambij contractum, quem recambium dicimus. Sed prædicta non poſſunt celebrari, abſq; duplici quãtitate pecuniarum eiuſdem ſummæ omnino diuerſæ. Ergo ad effectum prædictum requiritur duplex quantitas, & omninò diuerſa, & realiter diſtincta,

Prima propoſitio probatur; Quia in celebra-
5 tione cambij omnes intelligunt, & nos probauimus in prima diſputatione, quæſtione ſecunda, & nona, & ſæpè alibi, cambium ſim plex, & ſic primum cambium ad id ordinari, vt ante omnia in loco deſtinatæ ſolutionis, fiat ſolutio debiti, de qua in eo, & ideò in litteris cambij, quæ in eiuſdem executionẽ fiunt, vt probaui diſputatione ſecunda, queſtione tertia, primum, & ſolemniſſimum verbum eſt illud, *pagare*. Ergo antequam deueniatur ad aliquid aliud peragendum, neceſſariò, etiam re ipſa, præcedere debet perfectio dicti prioris cambij; quæ eſt prima in mente, & prima etiam in executione eiuſdẽ actus. Ergo perfectio cambij præcedere omninò debet celebrationem recambij.

6 Secunda probatur propoſitio; Nam, ſi ante celebrationem recambij, iam eſt perfectum cambium per ſolutionem, præcedentem re, & tempore; Ergo pecunia, quæ acquiritur per contrahentem recambium; non eſt illa, quæ deſeruit ad perfectionem prioris, iam ad perfectionẽ redacti. Ergo neceſſariò debet eſſe diuerſa; nõ ſolũ ratione diuerſimuneris; Sed etiã realiter, &, vt aiũt, à parte rei.

Cõfirmatur; Nam, vt vidimus diſputatione ſecunda, quæſtione decima octaua, Bancherij, qui in feriijs ſunt in mancamento; poſt acceptationes, tempore negotiationum, fatagũt ſibi acquirere nouos ſcutos marcarum, pro conſtituendo ſe in bilancio, & media præſẽtatione eorumdem ſe in bilancio conſtituere, ſecundum illam adæquationem neceſſariam, de qua ibi latè; Ergo ſatis videtur cõſtare de diuerſitate neceſſaria, re ipſa, inter ſummas, quibus perficitur cambium, & quibus contrahitur recambium,

7 Secundo eadem diuerſitas clarius manifeſtatur in illis recambijs, quorum cambia fuere ad perfectionem deducta per ſolutionem, miniſterio compẽſationis, id quod quomodo contingat expoſuimus ſupra diſputatione ſecunda, quæſtione decima nona; Nã in iſtis, cum illa pecunia, quæ ſoluitur pro perficiendo cambio, confundatur, & extinguatur per compenſationem, & propterea nuſquam appareat; impoſſibile prorſus eſt: per illam, eamdemque ſummam nouũ contrahi cambium & ſic recambium, ergo omninò neceſſaria eſt dicta diuerſitas realis in ſummis prædictis.

8 Tertio eo manifeſtior redditur dicta diuerſitas; quando diuerſa eſt illa perſona, ad quã dirigitur tracta, ab illa ad quam dirigitur remiſſa; recambium verò demandatur ei, cui dirigitur tracta. Hoc enim caſu certum eſt ſummam, quam ſoluit prædictus cui dirigitur tracta; eſſe neceſſariò debere diuerſam ab ea, qua contrahit recambium; cum illa in dominio illius, cui dirigitur remiſſa irreuocabiliter perueniat; hæc verò ſit omninò neceſſaria ad recambii celebrationem. Ergo neceſſaria omninò diuerſitas ſummarum.

9 Quarto: tam per nouationem, quam per delegationem, quibus contingere ſolutionẽ probauimus ſæpè; noua producitur obligatio, & quidem à priori, quæ nouatur, longè diuerſa. Ergo cum ex ſuppoſito, quæſtio hæc poſita in terminis ſummæ pecuniarum, quibus ſoluriones fiunt, comprehendat omnes illos modos, quibus fit ſolutio in cambijs, & ſic obligatio habeatur pro ſumma debita; conſtito interuenire diuerſas obligationes, conſtabit pariter ſummas eſſe diuerſas.

10 Dicendum tamen eſt in recambio verè, & propriè ſumpto vocabulo; eadem ſumma, qua perficitur cambium, eadem recambium celebrari, licet ſub diuerſa fomalitate, & munere diuerſo.

11 Quod vt probem, ſupponendum eſt: non omnem, & quamcumque cambij iterationem; ſeu geminationem, vel duplicationem verè, & propriè recambium dici poſſe, aut debere, nam ſi omne iteratum cãbium, recambium diceretur, nihil impediret quominus omnia cambia, recambia dicerẽtur, & eſſent; Mercatores enim omnes, ſiue Bancherij, ſiue non, qui ſuas pecunias tenẽt expoſitas in hoc mercimonij genere, ſemper, & perpetuò in hoc verſantur, vt diſſoluto priori cambio, nouum contrahant, & conſequenter illud ſemper iterant, ac geminant, non per hoc tamen dicuntur celebrare

semper recambia, sed sæpe sæpius, & vt plurimum cambia.

12 Supponendum secundo ex identitate personarum non oriri recambium, nec in esse recambij constituj, per dictam identitatẽ personarum, sicuti nec etiam per identitatem loci, eius scilicet, à quo processit cambium, vt necessario debeat esse illemet locus, ad quem dirigitur recambium. Data enim diuersitate locorum, & personarum, adhuc per seuerat notio, & denominatio recãbij. Quod probatur ex solemni illa stipulatione continuationis super cambiis, qua conceditur facultas creditori, æqualem summam cambio capiendi pro ferijs, eamque recãbiandi pro qualibet platea, & mundi parte, vel secum ipse, vel cum quibuslibet personis. Ex quibus, & aliis cõsimilibus, expresse colligitur, quid intelligant homines pro recambijs, ea scilicet, non obstante diuersitate locorum, ac personarum, inter quas celebrãtur, non desinere esse recambia.

13 Recambium igitur constituitur in esse recambij, quando eadem summa, quæ soluitur pro adimplemẽto, & perfectione cambij, deseruit etiam pro contrahendo secundo cãbio, quod recambium verè, & propriè dicitur. Probatur hoc ex communi omnium mercatorum praxi, & Theologorum, & Canonistarum doctrina, qui omnes intelligunt recam-

14 bia omnia ideò celebrari, quia debitor ex cãbio, cum non habeat, in loco destinatæ solutionis, modum alium satisfaciendi debito prædicto, id solum curat, vt alterius cambij ministerio, eidem debito satisfaciat, conuertendo scilicet illam eamdem summam, debitam pro exequutione cambij, in aliã causam recambij, scilicet debendam; (qua in re quomodo contingat duplex solutio, quam necessariam præfati sumus, hac eadem quæstione; non est huius loci) sufficit in proposito cognouisse: recambium in esse recambij constituj ex eo, quod quantitas, quæ erat conuenta in perfectione cambij, deducitur in celebratione secundi. Ex quo fit manifesta veritas conclusionis firmatę, de identitate materialiter (vt ità dicam) eiusdem summæ in vtroq; contractu; licet quoad formã, & munus, longè diuersa.

15 Diuersitas autem muneris satis patet ex præmissis, scilicet eamdem quantitatem venire in cambio, vti rem, & ad contractum cambij extrinsecè perficiendum, & eamdem in recambio, vti pretium ad illud contrahendum. Sed quæstio diuersitatis formæ altioris est indaginis, & non huius loci; quæremus infrà proximè. Retenta, pro, nunc, hac identitate (vt ità dicam) materiali, nõ obstãt ea, quæ in contrarium adducebam.

16 Nam ad primum respondetur, licet natura, ac destinatione præcedẽti præcedat, ac præcedere debeat perfectio prioris cãbij; nihil tamen impedit, quin ratione temporis, præcedere possit contractus secundi cambij, & sic recambium ipsum; prout de facto sẽper ferè præcedit, cum & in ferijs post sequutas acceptationes litterarum cambij, perficiẽdi scilicet per solutionẽ, tẽpore negotiationũ; Bancherij, via noui cambij, comparent eos scutos marcarũ, quibus vtantur ad perfectionẽ prædictã, & in plateis, nihil impedit eũ, ad quem tracta dirigitur, post illius acceptationem, solutione perficiẽdã, quærere in foro pecunias ministerio cambij, quibus vtatur in perficiendo priori. Ineficaciter igitur ex parte huius anterioritatis, & posterioritatis arguitur ad duplicitatem summæ; cum in plurimis factj speciebus (quicquid sit de destinatione) certè ratione temporis præcedere possit, & de facto præcedat recambiũ ipsam perfectionem cambij.

Ad confirmationem respondetur: scutos marcarum, qui comparantur a Bancherio in ferijs tẽpore negotiationum, vel sunt in cadẽsũma saltẽ materialiter, modo supra explicato cum ea, quam aquirens vigore, suæ acceptationis, soluere debebat pro perfectione prioris cambij, & tunc verè celebratur recambium cum quacunque tandem persona, & pro quouis loco, seu Platea illud celebret, nec huiusmodi recambium ponitur in bilancio. Si verò sunt in summa diuersa, & tunc non dicuntur recambia, sed sunt verè cambia, & ponuntur in bilancio, ex quo resultat totalis & absoluta solutio per viam compensationis, vt probauimus in quæstione penultima secundæ disputationis, quæ totalis, & absoluta solutio totaliter contradicit recambio, in quo contingit solutio quidem sed nõ totalis, vt infrà suo loco videbimus.

Et ex his, quæ proximè dixi, tollitur secundum argumentum. Nam, eius vi admissa, respondetur cõpensationẽ repugnare cambio, de quo institura est hæc disputatio, per eam enim funditus tollitur prior obli-

obligatio per confuſionem, & ex parte vtriuſque creditoris, & debitoris extinguitur omnis actio, tam actiua, quam paſsiua.

Et ſi vrgeas debitorem compenſantem quandoq; illum eſſe, ad quem tracta illa cuius occaſione eſt debitor non ſpectat ratione intereſſe, ſed ratione curæ, & ſollicitudinis, & propterea, etiam data compenſatione, funditus obligationem nõ tolli, ſed aliam oriri, contra illum ſcilicet, ad quem eadem tracta ſpectat, ratione intereſſe, vt probauimus in ſecunda diſput. quæſt. penultima.

Reſpondebo verum id quidem eſſe, ſed nihilominus illam obligationem ad illam quantitatem ex cambio omninò, & funditus extinctam per cõfuſionem; aliam verò ortam, vel mandati, vel negotiorum geſtorum; vnde ſi pro illius ſatisfactione ſic compenſans ſe, quider de ſuo credito, ex dicta noua obligatione reſultante, non dicitur recambiũ verè, & propriè celebrari, ſed ſimpliciter cãbium; cum, vt ſupra admonui, non quælibet cambij iteratio, ſeu duplicatio, vel geminatio, ſufficiat ad recambij notionem.

Et ex his proximè dictis patet reſponſio ad tertium. Nam quando ad eum, ad quem dirigitur tracta demandatur; vt de debito verſus mandantem contrahendo, occaſione cõplementi eiuſdem tractæ, ſe prouideat ab hac vel illa platea, ab illo, vel illo mercatore, tali caſu; non dicitur verè, & propriè demãdari recambium, nec id praxis admittit, ſed ſola mandatur prouiſio magis, vel minus limitata, prout placuit mandanti, cuius executio non fit per mandatarium miniſterio recambij verè, & propriè, ſed cambij, iuxta modum ſibi præſcriptum, vel ad libitum; quatenus eius arbitrio commiſſum ſit, vt vidimus hac eadem diſputatione quæſtione prima.

Ad quartum, & poſtremum reſpondetur: verè diuerſitatem inceſſe poſſe, & debere inter eamdem ſummam conſideratam, vti rem, in perfectione cambij, & vti pretium in celebratione recambij; idque cõuinci in caſibus nouationis, & delegationis: ſed hoc eſſe ratione formæ, quod admiſſimus in concluſione, non autem ratione materiæ, ſeu ſubiecti, quod negauimus. Quando verò, id verum ſit, examinandum eſt in quæſtione ſequenti.

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO IIII.

Quæ nam ſit identitas ſubiecti, & diuerſitas formæ illius ſummæ, qua perficitur cambium, & contrahitur recambium.

1 *Eadem quæ? & ſic idemitas, ex Ariſtot.*
2 *Diuerſa quæ ſint ex Ariſtotel.*
3 *Idem, ex Philoſophi ſententia eſt, ſi ratione, & numero ſit idem, & ſi prima ſubſtantia ratio vna ſit.*
4 *Diuerſitatem Philoſophi multipliciter conſiderare explicatur.*
5 *Quod habet eſſe in rerum natura, ſi conferatur cum alio, aut idem, aut aliud eſt.*
6 *Identitas apud I.C. quomodo conſideretur, & quomodo diuerſitas?*
7 *Nouare quid?*
8 *Delegare quid?*
9 *Solutionem ſubiecti in cambio, quo perficitur cambium, & contrahitur recambium eſſe eamdem quantitatem cum pecunia, quæ debebatur pro perficiendo cambio, & dari pro recambio, demonſtratur.*
10 *Diuerſitas formæ in recambio ſe tenet ex parte diuerſarum obligationum, ſeu Iurium, quibus debebatur eadem quantitas.*
11 *Eadem quantitas in recambio conſideratur non arithmeticè, ſed tamquam pretium eiuſdem, & exemplificatur.*
12 *Augumentum prouenions ab expenſis prouiſionis, gabellæ, & ceuſuariorum, non facit variare ſubiectum in recambio, & num. 14.*
13 *Cuiac. comendatur.*
15 *In delegatione diuerſitas ſubiecti intercedit.*
16 *In recambio etiam ex interuentu delegationis, nullam ſequi diuerſitatem ex ſubrogatione docet Auctor.*

17 *Idem dicitur ratione vtilitatis communis nõ obſtante delegatione.*
Et tu. 18. & 19. confirmatur.
20 *In recambijs immutatur forma obligationis eius, quod debebatur in primo pro perfectione primi. Et non obſtare motum primum Pij IV. demonſtratur.*

1 APpoſitè de prædictis quæri, & ad rem, de qua agimus accommodatè, facilè cognoſcet quicunque perpendet lõgè diuerſimodè prædicta accipi non ſolum inter Philoſophos (vt de Dialecticis, & Interpretibus noſtris taceam) ſed etiam inter ipſoſmet Iuriſconſultos Ariſtoteles quidem *lib. 5. Metaph. cap. 9.* de identitate loquens, eadem quædam dicit eſſe per accidens, quæ vniuerſaliter non dicuntur, vt Socrates maritus; quædam verò dicit eſſe eadem per ſe, quorum materia, aut ſpecie, aut numero vna ſunt; Vndè colligit identitatem, vnitatem quandam eſſentiæ eſſe, aut plurium, quando vt pluribus vtitur; videlicet quando dicimus ipſum ſibi idem eſſe, tunc enim veluti duobus vno vtimur.
2 Diuerſa verò ea dici teſtatur, quorum aut ſpecies pluries, aut materia, aut ratio ſubſtãtiæ eſt. Et hinc colligit diuerſa dici oppoſitè ad id, quod idem dicimus. Exactius eadem de re idem Auctor *Metaph. lib. 10. c. primo*, omiſſa identitate per accidens; docet quomodo idem, & diuerſum opponatur, tamquam vnum ſcilicet, & multitudo, & ſicuti vnius proprium eſt idem ſimile, & æquale; ità multitudinis diuerſum diſſimile, & inæ-
3 quale. Idem, quidem, eſſe dicit ſi ratione, & numero idem eſt; item ſi primæ ſubſtantiæ
4 ratio vna ſit. Diuerſum verò multipliciter dici, cum quodcumque habet eſſe in rerum
5 natura. ſi conferatur cum alio, aut idem, aut aliud ſit. Et tunc aliud dicitur, niſi ſit materia, & ratio vna, & ſubdit diſcrimen inter ea quæ differunt, & ea, quæ diuerſa ſunt; nam quæ differunt in aliquo conueniant neceſſe eſt, non autem ea, quæ ſunt diuerſa. Ex quibus liquidò conſtat quid nam apud Philoſophos idem ſit, quid diuerſum; quid differens.

Non eadem conſtantia apud Iuris Conſultos;
6 modò enim eamdem eſſe obligationem nõ obſtante additamẽto ſtipulationis tradit I. C. *in l. ſi ita §. cum pecuniam cum l. ſeq. ff. de nouat.* modò verò diuerſam breui interpoſito temporis interuallo, *l. ſi ſtichum ff. de nouat.* Quid plura? modo contraria à diuerſis determinat, *l. 3. ff. vt legat. non. can.* modò quæ diuerſa ſunt contraria dicit, *l. 3. §. verum ff. de reb. dub.*

Sed hæc inconſtantia detur varijs rerum figuris, quibus verba licentius obedire familiare eſt apud I. C. certè in vno, eodemq; propoſito exceptionis rei iudicatæ, compilatores Digeſtorum Iuliani, Vulpiani, & Pauli coniunctis ſententijs verbis quam pauciſſimis, *l. 12. 13. & 14. ff. de except. rei iud.* rem totam planiorem reddiderunt, vt infra.

„ *Cum quæritur hæc exceptio nocet, nec ne, in*
„ *ſpiciendum eſt an idem corpus ſit. Quanti-*
„ *tasque eadem, idemque ius. Et an eadem cau-*
„ *ſa petendi, & eadem conditio perſonarum,*
„ *qua niſi omnia concurrant alia res eſt.*

Ex quibus datur intelligi in effectu I. C. idem ſentire cum Philoſophis, ſeu ab iſtis illos hauiſſe, diuerſa in propoſito eſſe; quorum ratio nõ eſt eadem, licet idem ſubiectum ſit & quod rationis vocabulo appellat Philoſophus, iuris appellatione vocat I. C. Quod planius fit, & magis perſpicuum in propoſito de quo agimus cambiorum, in quo iam patet quantopere ſit in vſu nouatio, & delegatio. In quibus cum nouatio nihil aliud ſit, quam prioris debiti in aliam obligationem
7 translatio. *l. 1. ff. de nouat.* iam patet idẽ ſubiectum ſcilicet eiuſdem debiti ſub varia, & diuerſa obligatione, nouante ſcilicet, & no-
8 uata. Id ipſum in delegatione, cum delegare nihil aliud ſit, niſi vice ſua alium dare reũ creditori, vel cui creditor iuſſerit; eiuſdem ſcilicet quantitatis. *l. delegare ff. de nouat.*

Stat igitur concluſio Identitatem ſubiecti, quo
9 perficitur cambium, & contrahitur recambium, eſſe eamdem quantitatem pecuniæ, quæ debebatur pro perficiendo, & eamdem quæ datur pro contrahendo recambio. Di-
10 uerſitatem verò formæ ſe tenere ex parte diuerſarum obligationum, ſeu iutium, quibus debetur eadem quantitas in longè diuerſa obligatione deducta, quę identitas ſimul cum diuerſitate optimè interuenit in recambio miniſterio nouationis, & delegationis, cum nihil impediat debitorem tractę per ipſum acceptatæ, loco ſolutionis per numerationem pecuniæ, qua cambium perficitur, eamdem ſummam per nouum cambium ſibi imputare in cauſam pretij eiuſdem, &

ſic

ſic nouando eam recǽbiare, vel pari modo
alium debitorem ſoluturum eamdem ſummam
via cambij, volenti creditori dare, &
ſic recambiare fecum, vel cum alijs eamdem
quãtitatem, vno verbo, miniſterio nouatio-
nis, vel delegationis, eadem prorſus ſum-
ma cambium perficere, & recambium con-
trahere.

Obijcies non eſſe eamdem quantitatem in re-
cambio, quæ fuit in cambio, ſed maiorem,
auctam videlicet lucro, quod verè, & forma
liter reſultare ex recambio ſæpius admiſi-
mus. Ergo etiam in ſubiecto eſſe diuerſitatẽ
l. quantitas ſ. eadem ff. de except. rei iud.

Reſpondeo eamdem prorſus quantitatem eſſe
11 in recambio, quæ fuerat in cambio, ſi conſi-
deretur, prout conſideranda eſt, ſub illa for-
malitate, & munere, quo venit in recambio,
videlicet tamquam pretium eiuſdem, illi
namque ijdemmet ſcuti centum marcarum
qui pro perfectione cambij erant ſoluendi
in feria, illi prorſus veniunt in recambio
miniſterio, & opę nouationis cuius vi perfi-
citur prior contractus, & ſubſtantiatur ſecũ-
dus; Et per conſequens verificatur idẽ cor-
pus, eadem quantitatem in vtroque ſeruari,
& id quod dicitur de lucro, quo partita
augetur verum eſt facta comparatione in-
ter priorem quantitatem, quæ exponitur in
cambio, & illam, quę reſultat ex recambio.
ſed hæc tamquam omninò diuerſa ab illa
quantitate, qua perficitur cambium, & con-
trahitur recambium, vt vidimus ſupra hac
eadem diſputatione quæſtione ſecunda, nõ
poſſunt induere diuerſitatem aliquam in eo
de quo agitur.

Et ſic vrgeas ſaltem partitam, & ſummam prę-
dictam, debitam pro perfectione cambij, au
geri in recǽbio occaſione expenſarum, prou-
iſionis, gabellę, & cenſariarum.

Admitto tale augumentum; Sed non per hoc
variari idem ſubiectum, & idem corpus, cũ
12 hæc identitas non ità ſtrictè accipi debeat,
ſed cum aliqua latitudine, ita exigente vti-
litate contrahentium. Nec id eſt nouum,
quinimmò à I. C. ſpecialiter expreſſum in
propoſito identitatis. Paulus enim *in l. & an eadem ff. de except. rei iud.* habet hæc forma
lia verba.

„ *Idem corpus in hac exceptione non vtiq; om*
„ *ni priſtina qualitate, vel quantitate ſeruata,*
„ *nulla adiectione, diminutioneue facta, ſed*
„ *pinguius pro communi vtilitate accipitur.*

Erhanc adnotauit doctiſſimus Cuiacius *in lib.*
13 *7. Pauli ad edictum ad l. 12. & 14.* auctorita
te eiuſdem I. C. corpus in propoſito non eſ-
ſe ſubtilius accipiendum, ſed pinguiori
nitenda, vt etiamſi non ſit prorſus idem per ali-
quid additamentum, idem tamen eſſe intel-
ligatur.

Adde, etiam rigorosè loquendo, per additamẽ
14 tum prædictum non variari quantitatem,
prout recambij naturam præcisè ingreditur
& prout eſt neceſſarium ad ſubſtantiam re-
cambij, ſed vt quid extrinſecum, & per ac-
cidens, & per conſequens dictæ expenſæ
ſunt idem per accidens cum pretio recambij
ex eis; quæ ſupra ex Ariſtotele retuli; & per
conſequens eius ſubſtantiam non mutat,
ſed non obſtante dicto additamento, quod
ſæpè non adeſt permanere idem ſubiectum
ad recambium ſufficiens.

Obijcies ſecundo ſaltem in recambio, quod ſit
15 miniſterio delegationis diuerſitatem ſub-
iecti contingere, maximè ea ſententia re tẽ-
ta, quam probaui ſupra diſputatione ſecun-
da ad ſubſtantiam delegationis exigi, vt
nomen delegatum ſi debitor delegantis
Nam hoc caſu certum eſt, ſummam debitã
per delegatum, & qua contrahitur recam-
bium eſſe ſummam toto cælo diuerſam à ſũ
ma, quæ per delegantem debetur ob cam-
bij perfectionem, ergo deſtruitur manifeſtè
identitas ſubiecti, de qua in concluſione.

16 Reſpondetur verum eſſe a parte rei id quod
aſſeritur in contrario; Sed cum in caſu recã-
bij, quod contrahitur miniſterio delegatio-
nis, contrahentes volentes prudenteſq; loco
prioris ſummæ debitæ pro perficiendo cã-
bio, vtantur, & pro perfectione prædicta, &
pro contrahendo recambio, ſumma debita
per delegatum, videtur hanc loco illius ſub-
rogare, & ex conſequenti eiuſdem naturam
aſſumere iuxta vulgata iura, *l. ſi eum §. qui iniuriarum, & ibi Glos. & Bart. ff. ſi quis caution. l. prima §. hæc actio & ibi Bart. ff. ſi quis teſta. liber. iuſſ. eſſe fuer. l. 1. §. 1. vbi omnes C. de rei uxor. actio & paſſim alij Decian. reſp. 43. num. 15. cum ſeqq. vbi exẽpl. fiat*
17 *in pluribus*. Et magis in ſpecie identitatis
de qua agimus, ratione vtilitatis idem dici
corpus non obſtante ſubrogatione eſt ple-
num reſponſum I. C. *de quo in l. properabatur 26. ff. de Iudic.* vbi eumdem populum,
eandem legionem, eandem Natiũ dicit eſ-
ſe, licet nihil prioris populi, legionis, ſeu na-
uis ſuperſit, ſed per tacitam ſubrogationem
à parte rei in totum ſint immutata, & de

Identitate gregis, non obstante immutatione sunt textus *in l. si grege cum l. sequenti ff. de leg. 1.*

Et si vrgeas eadem prædicta dici, quia eadem forma perseuerat, licet materia sit verè immutata, vt docet Aristoteles *lib. 2. de generatione.*

Et vsuenit in quolibet homine & animali, quod semper idem dicitur non obstante dicta immutatione per partes, quæ cum paulatim, & sensim contingat, nunquam est verum dicere esse diuersum.

18 Quod non contingit in casu propositæ delegationis, cuius ministerio prior obligatio in totum tollitur, & noua in totum substituitur in quibus terminis non videtur posse consistere identitatem, nec rationem identitatis, eiusdem populi, legionis, nauis, & hominis, seu gregis.

19 Respondetur verũ pariter id esse, stricto modo loquendo, sed ratione vtilitatis pro eadẽ accipi debere. Melior, nisi hęc responsio desumi possit ex totidem planè verbis Pauli I. C. *in l. si seruitutes 19. §. si stillicidium ff. de seruit. urban. prædior. vbi inquit Si sub „latum sit aditicium, ex quo stillicidiũ cadit, „& in eadem specie, & qualitate reponatur, „vtilitas exigit, vt idem intelligatur, nam „alioquin, si quis strictè sua interpretetur, aliud „est quod sequenti loco ponitur.*

Meritò igitur & nos dicere potuimus, si strictius res accipiatur, aliud esse: summam debitam à delegato à summa debita per delegantem. sed ità exigente vtilitate contrahentium, quibus haud dubiè id expedit, pro eadem intelligi debere.

Obijcies tertiò contra secundam partem propositæ conclusionis: in recambio permanere non solum identitatem subiecti, sed etiam identitatem obligationis, qua eadem summa debetur. Patet hoc in recambijs, de quibus in Motu proprio Pij Quarti, etiam secũdum figurationem casus, de quo per Azorii ũ vt vidimus in Prologomenis ad hanc eamdem disputationem, ibi enim' causa obligationis, tam in primo, quam in secundo cambio, est semper eadem inter easdem personas, & licet in secundo adsit aliquod augumentum ex lucro priori, modo ibi explicito, (& permisso intra tolerabilem modum) ex dicto additamento non potest contingere aliqua diuersitas, nec etiam in subiecto ipso vt vidimus in prima obiectione. Ergo in recambijs remanet etiam eadem forma obligationis, prout etiam in *illis*, quæ fiunt prætia protestatione, nam siue fiat solutio post protestationem, siue non, siue à protestante, siue ab alio tertio, vt vidimus disputatione secunda quæst.... certe dator litterarũ remanet obligatus ex primo cambio, & ex vi eiusdemmet obligationis tenetur soluere summam debitam cum recambio: Ergo in recãbijs non variatur, nec immutatur forma obligationis, de qua in recambio.

20 Respondetur; verè semper, & perpetuò in recambijs immutari formam obligationis eius quod debebatur in primo pro perfectione cambij præcedentis. In casibus namque ex aduerso consideratis, licet satis affinibus recambio, verè recambium non contingere, & sic non officere conclusioni. Nam in terminis Motus proprij Pij Quarti etiam secundum figurationem casus per Azorium, nullum proponitur recambium; sed cum in loco destinatę solutionis debitor defecerit in solutari, scilicet in expedienda solutione debita ex cambio; bene, & ex iuris rigore poterat Romæ conueniri, *l. 1. ff. de eo quod cert. loc.* & quidem nõ solum ad soluendam summam debitam ex illo cambio, sed etiam ad interesse ob solutionem non factã dicto loco per actionẽ arbitrariam, de qua per I. C. *in l. nõ vtiq; §. munc de officio & in l. centum capue ff. de eo quod cert. loc.* & nos *alibi* plenius egimus. Vnde nõ mirum si summa illa prior augetur, & si iteratò fit Romę cambiũ prioris illius summæ, vna cum lucro; hoc verè non dicitur recambium, sed nouum cambium, in quo si omnia ritè, & rectè agantur, nec contrauentiatur dicto Motu proprio, nec decisis in eo, versamur in cambio simplici, nec verificantur requisita in recambio, cum ea non interueniant, ratione quorum mercatores intelligunt recambia celebrari, vt vsuenit in continuationibus, modo explicito in Prologomenis. Quod ipsum vsuenit in alijs allatis figuris, in quibus interuenit protestatio; nam tunc primum cambium non perficitur; vndè nil mirum si dator litterarum, & quilibet obligatus ex cambio illo perdurat eadẽ obligatione obstrictus, quæ perdurat non obstante solutione, (si solutio sequatur) eiusdem cambij, rationibus expositis supra disp. secunda, quæst.... Et propterea quando cogitur soluere idem primum cambium in loco datæ litterarum, vel vigore protestationis solius, cum interesse recambij; non per hoc dicitur soluere recambium,

bium, quod non fuit celebratum, ſed cambium cum intereſſe ob ſolutionem non factam, quod intereſſe eſt quidem intereſſe recambij, ſed non recambium ipſum, quæ in quantum differant vidimus in Prologomenis ad hanc diſputationem.

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO V.

An recambium contrahi poſſit in pecunia numerata.

1 *Recambium an contrahi poſsit in pecunia numerata? & nu. 23. & per tot.*
2 *Pecuniæ appellatione omnis omninò pecunia venit.*
3 *Immò veniunt omnes res tam ſoli, quam mobiles, & tam corporeæ, quam iuræ.*
4 *Lim. ſi dicatur pecunia numerata, quia ſoli nummi veniunt.*
5 *Recambium, quando cambium perficitur per compenſationem non celebratur.*
Intellige vt nu 30.
6 *Solutione pecuniæ debitæ, omnis tollitur obligatio.*
7 *Adiectus non liberat debitorem, niſi per naturalem extinctionem.*
8 *Diuerſitas obligationis reſpectu ſubiecti in recambio non poteſt aſsignari, ſi pecunia numerata interueniat.*
9 *Recambium in eſſe recambij conſtituitur, quãdo eadem ſumma, qua debebatur pro cambij perfectione, conuertitur in nouum cambium, & nu. 24.*
10 *Soluens non liberatur ſi ſtatim recuperet, & nu. 26. & 31.*
11 *Nummi non alienantur, qui ſic dantur, vt ſtatim reſtituantur.*
Intellige ſi pactum precedit nu. 12.
12 *Pecunia numerata deſtinata dicitur vſui publico hominum, vt neceſſarijs commutationibus proſpicere valeant.*
Intellige vt nu. 22.
13 *Text. in l. Caſtius ait 17. ff. de ſol. perpenditur.*
14 *Solutione pecuniæ alienæ liberatio non ſequitur, & nu. 20.*
15 *Lim. ex aquitate ſi bona fide recepta, & conſumpta ſit.*
16 *Solutione pecuniæ alienæ, dominium non trãſferatur.*
17 *Numeratio pecuniæ non obligat acceptantẽ, niſi id ipſum agatur, vt conſtitim obligetur.*
18 *Tex. in l. qui negocium 34. ff. mandati refertur, & perpenditur.*
19 *Mandans ſolui, videtur ſoluere.*
20 *Identitas ſubiecti in recambio conſiſtit in eadem prorſus quantitate, & genere pecuniæ, qua perficitur cambium, & contrahitur recambium.*
21 *Diuerſitas formæ in recambio, quod celebratur cum interuentu pecuniæ, ſe tenet ex diuerſitate dominij reſpectu eiuſdem quantitatis, & diuerſa cauſa, in quam fit numeratio.*
22 *Debitor tractæ non diſſoluit obligationem cũ pecunijs alienis.*
23 *Recambia facilius nouatione, quam numeratione celebrantur.*
24 *Numeratio præſumitur, quando in libro ſcribitur creditor ille, cui erat directa remiſſa.*

1 CONSTITO ex proxime præcedenti quæſtione ſubiectum, quo perficitur cambium, & contrahitur recambiũ, licet longè differat forma, & obligatione, idẽtificari tamen ratione ſubiecti, ſummæ videlicet, qua prædicta peraguntur; quæritur modo an prædicta procedant intercedente pecunia numerata.

2 Licet enim pecuniæ appellatione omnis omnino pecunia, vt loquitur Vulpianus, *l. pecunia 178. ff. de verb. ſign.* hoc eſt omnia corpora veniant, & vt generalius dixit Hermogenes, *l. pecuniæ nomine 222. ff. de verb. ſign.* omnes res tam ſoli, quam mobiles, & tam corporeæ, quam iuræ cõtinentur; quod à Philoſopho deſumpſerat tradente *Moral Nice. lib. 4. cap. 1.* pecunias omnia ea dicimus, quorum æſtimationem nummus metitur. Certum tamen eſt quod ſi proferatur idem verbum cum additione numeratæ reſtringitur ad nummos ipſos, *l. pecuniæ, & d. l. pecuniæ nomine ff. de verb. ſignif. l. 1. & ibi gl. & DD*

4

ff. de

ff.de condict. tritic. Quæritur modo in propoſito:an identitas ſubiecti,&diuerſitas for mæ,quæ interuenit in recambio, modo explicito in præcedenti quæſtione; procedat etiam interueniente pecunia numerata.

Difficultatem facit; quia ſicut recambium non poteſt conſiſtere in caſu, quando perficitur cambium per compenſationem, cum per eã omnis extinguatur obligatio,quę ex illo cõtractu prouenerat,vt probauimus ſupra hac eadẽ diſputatione quęſtione tertia, id multo magis videtur contingere,pecunia numerata interueniente,cum verè, & propriè, ac
6 naturaliter per numerationem pecuniæ debitæ omnis prorſus tollatur obligatio,*l. prout quiſque 80.ff.de ſolut. l.nihil tàm naturale 5.l. omnia 100.ff.de reg. iur.* vndè nil mirum ſi ſoluens liberatur etiam ſi ſoluiſſet nõ creditori,ſed adiecto ſolutioni,qui adiectus
7 alia via præterquam extinctione naturali nõ liberat debitorem,*l.quod ſtipulatus 10.ff.de ſolut. l. cui redè ff. eod.* Ergo videtur certũ pecuniæ numeratæ mniſterio recambium ſubſiſtere non poſſe.

Rurſus Forme illa diuerſitas;quam retento eodem ſubiecto , denotauimus in præcedenti quæſtione contingere in recambio, reſpectu diuerſarum obligationum;nullo pacto videtur aſsignabilis in ſubiecto eodem pecunię numeratę;cuius dato diuerſo munere , cum in cambio veniat.vt res.in recambio vt pretium,per ea , quę tradidimus diſputatione prima , quæſtione decima tertia , nulla per hoc eſt aſſignabilis diuerſitas formę,ſeu obligationis.cum tali caſu,facto ipſo,ſolutione ſcilicet vtrumque mutuo abſoluatur nulla penitus remanente obligatione , non ex cãbio,quia ſolutione eius,quod debetur , omnis tollitur obligatio , & plenè probauimus diſputatione ſecunda,quæſtione vltima; nõ ex recambio;quia pretio perſoluto,a d nihil aliud ſtipulator tenetur , adimplemento ex
8 parte ipſius ſequuto , vt probauimus ſupra diſputatione ſecunda , quæſtione decima ſexta.Ergo interueniente numeratione pecuniæ nulla poteſt aſsignari diuerſitas obligationis in recambio,reſpectu eiuſdem ſubiecti.

Tertio,quia recambium cõſtituitur in eſſe recambij , quando eadem ſumma,quæ debebatur pro cambij perfectione conuertiturin
9 nouum cambium , vt generaliter probauimus ſupra hac eadem diſputatione,quæſtione tertia,Quod ſi applicetur pecuniæ numeratę,idem eſt ac dicere:eamdem quãtitatem mc a te recipere,vt illico tibi eamdem tradã Sed huiuſmodi pecuniarũ receptio nullius eſt momenti tradente l.C. Vulpiano, *l. 55. ,,ff.de ſolut. qui ſic ſoluit vt recuperet non li,,beratur,quemadmodum non alienantur num ,,mi,qui ſic dantur,& recipiuntur.* Quæ traditio tunc maximè procedit , quando ille, qui reddit, tenetur reddere ex pacto , *per textum cum glo.ſin l.ſi quis duos ff. de ſolution.& notat Bart.d. l.qui ſic.* Cum igitur in caſu debitor ſoluat ex cambio numeratam pecuniam ea intentione,& pacto,vt recuperet denuo ex recambio , non videtur contigiſſe liberatio per dictam ſolutionem , & ſucceſſiuè prædicta non ſubſiſtere , ſed prætextu recambij mutuum interuenire , & ex eo vſuram.

Pro ſolutione quæſtionis : non minus ſubtiliter,quam verè conſiderandum eſt. Quod licet de pecunia numerata,tam per Philoſophos in Ethicis,& in Politicis,quam per Interpretes noſtros paſſim,& per integros tractatus plura,&quidem præclara tradita ſint & de pecuniæ vſu,pretio,& valore,& ſplendidiſſime inter alios, & ſupra omnes per do ctiſſimum Couar,*in lib.de veter.collat.num.* Nullus tamen (quem viderim) adhuc ſpecificè animaduertit per quod nam, vltimum, & potiſſimum conſtituatur pecunia numerata ad illud eſſe formale,quo dicitur deſtinata vſui publico hominum, vt neceſſarijs commutationibus proſpicere poſſit,vt teſtatur Fabianus de Monte *in tract.de empt. & vendit.quæſt.4. principali num. 10.* Nam ſi pecunia numerata,vt ſic conſiderata,& prout eſt menſura rerum omnium , ſufficienter reduceretur ad illud vltimum eſſe formale, quod vſui prædicto deſeruit , coarguendus eſſet Pomponius l.C.qui *in l.17.ff.de ſolut.* „ ſic tradit.*Caſsius ait ſi pecuniam alicui dedi* „ *vt eam creditori meo ſoluerets; ſi ſuo nomine* „ *dederit neutrum liberat:me , quia non meo* „ *nomine data ſit;illum quia alienam dederit.*

Sed tantũ abeſt,vt coargui debeat, quinimmò ex prædicto,& aliis l. Conſultorum reſponſijs , *l.ſi alteri 78.l.filiæ inteſtato 98. ff.de ſolut.l.ſi mandauero 22.§. ſi mandauerim l.Iulianus ait §. ſi is qui ff. eod. l. inter ſtipulantem 83.§.ſi quam rem ff. de verb. obligat.* receptiſſimum eſt,pecuniæ alienæ ſolutione liberationem non contingere , cum eæ non fiant recipientis , Quæ iuris diſpoſitio,licet eam ex æquitate limitationem habeat,

beat, vt tunc liberet ſoluentem beneficio ſaltem exceptionis, & recipientis pecuniæ fiant, quando ſcilicet vel bona fide fuere cõ ſumptæ, *d.l. Caſſius, l. ſi is cui 40. ff. de ſolut. l. non omnis 19. §. ſin. ff. ſi cert. petat.* vel ille, qui exegit reſtituere recuſat *d. l. ſi is cui. ff. de ſolut.* certa tamen eſt regula: per ſimplicẽ ſolutionem pecuniæ, niſi ea ſoluentis ſit, nec dominium transferri, nec liberationem cõtingere. Quinimmò etiamſi pecunia ipſius ſoluentis ſit, non omnis illius numeratio cũ qui accepit, obligat, ſed quoties idipſum agitur, vt confeſtim obligetur, vt totidem plane verbis tradit Iulianus *in l. non omnis 19. ff. ſi cert. pet.* ſubdens plures modos, quibus id contingat. Et demum quando ſolutio obliget valdè differunt modi, & formæ obligationis. Id quæ vnius Africani reſpõſo, *l. 34. ff mãdati* perſpicuũ fiet, in hęc verba tractãtis.

Qui negocium Lucij Titij procurabat, is cum à debitoribus eius pecuniam exigiſſet epiſtolã ad eum miſit, qua ſignificaret certam ſummã ex adminiſtratione apud ſe eſſe, eamque creditam ſibi ſe debiturum cum vſuris ſemiſſibus. Quæritum eſt: an ex ea cauſa credita pecunia peti poſſit, & an vſura peti poſſint? Reſpondi non eſſe creditam aliquin dicendũ ex omni contractũ nuda pactione pecuniam creditã fieri poſſe. Nec huic ſimile eſſe, quod ſi pecuniam apud te depoſitam conuenerit, vt creditam habeas, credita fiat, quia tunc nummi, qui mei erant tui fiunt. Item quod ſi à de bitore meo inſſero te accipere pecuniam credita fiat, id enim benignè receptũ eſt. His argumentũ eſſe cũ qui cum mutuam pecuniam dare vellet, argentum vendendum dediſſet; nihilo magis pecuniam creditam reſtè petiturum, & tamen pecuniam ex argento redactam periculo eius fore, qui accepiſſet argẽtum. In propoſito igitur dicendum, actione mandati obligatum fore Procuratorem, vt quamuis ipſius periculo nũmi fuerint, tamen vſuras, de quibus conuenerit præſtare debeat.

Non igitur pecunia numerata, vt ſic. licet optimæ formæ, & bonitatis, eſt formaliter in illo actu ſecundo (vt ſic dicam) ad quem omninò conſtituenda eſt, antequam deſeruiat commutationibus, & vſibus, ad quos eſt
20 deſtinata. Sed exigit præterea, vt ſit in dominio eius qui eam numerat, ſeu numerari
21 mandat, tradente Paulo, *l. 56. ff. de ſolut.* „ *Qui mandat ſolui, ipſe videtur ſoluere.*

Cui concordat Marcellus, *l. ſolutũ 40. ff. eod.* & per legitimos modos fiat, & ad effectus à iure approbatos, alioqui ei inutilis eſſet bo-
22 nitas tã intrinſeca, q̃ extrinſeca ipſi⁹ pecuniæ ſũ ſe, & à parte rei cõſideratę, nec vlla ratio ne deſeruire poſſet vlli⁹ ad quos ẽ deſtinata Quibus ſic præmiſſis. Ad propoſitam queſtio-
23 nem reſpondeo, recambium poſſe celebrari in pecunia numerata, retentâ idẽtitate ſubiecti, & diuerſitate formę de quibus in prędecenti quæſtione circa alia recambia, quæ ſeclusa pecunia numerata celebrantur, Idẽ-
24 titatem verò ſubiecti conſiſtere in eadem prorſus quantitate, & genere pecuniæ, qua
25 perficitur cambium, & contrahitur recambium. Diuerſitatem denique formæ ſe tenere ex diuerſitate dominij reſpectu eiuſdem quãtitatis cũ diuerſitate cauſę in q̃ fit numetio. Sicuti enim nihil impedit quin eamdẽ pecuniam, quam à meo debitore exegi in diſſolutionem debiti prædecedentis; eidem
26 eamdem tradam in continenti ex alia cauſa per textum ſingularem *in l. ſi quis duos hæmines 67. ff. de ſolut.* iterumque recipiam.

Non apparet qua ratione denegandum ſit ei, qui ad perfectionem cambii exigit centũ poſſe ſtatim eadem centum recambij nomine reddere ſoluenti, & imperrare litteras ad primum debitorem cambij; in quo verſantur tota notio recambij ſi enim, vt loquitur Marcellus in dicto textu. *Seruius ait eum, qui nummos à debitore ſuo acceperit, & liberare eum velit, poſſe ſæpius illos nummos accipiendo ab eo eique retrodando ac rurſus accipiendo id efficere: veluti ſi centũ debitorem, decem acceptis, liberare creditor velit, vt cum decem acceperit ei ratio reddat mox ab eo accipiat, ac nouiſſimè retineat.* Multo certius eſt, exactorem tractę poſſe ſummam exactam ſoluenti reddere ex recambio; impetratis litteris ad eumdem primum datorem litterarum cambij, & qui ex cambio, & principaliter remanſerat obligatus Quo caſu ſicuti certiſſimum eſt pecuniam illam, & ſic ſubiectum idem prorſus eſſe à parte rei, ęquè pariter indubitatum formas, quibus pecunia illa reducitur in actu ſecundo expendibilitatis, eſſe omninò diuerſas, nec vlla ratione identificari poſſe. Si enim
27 debitor tractæ diſſoluere vult contractam obligationem numeratione pecuniæ, nulla ratione id exequi poteſt pecunijs alienis, nec in aliam cauſam, per ſupradicta; Sicuti nec ex alienis pecunijs, nec in aliam cauſam contrahens nouum cõtractum per expreſſa iura, de quibus ſupra,

Ergo non minus conſtabit de identitate ſub iecti; quam de neceſſitate diuerſitatis formæ in iſtis recambijs,quæ in pecunia numerata contingeret.

Licet,vt verum fatear,hæc quæſtio ſi ad cõtingentiam factorum reſpiciamus,poteſt videri ſuperflua , nam ad quid perditio hæc,numerandi pecuniam ad perficiendum cambium; vt per eumdem eidem eadem reſtituatur,ad contrahendum recambium , cum abſq; tali circuitu,ſeu numeratione, & retro datione,miniſterio nouationis,facilius poſſit recambium celebrari;prout de facto paſſim celebratur Sed data veritate prædictorum,non tamen meritò quis arguet de ſuperfluitate hanc quæſtionem , ſi cogitabit meo conſilio rimari omnia penetralia huius contractus,vt eius ſubſtantia magis eluceſcat,& ſatis à ſuperfluitate venditabit ſermo ſubſequens , dum progreditur diſputatio ad ea,quę circa continuationes cambiorum tradiderunt ſcriptores. Non tamen negandum fieri poſſe , & de facto contingere in illis caſibus , in quibus tractæ diriguntur ad Bancherios,& qui habent pecunias ſolu-

19 tioni paratas,qui dum in libris banci ſcribũt creditorem illum,cui dirigitur remiſſa, ſatis probatur pecunia ei numerata fuiſſe , quam depoſiti nomine in banco habet,vt probauimus ſupra diſputatione ſecunda qnæſt..... Quo in caſu, ſi idem de eadem ſumma cum eodem Bancherio celebraret recambium,cuius tracta dirigeretur ad primum debitorẽ cambij,vtique tali caſu ſubiectum recambij non eſſet obligatio aliqua nouata , ſed ipſamet pecunia in banco exiſtens, & in his terminis verificari poteſt de facto hypotheſis noſtræ quæſtionis ex hoc etiam capite non ſuperfluæ,Quinimmò cum magna vtilitate trahi poteſt ad ea, quæ late diſputant Sacri Theologi an ſolutio cambiorum poſſit fieri de pecunijs creditoris,qua de re magna uis ſit ſuper tertio reſponſo Vibani Sanctiſſimi ad Arch. Gen. de quo latè in Prolegomenis huius tertiæ diſputationis.

Quibus ſic firmatis non obſtante ea , quæ in cõtrarium conſiderabam. Non primum deſũptum ex compenſatione,qua interueniente,

30 non poteſt conſiſtere recambium. Nã fateor æquè, & forte efficacius tolli obligationem numeratione pecuniæ, quam per compenſationem;Sed in hoc eſt diſcrimen ;quod ſolutio contingens per compenſationem nihil relinquit poſt ſe, quod poſsit eſſe ſubiectũ nouæ obligationis,ſed actiones tam actiuę, quam paſsiuæ omninò confunduntur , & tolluntur nihil pænitus remanente in contrahentibus , vt patet ex notiſſima natura compenſationis;Non ſic quando fit ſolutio numerationis miniſterio,nam ipſæ pecuniæ ſolutæ remanent pœnes exigentem. & nihil impedit,quin poſsint tamquam ſubiectum ſubſtineri nouæ obligationi.

Ad ſecundum reſpondetur ſatis conſtare de diuerſitate formæ per ea, quæ probauimus in concluſione.

31 Ad vltimum;non procedere,quando id,quod denuo recipitur,recipitur ex cauſa diuerſa; & quidem legitima ad transferendum dominium pecuniarum in retroaccipientem, vt in caſu noſtro, prout probatum ſuperius fuit.

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO VI.

An in recambio poſſit perſeuerare idem debitor , qui fuerat debitor cambij,& quomodo.

1 *In recambio an poſsit perſeuerare idem debitor,qui eſt debitor cambij.*
Nouatione cambium primum perficitur , & recambium celebratur ibid.

2 *Nouatio quid?*

3 *Debitor cambij idẽ eſt,qui eſt debitor recambij.*
Contrarium nu.4.vbi materia declaratur.

5 *In recambio duplex perſona interuenit,vt in cambio.*

6 *Formaliter tamen quattuor perſonæ in vtroque interueniunt,nam ad celebrandum,ſed ad perficiendum.*

7 *Intellige de perſonis verè,& propriè, quæ in fęriis celebrant.*

8 *Perſonæ celebrãtes recãbiũ debẽt eſſe diſtinctæ , ſaltẽ formaliter , & ratione muneris ab illis duobus,qui cambium celebrant.*

9 *De ſubſtantia cambij eſt diſtantia loci , in quem deſtinatur ſolutio.*

10 *In*

10 In celebratione recāby ille, ad quem spectat tracta quocumque spectationis genere per solutionem, quam facit, vel nouando, vel delegando, assumit partes promissoris, & debitoris, & nu. 11.

12 Debitor ex cambio semper est, & esse debet persona diuersa ab illa, ad quam spectat tracta eiusdem cambij, siue ratione interesse, siue ratione solius curæ, & sollicitudinis, siue vtriusque spectationis.

13 Ille, cui spectat tracta, quauis spectatione semper est ille, qui est debitor ex recambio.

14 Tracta ratione curæ, & sollicitudinis tribus tantum personis potest spectare.

15 Mandatum intercedit inter datorem litterarum cambij, & eum, ad quem tracta dirigitur.

16 Nemo potest mandare sibi ipsi.

17 Soluens tractam siue per nouationem, siue per delegationem, siue per numerationem quo modo, & qualiter obligetur ex recambio.

18 Debitor ex cambio quomodo liberetur ex recambio, siue attento recambio ab obligatione cambij, & à creditore, seu stipulatore eiusdem.

19 Debitorem ex cambio liberari quidem à cābio docetur, sed obligari ex mandato ad fauorem eius, ad quem direxit tractam latè hic explicatur, & nu. 20. vsq; in finem.

ABSOLVTA tractatione eorum, quæ pertinere videbantur ad rē in recambio deductā, superest inuestigarecā quæ personas respiciunt, in quibus versatur cardo difficultatis totius rei, de qua agimus,

Quotquot de recambio scripserunt siue Theologi, siue Iuristæ, omnesque illud exercentes intelligunt, sed potissimum illi, qui eiusdem sentiunt incommoda, & patrimonij iacturā cognoscunt, eumdem miserum debitorem cambijs, & recambijs grauari, nedum obligari erga eumdem prorsus creditorem, & hinc illæ quærelæ contra charitatem, & contra iustitiam eorum, qui huiusmodi mercimonij genus exercent, vt meritò videri posset de re indubitata hanc excitari quæstionem.

4 Sed magis in specie: nouationem de eadem summa perfici cambium, & celebrari recambium probauimus supra hac eadem tertia 2 disputatione, quæstione quarta, vbi, & sæpius alibi probauimus nouationem nil aliud esse præterquam antiquioris debiti in nouū debitum ex alia causa transfusionem, iam videtur manifestum; eumdem debitorem ex cambio antiquiori scilicet debito, ex recambio, noua videlicet causa, remanere obligatum ad fauorem eiusdem creditoris. Vnde cum cābium sit cōtractus nominatus, actionem sibi cognominem producens, vt probaui supra in disputatione prima, quæstione decima, recambium verò nihil aliud sit, nisi duplex cambium, vt vidimus supra hac eadē disputatione, quæstione secunda, a primo ad vltimum, concludendum videtur necessario in proposita quæstione eumdem debitorem & creditorem cambij, & quidem eadē actione ex cambio, quod nullam videtur posse admittere difficultatem, nec quæstionem.

4 Sed nedum quæstionem admittit; quinimmò impossibile prorsus est eumdem, qui fuerat debitor ex cambio fieri etiam debitorem ex 5 recambio, Quod vt probem. Primo supponendum est, in recambio celebrando duplicem tantum personam exigi, prout de cambio docuimus supra prima disputat. quæst. secunda, & quæstione decima quarta. Et sicuti ibidem diximus, non esse abijciendam illam communem loquutionem, quæ tradit in cambio quattuor exigi personas, saltem 6 formaliter distinctas, sed ita intelligendam; vt duæ reliquæ personæ interueniant, non ad celebrationem contractus cambij, sed ad eiusdem perfectionem curandam, quas appellauimus eum, ad quem dirigitur tracta, & eum, ad quem remissa, sicuti cambium celebrantes, stipulatorem, & promissorem appellauimus. Id ipsum prorsus necesse est, vt cōtingat in recambio ijsdem prorsus rationibus; vt ne dum duplex persona exigatur ad illud celebrandum, sed si vna cum celebratione perfectionem inuoluamus; exigi ominò quattuor personas, inter se saltem formaliter ratione muneris distinctas. Verū tamen est, quod cum ex præcognitione eorum, quæ contingunt, & contingere possunt in perfectione cambij, de quibus egimus in secunda disputatione per totum; satis cognosci possint ea, quæ pertinent ad perfectionē recambij; Et nihil noui quo ad hoc possit cōtingere in illa non præuisum; Ideo nec quæ tam disputationem de perfectione recambij instituī, nec de personis illud perficientibus mihi est futurus ex professo sermo;

vndè si quæstio aliqua circa perfectionem recambij emerserit, ex disputatione secunda petenda erit solutio. Verum enim verò nõ esse eamdem rationem circa duplicationem cãbij respectu cambij simplicis, & quæ hactenus diximus. & quæ inferius dicemus aperiunt. Sufficiat in proposito, dum agimus de personis contrahentibus recambium, intelligendum verè, & propriè de illis, qui illum contractũ celebrant siue in scrijs, siue in quacumque mundi parte, sed vt sermo accõmodetur ad ea, quæ frequentius accidunt; de illis recambijs, quæ celebrantur in scrijs cambiorum.

8 Supponẽdum secundo: has duas personas, quę celebrant recambium, esse debere distinctas saltem formaliter, & ratione muneris, ab illis duabus personis, quæ cambium celebrauerunt. Probauimus hoc disputatione prima quæstione secunda, & nona, & disputatione secunda, quæstione sexta, & septima, & alibi

9 sæpius. Cum enim de substantia contractus cambij sit distantia loci, in quem destinatur solutio, & exactio, quæ per soluẽtem, & exigentem expediuntur ab illis, quibus in loco destinato mandatur solutio, ministerio litterarum cambij, vt vidimus etiam disputatione secunda, quæstione tertia, quarta, & quinta; Iam patẽt cum mandantes, & mandatarij saltem munere distinguantur, diuersitarem intercedere inter celebrantes cambium, & illud perficientes; Vndè cum recambium celebretur in loco destinarę solutionis à perficientibus cambium, vt hactenus vidimus in hac tertia disputatione per totam, consequens est manifestum, id quod assumpsi in supposito, contrahentes recambium distingui saltem formaliter ab eis, quę cambium contraxerunt. Dixi saltem formaliter, quia cum in pluribus casibus possit spectare tracta, seu remissa ratione curæ, & sollicitudinis eidem personæ, cui spectat ratione interesse, vt probauimus supra disputatione secunda, quæstione sexta. Quod idem est ac dicere, eidem personæ, quæ contrahit cambiũ destinari etiam posse solutionem illius, quæ ad perfectionem contractus pertinet, quæ per consequens non est diuersa, à parte rei, à se ipsa, sed tantum ratione muneris, & sic formaliter, quæ cum in pluribus figuris possit contingere, vt ibi vidimus, & dictæ personæ absque dubio possint esse distinctę realiter, & à parte rei, non erat deneganda identitas earumdem in illis casibus, sed cum distinctione formali respectu muneris; vt cognoscere possimus quænam personæ celebrare possint recambium.

10 Supponendum tertio in celebratione recambij, quod ille, ad quem spectabat tracta cambij (quocumque tandem spectationis genere) sicuti debirum ex illa verè, & realiter solutę, siue in pecunia, siue per nouationem, seu delegationẽ modis superius explicatis, hac eadem disputatione, quæstione tertia, quarta, & quinta, it à verè, & realiter in recambio assumit partes promissoris, & euadit ex illo debitor. Sicuti è contra ille, ad quem spectabat remissa (quocumque spectationis genere) sicuti ministerio earumdem nouationis, delegationis, seu numerationis, verè, & realiter remissam dicitur exigere, ità ex recambio partes stipulatoris exercet; & ex illo creditor euadit, & sicut ille in eodem recã-

11 bio per litteras mandat solutionem faciendam in loco destinato; hic pariter mandat exactionem quibusnam tandem fiãt huiusmodi mandata. Probatur hoc supposĭtum ex eis, quæ habuimus in dictis tribus proximè præcedentibus quæstionibus, quæ hic repetere superfluum æquè, ac euidentissimum. Nam si debitor tractæ nouãdo, loco numerationis ex alia causa obligatur, vel delegãdo alium debitorem in sui locum substituit, vel mandando iubeat ex alia causa recepturus; certè prædicta nec coniungere, nec concipi intellectu possunt, absque eo quod idẽ promissoris partes exerceat, & remaneat debitor. Sicuti è conuerso creditor remissæ, quin prædictis executis, persona stipulatoris non assumat, & euadat creditor. Et ex ijsdem principijs insurgit, & hunc mandare in locum destinatæ solutionis exactionem, illum verò solutionem per litteras.

His positis, probo cõclusionem superius firma-

12 tam sic. Debitor ex cambio semper est, ac esse debet persona diuersa ab ea, ad quam spectat tracta eiusdem cambij, siue dicta spectatio sit ratione interesse, siue solius curæ, & solicitudinis, siue vtriusque spectatio-

13 nis. Sed ille, cui spectat tracta, siue ratione curæ, & solicitudinis, siue ratione interesse, siue vtriusque, semper est ille, qui est debitor ex recambio; Ergo debitor ex recambio semper erit diuersa persona à persona debitoris ex cambio; Ergo certa conclusio.

Maioris propositionis probatio desumẽda est ex eis, quæ tradidimus supra disputatione secunda, quæstione sexta, vbi post doctrinã

de

de duplici ſpectatione probaui; quod licet tracta, & remiſſa ratione intereſſe poſſit ſpectare omnibus illis quinque perſonarum
14 generibus; datori ſcilicet litterarum, ſtipulatori; ei, cui dirigitur tracta; ei, cui dirigitur remiſſa; & cuilibet tertio; ratione tamen curæ, & ſolicitudinis ſpectare non poſſe, niſi tribus; ſtipulatori ſcilicet, & ei, cui dirigitur tracta, & ei, cui remiſſa, nihilque impedire poſſit, quin hę diuerſę ſpectationes concurrere poſſint in eadem prorſus perſona, in plerisque, non autem omnibus, & in ſpecie datore litterarum, & ſic debitore ex cambio; cui per neceſſarium antecedens tracta ſpectat ratione intereſſe, ad quem non poteſt eadem tracta ſpectare ratione curæ, & ſolicitudinis. idq; ex ea euidentiſſima ratione,
Quia cum inter datorem litterarum, & eum
15 ad quem tracta dirigitur, mandatum neceſſariò intercedat, nemo autem poſſit mandare
16 ſibi ipſi, vt ibi probauimus, neceſſariò reſultat hæc impoſſibilitas idēritatis perſonarum, & ex conſequenti omnino eſt neceſſaria diuerſitas. quam aſumpſi in hac maiori propoſitione,
Minorem probo ex eis, quæ poſui ſupra in tertio ſuppoſito, nam ſi ille, ad quem ſpectat tracta; & per conſequens ad illius ſolutionē
17 tenetur; & dum ſoluit ſiue per nouationem, ſiue per delegationem, ſiue numerationem; non ità ſoluit, quin ſimul, & ſemel iterum obligetur in nouatione per aliam obligationē, diuerſam quidem à prima, ſed eiuſdem ſūmæ; in delegatione per aliam quidem obligationem, & aliam ſummam, quę tamen ſūma locum primæ vi ſubrogationis aſsumit; in numeratione per aliam retroacceptionē ex alia cauſa; iam conſtat neceſsitas huius ſecundæ propoſitionis: illum ſcilicet, ad quē ſpectat tracta quocumque tandem ſpectationis genere, eſſe debitorem ex recambio; quod ſi verum eſt, prout veriſſimum, & impoſsibile prorſus eſt eumdem potuiſſe eſſe debitorem ex recambio, conſequentia eſt neceſsaria debitorem ex cambio, & debitorem ex recābio debere eſse inter ſe diſtinctos, & diuerſos.
18 Dices ergo debitor ex cambio, qui in cauſam prædictam pecuniam recepit in loco celebrati contractus, liberabitur ex recambio abſque eo quod quidpiam ſoluat, vel reſtituat. Sequela probatur. Nam ſi in recambio contingit, & per ſecūtio prioris cambij, quod in liberatione conſiſtit; & noua obligatio ex nouo contractu, qua tamen obligari non poteſt debitor cambij; cōſequens eſt manifeſtum, cum liberari abſq; eo quod aliquā faciat ſolutionem,
Concedo totum, ſed nō per hoc fit; cambij debitorem in totum liberari; immò conſtat remanere efficaciter obligatum ad fauorem eius, qui ex mandato ipſius cambium perficiendo, tractam, compleuit, & ex recambio ſe obligauit ad fauorem eius, cui ſpectat remiſſa; & quidem efficaciſsime actione mandati contraria, *l. ſi mandato nuco 45. cum toto*
19 *titulo ff. mandat.* Liberatur igitur ab obligatione ex cambio, & a creditore, ſeu ſtipulatore eiuſdem, ſed obligatur ex mandato ad fauorem eius, ad quem direxit tractam, & qui, tractam illam acceptando, in primis ſe obligauit ex conſtituta pecunia ad fauorem eius, cui erat directa remiſſa; vt probauimus ſupra diſputatione ſecunda, quæſt. .... & deinde ſoluendo via recambij, modo explicito præcedentibus quæſtionibus, ſequutus fidem, & mandatum debitoris cambij, illum habet obligatum actione mandati contraria. Et hinc fit, & completur mirabilis ille & vtilitatis plenus circulus. Quia cum ille, qui ex dicto recambio ſoluit debitum ex cābio, conſequatur, vt habeat debitorem illum qui erat debitor ex cambio; dum pro adimplemento, & perfectione dicti recambij; de debito ex illo reſultante facit tractam; qui fuerat debitor ex cambio, ſequuta acceptatione, & ſolutione tractæ dicti recambij per eumdem; ad quem fuit directa, non ſolum perficitur dictum recambium, ſed contingit liberatio debitoris cambij, ab ea obligatione, quam ex mandato contraxerat ad fauorem eius; qui ex adimplemento tractæ cambij illius fidem ſequutus fuerat. Vndè ſi iſte, cui dirigitur tracta recambij, ſit illemet, qui, debitor ex cambio, fecit de illo tractam; dum recambium perficit; ſi dictam perfectionem exequatur non ſolutione pecunię, de qua in recambio, ſed miniſterio noui cābij per nouationem, ſeu delegationem, vel retroacceptionem eiuſdem quantitatis pecuniarum ex alia cauſa, modo, quo diximus celebrari recambia, tali caſu dicetur iterum recambiare, & ſic ſucceſsiuè ita vt iſte circulus ſemper redeat ad primum debitorem cambij, modo prædicto, vſquedum, vel ipſe, eius nomine cum effectu. & in pecunia numerata, vel aliter ſoluat debitum cum acceſſionibus omnibus, quæ in dictis recambijs

conſti-

contingunt. Et licet semper dum cambium contrahitur, dum perficitur, dum recambiatur, dum tracta recambij, seu cambij dirigitur, vel acceptatur, & perpetuò verum sit: debitorem ex cambio remanere debitorem, aduertendum est, idnon esse verum actione ex cambio: sed quandoque actione mandati contraria, puta quando completur tracta cambij, quandoque etiam ex constituta pecunia aduersus eum, qui acceptat tractam recambij: sed actione ex recãbio, tunc quãdo ipse dat litteras cambij, seu recambij; in probationem, & executionem contractus cambij seu recambij, per ipsummet celebrati, vt explicuimus supra disputatione secunda, quæstione tertia; quãti vero sit faciendæ hæc diuersitas obligationis; quæ non minus in se certa est, quam omnibus, qui hactenus de hac re egerunt vel incomperta, vel negleta; Patet non solum ex vi dictarum actionum, inter se longe diuersarum, & ex diuersitate personarum, quæ in hoc circulo liberantur, & obstringuntur respectiuè inter se (cum si ille, qui fuit debitor cambij, & cui dirigitur tracta recambij dictam tractam non acceptat, vel acceptatam non soluit, creditor ex cambio, & qui illi exhursauit pecuniam, nullam contra eum amplius habet actionẽ solutione attenta, quæ contingit in recambio) sed etiam ad dignoscendum an verè, & realiter contingant perfectiones cambiorũ, celebrationes recambiorum, cum interuẽtu omnium requisitorum, quæ ad dictam perfectionem, & nouam contractus celebrationem necessaria sunt, & ex quorum defectu ista recambia essent mera figmenta; & in mutuum cum vsura resoluerentur, vt clarius patebit ex infra dicendis.

20 Et ex his, sic confirmatis: patet solutio ad ea, quæ primo loco ad excitandam difficultatẽ ex communi Theologorum, Iuristarum, & Mercatorum sententia considerabam. Admitto namque debitorem ex cambio remanere debitorem non obstante recambio; nõ autem ex cambio, cum facta proponatur solutio; nec ex recambio, cum illud non contrahatur; sed ex mãdato, quod dederat in executionem, & pro perfectione cãbij, & quod fuerat exequutum per eum, ad quem tractã direxerat. Concessio autẽ negatiua per nos firmata respicit propositam quæstionem in terminis præcisæ obligationis ex cambio, & ex recambio; cui non officit obligatio, quæ oritur ex alia causa.

Ad secundum respondetur verè de eadem sũma contrahi recambium, ex qua contingit perfectio cambij; sed non eadem quinimmò longè diuersa forma, & obligatione, vt probauimus eadem quæstione quarta huiusmet disputationis, Et hæc formæ diuersitas repugnat expresè, quod idem debitor ex cãbio; perfecerit debitor ex recambio cum ad longè diuersa munera, & inter personas inter se diuersas eadẽ sũma deducatur, put plenè deduximus in cõclusione, & illius probatione. Quinimmò, cum in recambio adsit repugnãtia formę, sub qua contrahitur cum ea, quaperficitur cambiũ, valida indè potest desumi cõfirmatio adconclusionẽ firmatam, quam negatiuè supra probauimus.

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO VII.

An perfici possit cambium, & contrahi recambium sine obligatione eius, cui dirigitur tracta, seu remissa.

1 *Cambium an possit perfici, & contrahi recãbium sine obligatione eius, cui dirigitur tracta, seu remissa? & nu. 12.*

2 *Perfectio cambij in solutione consistit, vide tamen nu. 16.*

3 *Solutio ordinata est ad liberationem, non ad obligationem.*

4 *Ille, cui dirigitur remissa si loco exactionis recambium stipuletur non obligatur, sed obligationem acquirit.*

5 *Ex recambio obligatio oritur si non ex parte stipulatoris, saltem ex parte promissoris, ad quem spectabat tracta quatenus tracta dirigatur ad personam tertiam.*

6 *Tracta cambij sæpenumero dirigitur Procuratori ipsiusmet debitoris per verba[al mio di fera, vel mio P. di fera.]*

7 *Factum Procuratoris ad Dominum refertur & constituens obligari dicitur.*

§ Pro-

8 Procurator contrahens de re, & ſuper re Domini, in eumdem tranſfert actiones tam actiuas, quam paſſiuas abſque ceſſione.

9 Maxime attenta abſentia Procuratoris, vide tamen nu. 39. & 43.

10 Recambium ſi celebretur nuncio, vel epiſtola eorum, qui cambium contraxerunt inter ipſos ſolos diceretur recambium celebrari, & nullus ex eis, ad quem dirigitur tracta ſine remiſſa cambij obligatur, ſed vide nu. 12. & 47.

11 Debitor ex cambio perſeuerat debitor non obſtantibus recambijs quantumuis reiteratis, & proinde nullus obligatur ex eis, cui dirigitur tracta, ſeu remiſſa cambij, contrarium num. 12. & 48.

13 Recambium non poteſt celebrari abſque obligatione actiua, & paſſiua illorum, ad quos ſpectabat tracta, & remiſſa cambij quocũque ſpectationis genere.

14 Recambium eſt duplicatio, ſeu iteratio cambij permanẽte per eodem ſubiecto, ſeu ſumma, ſed forma diuerſa.

15 Recambium cum habeat ſubſtantialia cambij debet eſſe vltro citroque obligatorium, & proinde cum expediatur, & celebretur per eos, ad quos dirigitur tracta, & remiſſa, impoſsibile eſt expediri, & celebrari poſſe ſine eorum obligatione, & 41.

16 Nouatio, Delegatio, Retroacceptio nõ poſſunt fieri abſque obligatione nouantis, delegati & retro accipientis.

17 Perfectio cambij, qua in recambio contingit non conſiſtit in ſolutione præciſè ſumpta, qua precedentem obligationem tollit, ſed in ſolutione, qua eſt vnita inſeparabiliter cum noua obligatione, qua in ipſa ſolutione ſuſcipitur.

18 Is, ad quem ſpectat tracta ſola cura, & ſollicitudine, Iure obligatur, & de ratione.

19 Verborum, al mio di ſera, vel al mio P. di ſera, vis, & efficacia recenſetur, & quomodo prater vel vltrà iuris diſpoſitionem ſint hac docetur, & 32.

20 Prator ob promiſcuam vtilitatem plura introduxit per adictã, que ſtricto iuri repugnant.

21 Actio inſtitoria ex æquitate inducta tũc oritur, & ſeu ſit quando quis præponitur à Domino certa negotiationi queſtus quærẽdi cauſa,

22 Ex contractu inſtitoris datur actio Domino & contra Dominum.

23 Non refert an Inſtitor ſit maſculus, vel famina, liber, vel ſeruus, ſuus, vel alienus.

24 Filius familias poteſt eſſe inſtitor.

25 Vnus, & idem Dominus poteſt præponere vnũ eumdemque Inſtitorem duobus, & inter ſe longè diuerſis negociationibus.

26 Eadẽ perſona poteſt eſſe debitor, & creditor ſui ipſius reſpectu diuerſe negociationis.

27 Textus in l. habebat 13. ff. de Inſtitor. ponderatur.

28 Æquitas, que induxit Pretorem ad introducenda exorbitantia à iure quibus ratio nibus firmetur.

29 In concurſu creditorum ex diuerſis negotiationibus melior eſt conditio creditoris illius negociationis, ex qua extent bona ſufficientia ad ſatisfaciendum creditoribus ciuſdem, & 31.

30 Statutum Genue de ſocietate §. creditores lib. 4. cap. 12. conforme eſſe diſpoſitioni Iuris docetur.

31 Contrahens cũ Inſtitore merci nõ minus, quã perſona credere dicitur.

32 Actio inſtitoria eſt Pretoria, ſeu quadam actionis adiectio.

34 Perſona, ad quam ſit tracta, ſi ſit, al mio di ſera, cenſetur Inſtitor ſcribentis præpoſitus negotiationi in feria.

35 Inſtitor verè, & propriè eſt qui complementã dat pro negociatione.

36 Complementum dare idem eſt, ac nomen ſubſcribendi, & obligandi ſocios habere.

37 Inſtitor, & procurator differunt, & qualiter explicatur, & 44.

38 Inſtitor ſimul Inſtitoria ad aliud nõ tenetur præterquam ad docendum ſe fuiſſe Inſtitorem.

39 Procurator regulariter cum legitimo mandato, & nomine Domini contrahens non quærit actiones Domino abſque ceſſione.

40 Procurator, ſi Dominus ſoluendo non ſit, liberatur, actionem mandati contrariã erga Dominum ſibi competentem creditoris præſtando.

41 Inſtitor acquirit Domino abſq; ceſſione diſtinguendo, vt nu. 43.

42 Textus in l. 1. ff. de Inſtitor ponderatur.

45 Tracta ſi dirigitur Procuratori conſtitutis is debet eſſe neceſſario Bancherius, & perſona à conſtituente lõge diuerſa, qua promiſsiones, & obligationes in perſona propria concipiat vt valide contrahat.

46 Procurator ſi ſimpliciter nomine Domini cõtrahat, & ipſi ſtipuletur, nihil agit, cum nec ſibi, nec Domino acquirat.

QVO

1 VO ad perfectionem cambij attinet, videtur certum id fieri poſſe abſq; obligatione eius
2 ad quem tracta dirigitur. Cum enim perfectio prædicta, vt ſæpius diximus, in ſolutione
3 conſiſtat; ſolutio autem potius ordinetur de iure ad liberationem *toto tit. de ſolutionibus* quam ad obligationem, ſicuti ſoluendo quis non obligatur, ità nec cambium perficiendo
4 obligari dicēdum eſt. Quod ipſum reſpectu contractus recambij dicendum videtur, quā doquidem ille, cui dirigitur remiſſa, ſi loco exactionis recambium ſtipuletur, tantum abeſt, vt obligetur, quin acquirat obligationem, vt ex ipſis terminis apparet, & probauimus diſputatione prima, quæſtione ſecūda. Ergo nec ex recambio obligatio reſultabit.

5 Quod ſi dicas ſaltem ex recambio obligationē oriri, ſi nō ex parte ſtipulatoris, eius ſcilicet, cui ſpectabat remiſſa, ſaltem ex parte promiſſoris dicti recambij, eius ſcilicet, ad quē ſpectat tracta, & id quidem, ſiue ſolutionem faciat mediante pecunia retroaccepta, vel miniſterio nouationis ſeu delegationis, vt eadem diſputatione, quæſtione tertia, & quarta; cum ſemper is ex recambio obligetur, & pro illius executione, & perfectione litteras det.

Reſpondeo ipſe videtur, id vtique verum eſſe quatenus is ad quem tracta dirigitur, ſit omninò perſona tertia, ſed in caſibus frequentiſſimis in recambio, quando ſcilicet tracta cambij dirigitur Procuratori ipſius met debitoris eiuſdem cambij, vel ipſimet debitori; illis quaſi ex formulæ verbis, *Al , mio dì ſera, al mio P. dì ſera* Tunc certè cū factum Procuratoris ad Dominum referatur, *l. ſtipulatio § fin. ff. de oper. non. nunc. l. 2. ff. ne tus fiat ei. l. qui proprio §. Procurator, vt in cæteris ff. de Procur. l. videamus §. curatores verſ. ſi tamen ff de in lit. iur. l. pen. ff. ſi quis cau.* ipſemet Dominus conſtituens ob-
8 ligari dicitur. Quinimò cum tali caſu Procurator contrahat de re, & ſuper re Domini ſcilicet ſuper obligatione per eum ſuſcepta ex cambio; in eumdem transferat actiones tam actiuas, quam paſſiuas abſq; ceſſione *l. quod Procurator ff. de Procur. & ibi Bart. & DD.* quod etiam generalius vi-

9 detur procedere attēta abſentia ipſius Procuratoris, qua attenta, actiones transferuntur à Procuratore in Dominum abſque ceſſione *poſt Glos. Bart. in l. poſſeſſor. §. & ſi & ibi Alex. n. 4. ff. de acquir. poſſeſſ. Caſtr d. l. quod Procurator. ff. de Procur. Iatè Alcıat. l. ſtipulatio iſta §. ſi quis inſulam. nu. primo & 2. ff. de verb. oblig. & facunt iura l. prima C. de actio. & oblig. l. ſancimus §. fin. C. ad Trebell.* Et per conſequens: ſaltem, tali caſu, præter perſonam, quæ iam erat obligata ex cambio; nulla alia ex recambio obligabitur.

Secundo: miniſterio nuntij, ſeu Epiſtolæ, loco perſonarum, cambium celebrari poſſe, probauimus diſputatione prima, & quidem de epiſtola in quæſtione decima quinta, de nuntio in decima ſexta. Ergo etiam recambium, cum ſit eiuſdem naturæ ac ſubitantię cum cambio, vt in quæſtione ſecunda hac eadem diſputatione. Sed ſic eſt, quod ſi
10 contingeret recambium celebrari nuncio, vel epiſtola eorum, qui cambium contraxerunt; inter ipſos ſolos dicetur tali caſu recambium celebrari; ipſoſque ſolos ex recābio obligari. ergo tali caſu nullus ex eis, ad quem dirigitur tracta, ſeu remiſſa cambij Quod ſi dicas ſuppleri quidem defectum perſonæ alterius cōtrahentis cambium nūtio, vel epiſtola, non autem vtriuſque, vt in iiſdem quæſtionibus diſputauimus. Et propterea cum ſit neceſſarium ſaltem alterum ex contrahentibus cambium interuenire debere in celebratione contractus perſonaliter, vel per Procuratorem, vt in eo ſaltem fieri debeat vnio, conſenſus, & tradicatio, vt ibi vidimus.

Reſponderi poſſe videtur (retēta illa eadē doctrina) Quod ſi daremus nuntium, vel epiſtolam expediri per eum, ad quem ſpectat tracta cambij; & qui per conſequens eſt factus debitor ex recambio, verum ſaltem erit dicere, tali caſu, contrahi recambium abſque vlla obligatione paſſiua eorum, ad quos dirigitur tracta, ſeu remiſſa cambij.

Tertio ſumma eadem pecuniarum, quæ fuit in cambio deducta, deducitur eriam in recambio, vt probauimus ſupra hac eadem
11 diſputatione, quæſtione tertia; & qui ſemel fuit debitor ex cambio dictæ ſummæ; ſemper perſeuerat debitor eiuſdem, non obſtantibus recambijs quantumuis reiteratis; vt omnes intelligunt, qui de recambio ſcripſerunt, & vſus docet; Ergo in recambio

bio nullus obligabitur ex eis , cui dirigitur tracta,ſeu remiſſa cãbij perſeuerãte nimirũ eodẽ debitore,qui primo cambiũ contraxit

Dicẽdũ eſt:impoſſibile omninò eſſe recãbium
12 celebrari abſq; obligatione actiua,& paſſiua reſpectiuè eorũ,ad quos ſpectabat tracta,& remiſſa cãbij quocũq; tãdẽ ſpectationis genere. Probatur cõcluſio. Quia recãbiũ nihil
13 aliud eſt in ſubſtãtia,niſi duplicatio , ſeu iteratio cãbij ſuper eodẽ ſubiecto , ſeu ſumma; ſed forma diuerſa,vt probauimus ſupra hac eadẽ diſp. quæſt quarta ; Cum ergo habeat ſubſtãtialia cãbij debet eſſe vltro citroq; ob-
14 ligatorium , vt probauimus diſp. prima , quæſtione vndecima. Et cum expediatur, & celebretur per eos,ad quos dirigitur tracta , & remiſſa, impoſſibile omninò eſt expediri, & celebrari per eos,quin & ipſi ex eo obligentur.

Confirmatur concluſio. Quandoquidem nouatio,delegatio,retroacceptio fieri nullo modo
15 poteſt abſq; obligatione nouantis,delegati, & retroaccipientis,vt in confeſſo eſt,& probauimus diſp. ſecunda,quæſt. octaua . Sed ſic eſt,quod cãbiũ perficitur,& recãbiũ contrahitur,miniſteri ionouationis,delegationis & retroacceptionis per eos, ad quos dirigitur tracta,& remiſſa cãbij, vt vidimus ſupra hac eadem diſp. quatertia,quarta, & quinta. Ergo impoſſibile eſt prædicta contingere abſque obligatione actiua, & paſſiua prædictorum.

Supereſt modo explicare ea, quæ in contrariũ adduximus ex quibus colligẽdus eſt fructus præſentis quæſtionis,& apparebit quam de facili ex inaduertẽtia Iuris in hoc argumen
16 to cambiorum deuiari poſſit a recto.

Ad primum reſpondetur veriſſimum eſſe id, quod aſſumitur perfectionem cambij in ſolutione conſiſtere,ſolutionem autem , vt ſo-
16 lutio eſt,per ſe conſideratam ordinari ad liberationem. Sed aduertendum eſſe perfe-
17 ctionem cambij,quæ in recambio contingit non conſiſtere in ſolutione præcisè ſumpta, quæ præcedentem obligationem in totum tollit;ſed in illa ſolutione , quæ eſt vnita inſeparabiliter cum noua obligatione , quæ in ipſamet ſolutione ſuſcipitur , ſeu verius eſt ipſa cauſa effectiua ſolutionis . Dum enim quis vt perficiat cambium notat , vel delegat,vel ita numerat , vt retroaccipiat ; licet verè ſoluere dicatur, effectus dictæ ſolutionis oritur ex noua obligatione . Et per conſequens impoſſibile omninò eſt , vt ſoluat quin obligetur, ſeu(quod idem eſt) vt perficiat cãbium , quin ex recambio obligetur.

Diçes iniuſtum eſſe eum obligari,& ſine cauſa ad quem ſpectat tracta ſola cura,& ſolicitudine,præſertim cum in recambio non deficiat debitor primus cambij .

Quinimmò iuſtiſsima , & validiſsima ex cauſa
18 obligatur,etiam ſi tracta ad eum ſpectet ſola cura,& ſolicitudine:Nam memoria recolendum eſt:eum , ad quem tracta dirigitur, licet ad eum non ſpectet niſi cura , & ſolicitudine, poſt tractæ acceptationem efficaciter obligari,& quidem validiſsimo obligationis genere, ex conſtituta pecunia,vt probauimus diſputatione ſecunda, quæſt.....

Vndè cum obligationes ſuſcipere ab initio ſit voluntatis,ſuſceptas verò,& ex poſtfacto adimplere neceſſitatis , *vulgata l. ſicut de actio.& oblig.& ibi gl.dat concor.* iuſtiſsimè & ex legitima cauſa præcedente obligabitur ex recambio , vt obligationem ex acceptatione contractam diſſoluat . Et eo iuſtior erit ipſius obligatio ex recambio , quo certius eſt;per cambij perfectionem,& ſolutionem,quæ in eodem recambio contingit , liberari debitorem ex cambio , qui ſi debitor perdurat, talis non eſt reſpectu cambij ad perfectionem deducti per ſolutionem , ſed vi ſui mandati exequuti , & ſucceſsiuè talis non eſt ad fauorem ſtipulatoris cambij , ſed ad fauorem ipſiuſmet tractam acceptantis, & ſoluentis recambij miniſterio, vt explicatum eſt ſupra in quæſtione proximè præcedenti ad finem.

Nec reſiſtunt ea,quę ad confirmationem eiuſdem prioris argumenti deducuntur . Nam admiſſo alterum tantum ex contrahentibus recambiũ,paſsiuè obligari , alterũ verò actiuè obligationẽ acquirere.vt eſt ſemper neceſſe in omni cõtractu vltro citroque obligatorio,vt alibi vidimus.Dicimus ſemper, & perpetuo verum eſse in celebratione recambij cum,ad quem ſpectabat tracta cambij efficaciter obligari;qui cum ſemper eſse debeat perſona diuerſa ab ea, quæ eſt debitor cambij , & in eius executionem litteras cambij det.cum inter mandatum,& mandãtem neceſsariò debeat eſse diſtinctio perſonarum,vt proximè etiam vidimus in quæſtione præcedenti, neceſsario pariter conſequitur cumdem obligari ex recambio.

Quando verò tracta cambij dirigitur, vel Pro-
19 curatoris datoris,vel ipſimet datori illius verborũ formulis,*almiodi fera,al mio P.di fera* etiã atq; etiã ſi pietatẽ colis Chriſtiane Lector cõſiderandũ tibi eſt ad factorũ figuras quibus prędicta accõmodantur, Vt enim li-

bens fateor optima ratione,&concesso iure,
prędicta in hoc nobilissimo cõmercio intro-
ducta fuisse,& etiã nũc, aptis positis termi-
nis,optimo iure exerceri, ita exploratũ ha-
beo,ignorãtia iuris cõcessi,facilè,& nõ tardò
ad fictiones,& inania Mercatores labi; ex
quibus(cessãtibus substantialibus huius ce-
lebetrimi,& iustissimi contractus)resoluitur
in mutuum,& vsuram omnibus detestandã.
Alibi vidimus in disputatione prima, quæstio.
decima quinta, distinctionem personarum
exigi necessariò in cambij celebratione, &
sæpius,& rursus hic,eãdem necessariò pari-
ter interesse debere inter mandãtem, & mã
datarium. Et tamen sustinetur nedum illa
loquutio;*al mio di fera*,cui tracta dirigitur,
sed etiam cõcesso iure effectus permittitur,
vt eadem persona numero sit illa, quæ litte-
ras dat,& illa,quæ recipit, & eas exequitur.
Ius namq; ciuile,seu verius Prætor ex æquita-
20 te plura introduxit per ędicta ad promiscuã
vtilitatem,quæ stricto iuri repugnant; Et
inter cætera,in proposito institoriam actio-
nem,quam ex ęquitate induxisse Prætorem
21 testatur Vulpianus,*l.1.ff.de inst.actio.*& hãc
æquitatem oriri ex vtilitate promiscui vsus
testis est Paulus *in l.si quis mancipijs 17.§.
si impubes ff.eod.*tunc autem oritur, & fit in-
stitoria,quando quis pręponitur à Domino
certę negociationi,*l.quicumq; l.institor cum
tot.tit.ff.de instit.l.si institorem ff.si cert.pet
& ibi DD.*dũmodo quæstus quærendi cau-
sa fiant præpositio,nam quęstu cessante ces-
sat institoria,*l.si cum villico 16.ff.eod.* Et ex
hac præpositione,& institoria oritur; quod
22 ex contractu institoris datur actio Domino,
& contra Dominum,*l.1. cum l. quicumq; &
3 tot.tit.ff.eod.*Et inde fit,quod subdit Vulpia
nus,*l.sed & si quis 7.ff. eod. quod parui re-
,,fert quis sit institor masculus,an fæmina,li-
,,ber,an seruus,proprius,vel alienus. Quinim
,,mò,& si filius familias sit, vel ancilla præ-
24 posita,cõpetit institoria actio.*Nec repugnat
immò est casus legis:vnum, eumdemq;Do-
25 minum præponere vnum, eumdemq; insti-
torem duobus,& inter se longè diuersis ne-
gociationibus,ex hipothesi Vulpiani,*de qua
in l.habebat 12.ff.de inst.* per hæc verba.
,,*Habebat quis seruum merci oleariæ præposi-
,,tum Arelate eumdemque & mutuis pecunijs
,,accipiendis* Et sicuti ex dicta diuersitate ne-
gotiationis, sed idẽtitate personæ, & spe-
ctationis,mouet ibi quæstionem I.C.an ille,
qui credidit dicto institori pecuniam, putãs
eũ accepisse ad merces coemendas,qui verè
in mutuũ acceperat,an agens ex causa mer-
cis,nec probans actionem cõsumpserit.Nos
in proposito, absq; vlla quæstione elicere
possumus conclusionem:dari casum,quo ea-
26 dẽ persona sit creditor,& debitor sui ipsius,
& quodãmodo contrahat secũ ipse;respectu
27 scilicet diuersæ negociationis. Si enim ille
seruus, prout est præpositus negociationi
oleariæ egeret pecunijs pro oleis coemẽdis
& ad dictã egentiã explẽdã,idẽ ipse, vt pręę-
positus negociationi mutuis pecunijs acci-
piendis;pecunias mutuo acciperet,& in di-
ctã causã oleariam conuerteret; quis neget
eũdẽ,vt institorẽ negociationi accipiendis
mutuo pecunijs remanere debitorẽ eius, à
quo mutuo accepit,creditorẽ verò sui ipsius
vti institorẽ oleariũ,& hunc conuerso debi-
torẽ sui vti institorẽ accipiẽdis mutuo pecu
nijs,& ex consequenti Dominum, ad quem
vtraq; negociatio spectat, & cui actiones tã
actiuę,quã passiuę dictarũ negociationũ, ꝑ
factũ institoris,siue eiusdẽ,siue diuersi quę-
rũtur remanere debitorẽ,& creditorẽ sui ip
sius,quod manifesto iuri repugnat; vt pro-
bauimus dicta qu. decima quinta, disp. pri-
28 ma.Vtilitas autẽ promiscui vsus,quę Pręto-
rẽ induxit ad hęc exorbitãtia à iure introdu
cẽda;fuit haud dubiè vsus cõmerciorũ,quæ
frequẽtari omniũ interest,& sicut vna,eadẽ
que persona plurib.&diuersis mercimonijs
& locis eodẽ tẽpore interesse nõ potest, &
vsus Procuratorũ,in quorũ personis actio-
nes omnes radicantur, licet Dominorũ no-
mine contrahant,non erat ita facilis, & ex-
peditus,vti institorũ;ideò ad maiorẽ facili-
tatẽ id introduxit Pręetor, & ad multiplica-
tionẽ negociationũ ꝑ institores exercenda-
rum, finxit diuersitatem Dominorum, licet
vnus tantum Dominus esset, ad quem licet
parum referat debita,vel credita, quæ inter
plures negociationes ad ipsum spectantes
contingunt, id tamen valdè; ac valdè re-
fert, si respiciamus vtilitatem creditorum
dictarum negociationum, & singularum
29 ex eis. Si enim rationes Domini conturba-
rentur in concursu plurium creditorum,
sed ex diuersis negociationibus, melior
haud dubie esset conditio creditoris illius
negociationis, ex qua extarent bona suffi-
cientia ad satisfaciendum creditoribus eius
dem; quam creditoribus illius, ex qua vel
non extarent, vel non sufficientia,quo casu,
primi solutionem consequerentur, reiectis
secundis. Qua de re est plenum, & celebre
cõsiliũ Cast.*in consi.285.lib.1.*Et in Ciuitate
nostra

30 noſtra adeſt conformis diſpoſitio *in ſtatuto de ſocietat. §. creditores lib. 4. c. 12.* Et ratio eſt, quia ille, qui cum huiuſmodi negotiatoribus, & inſtitoribus contrahit, vt atteſtatur Vulpianus in conſimili propoſito, *l. Procuratoris 5. §. ſi plures ff. de Arbit. actio.* eorum merci magis quam ipſi credidit, à qua fiducia ſatis rationabiliter excidat, æquum eſt, & ideò cautum, vt alijs creditoribus aliarũ negociationum præferatur, ſoloſque cõcreditores eiuſdem negociationis ad contributionem vocet *d. §. ſi plures*, quod in creditoribus, qui contraxerunt in varia, & diuerſa negociatione admittit Caſtrenſis, licet contra opinionem pro qua conſuluit *d. conſ. 285 ſub num. 5. verſ. nec obſtat*, quod ſupra dixi; Et in inſtitore, qui duplici negociationi eſt præpoſitus; creditores cuiuslibet negociationis vocantur in contributione cum creditoribus eiuſdem, non autem cum creditoribus alterius; ne (vt *d. §. ſi plures* addit l. C.) „*ex alterius rei munere alij indemnes fiant.* „*alij demum (reſtituo damnum) ſentiunt.*

Licet igitur contrahi non poſsit abſq; eo quod oriatur obligatio, hæc autem neceſſario radicari debeat in perſona, quæ ſubeſſe non poteſt ex eodem actu obligationis tam actiuæ, quam paſsiuæ, quæ ſe inuicem excludunt, & ſunt incompatibiles in eodem ſubiecto. Tamen ad maiorem vtilitatem promiſcui vſus Prætoris beneficio introductum eſt; vt data verè, & realiter, & à parte rei, multiplici negociatione, licet ad eumdem Dominum ſpectante; actiones, quæ inter eas, ex contingẽtia contractuum oriuntur, ſuſtineantur ad effectus prædictos, quaſi radicatæ in ipſis rebus inter ſe diuerſis; ſeu verius radicatis quidem in perſona eiuſdem Domini (vt neceſſe eſt) ſed à diuerſitate rerum, ſeu negociationum quibus creditũ fuit potius, quam perſonæ, iuris fictione ſubſtentatis; quaſi negociationes prædictæ diuerſæ ſignificent diuerſas perſonas, vt loquitur Caſtr. *d. conſ. 285. ſub nu. 4. verſ. ſi quis enim duas*, vbi teſtatur in his terminis loqui diſpoſitionem *d. §. ſi plures.*

32 Dum igitur in praxi quotidiana vſus obſeruat, vt dirigantur litteræ, & tractæ cambiorum, & alia quæuis mandata, *al mio di fera*, intelligendus eſt de eadem met perſona ſcribentis, ſiue ſit vnus, ſiue plures, qui in vnam ſocietatem coiuiſſent, qui ſcribat inſtitori ſuo præpoſito in ferijs negociationi cambiorum à Domino inſtitoriæ. Et nihil impedit licet ſit vna, eademque perſona, quin reſpectu negociationum diuerſarum, iuris fictione, pro duplici perſona habeatur, ad faciliorẽ exitum negociationum, per ſupradicta. Nec refert quod ille, qui exercet hanc duplicem negociationem ſit idem Dominus; cum de hoc habeamus caſũ, de quo per Caſt. *d. conſ. 285.* nec quod idẽ inſtitor ab eodẽ domino duplici negociationi præponatur, q. eſt caſus *d. l. habebat ff. de inſt. actio*, nec demũ quod eædem negociationes in eodem loco exerceantur; cum caſus de quo in textu, & per Caſtr. in eiſdem terminis verſetur. Sed retẽta mordicus duplici negociatione; prædicta ſemper vendicant ſibi locum; vt pro duplici perſona quoad effectum prædictum, habeãtur; & per per conſequens non obſtante per ſonæ identitate, mandata, obligationes, & alia quæcunq; inter dictas negociationes licet ad eamdem perſonam pertinentes, intercedere poſſunt, quæ tamen deficiunt ad defectũ duplicitatis negociationũ, vt probat Caſt. *d. conſ. 285. n. 4. verſ. in ppoſito antẽ caſu*

Fundamentum igitur, quo hic vſus, & hæc praxis ſuſtinentur, conſiſtit in hoc Prætoris be-
33 neficio, quo introducta eſt inſtitoria, quam actionem eſſe Prætoriam, vt placuit Io. And *in addit. ad Specul. tit. de obligat. & ſolut.* ſeu quãdã actionis adiectionẽ, vt plures voluere *Spec. d. tit. de obligat. & ſolut. Azo. in ſumma C. de exercitoria Doctores in §. ſi igitur, & in § actiones autem de peculio Inſt. de actio.* parum eſt curandum: cum effectũ efficacißimum inſtitoriæ habeamus, de quo paſsim apud Interpretes noſtros; Eamque dupliciter inſtituì, tacitè ſcilicet, & expreſsè docet lõgo ſatis ſermone Rota noſtra apud Bellon. *dec. 14.* vbi requiſita ad taciram inſtitoriam recenſet. Cum igitur Titius facit
34 tractam, ſeu remiſsã cãbij ad ſuum Titium de fera, ſiue Caius, & Sẽpronius ſocij adſuos Caium, & Sempronium de feria ſcenſentur illam facere ad inſtitorem ſuum, præpoſitũ dictæ negociationi; cum ille ſub cuius nomine vno, ſeu pluribus ſocietas intitulatur dicatur inſtitor. *Bart. in l. Titium, & Mauium §. vlt. ff. de admiſſ. tut. Bald. in l. ſi patronus. C. communn. vtriuſque Iud. Soc. conſ. 87. num. 15 lib. 1. ſequitur Rota noſtra apud Bellon.*
35 *dec. 71. ſub nu. 4.* Prout etiam verè, & propriè inſtitor eſt, qui complementum dat prædicta negociatione, vt docet Rota noſtra apud Bellon. *dec. 166. in princ.* Cõplementũ autẽ dare, alijs verbis, dicitur, habere facul-
36 atẽ ſubſcribẽdi nomẽ dictæ negociationis, & omnes ſocios dictæ negociationis obligare.

Et hinc oritur discrimen, & quidem maximum
37 inter Procuratorem, & Institorem, in quorũ constitutione licet æquè requiratur mandatum Domini, illud tamen, & diuersimodè datur, ac diuersimodè exercetur, & longè varios, ac diuersos iuris effectus producit, qua de re est longa disputatio apud Soc. *cõs. 154. lib. 2.* Ad rem nostram sufficiat, quod ad Institorem constituendum datur mandatũ ad subscribendum nomen illius negociationis: seu (quod in idem rendit) datur ei complementum pro illa negociatione. Non sic in constituendo Procuratore, qui specialiter, vel cum maiori, seu ampliori facultate constituitur ad libitum Domini, cui constitutioni correspondet vsus; nam institor concipit obligationes non in persona proprią, sed in persona constituentis, & ita se gerit, ac esset ipsemet constituens. Procurator verò concipit in propria persona, licet nomine Domini. Vnde nil mi-
38 rum si institor finita institoria, ad nihil aliud tenetur, præter quam ad docendum, se fuisse institorem. *l. vltima ff. de institor. actio.* secundum communem, & magis verũ intellectum, de quo per DD. *& in specie Alcia. in l. institorem ff. si cert. pet. qui tellatur de communi num. 9. Alex. cons. 44. lib. 2. num. 9. Soc. d. cons. 154. Parisi. cons. 94. nu. 35. Dec cons. 510. sequitur Rota nostra apud Bellon. d. dec. 14. nu. 64.* Quod non contingit in Procuratore, qui pluribus in casibus tenetur quos recensет Soc. *d. cons. 154. lib. 2. per totum.*

39 Ausi n dicere, licet apud nullum ex Interpretibus nostris id legerim) aliàs discrimen esse maximum iuris, quod Procurator licet cum legitimo mandato, & nomine Domini contrahat, nõ querit regulariter Domino actiones absque cessione, cum repugnet iuri per liberam personam nobis acquiri, *l. 1. C. per quas personas nob. acq.* & hinc Procurator quæsita, nomine Domini, tenetur cedere, *l. possessio quoque §. fin. ff. de acq. poss.* sicuti è
40 contuerso si Dominus soluendo non sit, liberatur Procurator ab eo, cum quo Procuratorio nomine contraxit, actionem mandati contrariam erga Dominum sibi competentem creditori præstando. *Gl. in l. seruum Titij ff. mandat. Bart. in l. si Procurator ff. de Procurat. Alcia. d. l. si institorem num. 11. ff. si cert. pet.* Suspicor diuersũ in institore, sed
41 eius ministerio transire actiones in Dominum absque cessione. Et quidem de actionibus passiuis nulli dubium reliquit Vulpia-
42 ni auctoritas *in l. 1. ff. de inst.* per illa verba „ *Æquum Prætori visum est: sicut commoda sic „ etiam ex contractu institorum, ita etiam obligari nos ex contractibus ipsorũ, & conueniri.* Si igitur Dominus ex factoinstitoris obliga tur, & conueniri potest nulla opus est cessione; De actiuis verò videtur idem dicendum auctoritate eiusdẽ I. C. tradẽtis ibid. in fine. *Marcellus etiam ait debere dari actionem el, „ qui institorem proposuit in eos, qui cum eo „ contraxerunt.* Quod si verum est, qua ratione exigunt DD. ibi in princ. quod si institor sit liber homo, non agit Dominus ex illius contractu sine cessione? Si enim datur à iure actio etiam illi, qui institorem proposuit, certè nulla est opus cessione. Sed magis obstant eiusdem I. C. verba in eadem lege prima, quæ aduersari videtur sententiæ Marcelli à Vulpiano approbatæ. Dicit enim in eodem contestu Vulpianus dum de obligationibus passiuis docuisset. *Sed non idem fa- „ cit circa eum, qui institorem proposuit, vt „ experiri possit. Sed si quidem seruum pro „ primum institorem habuit potest esse securus „ acquisitis sibi actionibus; si autem vel alienũ „ seruum, vel etiã hominẽ liberũ actio deficit.* Quæ verba euincunt: diuersum statui ius in actiuis, quam statutum sit in passiuis obligationibus, & actionibus; Quinimmo in actiuis non secus ac contingit in procuratore, eadem ratione exigi etiam in institore cessionem, vt docuit Baldus, quem supra refel-
43 lebã. Hanc ego controuersiam sic sedandam arbitror, vt putem: etiam in actiuis transferri obligationes in Dominum per contractũ institoris, sed vtiles tantum, in passiuis verò etiam directas, quacumque cessione circumscripta, quod nulla ratione contingit in cõtractibus Procuratoris, ex quibus directæ numquam, vtiles tantum eo casu transferũtur sine cessione, quando Procurator contrahit de re Domini, vel super re Domini, vt supra retuli. Hanc sententiam suadet cõtrarietas manifesta, quæ alias sequeretur ex vno eodem responso Vulpiani *d. l. 1. ff. de instit. actio.* cum modo neget, modò ex Marcello affirmet actionem etiam actiuè transire; & cum affirmatiua transit. Glos. *l. eo nomine verbo non potest ff. de instit. actio.* & ibi gl. Marginalis notat hunc casum, quo per liberum hominem actio quæri potest. Et expresse id ipsum suadet Baldus ipse sibi contrarius in lectura antiqua *ad d. l. 1.* vbi dicit in

ſummario ex contractu inſtitoris Dominũ obligari,& verſa vice quæri. vtilem obligationem Domino in ſubſidium abſque vlla ceſſione.

Conſtat igitur ex præmiſſis qualis, & quãta ſit
44 differentia inter inſtitorem, & Procuratorẽ quæ maximè ſentitur in ferijs cambiorum; Nam cum in eis,vt alibi diximus,nullus cõtrahere immediatè poſſit,qui non ſit Bancherius ; licet plures etiam non Bancherij ſint,quibus in ferijs diriguntur, non ſecus; ac fiat Bancherij,tractæ,& remiſſæ : Illi,qui intereſſe perſonaliter in ferijs non poſſunt, ſi ſunt Bancherij,neceſſe habent inſtitorem in eis conſtituere,qui Bancherij conſtituentis perſona aſſumpta,negotia omnia expediant , quæ ad negociationem in illa feria ſpectabunt ; & hinc inſurgit neceſſitas , hunc,quem Dominus præponit,conſtitui Procuratorem cum facultate expendendi,ſeu ſubſcribendi nomen , per quam conſtituitur in illa negociatione,quaſi alter ego reſpectu conſtituentis; & ſucceſsiuè in negotijs expediendis , omiſſa quacumque mentione ipſiuſmet , & aſſumpta perſona Domini conſtituentis,eius nomen inſcribit & ſubſcribit,& bilancium dat . Procurator verò (qui in ferijs eſſe non poteſt niſi ille, qui dat bilancium,vt alibi vidimus) exequitur quidem mandata Domini, ſed in perſona propria , procuratorio tantum nomine Domini obligationes ſuſcipit ; & in propria ſcartafacia,& in bilancia infert.

Modo accedendo tandem ad reſponſionem , à qua digreſſi ſumus,occaſione cõfirmationis factæ ad primum argumentum.

Dicimus , quod licet tracta dirigatur ipſimet
45 datori litterarum , vel Procuratori eiuſdem nihilominus firma remanet allata concluſio impoſsibile ſcilicet eſſe,recambium celebrari abſque obligatione eius, ad quem tracta dirigitur , nam ſi dirigatur Procuratori cõſtituentis,is debet eſſe neceſſariò Bancherius,& perſona à Domino conſtituente longè diuerſa,& quæ promiſſiones , obligationes,& alia quæcumque in propria perſona radicare debet,ad hoc, vt validè contrahat,
46 nam alias ſi abſolutè , & ſimpliciter nomine Domini contraheret,& ibi ſtipularetur , nihil agit,nec ſibi,nec Domino acquirit , cum nemo alteri ſtipuletur , *l. quacumque ff. de actio. & obligat. Gl. in l. ſtipulatio iſta S. ſi ſtipuler, verbo fieri ff. de verb. obligat. quam alij communiter ſequuntur . Alcias. l. ſtipulatio iſta S. ſi quis inſulam ff. de verb. obligat.* Si verò dirigatur ipſimet datori litterarum, licet verè,& realiter ſit eadem perſona cum tamen ſit præpoſita,& habeat adnexam particularem negociationem ex cauſa quæſtus puta negociationum cambiorum , ex communi vtilitate , & Prætoris beneficio pro duplici,& longè diuerſa reputatur ; & per conſequens Titius de feria , qui tractam complendo,per nouationem recambium celebrat , eſt perſona longè diuerſa a Titio de Genua , qui tractam fecit modo , & ratione ſupra explicitis ; Ergo nihil contra concluſionem.

47 Ad ſecundum non negamus: quod ſicut cambium , ità & recambium nuntio , & epiſtola celebrari non poſſit , vt probatum eſt in allegata quæſtione decima quarta, & decima ſexta ; Sed retento etiam ſuppoſito , de quo in dictis duabus quæſtionibus , quod ex altera ſaltem parte perſona ad contrahendum habilis actu interueniat, vt ibidem vidimus . Hæc autem perſona in caſu , debet neceſſario eſſe illa,ad quem tracta dirigitur , quæ per acceptationem obligatur , vt diuerſa à datore litterarum ſuper qua fundatur vis obligationis , de qua in concluſione ; Ex quibus ceſſat etiam confirmatio.

48 Ad tertium reſpondetur:debitorem ex cambio remanere debitorem non obſtante recambio ; Sed non ex cambio , quod ſolutum fuit , nec ex recambio , quod non contraxit , ſed ex mandato , quod ſimul cum litteris cambij direxit ad eum, ad quẽ direxit tractam , & per eum fuit acceptatum , & executum . Et propterea verificari in eo , quod perſeueret,& non perſeueret debitor reſpectu ſcilicet diuerſarum perſonarum,ſtipulatoris cambij , & complentis tractam . Ex quo ceſſat omnis amaritudo.

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO VIII.

An, & quo caſu poſſit perfici cambium, & celebrari recambium, quando tractæ, & remiſſa diriguntur vni, eidemque perſonæ.

1 Cambium quomodo perficiatur, & recambiũ celebretur, quando tractæ, & remiſſa dirigitur vni, eidemque perſonæ, & 37. 38.

2 Tractæ, & remiſſæ ſi vni fiat eidem perſonæ, cambium per ſolutionem vi compenſationis perficitur, & faciendo eadem perſona tractam eidem debitori, intercedente mã dato per litteras, vel ſubſequuta ratificatione recambium celebratur.

Intelligas vt nu. 8.

3 Quæ ſeparatè ſiunt, ſi ininſtitiam per ſe non continent, ſi fiant coniunctim, & ſucceſsiuè nec etiam ininſtitiam poſſunt cõtinere.

4 Eadem ſumma pecuniarum, qua cambium perfici debet, recambium celebrari debet.

5 Nouationis modus eſt frequentiſsimus, per quem cambium perficitur, & recambium celebratur.

6 Is, cui tractæ dirigitur dicitur acceptare tẽpore acceptationum, qua fiunt in feriis per ductum lineæ ſub partita in ſcartafacio.

7 Debitum ex vna cauſa factum per directionem ſcripturæ de conſenſu creditoris dicitur debitum, & conuerſum in aliam cauſam.

8 Recambium non poteſt fieri ab vna, eademq; perſona, cui dirigitur tractæ, & remiſſæ, ſi eidem ſpectant nedum cura, & ſollicitudine, ſed etiam ratione proprietatis, & nu. 10.

9 Commodum, & incommodum contractus eidem perſonæ ſpectare non admittitur.

11 Forma cuſionis ſcutorum marcarum in feriis fit per acceptationem tractæ ſuperadditam obligationi reſultanti ex cambio.

12 Bancherij in feriis tempore acceptationum licet ſolemniter acceptent in ſcartafacijs per ductum lineæ tractas ſibi factas cuiuſcunque remiſſas ſibi factas acceptari, non tamen id exequi curant reſpectu eorum, quæ collocant in computo tractarum, & remiſſarum.

13 Tractæ, & remiſſæ quando maiorẽ, vel minorẽ abundantiam, ſeu penuriam pecuniarum in Platea, ſeu feria cauſant.

14 Commpenſatio ſupponit debitum, ſiue creditum alterius antecedens.

15 Recambium non poteſt celebrari abſque obligatione actiua, & paſſiua reſpectiuè eorum, ad quos dirigitur tractæ cum remiſſa.

16 Actio, & paſsio in eadem perſona non conſiſtit.

17 Is cui dirigitur tractæ, & remiſſa ſi Bancherius ſit, & vices plurium perſonarum adimpleat poterit cambium perficere, & recambium celebrare accedentibus conſenſibus per nuncium, vel epiſtolam, & de ratione, & praxi.

18 Ampliatur concluſio quando tractæ, & remiſſa ſit vni, eidemque, qui ſit Bancherius, & pecuniam habeat ſolutioni paratam, & duplicem perſonam gerat, vt procedat etiã ſi perſona propria ipſius Bancherij in dicta negociatione iam circa cambij perfectionem, quam recambij celebrationem non interueniat, vel obligetur, ſed omnia expediat nomine alieno, vt quia eidem vti procuratori Sempronij, & eidem vti Procuratori Titij dirigitur remiſſa, & conuerſo, & 24.

19 Subamplia, & ſi dicti Sempronius, & Titius antè complementum dicti cambij nullam haberent pecuniam in dicto banco proprij nec illam eſſent habituri tempore ſolutionis, & perfectionis cambij.

Ampl. 2 in quacunque alia facti ſpecie, quæ contingere poteſt, vel figurari, in qua facta vni, eidemque tractæ cum remiſſa, ea concurrunt, per quæ et poſſet, & cambium perficere vera, & reali ſolutione, & nouũ cambium celebrare, 25.

Lim. concluſionem, de qua nu. 17. vt non procedat, quando deficeret aliquod ex requiſitis ad dictam conſummationem cambij, & celebrationem recambij nu. 26.

Et in ſpecie quando de cambio tractæ ſit Bancherio vti Procuratori Sempronij, remiſſa vero ipſi Bancherio proprio nomine, nec panes dictum Bancherium, ſeu in dicto

banco

banco adeſt pecunia dicti Sempronij aquivalens dictæ ſolutioni, vel ſaltem non eſt adfutura ante actualem conſummationem ſolutionis ad perfectionem cambij neceſſaria 27.

20 *Conſtitutionem Vrbani VIII. Pontif. Maximi ad Gennenſes in materia cambiorum, & recambiorum, verificari in terminis huius tertiæ concluſionis, de qua nu. 17.*

Cum ampl. nu. 18. & ſubampl. nu. 19. docetur & illa Conſtitutio declaratur, & num. 23. 24.

21 *Inſcriptiones partitarum, vel deſcriptiones probare ſolutionem in bancis, in quibus pecunia erat parata, non autem in libris mercatorum.*

22 *Directio ſcripturæ in libris quomodo, & quãdo pariat ſolutionem de proprijs, vel alienis pecunijs, qua non ſunt creditoris, & n. 27. & 32.*

28 *Ex pecunijs proprijs nemo ſibi ipſi ſoluere poteſt.*

29 *Tractæ ſi dirigatur cum remiſſa vni, & eidẽ perſonæ, quæ non ſit Bancherius vix eſt, vt in eo realis perfectio cambij, & celebratio recambij celebretur, ſi non concurrant cõſiderata in concluſione, & de ratione num. 30. & 33.*

31 *Cui dirigitur tractæ cum remiſſa ad diuerſas perſonas reſpectiuè ſpectãtes, ſi datur etiam ordo, & mandatum vt nomine, & pro computo eius, per quẽ fit tractæ capiatur aquivalẽs ſumma ad cambium pro dictæ tractæ ſatisfacienda, & verè eam capiat, poteſt legitimè ſibi ſoluere, pro complemento tractæ prædictæ ſummam cambio captam ex mandato, & exemplificat num. 35.*

34 *Regula generaliter poſita male comprobatur per deciſiones particulares.*

36 *Recambium legitimè celebratur cum interuenit vera, & realis perfectio prioris cãbij, vereq; & realiter ſuper eodem ſubiecto ſed ſub diuerſa formalitate contrahitur nouum cambium quo obligatur is, ad quem prioris cambij tractæ cũ remiſſa directæ fuit.*

39 *Scutus marcarum & ſi cudatur in feriis per ductum lineæ tempore acceptationum in ſcartafacijs, forma tamen illius eſt obligatio ex conſtituta pecunia ipſius acceptãtis tractam ſuper addita obligatione ex cambio contractæ in platea, ſtipulante eo, cui dirigitur remiſſa, nominato in litteris quæ fingi non poſſunt circumſcriptis circũſtantijs, ſi vni, & eidem tractæ, & remiſſæ dirigantur.*

40 *Computa de tratte, e rimeſſe, Bancherij non deducunt in acceptationibus, nec in eis ducũ lineæ ducuntur ad denotandum acceptationem, nec de debito, aut credito ex dicto computo reſultante ſe valere poſſunt pro ſoluendis debitis ſuis, nec vti pro adequatione bilancij.*

Declara vt nu 41.

42 *Auctor non benè ſentit de computis Bancheriorum in feriis, qua dicuntur tratte, e rimeſſe.*

Ex quo ſaluari poſsit declarat num. 42.

Et admonet Bancherios nu. 44.

44 *Proniſiones ſunt de naturalibus contractus cambij, & debentur in vim renumerationis operæ præſtitæ in cambio per Bancherium.*

45 *Cabella, & proxeneticum debentur ob cambij celebrationem.*

HÆC quæſtio lõgè differt à quæſtione decima quinta diſputatione prima. Vbi quæſitũ eſt, quæ perſonarum diſtinctio requiratur in cambio celebrando; cum hic de duplici munere agatur; perficiendi, ſcilicet contractum, & inſimul alium contrahendi. Item differt à concluſione quarta, quam probaui in quvndecima diſputatione ſecunda. Vbi dixi quando per acceptationem tractæ, ſeu remiſſæ oriatur ſolutio per compenſationem; Quia in ea tantum agitur de cambij perfectione, nulla facta mentione recambij. Sed hæc quæſtio potiſſimum ea reſpicit, quæ tetigi ſupra diſputatione ſecunda, quæſt 20. vbi ad alium propoſitum, agebam de bilancijs Bancherioꝝ in ſeriis, & qua ex cauſa illorum miniſterio contingat ſolutio, & ſermo incidit: de illo tertio computorum genere, quod à Bancherijs intitulatur in ſcartafacijs, *tratte, e rimeſſe*, in quo deſcribuntur caſus, quo eidem perſonæ in feriam ſit tracta, & remiſſa, quæ per eum exequi non poſſunt, nec de facto exequuntur, niſi perficiendo cambium, & contrahendo recambiũ, qui ſunt termini quæſtionis propoſitæ.

Videbatur dicendum; tunc prædicta cõtingere poſſe, vt ſcilicet perficiatur cãbiũ, & cõtrahat recam-

recambium per vnam,eamdemque perſonã cui tractꝰ dirigitur,& remiſſa. Quando ſcilicet ſumus in terminis , & per acceptationem tractæ,ſeu remiſſæ contingit compẽſatio , prout explicaui dicta concluſione

2 quarta quæſtionis vndecimæ diſputationis ſecundæ,certum eſt,tali caſu, per dictam compenſationem fieri ſolutionem, & conſequenter perfici cambiũ vnius, & ſolius perſonæ miniſterio.Quod ſi eadem perſona de ſolutis tractam fecerit debitori, interueniẽte mandato per litteras,vel ſubſequuta ratificatione eiuſdem debitoris , tunc verificatur,quod vnius ſolius perſonę intuitu cambium poſſit celebrari ; vt probauimus dicta quæſtione decimaquinta diſputatione prima . Ergo vna, eademque perſona poterit, ac ſufficiens erit ad recambium celebrandũ. Nihil igitur impedit,quin poſsit ab vna,eademque perſona cui dirigitur tracta , & remiſſa perfici cambium, & celebrari recambium.

3 Confirmatur cum quæ ſeparatim, & de per ſe geſta licitè fiunt, nec vllam iniuſtitiam continent;ſi fiant coniunctim,ac ſucceſſiuè,nullam pariter poſſunt iniuſtitiam continere, vt probauimus ſupra hac eadem diſputatione,quæſtione ſecunda;Sed ſic eſt , quod vna ſola perſona poteſt cambium celebrare, item vna,& ſola cambium perficere . Ergo vna,& eadem perſona poterit & cambium perficere , & ſucceſſiuè recambium celebrare.

Secundo:eadem ſententia ſuaderi videtur ex

4 eo , quod eadem ſumma pecuniarum nedum poteſt , ſed debet cambium perfici, & celebrari recambium , vt vidimus ſupra hac eadem diſputatione , quæſtione tertia, licet ſub forma diuerſa , vt probauimus eadẽ diſputatione,quæſtione quarta, & quinta.Ergo vna eademque perſona poterit cãbium perficere,& celebrare recambium , ſi eidem dirigatur tracta,& remiſſa . Conſequẽs probatur. Quia modus expeditiſſimus

5 quo modo,per eamdem ſummam ſub diuerſa formalitate acceptam perficitur cambiũ, & celebratur recambium;eſt miniſterio nouationis, qua eadem ſumma , quæ debebatur per tractæ acceptationem,incipit deberi ex nouo cambio, quod recambij propriã naturam induit. vt probauimus ſupra dicta quæſtione quinta,hac eadem diſputatione; Sed vna , eademque perſona poteſt , nullo iure reſiſtente,fieri debitor eiuſdem ſũmæ ſub diuerſa formalitate;præſertim miniſterio nouationis , vt notiſſimum eſt ex nouationis natura, *l. 1. cum tot. tit. ff. de nouat.* Ergo ſi ad prædicta vna, eademque ſumma ſufficit;ſufficere etiam debebit vna , eademque perſona.

Tertio is,cui dirigitur tracta,ſimul cum remiſſa in feria , habet pecuniam ſufficientem, tã ad cambium perficiendum,quam ad recambium contrahendum . Ergo nihil impedit, quin idemmet poſſit cambium perficere, & recambium celebrare. Antecedens probatur;Nam vt probauimus ſupra , diſputatione ſecunda quæſtione decima nona , is cui

6 tracta dirigitur.per ſimplicem acceptationẽ eiuſdem,quæ expeditur , tempore acceptationum,per ductum illius lineolæ,cudit nobiliſſimum illud nummiſmatis genus , quod meritò extulimus;videlicet ſummam ſcutorum de marchis, de qua in litteris cambij . Vnde cum ad ipſummet,ex ſuppoſito , dirigatur etiam remiſſa , ad ipſum pariter ſpectabunt ijdem marcarum ſcuti, & cõſequenter habebit,& vnde cambium perficiat,& recambium contrahat; præſertim cũ non obſit,quinimmò valdè interſit, eſſe eãdem partitam , cum idem ſubiectum neceſſariò exigatur ad recambium, vt vidimus ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione tertia,nec deſiderari poſſit variatio formæ requiſita ex quæſtione quinta,cum facta directione ſcripturæ id.quod debebatur ex vna

7 cauſa perfecta feria , incipiat deberi ex alia.

Nec dicas:prius eſſe natura,ac tempore,vt cãbium perficiatur,quam , vt recambium contrahatur. Vndè cum ex eis , quæ proponuntur,cambium perfici (ideſt debitum ex eo contractum diſſolui)nequeat , niſi pecunia quærenda miniſterio recambij, impoſſibile omninò eſſe illum,cui dirigitur tracta cum remiſſa , habere pecuniam ſufficientem ad perficiendum cambium, & ad contrahendũ recambium.

Nam reſponderi poſſe videtur:verumquidem eſſe prioritatem perfectionis cambij , de qua in obiectione , ſed id quidem ratione obligationis,non autem ratione exequutionis;obligatur namque is,cui tracta dirigitur ſtatim ab acceptatione ad ſolutionem, & ſic cambij perfectionem:ſed cum non teneatur id ſtatim exequi,ſed habeat totos octo dies qui negociationum dicuntur,& fatis habeat ſoluere in bilancijs tempore , quo bilancia

præ-

præſentantur, vt vidimus ſupra diſput. ſecũda, qu. vigeſſima, nihil impedit dicta prioritas, quin dici debeat eũ, cui dirigit tracta cũ remiſſa, habere pecuniã ſufficiẽtẽ ad vtrũq;

Adde quod cum, eodemmet tempore, quo tracta acceptãdo, moneta in ferijs vſualẽ cudit
8 eãdẽ cuſſionẽ faciat ad fauorẽ eius, ad quẽ ſpectat remiſſa, qui eſt ipſemet, ad quem dirigitur vna cum remiſſa, iam patet, eum habere eodem tempore, (ſi ad rem facit) ſufficientem pecuniam tam ad cambium perficiendum, quam ad recambium cõtrahendũ.

Dicendũ primò: ſi proponatur quod dicta tracta, & remiſſa ſpectet, nedũ cura, & ſollicitudine, ſed etiam, ratione proprietatis, ad eũ, ad quem diriguntur; prout contingere poſſe probauimus ſupra, qu. ſexta, diſput. ſecunda, quando ſcilicet commodum cambij ſpectaret ad eum, cui fit tracta, & incommodũ ad eum, cui fit remiſſa, impoſſibile omnino eſſe. per vnam, eamdemq; perſonam, ad quam diriguntur tracta, & remiſſa poſſe perfici cãbium, & celebrari recambium.

Probatur concluſio per plura incompatibilia, quę in dicta facti figura interuenire fingenda eſſent non ſolum circa perfectionem cãbij, ſed multo magis circa celebrationem recambij, quæ inferius in re magis dubitabili apparebunt.

Certe in propoſita facti ſpecie apparet verſari
9 queſtionem in manifeſto figmento omninò impoſſibili. Nam cũ certũ ſit, ex dicta queſtione ſexta, ad eum ſpectare tractam non ſolum cura, & ſolicitudine, ſed etiam ratione intereſſe, ad quem ſpectat commodum cambij, & è conuerſo remiſſam, ad quem incom modum, ſi proponatur ad eumdem dirigi tractam, & remiſſam: eamq; eidem ſpectare etiam ratione intereſſe, neceſſario dicendũ etiam eſſet, ad eumdem ſpectauiſſe commodum, & incommodum cambij, quod omninò impoſſibile eſſe patet ex eis; quæ ibidem probauimus, & omninò inintelligibile eſt, vnũ eumdẽq; cõtractum ad cõmodum, & incommodum eiuſdem perſonæ celebrari, vt fruſtratorię omninò perficeretur cãbium, & celebraretur recãbiũ, cũ omnia sẽper reciderent ad cõmodũ, & incõmodũ eiuſdẽ perſonę

Dicendũ ſecundò etiã ſi proponatur: tractã, &
10 remiſſã ſpectare ad eũ, cui dirigitur ſolummodo cura, & ſolicitudine, adhuc impoſſibile regulariter eſſe. per vnã. eamdemq; perſonã perfici cãbiũ, & celebrari recãbiũ per plura incõpatibilia, q̃ circa p̃dicta cõtingerent.

Quoad perfectionem cambij pertinet: quia nõ apparet quomodo, nec cui fiat præſentatio, nec acceptatio litterarum cambij, quæ ſunt quædam præambula neceſſaria ad cambij perfectionem, vt probauimus ſupra diſputatione ſecunda, quæſtione ſecũda, nãdato tali caſu præſentationem nõ eſſe neceſſariã vt admiſimus dicta quæſt. vndecima diſput. ſecunda, 'cũ vni, eidẽq; cui tracta dirigitur, dirigatur etiã remiſſa; acceptatio certè vitè tur omninò neceſſaria, cũ ex ea ſe teneat p̃cisè obligatio eius ad quẽ tracta dirigitur, vt probauimus eadẽ diſput. ſecunda, quæſt. decima tertia, quæ obligatio acceptãtis tractam, ſuperaddita obligationi reſultanti ex
11 cambio, eſt illa forma, qua cuduntur ſcuti marcarũ in feria, vt probauimus diſput. ſecũda, quæſt. 21. & eſt omninò neceſſaria, tamquam ſubiectum in celebratione recambij, vt probauimus hac eadem tertia diſput. qu. quarta. Quapropter cum in dicta facti ſpecie, qua dirigitur eidem tracta cum remiſſa, licet eidem ſpectante ſola cura, & ſolicitudine, non interueniat, nec interuenire poſſit, dicta acceptatio; iam patet de fictione omninò impoſſibili; quæ etiam ex praxi ipſa videtur manifeſtari. Nam Bancherij in fe-
12 rijs, tempore acceptationum, licet ſolemniter acceptent in ſcartafacijs, per ductum illius lineolæ, tractas ſibi factas; curentque ſibi reſpectiuè acceptari remiſſas, non tamen id exequi curant, reſpectu eorum, quę collocant in computo tractarum, & remiſſarum, de quo in dicta ſecunda diſputatione, quæſt. vigeſima. Et hinc etiam fit, per
13 hæc computa tractarum, & remiſſarum, factarum ad eũdem in quamlibet Plateam, ſeu feriam, nunquam produci maiorem, ſeu minorem abundantiam, ſeu penuriam pecuniarũ in illa Platea, ſeu feria, ad quam diriguntur; efficax argumentum ad deprehendẽdam fictionẽ rei, de qua agitur, cum aliàs effectus abundatiæ, & indigentiæ pecuniarum ex prędictis neceſſario cõtingat.

Præterea: eadem impoſſibilitas, reſpectu eiuſdem perfectionis cambij, manifeſtior fit, ex defectu ipſiuſmet ſolutionis, haud dubie neceſſariæ ad cambij perfectionem; vt latè probauimus diſputatione ſecũda per totum. Hoc autem interuenire non poſſe, quãdo vni, eidẽque dirigitur tracta cũ remiſſa, probauimus ibidẽ quæſtione vndecima, vbi licet admiſerim: poſſe cõtingere ſolutionem miniſterio cõpenſationis, id tamen procedere oſtendi, quando in receptione aderat præcedẽs debitũ, ſeu creditum

rationibus ibi perpenſis; Sed circumſcripto quocũq; debito,& credito(in quibus termi-
nis poſita eſt cõclusio)remanet vniuerſaliter verum nullo modo poſſe in huiuſmodi facti ſpecie contingere ſolutionẽ, nec etiam ope compenſationis. Eo addito;quod licet admittamus per compenſationem fieri poſſe ſolutionẽ;hæc non deferuiant inſtituto ſermoni,nam licet per eam perficeretur cambium ceſſaret ſubiectum cambij, extincta fũ ditus obligatione, vt probauimus hac eadẽ tertia diſputatione,quæſtione quarta.

Sed eadem incompatibilitas euidentior apparet,reſpectu celebrationis recambij.nam cũ recambium nihil aliud ſit,niſi quædam cambij iteratio,ſicuti in cambio celebrando requiritur diſtinctio perſonarũ realiter diſtin ctarũ inter ſe,vt probauimus in diſp.prima, quæſt.decima quarta,eadem erit neceſſaria in celebrando recambio, quæ nullo modo proponitur interuenire,quando vni. eidẽq; dirigitur tracta cum remiſſa. Ergo,&c.

Quod optimè cõfirmatur ex eis,quæ habuimus ſupra hac eadẽ diſput.quæſt. proximè præ-
cedẽti,vbi probaui:impoſſibile omninò eſſe celebrari recambiũ,abſq; obligatione actiua & paſſiua reſpectiuè eorũ,ad quos dirigitur tracta cũ remiſſa;vndè cum impoſſibile omninò ſit,actiones actiuas,& paſſiuas ex eadẽ cauſa radicari in eadem perſona, manifeſtũ conſequenter eſt, impoſſibile omninò eſſe, celebrari recambium per eumdemmet, cui ſimul cum tracta,dirigitur etiam remiſſa.

Præterea ad recambij ſubſtantiã neceſſariũ eſt idem ſubiectum, quod venerat in ſolutione cambij,videlicet eadem ſumma debita,licet ſub munere diuerſo, vt probaui hac eadem tertia diſput.quæſt.tertia,& ſub forma ideſt obligatione diuerſa,vt in quæſt.quarta,ideſt illa quantitas,quæ debebatur pro cãbij perfectione ità ſoluatur, vt incipiat deberi ex recambio.Sed hæc omninò impoſſibilia sũt quando vni eidemq; tracta cum remiſſa dirigitur.Ergo,&c.Patet ſequela. Quia nõ eſt intelligibile,quod vnus,& idẽ curet, vt acceptetur, & acceptet eãdẽ acquirat obligationẽ qua ſe ipsũ obligat. & qui prius erat debitor ſui ipſius,euadat ſui ipſius creditor, & quod ſũmã,& quantitatẽ pecuniæ,quã ſibi debebat,de eadem paulo poſt euadat ſui ipſius creditor, quæ talia profectò ſunt, vt nec admitti poſſe in ſermone ſerio videatur.

Dicendũ tertio.Si is,cui dirigitur tracta ſimul cum remiſſa Bancherius ſit,& vices plurium perſonarum eius ſcilicet,cui ſit tracta,&eius cui remiſſa,reſpectiuè adimpleat,poterit cãbium perficere,& recambium celebrare, accedentibus debitis cõſenſibus per nuncium, vel per epiſtolam.

De cambij perfectione patet, nam cum hæc in ſolutione conſiſtat, vt ſæpius dictum: cum Bancherius habeat pecuniam ſolutioni paratam,& per inſcriptionem, & deſcriptionẽ partitarum plenè exequatur,& probetur ipſa ſolutio,vt probauimus ſupra, diſputatione ſecũda,quæſt.decima ſeptima,concluſione ſecunda.& tertia.Propterea,ſi litteræ cãbij directæ Bancherio,ei,vti Bancherio, faciant tractã, eidemq; vti Procuratori Sempronij remiſſam,nihil impedit quominus in executionem dictarum litterarum det debitum ſibi in libris banci, creditum verò dicto Sempronio:quibus executis,verò,& realiter conſummata dicitur ſolutio, & cãbij perfectio,cum quantitas illa,quæ erat in banco & Bancherio ſpectabat,vigore dictæ deſcriptionis,& inſcriptionis reſpectiuè eiuſdem incipiat ſpectare Sempronio, cuius quidem Sempronij conſenſus,quatenus ad prædicta eſt neceſſarius,expeditur per litteras eiuſdẽ p ipsũ datas eidẽ Bãcherio, vt ſcilicet curaret exactionẽ prædictã, vi remiſſę faciendã.

Nec magis obſcura eſt, aut minus legitima in eadẽ facti ſpecie celebratio recãbij; Nam ſi idẽmet Bãcherius vti Bãcherius, & ex propria perſona retroacceptis eiſdẽ pecuniis, ex cauſa recãbij,ijſdẽq; legitimo præcedẽte mãdato,deſcriptis de nomine eiuſdẽ Sempronij in libris banci,& ſibi inſcriptis, litteras recambij dabit;Nemo iure negare poterit ea omnia interueniſſe,quæ ad ſubſtantiã recãbij ſunt neceſſaria,& vti neceſſaria probauimus ſupra hac eadẽ diſp. Primo quidẽ adeſſe duplicationem cambij,de qua in quinta ſecunda patet,cum hoc poſteriusquam cambiũ,de quo dat litteras ipſe Bancherius ſit in executionem prioris. Item quod interueniat idẽ ſubiectum ſub munere diuerſo, vt in tertia quæſtione patet. Quia eadem partita, quę prius deſcripta de nomine Bancherij, & inſcripta Sempronio perfecit cõtractum cambij,retroaccepta poſtmodũ ab eodẽ Bãcherio miniſterio eiuſdẽ deſcriptionis, & inſcriptionis facit pretiũ recãbij. Itẽ quod intercedat diuerſitas formę, prout in quarta quæ formæ diuerſitas cũ verſetur in ſubiecto pecuniæ,in qua attẽditur id,in quo cõſtituitin actu ſecũdo expẽdibilitatis,q ſe tenet

ex parte dominij eiuſdē, vt probaui in' quæſtione quinta, patet, nā ex theſi ſupponitur Bancherium habentem in menſa pecuniam ſolutioni paratam, eiuſdem fuiſſe dominum & ex cauſa legitima perfectionis cābij, eius dominum per dictam deſcriptionem, & inſcriptionem tranſtuliſſe in Sempronium, ad quē erat directa remiſſa; qui per conſequēs, illius dominus effectus, licitè potuit ex cauſa legitima recambij in eumdem Bancheriū dominium eiuſdem retrotranſmittere, ex quibus manifeſtè conſtat de formæ diuerſitate. Itē qui fuit debitor excābio, facta dicta deſcriptione de nomine Bācherij, cui facta fuit tracta, in nomen Sēpronij, cui facta fuit remiſſa, debitor ex cābio liberatur à dicto cā bio præcisè, licet actione mandati contraria obligatus Bancherio, qui tractā cōpleuit, vt in quæſt. ſexta. Et demū obligationes eorū ad quos dirigitur tracta, & remiſſa, licet aliās ad ipſos nū pertinētes ratione intereſſe, ſine quib. impoſſibile eſſe diximus in quæſt. ſeptima perfici poſſe cābiū, & celebrari recā biū, nemo negabit, qui perpēdat dictū Bancheriū, qui per priorē deſcriptionē, & inſcriptionē habuit obligatum datorē litterarum cābij per ſecūdam obligari paſſiuè ex cauſa recambij. &in illius executionē dare litteras cābij, Sicuti è conuerſo Sēpronius, qui miniſterio Bancherij, ſui Procuratoris remiſsā exegit in cābij perfectione, & ex cōſequēquenti remanſerat debitor eius, ad quē illa remiſſa ſpectabat ratione intereſſe; per retroſcriptionē eiuſdē ſummæ, in credito Bācherij ex cauſa recābij, acquirit actionē ex eo cōtra eūdem Bancheriū datorē litterarū

Dices hæc pugnare cū eis, quæ diſputauimus qu. decima quinta diſputationis primæ, vbi probaui ad cābij celebrationem requiri omnino diuerſitatem perſonarū cum illi quiſcā bium contrahunt, ſint correlatiuè oppoſiti, nec vtriuſq; munus poſſit ab vna tantum perſona ſuſtineri.

Reſpondetur: quinimmò maximè concordare; Nam (vt ibidē diximus) cōſenſus alterius ex contrahentibus poteſt aptè ſuppleri ad eſſe ēum cōtractus miniſterio epiſtolę id mandātis, vel ratihabitionis, quę miniſteria ſupponuntur in theſi. Et modo adſit ſaltem vna perſona contrahens ſuo, vel alieno nomine, in qua poſſint vniri conſenſus vtriuſq; ſi interueniant epiſtoia, vel nuncius, qui deferant conſenſum abſentis, benè, ac legitimè poteſt cōtractus celebrari, vt vidimus in eā, dē diſputatione prima, quæſt. decima ſexta. Ei ideò ſignanter poſui in concluſione verba illa, *accedentibus debitis conſenſibus per nuncium, vel epiſtolam*, quorum alterum neceſſarium exigitur ad celebrandum contractum correſpectiuum, quale eſt cambium.

Ampliatur hæc tertia concluſio (retēto eodem
18 themate) quādo tracta, & remiſſa fit vni, eidemq; qui ſit Bancherius, & pecuniam habeat ſolutioni paratam, & duplicem perſonā gerat, nam procedet, etiamſi perſona propria ipſius Bancherij, in dicta negociatione tam circa cambij perfectionem, quam circa recambij celebrationem, nō interueniat nec obligetur ſed omnia expediat nomine alieno, quando ſcilicet eidem, vt Procuratori Sempronij dirigitur tracta, & eidem, vti Procuratori Tullij dirigitur remiſſa, vel ecō uerſo, cum enim his cāſibus Bancherius habeat pecuniam ſolutioni paratam, eiuſdēq; dominium per inſcriptiones; & deſcriptiones reſpectiuè trasferat in prędictos ex legitima cauſa, perfectionis ſcilicet caubij, & celebrationis recābij, modo ſuperius expreſſo, nihil impedit, quominus vti Procurator Sēpronii perficiat ſolutione cābiū, & vt Procurator Titii contrahat retroacceptione recambium, accedentibus, vltra mandata conſenſibus neceſſariis ad contrahendum, mini ſterio epiſtolæ.

Subampliā cādē ampliationē procedere etiāſi
19 dicti Sempronius, & Tullius, ante complementum dicti cambij, nullam haberent pecuniam in dicto banco propriam; nec illam eſſent habituri tempore ſolutionis, & perfectionis cambii. Nā nihil impedit quominus Bancherius ipſe, ſequutus fidem eius, cui fit tracta, cāde propriis pecuniis ſoluat deſcribendo, & inſcribendo, vt ſupra, & quidem ſi bi ipſi, vti Procuratori eius, cui fit remiſſa. ex qua ſolutione, & inſcriptione acquirit proprio nomine, & vti Bancherius, obligationē contra eum, cuius nomine ſoluit, à qua eum liberat, ſequuto recambio, ſi, & quatenus eadem pecunia, quæ retrotraditur, ſibi vti Procuratori eius, qui obligatur ex recambio, ab eodem in ipſummet Bancherium proprio nomine deſinatur.

Et hæc tertia concluſio vna cum dicta ampliatione, & ſubampliatione optimè confirma-
20 tur à deciſione, & reſponſo dato per Vrbanum Sanctiſſimum Pontificem ad Archiepi ſcopū noſtrū quarto loco, de quo ſupra in Apologomenis ad hāc diſp. Certū enī eſt in theſi

de qua in eo. Antonio illi de Mediolano diri gi tractã, & remiſſam, & per inſcriptionẽ factam de debito ei, qui traxit, & de credito ei, qui remiſit de eadem prorſus quantitate, & ſumma intelligi factam cambij ſolutionẽ „ per illa verba. *Antonio in Milano paſſa la „ ſcrittura di quella partita in debito di Pie- „ tro, & in credito di Giouanni.* Et exinde debito ibi realiter non extincto recambium eiuſdem partitæ celebrari, per eumdem Antonium de eadem partita; per illa verba, quę „ ſequuntur. *Et non eſtinguendo Pietro tal de „ ôtto con altra rimeſſa, ò pagamento come po- „ trebbe fare, riſtette nella fera ſeguente il „ ſuo credito a Giouanni, & il ſuo debito à Pie „ tro.* Verum quidem eſt quod hoc idem reſponſum non aperit, quomodo per dictas in ſcriptiones ad debitum, & ad creditum contingat, vel contingere poſsit ſolutio cambij, quam neceſſariam omnino eſſe; & Bulla Pij expreſsè dicit, & hoc idem reſponſum ſupponit, dum poſt inſcriptionem facit Petrum
21 debitorem. Vndè, cum alias nos probauerimus, diſputatione ſecunda, quæſtione decima ſeptima, has inſcriptiones, & deſcriptiones probare ſolutiones; ſi & quatenus fiant in libris banci, & menſæ, in qua adeſt pecunia ſolutioni parata, nõ autem in libris mercatorum, ideò in theſi huius tertiæ concluſionis a me propoſitæ, & firmatæ poſui; eum, ad quem dirigitur tracta cum remiſſa eſſe bancherium, Quod ipſum aperit tertiũ reſponſum eiuſdem Vrbani ad eumdẽ Archiepiſcopum in parte affirmatiua, ibi. *Sub- „ ſiſtere ſi Roma, & Maſſa vera fiat ſolutio ex „ legitimo mandato Didaci ab habentibus vn- „ de ſoluant ex proprijs, vel alienis pecunijs, „ quæ non ſint creditoris, cui fit ſolutio.* Erit
22 igitur vlterius reddenda ratio per eos, qui vtuntur hoc poſteriori Vrbani oraculo; quo modo, per Antonium de Mediolano, per directionem illam ſcripturæ in libris, fiat ſolutio de proprijs, vel alienis pecunijs, quę non ſint creditoris, quam mihi videor ſatis reddidiſſe, poſita ratione bancheria in ipſo Antonio prædicta exequente; quam ſubodoratum eſſe idem tertium reſponſum mihi innuunt verba illa. *Eadem ratione bancheria permanente*, quæ verba alias ſunt valde obſcura.

Item verum eſt idem quartum oraculum non
23 aperire qualiter ſeſe gerat dictus Antonius de Mediolano in prædictis expediendis, an ſcilicet ipſemet obligetur, vel obligationes acquirat etiam in propria perſona, tam in perficiendo cambio, quam in recambio cõtrahendo; quę neceſſario intervenire debere nos poſuimus, & probauimus in theſi huius noſtræ tertiæ concluſionis. Sed reſponſum hoc acquieſcit quoad perfectionem cãbij in illis verbis. *Paſſa le partite*, & quoad recambi, celebrationem in illis; *riſtette nella fera ſeguente*. Certum tamen eſt: hoc reſponſum de dictis obligationibus, reſpectu eiuſdem Antonij de Mediolano tanquam de neceſſario ſuppoſito ſentire per illa ver- „ ba, ibi. *S'aggionge vna circonſtanza, che Gio „ uanni promette à Pietro, che Antonio in Mi- „ lano compirà la ſua tratta.* Quę cautela eſſet omninò fruſtratoria, niſi ex prædictis Antonius obligationem daret, & acciperet. Et ſimul apparet dictam inſcriptionem ad debitum; et creditum reſpectiuè prædictorum ſolutionem continere, non quidem de pecunia facientis tractam, nec facientis remiſſã, ſed de pecunia propria ipſius exequentis, quod impoſsibile omninò eſt cõtingere per dictas inſcriptiones, niſi is ſit Bancherius habens pecunias ſolutioni paratas in menſa, ſeu banco.

Demum verum eſt: dictum quartum Vrbani
24 Sanctiſsimi oraculũ reſtrictum eſſe ad theſim, quam poſui ſupra in ampliatione, et ſub ampliatione, in quibus Antonij perſona mu nus dictum diuerſarum perſonarum formaliter gerit omiſſa propria; Non tamen negandum eſt idem habere locum, etiamſi, & perſona ipſius Bancherij formaliter interueniat, vt in ipſa concluſione poſitum eſt cum militent eędem prorſus rationes. Quarum vi, idem dicendum eſt, et iamſi Bancherius iſte identificaretur, quoad perſonam, cum aliquo ex mandantibus, ſecundum terminos inſtitoriæ, de qua ſupra in quæſtione ſeptima; per quam dicta identitas non impedit, quominus pro duplici perſona habeatur; quatenus debita requiſita ad inſtitoriã concurrant. Quod ipſum optimè probant verba eiuſdem quarti reſponſi ibi, *ne faccia „ la tratta ad Antonio perſona diſtinta, e di ne- „ gocio, e di credito in detta Città di Milano*

Ex quibus patet: non exigi inter perſonas diſtinctionem (vt ita dicam) numeralem; ſed negociationis; quod tamen intellige cum re quiſitis ad inſtitoriam; nam dictis requiſitis ceſſantibus, reſoluitur in fictionem, nulla iuris aſſiſtentia roboratam.

A amplia demum dictam tertiam concluſionẽ affir-

affirmatiuam in quacumque alia facti ſpecie quæ contingere, vel figurari poſſet, in qua, facta vni eidemque perſonæ tracta, cum remiſſa ea concurrunt, per quæ is poſſet, & cambium perficere vera, & reali ſolutione; nouumque cambij contractum realiter celebrare; ſecundum ea, quæ diſputauimus in tertia, quarta, quinta, ſexta, & ſeptima quæ-
25 ſtionibus præcedentibus, Nam ijs ceſſantibus in totum, vel in aliqua parte, cum non poſſint ſubſtantiari ij duo actus perfectionis cambij, & celebrationis recambij, qui ad recambium ſunt neceſſarij omnino, ſequitur illa incompatibilitas, de qua memini in ſecunda quæſtione huiuſmet diſputationis in fine, ex qua contractus hic reſoluitur, & definit in mutuum cum vſura. Eſſet enim inæquibile, & ferè infinitum percurrere per omnes caſus contingibiles, & de quolibet ſingulariter determinare: Et cum requiſita neceſſariò ad actus prædictos expediẽdos, ad quorum poſitionem nihil impedit, quominus legitimus ſequatur effectus, in dictis quæſtionibus ſint determinata; fruſtra etiam ad plura ſingularia ſermonem de tinerem.

26 Iure tamen merito, eamdem tertiam affirmatiuam concluſionem, in eadem theſi, de qua in ea, limitabis generaliter è conuerſo; quãdo deficeret aliquod ex requiſitis ad dictã conſummationem cambij, & celebrationem recambij, vt vidimus ijſdem quæſtionibus. Et in ſpecie (quod non raro contingit) Quãdo de dicto cambio tracta fit Bancherio, vti Procuratori Sempronij, remiſſa verò ipſimet Bancherio proprio nomine; Nec pecus dictum Bancherium, ſeu in dicto banco adeſt pecunia dicti Sempronij æquiualens dictæ ſolutioni, vel ſaltem non eſt adfutura ante actualem cõſumationem ſolutionis ad perfectionem cambij neceſſariæ. Hoc enim caſu impoſſibile omninò eſt, vt dicta ſolutio contingat, & quæcumque directio ſcripturę eſſet mera fictio, abſque vlla iuris aſſiſtentia licet enim pecuniæ ſint in banco ſolutioni paratæ, dominium tamen illarum eſt penes Bancherium, & alios omnes, quibus reſpectiuè eſſent inſcriptæ. Et propterea ſi Bancherius tali caſu ſolueret, id nullis alijs pecunijs curare poſſet, quam proprijs, quod nedum eſt in iure impoſſibile, vt vidimus hac eadem diſputatione, quæſtione quinta, & probauimus diſputatione prima, quæſtione vigeſima tertia in principio, ſed prorſus intelligibile. Quomodo enim intelligi, nedũ fieri poſſit, vt quis propria vratur pecunia, ad ſibi ſatisfaciendum de creditor, per quam libet inſcriptionem in libris, vel etiam per actualem numerationem dictæ pecuniæ, cuius dominium, non magis poſt numerationem, quam etiam ante eam, & in ipſa numeratione erat, & perſeuera-
27 uit in dominio ipſiuſmet ſoluentis? Et hæc quidem limitatio indubitabilis redditur ex eis, quæ habentur in tertio reſponſo Vrbani Sanctiſſimi ad Archiepiſcopum Genuenſem, in parte affirmatiua, & illis verbis, „ibi. *ab habentibus vnde ſoluant ex propryis, vel alienis pecunijs, quæ non ſint creditoris.*

Per quæ verba, licet non excludatur, nec damnetur, immò roboretur ſolutio, quæ fit ex alienis pecunijs, (accedẽte ſcilicet cõſenſu eius, cuius dictæ pecuniæ ſunt propriæ,) qui caſus compræhenditur in ſubampliatione, de qua ſupra, ad hanc eamdem tertiã concluſionem; certè excluditur, & damna-
28 tur illa ſolutio, quæ fit de pecunijs ipſiuſmet exigere debentis, qui creditor in reſponſo merito appellatur, cum ſupponatur ad eum remiſſam dicti cambij eſſe directam; qui eſt verè, & propriè caſus huius limitationis, quam meritò probari dixi ex verbis dicti tertij reſponſi ad noſtrum Archiepiſcopum, ita, vt de hac limitatione non liceat amplius dubitare.

Alias limitationes colliges per te ipſum, benetuole lector, & vbicumque, & in quacumque caſus figuratione non erunt requiſita neceſſaria ad ſubſtantiandam perfectionem cambij, quæ in ſolutione conſiſtit, & ad vniendũ duorum conſenſum ad celebrationem recãbij neceſſarium; in qualibet ex eis certum habe, adeſſe incompatibilitatem, & fictionẽ, iuris auctoritate deſtitutam, & reſolui contractum in ſimplex mutuum cum vſura, rationibus ſuperius repetitis.

Dicẽdum vltimo. Quod ſi dirigatur tracta, vna
29 cum remiſſa vni, eidemque perſonæ, quæ non ſit Bancherius; licet fungenti munere plurium perſonarum; vix eſt; vt dari poſſit caſus tot requiſitis & circumſtantijs munitus, vt in eo verificari poſſit realis, & vera perfectio prioris cambij, & celebratio recãbij adeò, vt iure merito conſtitui poſſit regula negatiua in contrarium.

Ratio concluſionis ea eſt. Quia cum reciniens
30 dictam tractam vna cum remiſſa non ſit Bancherius, & per conſequens, non habeat pecuniam

cuniam ſolutioni paratam; per illam directionem ſcripturæ in libris nulla fit ſolutio & per conſequens nulla perfectio cambij, qui eſt primus actus omninò neceſſarius in recambio. Et per conſequens, ſuperflua eſt vlterior inueſtigatio, an ſcilicet poſſit contrahi nouum cambium de eadem pecunia ſub alia formalitate, vt neceſſarium eſſe probauimus ſupra quæſtione quinta.

Nec dicas per prædicta inuerti totam praxim ſoluendi ſibi ipſi, qua nihil frequentius apud mercatores.

Nam nec hanc praxim per me negari patet ex eis, quæ poſui ſupra diſputatione prima, quæſt: vigeſima tertia, Et magis in ſpecie, quando vni, eidemque dirigitur tracta cum remiſſa, & trahens eſt creditor eiuſdem ſummæ illius, ad quem facit cum tracta remiſſam, & ſolutio, ac cambij perfectio fit per compenſationem, probaui hac eadem diſputatione, quæſtione quarta in fine. Et in ſpecialiſſima, etiam in libris mercatorum per ſcripturæ directionem contingere ſolutionẽ, ſeu ſolutionis probationem, quando ſcilicet concurrunt requiſita ad compenſationem, nouationem, ſeu delegationem; probaui in diſputatione ſecunda, quæſtione decima ſeptima, concluſione quarta. Et hîc, in indiuiduo, etiam admitto quod ſi ille, cui dirigitur tracta cum remiſſa ad diuerſas perſonas reſpectiuè ſpectantes, datur etiam ordo, & mandatum; vt nomine, & pro computo eius, per quẽ fit tracta, capiatur æqualis ſumma ad cambium, pro dicta tracta ſatisfaciendа; & is eam verè capiat; quod tunc potuit legitimè ſibi ipſi ſoluere pro complemento tractæ illammet ſummam, quam ad effectum prædictum ex mandato prædicto cambio cepiſſet, eamque inferre rationibus eius, ad quem ſpectat remiſſa. Probat hoc textus *in l. ſi mandauero tibi* §. *ſi mandauerim ff. mandati*. Et ego plenè explicui in diſputatione prima, quæſtione
32 vigeſima tertia. Sed nego, & ſemper negaui: per ſimplicem directionem ſcripturę in libris mercatorum indiſtinctè oriri ſolutionem; eamque per dictam inſcriptionem indiſtinctè, & abſolutè fieri poſſe ſibi ipſi, vel alij, quod memini me probaſſe in diſput. ſecunda, quæſtione decima ſeptima. Ex eo enim, quod in pluribus caſibus, & cum debitis circumſtantijs prædicta procedant; & iure ſuffragante, introducta fuerint factum eſt (inimico homini ſuperſeminante zizania) vt à mercatoribus indiſtinctè, & abſolutè vſurpatum ſit, ſplẽdido prætextu euitandi circuitus inanes; re verà, nec incertæ fidei aliorum proprias credant pecunias, & vt prouiſiones, & alias expenſas ſibi lucrentur. Sacri verò Theologi his, & alijs huiuſmodi tamquam ex aliena pœna depromptis vtẽtes; quod ſemel verum cognoſcunt, ſemper verum exiſtimãtes, quod ipſis familiare eſt in cauſis rerum verſantibus, hæc prætereunt, ex quibus ſe, & alios in plures difficultates induunt.

Cum igitur per directionem ſcripturæ in libris eius, qui non ſit Bancherius, nec habeat pecuniam ſolutioni paratam, nec fiat, nec probetur ſolutio, nec per conſequens perficiatur cambium, remanet regulariter firmum, in his terminis non poſſe celebrari recambium, etiam ſi is, ad quem ſpectat tracta, eſſet creditor conſimilis quantitatis illius, ad quem eam dirigit, & per cõſequẽs eſſet locus ſolutioni ſibi ipſi per viam compenſationis; Nam tali caſu cum per compenſationem in totum tollatur obligatio, & per conſequens deficiat identitas ſubiecti, requiſita in recambio, vt probauimus ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione quarta, etiam in his terminis ceſſabit recãbium formaliter, licet non negaucrim, ſequuta compenſatione; poſſe cambium celebrari inter eaſdem perſonas, ſi cætera ad ſint, quod tamen recambium dici non poteſt ex defectu identitatis ſubiecti prout ponderauimus ſupra ſuo loco hac eadem diſputatione, queſtione tertia; qua etiam in ſpecie poterit verificari realis ſolutio ſibi ipſi.

Sed quoniam in concluſione non abſolutè ne-
33 gaui poſſe vnquam cambium perfici, & celebrari recambium, quando tracta dirigitur e idem, cui dirigitur remiſſa, qui non ſit bancherius; ſed ſolum aſſerui vix fieri poſſe: reſtat modò videre, quomodo, & quando id contingere poſſit; Et ſicut ſingularium nulla poteſt dari doctrina, ità infinitum propè eſſet ad omnes factorũ ſpecies ſermonem dirigere. Quid igitur in hac re vniuerſalius ſtatui poſſit, deſumendum eſt ex eis, quæ generaliter tradidimus ſupra, diſputatione ſecunda, quæſtione decima ſeptima, concluſione quarta, Vbi dixi: per directionem ſcripturæ in libris mercatorũ tunc ſolutionem oriri, quando ea concur-

runt

iunt, quæ ſunt neceſſaria ad compenſationẽ ad nouationem; ad delegationem; Nam circumſcripta compenſatione, quę eſt incompatibilis cum recambio, & retentis nouatione, & delegatione, dico quod in omnibus caſibus præ dictis nouationis, & delegationis, ſi addatur conſenſus reſpectiuè eorum, quorum intereſt, ſaltem per litteras ad recambium celebrandum, nihil impedire quominus, & in terminis huius quartæ concluſionis quantumuis negatiuæ, poſſit celebrari recambium. Verum, cum prædicta in praxi mercatorum raro contingant, temporibus iſtis, vt ego percurrendo per ſingula facilè animaduerti, ideò, & regulam poſui negatiuam, & aſſeruj vix id fieri poſſe. Et cum regula generaliter poſita malè comprobetur per deciſiones particulares, ideo eam probaui per rationes incompatibilitatis, de quibus ſupra, quæ gene raliter procedunt, omiſſo reſponſo Vribani Sanctiſſimi ad primam theſim Reipublicę noſtræ, quod negatiuum eſt; Sed illud in propoſito pondero, quia, vt illud procedit abſtrahendo à circumſtantijs quibus poſſet iuſtificari, ità adæquate ponderationi, quam mox faciebam, vix ſcilicet prædicta de facto contingere in ijs circumſtantijs, quæ poſſent actum iuſtificare. 34

Vt autem probare poſſi n ſtudium meum beneuolo Lectori, non deſinam in ſpecie figuram aliquam ponere, qua ſubſtineri poſſit, hæc praxis cum debitis circumſtantijs, quæ non in eo ſenſu erit accipienda, vt ad eam præciſè ſit coarctata limitatio regulæ negatiuæ, cum plures aliæ formæ figurari poſſint ſed vt in aliqua ſaltem in concreto exponatur quaſi intuenda.

Aquilius mercator Venetijs habebat penes ſe, depoſiti nomine, centum ſpectantia Bruto Genuæ. Qui Brutus facit tractam via cambij, pro totidem centum eidem Aquilio, cuius remiſſam eiuſdem cambij ad Caiũ ſpectantem, is Caius ad eumdem Aquilium facit. Certè hoc caſu, nihil impedit Aquiliũ vtrumq; munus legitimè adimplere, pro cãbij perfectione; infetendo, ſcilicet, rationibus ſuis Procuratorio nomine Caii, ſummã per ipſum, proprio nomine, debitam Bruto depoſiti nomine concurrentibus ad prędicta debitis conſenſibus per litteras ad prædicta requiſitis: Ex qua perfectione ſubſequitur; ipſum Aquilium liberatum remanere actione depoſiti, qua tenebatur erga Brutũ ſed è conuerſo obligatum remanere, actione mandati, ad fauorem Caii, cuius remiſsã exegit. Quibus ſi addas eumdem Caium mã daſſe Aquilio, vt ſibi remitteret, via cambii, creditum prædictum, iſq; per litteras cambii, cuius tractam dirigat Brutо, remiſſa nanvero Caio exequatur; iam habes, vna cum perfectione cambii, celebrationem recãbii: retento eodem ſubiecto, ſub diuerſa formalitate, interueniente obligatione eius, cui dirigitur tracta, ſeu remiſſa, modis ſupra explicitis; & hæc omnia contingunt, licet tracta, cum remiſsa cambii dirigatur eidẽ perſonæ quæ non ſit Bancherius, dummodo vices plurium perſonarum ſubeat; prout sũt termini huius quartæ concluſionis. 35

Et ſi quæras cur dixerim: vix hæc contingere poſſe in praxi, cum ſæpius contingere poſſit eum, cui ſub diuerſarum perſonarum munere dirigitur tracta cum remiſſa, & Aquilij nomen expoſuimus, eſſe debitorem, ſiue ex depoſito, ſiue ex alia cauſa (quod non videtur referre) Bruti trahentis; Et per conſequens, accedentibus cæteris, facilè, & frequenter dari poſſe in praxi in hac theſi perfectionem cambij cum recambio.

Reſpondeo aduertendum eſſe; Recambia eo tantum caſu in vſu eſſe, quando is, qui ex primo cambio fit debitor, non habet in loco deſtinatæ ſolutionis pecuniam paratam ſolutioni, ſiue illa ſit in pecunia numerata, ſiue in nominibus; in his enim anguſtijs conſtitutus, habet neceſſe, vt eadem ſumma, quæ aliàs eſſet ſoluenda in loco deſtinatæ ſolutionis, ad ſe reflectatur via recãbij, ſed quando penes eum, cui tractam dirigit, habet pecuniam, ſiue numeratam, ſiue in nominibus exæquantem ſummam tractæ, tũc nullo opus habet recambio, ſed facta cambii perfectione, ceſſat recambij neceſſitas; & ideò dixi vix in praxi contingere. Quod tamen non abs re fuit ob oculos ponere, ad magis aperiendam ſubſtantiam rei, de qua agimus; Et ob alios iuris effectus, qui indè oriri poſſent, præſertim vbi ageremus non de recambio formaliter, ſed de cambio celebrato, poſt ad implementum cambij; & ex dicto ad implemento originato, quando ſcilicet eidem perſonæ, plurium perſonarum munus adimplenti, dirigitur cum tracta etiam remiſſa, quæ cum habeant magnam conuenientiam, & ſimilitudinem diuerſa tamen iure cenſenda ſunt.

36 Theorica igitur ſit generalis in hac difficilima quæſtione, tum recambium legitimè cele-

celebrari; cum interuenerit vera, & realis perfectio prioris cambij; verèque, & realiter super eodem subiecto, sed sub diuersa formalitate, contrahitur nouum cambium, quo obligatur is, ad quem prioris cambij tracta cum remissa directa fuit; Id quo pacto cõtingat habes ex præcedentibus quæstionibus. Si verò aliquid ex prædictis deficiat; corruat necesse est, etiam recambiũ; illudque reduci ad illam incompatibilitatẽ, de qua in secunda quæstione, per quam in mutuum resoluitur.

Praxim verò tam sub figura legitimi, quam illegitimi habes; tam in executore bancherio, quam in non bancherio, in casibus supra expressis, & in alijs, quos pro libito, ad normam prædictam beneuole lector poteris figurare; quod, ne tibi fastidio sim, pluribus facere supersedeo,

Et licet ex præmissis facilis, & de per se obuia sit solutio eorum, quæ ad excitandam quæstionem supra proponebam, tamen ad euidentiorem doctrinam.

Ad primum respondetur. Quod in casu, quo
37 fit tracta cum remissa ei, qui iam erat debitor, per acceptationem tractæ; verè perficitur cambij per solutionem, rationibus ibi expressis, & licet postmodum, concurrentibus debitis requisitis, de æquali summa creditori ex remissa exacta possit fieri, & celebrari cambium, cum deficiat identitas subiecti, deficit etiam ex consequenti tota notio recambij per ea, quæ posuimus supra, quæstione quarta: ex eo, quia per illam cambij perfectionem illa contingit solutio, per quam obligatio ex cambio funditus fuit sublata. Ex quibus etiam cessat confirmatio; Nam verissimum est quæ singulariter, & de per se legitimè fieri possunt, non deprauari ex geminatione, vt geminatio est, & nos probauimus dicta quæstione secunda; sed deprauatio, quæ in casu contingit non prouenit ex geminatione, sed ex defectu subiecti. quod ex supposito consumatur, & perimitur in totum per cambij perfectionem; vndè nil mirum si ex carentia illius deficiat recambium.

Ad secundum respondetur. Verum quidem
38 esse, quod vna eademque persona potest cambium perficere; si tamen, & quatenus concurrant requisita ad dictam perfectionem, quæ in solutione vera, & reali consistit. Sed cum impossibile sit: aliquem soluere sibi ipsi, nisi habeat vnde soluat, & cui soluat. Propterea, eatenus poterit cambiũ perficere, quatenus habeat vnde, & sint casus expressi in tertia, & quarta conclusione; & nõ poterit perficere, si non habeat vndè, nec cui, vt in casibus negatiuis, de quibus in omnibus qua tuor conclusionibus de quibus supra. Item verum est: eamdem personam posse recambium celebrare, media nouatione eiusdem obligationis, vel retroacceptione eiusdem partitæ in banco; Sed quia non semper, nec per quamcumq; scripturæ directionẽ, prædicta contingunt, Ideò non potest generaliter affirmari, sed procedendum cum distinctione, & parendum requisitis de iure ad prædicta, & sicuti, ijs concurrentibus, affirmatiuè, ita deficientibus negatiuè statuendum.

39 Ad tertium respondetur: verum esse perductum illum lineolæ in scartafacijs, cudi nobilissimum illud monetæ genus, quo perficiuntur cambia, & celebrantur recambia in ferijs; sed si vni eidemque, vt sic, & præscindendo a quibuscumq, alijs circumstantijs, fiat tracta cum remissa; per quoscumq: ductus linearum faciat in suis scartafacijs; in quantauis quantitate pecuniarum nullam vnquam, ne de obolo quidem faciat cussionem, quæ non sit inanis, & fictitia prorsus. Ratio est; quia forma, qua imprimuntur seu tirantur, per illum lineolæ ductum, est obligatio ex constituta pecunia, ipsius acceptatis tractam: superaddita obligatione ex cambio contracta in plateis, stipulante eo, cui dirigitur remissa, nominato in litteris cambij, quem non adiectum solutioni, sed adiectum stipulationi, & actioni acquirendæ; probauimus supra disputatione secũda, quæstione septima, & cui adiecto quæritur actio, per eumdem ductum lineolæ, contra ducentem. Hæc autem impossibile est omninò contingere, quando vni, eidemq; vt sic & præscindendo a quibuscumq; circumstãtijs, dirigitur in feriam tracta cum remissa; quandoquidẽ ipse sibi ipsi stipulari non potest; nec, per ductum dictæ lineolæ, dare, aut acquirere obligationem sibi ipsi, & à se ipso, licet considerato sub quacumque formalitate, etiam multiplici, vt latè probauimus disputatione prima quæstione decima quinta.

40 Et hinc est, quod Bancherij in ferijs compu ta, quę vocant *tratte, e rimesse*, non deducit in acceptationibus, nec in eis aliquo ductu lineolæ vtuntur, ad denotandam acceptatio nem, nec de debito, aut credito, ex dicto cõ-

puto

puto reſultante,ſe valent,aut valere poſſunt pro ſoluendis debitis ſuis , nec vti poſſunt pro adæquatione bilancij. Ex quibus; tam à cauſa,quam abeffectu manifeſtum fit,in his computis nullam fieri cuſtionem ; nec per cambia prædicta vllam Bancherio ſubmini ſtrari pecuniam,qua vti poſſit ad tractas diſ ſoluendas ; Et tantum abeſſe,vt per dictas deſcriptiones habeat vndè ſoluar, quinimmò, nihil pænitus habeat , vt ſupereſſumm ſit inſpicere,an remaneat idem ſubiectum ſub formæ diuerſitate.

Bene verum eſt,quod ſicut vna, eademq; per-
41 ſona,quę ſit Bancherius:poteſt etiam, vigore mandati,habere perſonam alterius , qui non ſit Bancherius, cuius nomine ſicut poteſt directo ácceptare tractas , & ſtipulari remiſſas quibuslibet alijs Bancherius tam illorum proprijs nominibus , quam Procuratorijs aliorum;ita per ductus illos lineariì acceptare alijs,& ſtipulari ſibi tractas,& remiſſas reſpectiuè,ità nihil prohibet(ſi cętera adſint)pecunias acquiſitas alieno nomine in rationes , & computa ſua inferre ; vel è conuerſo proprijs pecunijs vti , in diſſoluendis debitis alieno nomine per acceptationes contractis & prædicta omnia. ſi conſenſus,ſaltem per litteras,interueniat abſętium,vel ratihabitio;nihil , inquam impedit cambia celebrari;quinimmò & recàbia formaliter.ſi cętera adſint , quæ latius in concluſionibus tertia.& quarta perpendi.

Dices ex prædictis colligi,me malè ſentire de
42 illis computis Bancheriorum in ſcrijs , de quibus ſæpius memini,*ſcratte, e rimeſſe*. Et ego;vt(liberè fatear, quod candidè cenſeo, verè de eis non benè ſentio , cum non videriim(forſan ex ignoratione praxis) quomodo eis poſſit accommodari theorica , quam neceſſariam probaui ad ſubſtantiandum recambium,quod ſi aliquis inſtructior prædicta in eis verificabit,libens eis pedibus, manibuſq; accedam.

Interim tamen.cum alias perſpectum habeam plures Bancherios tinoratæ conſcientiæ, his cambijs vſos;vt ſummas , & quantitates ſibi debitas,modo prædicto ad ſuos deferia direxerint reponendas in computo prædicto.& ſucceſſiuè indè reflectatas ; & ſic ſucceſſiuè , ſemper cum augumento cambio-
43 rum . Fortè prædicta ſaluari poſſent,non in vim cambij, & recambij formaliter,quę verè non interueniunt , ſed in vim intereſſe cambiorum ; Ita vt ſenſus ſit : intereſſe illud non deberi,quia verè , & realiter celebratum ſit cambium,& recàbium;Sed quia, cum debitor legitimè teneretur,puta ex promiſſione,ſeu ex mora , ad intereſſe cambiorum ; per dictas tranſmiſſiones , & ſcripturę directiones,optimè colligi ad quam ſummà exceſſerit dictum intereſſe ; ſi , & quatenus verum cambium, & recambium celebratum fuiſſet;quæ duo valdè inter ſe differre patet intuenti,& nos latius explicabimus infra , ſi occaſio ſe dabit . Quibus in terminis admonitum velim Bancherium,vt ſibi caueat ; ne
44 talia computa vltra intereſſe cambiorum oneret prouiſionibus,& expenſis cabellarũ, & cenſariarum(niſi fortè in caſum euitandi damni , quod in veritate ipſemet ſentiret ſuper conſimili ſumma , earumdem expenſarum)nam cum promiſſiones ſint de natura libus contractus cambij , vt probaui diſputatione prima,quæſtione octaua , & debeãtur in vim remunerationis operæ præſtitæ in cambio per Bancherium;cabellæ verò, & proxeneticum debeãtur ob cambij celebrationem,cum cambium in computis prædictis verè,& realiter non interueniat , ſed ex ſuppoſito; dicta directio ſcripturæ , tam in feria,quam in platea, fiat ad dignoſcendum ad quantam quantitatem aſcendat lucrum ex cambio , quod ex duplicatione reſultare diximus,diſputatione prima,quæſtione decima tertia, contra omnem iuſtitiam eſſet, huiuſmodi computis prędicta ſuperaddere. Et memini me alias patrocinium præſtitiſſe nobili,& pecunioſo Bancherio contra conductores vectigalis, quod ex cambijs colligebatur;qui,exhiberi ſibi,pro poteſtate, iuſſis ſcartafacijs Bancherij prædicti; volebant ab eo conſequi cabellam ſuper huiuſmodi computis;reclamante dicto Bancherio. non auſo tamen denegare realitatem cambij in præmiſſis;ſed contra aperta verba legis , ſuper omnibus cambijs cabellam imponentis, de conſuetudine in contrarium ſe tuente.

Et certè niſi ad plures exemplum,quam periculum dictæ cauſæ pertinuiſſet;qui cuneo quodammodo facto,conductores illos à Iudicio depellerent ;certè vel erat ſuccumbẽdum vigore legis per verba expreſſa diſponentis, vel tandem velo reiecto , rei veritas erat aperienda,quam ego non reticebam.

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO IX.

An, & quodnam diſcrimen interſit inter lucrum cambij, ſeu recambij, & intereſſe eiuſdem.

1 *Lucrum cambÿ, & recambÿ quomodo ab intereſſe differat.*
2 *Intereſſe an ſit verbum latinum.*
3 *Intereſſe definitio ſecũdum Iac. de Rauenna gloſ. Cyn. Butr. & antiquiores quenã ſit.*
4 *Definitio prædicta impugnata per Bartolum.*
5 *Lucrum, & damnũ ab æſtimatione ſui ipſius debet diferre.*
6 *Intereſſe in iure datur quod inæſtimabile eſt.*
7 *Intereſſe definitio ſecundum Bartolum in genere generaliſſimo qualis.*
8 *Bartoli ſententia, ſiue definitio prædicta non probatur in omnibus per Auctorem.*
9 *Baldi definitio de intereſſe refertur, & ponderatur.*
10 *Alciati ſententiæ in materia definitionum reſpuitur.*
11 *Berengarÿ ſententia laudatur.*
12 *Intereſſe quid ſit à parte rei ex ſententia Auctoris laudantis ſententias omnium per partes.*
13 *Intereſſe prout refertur ad id, quod eſt æſtimabile, & petibile triplex eſt ſecundum Gloſam, ſingulare, commune, & conuentum.*
14 *Intereſſe vnicum ſecundum Vltramontanos.*
15 *Pretium rei non eſt intereſſe declara numer. 18.*
16 *Intereſſe ex ſententia Dyn. eſt vnicum in ſe, ſed tripliciter æſtimatur, ſingulariter cõmuniter, & ex conuentione.*
17 *Quæſtionem nomÿnis cum Alciato eſſe dicit Auctor, cum omnes conueniant in ſubſtãtia intereſſe vnicum genericè eſſe.*
18 *Concordatio opinionum DD. in hac materia.*
19 *Intereſſe aliud intrinſecum, & aliud extrin ſecum.*
20 *Intrinſecum intereſſe quod nam ſit.*
21 *Extrinſecum intereſſe quale? DD. ſententiæ variæ afferuntur, & nu. 22. Auctoris ſententia refertur.*
23 *Tex. verba in l. cum pro eo. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſſe referuntur, & perpenduntur.*
24 *Certum, & incertum in materia intereſſe quod?*
25 *Indiuiduum verbum, I.C. vſurpant pro ſpecie.*
26 *Intereſſe intrinſecum ſemper venit, & debetur.*
27 *Extrinſecum verò cum diſtinctione, vt hic.*
28 *In obligationibus facti, obligatio ad intereſſe quando ſuccedat latè per diſtinctionem habetur.*
29 *Obligatio ad intereſſe quando ſuccedit in obligationibus facti, an ita ſuccedat, vt prior tollatur obligatio.*
30 *Factum, & intereſſe venire in obligatione alternatiuè quomodo intelligatur.*
31 *Alternatiua quando cadit inter res, quæ ſũt in obligatione, electio eſt debitoris.*
32 *Quando cadit inter actiones, electio eſt actoris.*
33 *Si cadit inter rem, & actionem mixtim, electio eſt actoris, quia ſi concederetur electio reo, tolleretur actori actio.*
34 *Factum petitur ex ſtipulatu, intereſſe verò certi conductione.*
35 *Actor ſi agat ad factum intereſſe quoad illã obligationem eſt in facultate ſoluendi.*
36 *Conuentus ad intereſſe liberatur præſtita ſideiuſſione vſque ad litis conteſtationem.*
37 *In intereſſe an habeatur ratio lucri, & quibus in caſibus.*
38 *Intereſſe vſq; ad quam quantitatem poſſit aſcendere; diſtinguitur inter conuentum, & commune, & ſingulare, vt conuentum debeatur in totum, item & commune, niſi de immenſo cogitare venditor nũ potuerit.*
39 *Intereſſe ſingulare quando debetur reſpectu certæ quãtitatis, vel materiæ reſpectu ſui vel adiuncti non poteſt excedere duplum pretÿ communis, vel conuenti.*
40 *Si verò non continet certam quantitatem, vel materiam reſpectu ſui, nec reſpectu adiuncti, tunc venit totũ intereſſe quãtũ illud fuerit, & hoc de iure veteri.*

41 De

41 *De iure Cod. verò licet in immenſum iuxari ſed Iudicis taxationi ſubijcitur ne excedat duplum, & hoc generaliter ſiue de intereſſe conuento agatur ſiue de pœna conuentionali.*

42 *Intereſſe quomodo probetur.*

43 *Teſtes quomodo debeant deponere circa intereſſe.*

44 *Ex valore communi rei ſiue rei pretio, licet differat illud ab intereſſe, tamen ſequitur probatio intereſſe, quia ſi tanti res communiter valet, ergo cuiuſq; tanti intereſſe rem habere.*

45 *Probatio non debet reſtringi ad vnum, vel duos dies, ſi de temporis præteriti intereſſe agatur, ſed ad plures, quia à momentaneo non pendet communis rerum valor.*

46 *Intereſſe ſingulare pluribus in caſibus probatur iuramento creditoris, & quibus.*

47 *Dolo circumſcripto intereſſe ſingulare debet referri per teſtes ad homines, qui eſſent eiuſdem conditionis.*

48 *Duo tamen ſunt neceſſaria, quod probatio nõ verſetur in ſola affectione creditoris, ſed referatur ad vtilitatem eiuſdem, & quod concludat communiter, vt ibi declaratur.*

49 *Intereſſe affectionis ſimplicis, & non vtilitatis in condemnationibus non venit.*

50 *Nec pro eo regulariter datur actio in contractibus ſtricti iuris.*

51 *Niſi minor ætas interueniat.*

52 *Datur tamen ſi admixtam habet cum affectione vtilitatem.*

53 *Intereſſe differre à pœna, & vſura tamquam indeterminatum à terminato.*

54 *Intereſſe ſui natura non eſt quid taxatum ab initio per figuram pacti. Sed euentu poſteriore declaratur. Et quidem dupliciter, vt ibi.*

55 *Tex. in l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo, limitatur reſpectu contractus, quod habet certum pro fundamento, non ſi incertum, vt ibi.*

56 *Intereſſe cambiorum à lucro cambiorum formaliter quomodo differat, & in quo conueniant. 57.*

57 *Lucrum proueniens ex cambio debetur cuicumque contrahenti, & à quocumque contrahente.*

58 *Intereſſe vero cambiorum eatenus debetur quatenus perſona creditoris patiatur, & mercentor ſit ſolitus pecunias ſuas expoſitas habere in cambiorum negociationibus.*

59 *Praxis Genuæ in probando intereſſe cambiorum.*

60 *Doctr. Caſtr. in l. 3. §. fin. nu. 3. ff. de eo quod cert. loco: limitatur, vt non procedat in mercatore ſolito negotiari ſuas pecunias ſuper cambijs.*

61 *Et Genuæ recipiendam limitationem dicit, & probat Auctor.*

62 *Temperat Auctor limitationem hanc num. 62. & temperamenti rationem affert nu. 63.*

64 *Tex. in l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo, non habet locum in lucro cambij.*

65 *In recambijs ſemper ſors cõſideratur, vt ſors, non vt intereſſe.*

66 *Secus in debitore moroſo, quia ſors ſemper manet eadem, & intereſſe retinet rationẽ intereſſe.*

67 *Etiamſi aliquando reducatur in ſortem.*

68 *Et in hoc intereſſe habere locum diſpoſitionem d. l. vnic. C. de ſent, quæ pro eo, quod intereſſ. dicit Auctor.*

69 *Et non poſſe excedere duplum ſortis. Etiamſi ad rationem cambiorum, & recambiorum petatur ex mille annis.*

70 *Lim. ſi interueniat delictum.*

Intereſſe cambiorum vel petitur ex mora, vel ex pacto, & conuentione, vel ex facultate, quam concedit debitor creditori de continuando debito ſuper cambijs cum promiſſione ſoluendi tam debitum, quam ipſum, quam etiam intereſſe.

VTILITAS quæſtionis propoſitæ ex mox dicendis patebit; nam modus loquendi communiter ab omnib. tã Sacris Theologis, quã Iuriſtis vſurpatus, quo paſſim, tamquam ſynonimis, ijs vocibus vtuntur, me excuſabit apud illos; qui forte, ſcueritas re perpenſa, iudicarent me in hac quæſtione, egredi aliqua ex parte cãcellos, inſtituti ſermonis de recãbio. Cum igitur ex iam deductis, & præſertim in quæſtione decima tertia, diſputatione prima ſatis appareat, quid nam ſit lucrum, & quomodo ex cambio, eiuſdemq; duplicatione oriatur. Videndum in propoſito eſt, quid ſit intereſſe, & quotuplex, & quo pacto eſtimandũ, vt inde diſcrimen cũ lucro certius colligamus, pro enucleatione propoſitæ quæſtionis.

2 Intereſſe igitur, quòd verbũ eſſe latinum negat doctiſſimus Alciatus, *in repet. l. vnicæ C. de ſent. quæ pro eo ſub nu. 19. & 31.* quem tamen coarguit Berengarius Paulhacus *ibid. in princ. vſque ad nu. 5.* ex eo quod Iureconſulti eodem verbo vſi fuerint. *l. quod ſæpè §. fin. ff. de contr. empt. l. debitor. ff. de leg. ſecundo*, Id quod; an meritò fecerit; aliorum erit iudicium; certè hæc vox, *intereſſe*, vſitatiſſima, & vnius apud omnes ſignificationis, quid in Iure importet, magna eſt apud Interpretes controuerſia. Certè Iacobus de Rauenna, Glos. Cyn. Butrius,
3 & antiquiores omnes communiter (*teſte Bart. in l. vnica nu. 8. C. de ſent. quæ pro eo, quos etiam ſequuntur Saly. ibid. nu. 3 & Alciat. in repet. a nu. 19. cum ſequentibus adeò tenaciter, vt nu. 23. teſtetur Bartolũ diuersè ſentientem nullum ſectatorem habere*) Tradunt hi Patres intereſſe eſſe æſtimationem damni emergentis, & lucri ceſſantis, ex eo, quod non fit, quod fieri debet, vel fit, quod fieri non debet; Vel non datur quod dari debet, vel datur quod dari non debet. Hanc diſtinctionem, ſeu deſcri-
4 ptionem impugat Bart. *d. l. vnica nu. 8.* Ex eo quod intereſſe nulla ratione dici poſſit æſtimatio damni, & lucri; cum ſit ipſum damnum, & ipſum lucrum, quod ab æſti-
5 matione ſui ipſius longè differre neceſſarũ ſit, addit Bartolus: dari etiam in iure intereſſe inæſtimabile. *Ad textum in l. prima Gl. ibi, verb. & Reipublicæ intereſt. ff. ſolut. matr.* Ergo ſecundum eum male deſſinitur in genere per æſtimationem. Aliter Bart. *ibid.* definit intereſſe in genere generaliſſimo; quod ſit iuſta alterius vtilitas; quam
7 definitionem ſequuntur *Alber. ibid. Sapia in repet. nu. 9. cum ſequentibus Dec. in rub. C. de ſent. quæ pro eo ſub nu. 3.* vbi eam tuetur a contrarijs, & intelligit iuſta vtilitas, ideſt vera vtilitas. Subdiſtinguit Bart. intereſſe prædictum, in genere generaliſſimo acceptum, in eo intereſſe, quod eſt inæſtimabile; & hoc dicit eſſe alicuius iuſta vtilitas inæſtimabilis, *de qua in l. prima §. cum liber. ff. de his qui deieceruntur, vel effuderũt l. prima ff. de ſolut. matr. l. non eſt ſingularis in fin. l. libertas ff. de reg. iur.* Et in illo intereſſe, quod eſt æſtimabile, ſed non petibile; Quod deffiniunt Iuſta alicuius vtilitas; æſtimabilis, non petibilis habita, vel non habita, ſine alicuius facto iniuſto, vel ceſſatione iniuſta; & hæc duo membra diſtinctiùs probat *Dec. vbi ſupra nu. 5. & 6. Sed aſt. Sapia vbi ſupra nu. 9. & 10.* Subdens aliud membrum diuiſionis Bart. de intereſſe æſtimabile, & petibile largo modo; quod eſt: iuſta alicuius vtilitas, petibilis æſtimabilis non habita, propter alicuius factum iniuſtum, vel ceſſationem iniuſtam. Item aliud de eodem intereſſe æſtimabile, & petibile ſtricto modo, & hoc dicit eſſe in ter-
8 minis dictæ legis vnicę C. de ſent. quæ pro eo; & dici æſtimationem alicuius vtilitatis nõ habitæ propter alicuius factum iniuſtũ, vel ceſſationem iniuſtam; & hæc paſſim membra indiſtinctè ſequitur Sebaſt. Sapia *vbi ſupra a nu. 9. cum ſequentibus*; D. verò Albericus *d. l. vnica ſub nu. ſecundo* tranſit in omnibus cum dictis per Bartolum, & teſtatur quoad effectum idem sẽtire cũ Glo. ſa. & cum Antiquis. Certè, ſi in tanta cõtrouerſia calculũ liceret interponere meũ; ſicuti certum habeo, Bartolum latiùs rem exordiri, dum de intereſſe non æſtimabili, & de non petibili, licet æſtimabili intelligit; & per conſequens, haud dubiè, & differre ab antiquis, & plenius de re diſputare, Ita, dum de intereſſe petibili, & æſtimabili loquitur, ſicuti certum habeo differre, etiam ab antiquis in eo, quod ipſe ſolum conſiderat vtilitatem non habitam; illi verò, cum defectu vtilitatis, damnum proueniens; ità, è contra, non video, quo pacto, Bartolus ipſe tueri poſſit propriam ſententiam, ab illa eadem ratione, qua ſe opponit aduerſus antiquos. Dum dixit ex eo non poſſe dici æſtimationem damni, & & lucri, intereſſe, cum ſit ipſum damnum, & ipſum lucrum; cum videam ipſummet in definitione intereſſe æſtimabilis, & petibilis, ſiue largo, ſiue ſtricto modo, eamdem æſtimationem collocare. Breuius, & fortaſſe melius, Bald. *d. l. vnica nu. 6.* Quod intereſſe ſit
9 damnum emergens, & lucrum ceſſans ex accidenti propter damnum, vel moram, vndè colligit differentiam inter intereſſe, & pretium; pretium enim non eſt per accidẽs, ſed per ſe. & venit in ipſo contractu, idem videtur ſentire Saly. *ibidem nu. 3.* & poſt Dec. & alios Rebuff. *in repet. n. 28.* ſubdens in propoſito *a d n. 41.* appellationẽ intereſſe in propoſito venire pecuniarum. *Ad textum in l. ſi liber ff. ad exhibend.* Vtcumque ſit; vt non aſſentior doctiſſimo Alciat. qui *in repet. d. l. vnicæ nu. 28.* poſt longam diſputationẽ concludit, quod cũ lex dicat facti eſſe id, quod
10 inte-

intereſt, definitiones autem iuris eſſe, non facti. & ideo in eis non eſſe diutius immorandum, præſertim cum definitiones ſint plenis periculoſæ: cū quamplurima facta in iure noſtro videam extare, & cum vtilitate deſſiniri, ſeu deſcribi ad certius dignoſcendam naturam rei, de qua agitur, ità libenter
11 aſſentior Berengario Paulhaco, qui *ibidem in repet. num. 6.* firmat nullam ex allatis deſſinitionibus propriam eſſe, ſed intelligendā eſſe, ſecundū perſonas, ad quas refertur, & ſecundum ſubiectam materiam, de qua agitur. Et ideò omiſſis extraneis acceptionibus, & reſtricta ſignificatione ad id, de quo in propoſito agimus, ex præmiſſis. Intereſſe erit, à parte rei, damnum emergens,
12 & lucrum deficiens; prouenions non ex ipſa rei ſubſtantia, ſed per accidens ex facto, ſeu defectu alieno; æſtimabile tamē, antequam conſequi poſſit, arbitrio boni viri. Et per hanc deſcriptionem conciliantur dicta Bartoli, & antiquorum, vnà cum Baldo, & ſectatoribus, tamquam illi, qui benè omnes ſunt ſed per partes, in quo poſſunt apparere diſcordes, idem tamen omnes ſentientes.

Quæ duplex autem ſit intereſſe, reſtricta ſignifi-
13 catione ad id, quod eſt æſtimabile, & petibile. Triplicem ſtatuit Gl. *in l. vnica C. de ſent. quæ pro eo, & in l. 1. circa principium ff. de act. empt.* ſingulare, ſcilicet, hoc eſt rei pretium; commune, hoc eſt commune pretium rei. conuentum, hoc eſt, id in quo partes cōueniunt circa rem Bald. *d. l. vnica n. 4.* ſequitur Gloſ. vti largo modo loquuta, indiſtinctè cum eam tranſit Saly. ibid. ſequitur Sapia *in repet. nu. 12* & Rebuff. *ibid. nu.*
14 *113. & nu. 234.* E contra Iac. de Rau. & Vltramontani docent vnicum tantum eſſe intereſſe; cum ſemper referatur ad perſonam actoris, *l. 1. ff. de actio. empt. l. quoties ff. de reg. iur.* & cum eis poſt longam diſputationem tranſit Petrus Rebuff. *in repet. d. l. vnica num. 244.* Inter has ſententias, tamquam media ſubintrat ſententia Dyn. *in reg. mor.*
15 *2 ex. ext. de reg. iur.* vbi reprobata ſententia gloſæ, ex eo q̄ pretiū rei nō eſt intereſſe, *l. hæc verba ff. de verb. ſig. l. 1. §. cōſideradū ff. de tutel. & ratio diſtrah. l. furti actiun. ff. de*
16 *fur.* docet intereſſe vnicū quidem in ſe eſſe, ſed tripliciter æſtimari. Singulare ſcilicet, quod ſingulariter æſtimatur *l. libertus qui, circa fin. ff. de bon. lib.* Commune quod communiter æſtimatur. Conuentum quod ex partium conuentione legem accipit, *l. fin. ff. de prator. ſtipul. l. Procurator ad exhibend. §. fin. ff. rem rat. hab.* & Dyn. ſequitur Bart. *d. l. vnica nu. 10. & 11.* illa addita explicatione quod pro intereſſe in propoſito, non intelligitur æſtimatio rei ipſius, ſed quid extrinſecum ipſi rei; nam alias non differret opinio Gloſæ ab opinione Dyn. cuius ratio cōtra ipſius ſēteētiā procederet. Quæ etiam explicatio Bartoli non animaduerſa, errare fecit Albericum, qui *d. l. vnica ſub num. 3.* tradit ſententiam Gloſæ non differre à ſententia Dyn. ſed omnibus perpenſis, aſſentiē
17 dū cēſeo doctiſſimo Alciato, *qui in repet. d. l. vnica num. 27.* poſt longam diſputationem, docet hanc eſſe quæſtionem de nomine.

Omnes enim inſubſtantia conueniunt, vnicum genericè eſſe intereſſe, quod licet omiſerit Gloſa, ſatis intellexit, dum per illa tria membra diſtinguendo; proceſſit, ſentiens, haud dubiè, in aliquo conuenire; dum verò illa tria membra diuidentia deſſiniuntur ab eadem Gloſa, & diuerſimodè a Dyn. indè prouenit, quod Gloſa reſpexit ad intereſſe intrinſecum, & quod identificatur cum re ipſa, Dyn. verò ad extrinſecum, quod Baldus dixerat per accidens; quod venit extra rem ob factum, ſeu defectum debitoris. Cū igitur, ex mente omnium, rem ipſam habeamus; licet ſecundum diuerſas acceptiones rei inſiſtendum, omiſſis diſputationibus, &
18 ex ſubiecta materia accipiendum; an pretiū ipſius rei in intereſſe comprehendatur, nec ne, vt admonet Alciatus vbi ſupra;

Et hinc optimè ſequitur, ac deducitur alia intereſſe diuiſio. Quod aliud ſit intereſſe intrinſecum, & circa rem, aliud intereſſe extrinſecum, & extra rem, *l. ſi ſterilis §. cum per venditionem ff. de act. empt. Gl. d. l. vnica verb. dupli.* in quorum terminorum explicatione potius verbis, quam re ipſa diſſentiūt,
19 DD. noſtri. Intrinſecum quidem, ſeu intra vel circa rem, intereſſe vltramontani referente Bart. *d. l. vnica nu. 13.* dicūt illud, quod rem ſequitur, quocumque vadat, ideo ſi ſeruus ſit hæres inſtitutus, tota hæreditas videtur intereſſe intrinſecum, *l. venditor ff. euict. l. in de Neratius ff. ad l. aquil. ſequitur Alber. d. l. vnica nu. 5.* Bartolus verò *ibidem nu. 14.* intrinſecum dicit, quod eſt ipſa res, ſeu eius æſtimatio *d. tit. de ſent. quæ pro eo, quod intereſſ.* Item illud, quod eſt immediatè ex ipſa re; vt fructus partus, & ſimilia, & Bartolum ſequitur, & à contrarijs tuetur Petr. Rebuff. *in repet. d. l. vnica nu. 413. cum ſeqq.*

ſeqq.ibidem Sapia ſub nu.38.Alciat.nu.51. Baldus autem *d.l.vnica num.54.* Intereſſe intra rem illud dicit eſſe,quod producitur in
20 eſſe per qualitatem rei. Vno verbo,dicere auctoritate prædictorum poſſumus:intereſſe intrinſecum,& circa rem, eſſe quidditatẽ
21 ipſam rei,& quicquid ex ipſa prouenit; Extrinſecum verò intereſſe,dixerunt Vltramõtani illud, quod rem non ſequitur penes quemcumque vadat,vt in tigno vitiato, cuius vitio domus emptoris perijt, *l. Iulianus in princ. ff. de actio. empt.* & in lucro quod quis facit tamquam mercator,*l.ſi ſterilis* §. *cum per venditionem ff.de actio.empt.*ita referente Bartol.*d.l.vnica nu. 13.* Qui Bartolus ibidem *num. 14.* extrinſecum intereſſe dicit,quod venit non ex ipſa re,ſed rei occaſione,& cum ſequuntur Rebuff.*ibidem in repet.num.413.cum ſeqq.Alciat.ibid.nu.51.* Alber.verò aliter *d.l.vnica num.5.* extrinſecum intereſſe dicit illud, quod rem non comitatur niſi habito reſpectu ad certam perſonam. Videlicet promiſiſti mihi bladum certò tempore;quod cum non ſolueris, familia mea fame perijt;tunc teneris mihi ad intereſſe;quod non contigiſſet non habenti familiam. Vel vendidiſti mihi aquam, ſeu ductum à prædio tuo ad meum, & mea interetat,quia ibi pratum habebam, quod alterius non interciſſet,qui prædium non haberet Et hoc dicit eſſe extra rẽ,quia non cõcomitatur rem penes quemcumque vadat, & ſic à modo explicandi ſentit Alber. cum Vltramontanis.Petrus verò Rebuffus *in d. repet.num.339.*aliam affert explicationem, quod extrinſecum intereſſe ſit illud, quod conſiſtit in æſtimatione vtilitatis non habitæ,culpa alterius,extra rem prouenientis; Vt familia fame necata ob frumentum non tradtum. Diſtinctius Sebaſt.Sapia *in repet.d. l.vnicæ num.4.* Vbi quod intereſſe extrinſecum duplex eſt, proximum aliud, & aliud remotum.

Proximum dicitur circa rem,*vt in l.ſi ſterilis*, §. *cum per venditionem ff. ad actio. empt.* quod poſſet appellari intereſſe cohærens rei,*vt in l.proinde §.1.ff.de Aquil.* Et de hoc intereſſe, eamdem habendam tationem, ac de intrinſeco;vt de intereſſe hæreditatis ſeruo delatæ,& in ſeruitutibus, quæ non per hoc dicuntur intrinſeca. Intereſſe verò remotum dicitur extrà rem *d* §. *cum per venditionem*,dum loquitur de damno reſultante ex morte ſeruorum,vel de lucro. Ex qui-

22 bus facile poteſt colligi extrinſecum intereſſe illud dici,quod occaſionaliter contingit extra rei ſubſtantiam, determinationem ſuam à perſonis, & verbis recipiens.

His prænotatis;facilis, & obuia videri poteſt deciſio; quod nam intereſſe veniat de iure reficiendum, cum habeamus ad hoc Iuſtiniani Legislatoris diſpoſitionem, qua profitetur omnia comprehendiſſe,quam vti rei ſedem libet hic ad verbum referre.

23 *Cum proeo,quod intereſſ dubitationes antiquæ in infinitum productæ ſint,melius nobis*
viſum eſt huiuſmodi prolixitatẽ prout poſſibile eſt in anguſtũ coarctare.Sanimus itaq;
in omnibus caſibus,qui certam habent quantitatem,vel naturam,veluti in venditionibus,& locationibus,& omnibus contractibus hoc,quod intereſt dupli quantitatem minimè excedere. In alijs autem caſibus, qui
incerti eſſe videntur,Iudices,qui cauſas dirimendas ſuſcipiunt per ſuam ſubtilitatem
requirere,vt hoc, quod re vera inducitur
damnum,hoc reddatur, & non ex quibuſdã
machinationibus,& immodicis perſuaſionibus in circuitus inextricabiles redigatur: ne
dum in infinitum computatio reducitur pro
ſua impoſſibilitate cadat,cum ſciamus eſſe
naturæ cõgruum,eas tantummodo pœnas exigi,quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, vel à legibus certo ſine concluſæ ſtatuuntur. Et hoc non ſolum in damno, ſed
etiam in lucro noſtra amplectitur conſtitutio, quia & ex ueteres id quod intereſt ſtatuerunt. Et ſit omnibus ſecundum quod dictum eſt finis prolixitatis huius conſtitutionis recitatio,

Hactenus Imperator.Sed hoc non permiſerũt Interpretum ingenia, quia per varios, & contrarios iutellectus huiuſmet legis; in alias, diuerſas fortè, ab antiquis; ſed non minus noxias quæſtiones litigantes inuoluerunt.

Cum enim impugnari non poſſit contextus deciſio; expreſſè determinans, in caſibus certis.intereſſe non poſſe excedere duplum; In incertis verò ad quantitatem extendi poſſe, ad quam ex legitimis probationibus conſtabit Iudicistam ex damno emergenti, quam ex lucro ceſſante;pugnant eacertrimè, de intellectu verborum; quid ſcilicet certũ, quid incertum in propoſito dici debeat. Bartolus enim reprobat intellectum antiquorum,quos tamen ſequitur Alber. Alciatus verò licet Bartolum ſequatur, reijcit nihilomi-

nihilominus eius rationes, quibus impugna bat antiquos. Sed Petrus Rebuffus *in repet. nu. 390.* eiſcit ex profeſſo Bartoli ſententiã, at ipſe aliam longè diuerſam de ſuo affert: Nec minori acumine refellitur ipſe a Berin gario Paulhaco *ibidem nu. 203.* vbi aliam, & ipſe non minus ingeniosè affert. Sed omiſſis his concertationibus tranſeundum eſt cum ſententia Bartoli *d.l. vnica in princ.* eſi qua in effectu tranſeunt communiter DD. *Bald. ibid. à num. 8. cum ſeqq. Saly. num. 14. verſ. quid igitur viſis Sapia in repet. numer. 57. & 58. vbi teſtatur de communi ſententia Alciat. in repet. nu. 7. & modernos omes ſenti re cum Bartolo licet ipſe recedat, teſtatur Re*
24 *buffus vbi ſupra nu. 401.* Bartolus igitur explicat: certum dici id, quod habet certam quantitatem, ſeu naturam, vel reſpectu ſui vel reſpectu adiuncti. Reſpectu ſui, vt cum quantitas, vel certa ſpecies in genere: vel in ſpecieſne turbet aliquem hic loquendi modus, memini me alias admoniſſe, apud Iu-
25 reconſultos vocem indiuiduí incognitã eſſe & loco illius vſurpare ſpeciem; & propterea dum dicunt certam ſpeciem in genere intel liguntvnum, duos, treſue equos, boues; vel tritici modios in genere, dum verò certam ſpeciem in ſpecie, hos equos, ſeu boues, vel tritici modios in indiuiduo) Certum verò reſpectu adiuncti; quando licet factum incertum veniat in contractu, id tamen, quod adijcitur eſt certum, quale eſt pretium, ſiſiat venditio, ſeu merces in locatione; quod pretium, ſeu quæ merces, ſemper ſunt certa, licet cadant ſuper facto venditionis, ſeu locationis, quæ incertæ dicuntur. Incerta verò illa dici è conuerſo, quæ neq; ratione ſui, neque ratione adiuncti, nec quantitatem, nec ſpeciem certam habent. Et ex his ſequitur in quibuſnam caſibus, ex diſpoſitione dictæ legis vnicæ, intereſſe non poſſit duplum excedere, & in quibus poſſit.

Sed generaliùs vniuerſam amplectendo naturam intereſſe, quod ex quibus caſibus debea tur, tradit idem Bart. *d.l. vnica à nu. 15. vſq; ad 20.* cum quo omnes tranſeunt, quæ cum magiſtralia ſint, non piget hic referre.

Aut enim, inquit Bart. agitur de intereſſe in-
26 trinſeco, quod eſt ipſius rei æſtimatio, & hoc ſemper venit, *l. ratio §. ſi per venditionẽ, ff. de actio. empto, l. virorum ff. ſi cert. pet. l. in hac ff. de tut. actio.* Aut de intereſſe ex ipſa re, vt fructus, & partus, & tunc eſt opus diſtinctione, *vt l. ſi ſtipulamur l. videamus ff. de vſur. l. ſi filius §. 1. ff. de verb. obligat. &*
27 *l. ſi fundum certo de. ff. eod.* Aut de intereſſe extrinſeco. Et in hoc caſu agitur propterea factum, aut propter male factum. Primo caſu; aut eſt tale intereſſe, quod ſequitur rem penes quemcumque vadat, & eius habetur ratio, *l. pen. ff. de his quib. vt indign. facit l. venditor ff. de euict. & l. inde Neratius §. 1. ff. ad l. Aquil.* Aut non ſequitur rem penes quemcumque vadat. Et tunc aut petitur talis res, in qua non poteſt cadere effectio, & venit intereſſe extrinſecum, *l. nummis ff. de in lit. iura l. 2. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. l. ſi penam ff. de verb. oblig. l. liber §. fin. ff. eod.* Aut petitur res, in qua poteſt cadere affectio, & tunc non habetur ratio intereſſe extrinſeci *d. l. ſteriliſ §. cum per venditorem de actio. empto* (quod tamen eſt intelligendũ cum diſtinctione, de qua ibi) ſi verò agatur propter malè factum, & ſic ſecundo modo ex præmiſſis, aut fuit factum ſcienter, aut ignoranter, ſi primum venit intereſſe extrinſecum *l. Iulianus circa princ. l. idemque §. in omnibus ff. de actio. empto.* ſi ſecundum, aut agitur contra aliquem, quia res ſit euicta, & iſto caſu venit intereſſe extrinſecum, non tamen in totum, ſed vſque ad duplum pretij conuenti, *l. Titius in fin. cum l. ſeq ff. de actio empt.* Aut agitur propter aliud damnum ex ipſa re emergens. Et tunc aut loquimur in contractibus; ex quorum natura conſueuit transferri dominium, vel vſucapiendi conditio, & tunc non venit intereſſe contra ignorantem, ſed agitur quanti minoris, *l. Iulianus. in pri. ff. de actio. empto, & ibi Gl. quod fallit in vaſe vitioſo vendito l. tenetur, §. ſi vaſ. ff. eod.* Si vero loquamur in contracti bus, ex quibus de ſui natura non transferatur dominium. Et tunc aut ille contractus celebratur gratia vtriuſque, vt locatio de re inanimata, quæ probabiliter potuerit ignorari, & non tenetur, tenetur autem ſi probabiliter nõ poſſit ignorari, vt in vaſe, *l. ſed & ædes ff. locat.* Aut locatio eſt de re animata, vt ſeruus, & non tenetur ad intereſſe extrinſecum; niſi ſciens, *l. cum in plures § ſeruum ff. locat.* Quia rei animatæ vitium poteſt magis probabiliter ignorari, quam inanimatæ. Si verò cõtractus celebratur gratia alterius tantum, puta recipientis, vt in commodato in re inanimata, non tenetur, niſi fuerit ſciẽs *l. in rebus §. item, qui ſciens ff. commodat.* In re verò euicta ignorans tenetur catenus, vt damnum emendet, vel ſeruum pro noxa dimittat

mittat, *l. pen. ff. commod.* Si verò contrahatur, gratia dantis tantum, vt in depositō, & mādato; in depositō tenetur dās, siue faciat sciens: siue ignorans ad interesse extrinsecū *l. si seruus §. quid verò ff. de fact.* In mādato verò distinguendum est *ut in l. inter causas §. si cum seruus ff. mandat.* Hactenus ex Bartol.

Non tamen ex præmissis cessant controuersiæ, quæ circa interesse versātur, sed plures acriter agitātur apud Interpretes: aliquas tamē referam, quæ ad rem, de qua agimus, sunt proximiores. Quādo scilicet succedat obligatio ad interesse. Item cum succedit obligatio ad interesse, an ita succedat, vt prior obligatio tollatur. Tertio an, & quando in interesse habeatur ratio lucri. Quarto vsque ad quam quantitatem possit ascendere interesse. Quinto quomodo probetur interesse. Per quas quæstiones cursim, & decisiuè procedendo, argumento deseruiam meo.

Quoad primam quæstionem. Quando scilicet
28 succedat obligatio ad interesse ex Bartolo, *in l. stipulationes non diuiduntur 72. ff. de uerb. obligat, quæst. 5. nu. 39.* cum quo cæteri transeunt, sic est distinguendum.

Aut erat in obligatione non fieri, & propterea interesse committitur, quia factū est quod fieri nō debuit. Aut erat in obligatione fieri, sic committitur, quia non est factum, quod fieri debuit. Primo casu, vel factum illud est reiterabile, vel non. Si reiterabile est, & factū illud portigat suum effectum pro toto tempore futuro, & statim committitur totale interesse, *l. si lege §. colonus ff. de loc.* Sed, si non porrigit effectū, nisi ad tempus præsens tūc committitur statim ad particulare interesse & si sæpius contrafiat, sæpius committitur, *l. si fi: ff. de uerb. obligat. l. nouissima ff. de iudicat. solu.* si verò nō reiterabile statim committitur ad totale interesse, *l. si procurator ff. rem rat. hab.* Secundo casu: quando non est factum, quod fieri debuit; si erat in obligatione factum momentaneum, puta, rem tradi, & tunc statim post moram, cōmittitur mora ad totale interesse, *l. unica C. de sent. quæ pro eo, l. si fundum ff. eod. l. 1. ff. de act. empt.* Si factum non erat momentaneum, puta Insulam fabricari, & tali casu, quando in obligatione est posita certa dies ab homine, ante diem non committitur, sed statim post diem, *l. si Insulam ff. de uerb. oblig.* Quando certa dies nō est posita ab homine, & factum venit explicandum in iudicio, vt in promissione iudicatum solui, quæ videtur continere promissionem de defendendo. Si factum non fuerit aliquo tempore, tunc statim cōmittitur ad totale interesse, *l. ita tamē §. in hac ff. iudicat. solu. l. cum quæritur, ff. eod.* si verò factum explicandum sit extra Iudicium, quoad totale interesse, tunc committitur, cum tantum temporis præterijt, quo potuit factum perficere, & non perfecit *l. si ita stipulatus esiem abs te ff. de uerb. obl. l. continuus §. qui insulam ff. eod.* Excepta stipulatione noui operis, quæ tunc committitur cum fuerit iudicatum, *l. stipulatio §. habet autem ff. de nou. oper. nuncia.* Prout etiā excipienda est obligatio ad rem restituendam, in qua peculiare est, vt non succedat obligatio ad interesse statim post moram; sed tunc demum, cum reus desinit habere facultatem, rei restituendæ; vt contra Glos. concludit Bart. *d. l. stipulationes non diuiduntur num 33.* & rationem affert *nu. 32.* Quia, sicut in obligatione dandi, non committitur obligatio ad interesse post moram, quia sēper stipulatotis interest rem dari, ita in obligatione rē restitui, semper lex fingit actoris interesse; & hinc etiam est, quod non potest reus refricare quæstionem dominij, *l. si quis conductionis C. locat.*

Quoad secundam verò quæstionem, an scilicet
29 quando succedit obligatio ad interesse, ità succedat, vt prior tollatur obligatio. Hanc quæstionem mouet ex eo Bart. *d. l. stipulationes non diuiduntur ff. de uerb. oblig. quæst. 7. sub nu. 31.* Quod certum est: quod obligatio quæ succedit ad interesse, non tollit primāpariter certum, vtrumque non esse in obligatione, nam si hoc esset, vtrumque peti posset quod esset absurdum. Ideō Bart. ibi post D Andr. alijs reiectis concludit. Quod factū & interesse sunt in obligatione alternatiuè, quod tamē nō in eo sensu sit accipiēdum, vt sit vna obligatio continens res duas alterna-
30 tiuè. Sed vt sint duæ obligationes; vna facti inducta ad homine, altera ad interesse subrogata à lege alternatiuè. Quibus in terminis non repugnat quod in alternatiuis posset eligere reus etiam post sententiam, *l. cum qui certarum §. 1. & ibi Glos. ff. de uerb. oblig.*
31 Nam quandoq; alternatiua cadit inter res, quæ sunt in obligatione, & tunc est electio debitoris, *l. plerumque in fin. ff. de iur. dot.*
32 Quandoque cadit inter actiones, & tunc est electio actoris, *l. quod in hæredem ff. de trib.*
33 Quandoque cadit inter rem, & actionem mixtim, tunc pariter est electio actoris, quia

si

ſi concederetur electiò reo, tolleretur actori actio, *l. 3. §. ſi tichum in fin. ff. de eo quod cert. loc.* Et hoc procedit in propoſito, de quo agimus, in quo adeſt mixtura alternatiua tertij, & actionum: debetur enim factum, ſeu intereſſe, debetur ergo actio actori, non reo, præ-
34 ſertim cum factum petatur ex ſtipulatu, intereſſe verò certi condictione, *l. certi condictio in princ. ff. ſi cert. pet.* Et hinc etiam ſit,
35 quod ſi actor eligat agere ad factum, quantum ad illam obligationem, intereſſe eſt in
36 facultate ſoluendi; Quod ſi eligat agere ad intereſſe, reus poteſt liberari ſoluendo factum; vſque tamen ad litis conteſtationem.

Quoad tertiam verò. An ſcilicet, & quando in
37 intereſſe habeatur ratio lucriſic diſtinguendum eſt. Aut agitur de lucro quod contingit circa rem ipſam, vt modius tritici modo valet decem, & hinc ad ſex menſes valebit viginti; & iſtud lucrum ſemper tam de iure veteri, quam de iure nouo debetur, & venit in æſtimatione intereſſe, *l. vinum ff. ſi cert. petat. Lin hac ff. de tritic. act. l. ratio §. ſi per venditorem ff. de actio. empt.*

Aut agitur de lucro quod venit extrà rem, & tunc, ſi percipiatur, cum alterius iniuria, vt lucrum vſurarum, & vſucapionis, & non habetur ratio huius intereſſe, nec de iure veteri, nec de iure nouo, *l. is qui rem §. fin. ff. de furt. l. ſi quis vxori §. pen. ff. eod.* ſi percipiatur citra iniuriam alterius, & huiuſmodi lucrum comitetur rem, penes quemcumque vadat, habetur tali caſu ratio lucri, tam de iure antiquo, quam nouo, & tam iudicij bonæ fidei, quam ſtricti iuris. *l. venditor ff. de euict. l. ſi quis vxori §. penul. ff. de fur. l. inde Neratius in princ. ff. ad l. Aquil. l. pen. ff. de his quib. ex indig.* Si verò percipiatur quidē citrà alicuius iniuriam, ſed non ſequatur rē penes quemcumque vadat, vt illud quod percipitur ex mercatura, vel alterius hominis induſtria: & tunc, ſi tale ſit, quod in eo natura rei plus operetur quam hominis induſtria, vt in lucro, quod ex fundo percipitur ſi colatur, habetur meritò ratio talis intereſſe, *l. ſi fundus §. 2. ff. locat. l. ſi lege §. colonus ff. eod.* Quod ſi ſit huiuſmodi, in quo induſtria hominis plurium operetur, & tale lucrum ſit incertum, videlicet, quia ille, cui debebatur non erat ſolitus mercari, & tunc non habetur ratio huius lucri, *l. ſi ſterilis §. cum per venditorem ff. de actione empt.* è conuerſo verò ſi ſit ſolitus mercari, & appareat pro certo, quod ex ea re lucratus fuiſſet, tunc habetur ratio etiam lucri, *l. 2. §. vltimo ff. de eo, quod cert. loc.*

38 Quoad quartam verò quæſtionem. Vſque ad quam quantitatem poſſit aſcendere intereſſe.

Si ſermo ſit de intereſſe conuento, totum venit quod conuentum fuit, *l. fin. ff. de pact. ſtipul. l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verb. obligat.* Prout etiamſi agatur de intereſſe communi totum venire indubitatum eſt regulariter, *l. Iulianus in princ. ff. de act. empt.* niſi tamen vltra quam cogitauerit, & iuſtum fuerit, ſeu cogitare potuerit venditor, res vendita, tempore euictionis, in immenſum creuerit pretium, nam, tali caſu, intereſſe vltra duplum prioris pretij non extenditur, qua de re ſunt caſus in *l. Titius 44. in fin. & l. ſeq. ff. de act. empt.*

Sola difficultas verſatur circa intereſſe ſingulare, in quo ſecundum Bart. *d. l. vnica C. de ſent. quæ pro eo num. 26. & 27.* ſic diſtinguē-
39 dum. Aut illud, quod debetur continet certam quantitatem, vel materiam reſpectu ſui, vel adiuncti, & tali caſu intereſſe non poteſt excedere duplum pretij communis,
40 vel conuenti. Si verò non contineat certam quantitatem, vel materiam reſpectu ſui, nec reſpectu adiuncti, & tunc venit totum intereſſe, quantum illud fuerit. Et ratio diuerſitatis eſt, quia in contractibus, quę habent certam quantitatem, vel naturam, facilius poteſt apparere ſimplum, quam in contractibus, qui cōtinent incertum, vt poſt Gloſ. opinatus eſt. Bart. *d. l. vnica num. 27. C.*
41 *de ſent. quæ pro eo.* Quæ tamen procedunt de iure veteri, nam de iure Codicis, reſpectu intereſſe etiam conuenti, licet dicat textus in infinitum iurari, *l. videamus §. primo ff. de in lit. iur.* intelligit tamen Bar, ſubijci debere taxationi Iudicis, quæ duplum non excedat per diſpoſitionem *d. l. vnicæ C. de ſent. quæ pro eo, ita Bart. ibi num. 20. & 21.* vbi generaliter de quolibet intereſſe conuento, ſeu pœna conuentionali, vi diſpoſitionis prædictæ, vltrà duplum extendi non poſſe teſtatur.

Demum quoad quintam, & poſtremā queſtionem. Quomodo ſcilicet probetur intereſſe;
42 licet videatur iudicialia potius, q̄ iuris theoricā recipere, nō abs re erit hāc adeādē theoricā, planius dignoſcendam attingere. Licet enim nihil peculiare habeat intereſſe, quoad

probationem; cum, vt cætera, quæ in facto, conſiſtũt teſtibus,& inſtrumentis probetur, *l.fin.ff. de præſcr.ſtipul Bart.d.l.vnica n. 29*

43 Tamen ad probandum intereſſe communiter teſtes dicere debent, quod res communiter tanti valet, & quod communiter cuicumque intereſt,tanti rem dictam habere, *l.2.ff.de reſcind.vendit.Bar.d. l.vnica n. 30.*

44 Qua in re ſubtilius eſt aduertendum cum Bartolo ibi, quod licet non probetur, niſi communis valor rei,ſeu pretium rei, quod differt ab intereſſe, tamen ex dicta probatione ſequitur probatio ipſius intereſſe_,, quia ſi res communiter tanti valet, ergo cuiuſcumque tanti intereſt rem habere. Quæ in re etiam ſignanter eſt aduertendũ: quod

45 ad probandum intereſſe temporis præteriti non debet reſtringi probatio ad vnum, ſeu duos dies,ſed ad plures, cum non pendeat à momentaneo communis rerum valor, *l.pretia rerum §. nonnumquam aliàs nõnullam ff.ad l.falci.Bart.d.l.vnica nu.31.* Intereſſe verò ſingulare pluribus in caſibus pro

46 batur iuramento creditoris. Vt in caſu iuramenti in litem,in arbitrijs, & in bonæ fidei iudicijs contra doloſum.*l.in actionibus ff.de in lit.iur.* Item ſi petatur intereſſe propter contemptum Iudicis, *l.pen.§.1.ff.de quis eũ, qui in ius voc.l. qui reſtit. in fin.ff. de rei vẽdicat.* Item contra doloſum ex iuſta cauſa, *l.ſemper §. in hoc interdicto ff. quod vi, aut clam.l.ſi quando ff.eod.*

Intereſſe ſingulare probatur,dum teſtis refert

47 dictum ad homines,qui eſſent eiuſdem conditionis.Sed duo requiſita ſunt omninò neceſſaria ad illud probandum.Al terum quod hæc probatio non verſatur in ſola affectione creditoris, ſed terminatur ad vtilitatem eiuſdem,videlicet non ſufficit dicere,& probare:actorem noluiſſe carere re petita pro centum, nam in hoc concluderet probatio ſolum,quoad affectionem, quod non ſufficit dicere,ſed debet deduci, quod habita conſideratione ad qualitatem perſonæ actoris, illi magis conduceret carere centum, quam illa re,quod non ſolum affectionem,ſed vtilitatem etiam inuoluit,vt ponderat Bar. *d.l.*

48 *vnica nu.33.* Alterum verò quo ad hoc intereſſe ſingulare dignoſcendum, debet etiam actor probare, de intereſſe aliàs communi eiuſdem rei,ad hoc,vt Iudex cognoſcere, & decidere poſſit, ne dictum intereſſe duplum excedat,vt ibidem Bartolus docet.

Nec in propoſito prætereundum eſt: intereſſe

49 affectionis ſimplicis,& non vtilitatis in condemnationibus non venire,*l.ſi ſeruum ff.ad l.Aquil.l.pretia rerum ff. eod.* nec pro dicto

50 intereſſe datur regulariter actio in contractibus ſtricti iuris,*l.ſi deiuſſoris ff.de pact.&*

51 *ibi gl.niſi minor ætas interuenerit,l.ſi in em-*

52 *pto ff.de minor.* Datur verò actio pro intereſſe affectionis ſi admixtam habeat vtilitatem,*l.videamus ff.de in lit.iur.l.vnica C.de ſent.quæ pro eo*,quam Bart. in ſpecie *nu.12.* intelligit de intereſſe ſingulari,cũ quo tranſit Saly,ibid.*n.5.& n.53.*ſequitur latè Sapia *in repet.nu.22.cum ſeqq.*vbi ponit plura exẽpla.Petrus Rebuff.pariter *in repet.à nu.288 cum plurib.ſeqq.& n.296.* vbi defendit per ipſũ tradita ab impugnationib. Alciati, quę longũ,& fortaſſe inutile eſſet hic recẽſcere.

Claudam ſermonem hunc,ideo inſtitutum, vt per vniuerſaliora procedendo, aperirem (quantum fat erat ad argumentum meum) naturam, ac ſubſtantiam intereſſe(quo nnllum frequentius verbum in ore omnium, ſed vt dubito non æquè ab omnibus intellectum)claudam,inquam, auctoritate Baldi noſtri *in d.l.vnica C.de ſent.quæ pro eo, in*

53 *princ.* Quod intereſſe differt à pœnis, & ab vſuris;tamquam indeterminatũ à determi-

54 nato. Nam intereſſe,de ſui natura, non eſt quid taxatum ab initio per figuram pacti, ſed euentu poſteriore declaratur. Et quidẽ dupliciter. Vel ſcilicet ſumendo originem cauſalem, ſed non formalem à certo, ideſt ſpecie, vel quantitate, & iſti dicuntur contractus certi. Vel quod non habet certũ pro

55 fundamento, & ſic nec cauſale, nec formale ſit quid commenſuratum, & iſte ſecundum Baldum vocatur caſus incertus, & ſecũdum eum intereſſe per dictam legem vnicam ab Imperatore limitatur reſpectu primi, ſed reſpectu ſecundi omninò illimitatum relinquitur.

Ex præmiſſis patet,quam longè diſtet intereſ-

56 ſe cambiorum a lucro cambiorum formaliter. Quæ in eo ſolum conueniunt, quod excedant quantitatem ſortis prioris, & inter caſus illos,qui certi vocantur ab Imperatore in dicta lege vnica ſint reponenda. Verificatur namque de vtroque; quod certam habent quantitatem, & naturam, ad inſtar venditionis,& locationis,cæterorumq; contractuum.

Differunt autem,quod lucrum ex cambio, in-

57 trinſecum eſt ipſi contractui cambij,& quodammodo ex ſubſtãtia ipſius ſortis tamquã

fœtus

fætus proueniens; Per illas namque conuer
ſiones pecuniarum, d'uerſi generis, cum di
ſtantia locali, & dilatione temporis, ad præ
dicta neceſſarias vt explicuimus in diſp. prima
quæſt. decima tertia, & quæſt vigeſima
quarta generatur quidam conceptus a ſorte
ipſa nequaquam ſeparatus, ipſiq; intrinſecus
quo ſors ipſa verè augetur, in quo lucrum
cambij conſiſtit. Intereſſe verò cambiorum
eſt ſorti omninò extrinſecum, ex mora pro
ueniens, & extra rem, & à ſorte omninò ſe
paratum. Neq; enim, qui obligatus eſt ad in
tereſſe cambiorũ, contraxit cambium, & re
cambium cum creditore, vt in primo caſu,
ſed vel mutuum, vel alium contractum, ex
quo obligatus remanſit ad ſoluendam certã
pecuniæ quãtitatem, & cum ſit in mora ſol
uendi, accedit priori obligationi intereſſe
cambiorum.

Infertur ex hoc diſcrimine. Quod lucrum pro-
57 ueniens ex cambio debetur cuicumq; contra
henti, & a quocumque contrahente; cum
enim ſit ſorti intrinſecum, & cum ipſa re
veniat, eamq; concomitetur quocumq; va
dat, omnibus, & ab omnibus debetur, vt vi
dimus ſupra hic quæſt. tertia. Et confert ad
comprobationem eorum, quę diſputauimus
ſupra diſp. prima quæſt. decima quarta, vbi
probaui. cõtractum cambij iniri, & celebra
ri poſſe inter quaſcumque perſonas. Non
58 ſic in intereſſe cambiorum, quod cũ extrin
ſecum ſit, quando in lucro conſiſtit, cum per
cipiatur ex aliena iniuria, ſeu iactura, eatc-
nus debetur, quatenus perſona creditoris
patiat, & mercator ſit ſolitus pecunias ſuas
expoſitas habere in huiuſmodi negociatio-
nibus cambiorum. Et hinc receptiſſima eſt
praxis in Tribunalibus noſtris, vt petens in
tereſſe cambiorum, non ſolum probet quan
titatem illorum, ſed etiam creditorem ſole
re pecunias ſuas habere expoſitas in nego-
59 tiationibus cambiorum, quam praxim pro
bat Rota apud Bellon. *deciſ. 1. num. 43. 44.
45. & deciſ. 16. num. 9. & 10. & deciſ. 130.
num. 8. & 9.* vbi etiam dicit, quod Genuæ,
dicta probatio eſt ſuperflua, cum ſit noto
rium, & ex conſuetudine omnium, recep
tiſſimum.

Et hinc etiã moderari poteſt illa ſentẽtia, quę
nõ rarò me ancipientem reddidit, & in foro
forſit; quæ habet: quod ad hoc, vt peti poſſit
intereſſe cambiorum ex lucro ceſſante ne-
ceſſarium ſit, vt pecunia illa, quæ debetur,
& ſuper qua intereſſe prędictũ petitur eſſet
merci parata, videlicet in proclutu, vt expo
neretur in cambijs, dum a debitore recepta
fuit, cuius ſententiæ fuit Auctor. *Caſtr. in l.
3. §. fin. num. 3. ff. de eo quod cert. loc. ſequitur
Strach. de mercat. par. 4. 11. de contr. mercat.
num. 3. Gabr. in concl. lib. 3. de ſolut. concl. 10
numer. 3. verſ. contrarium Menoch. de arbitr.
iudic. caſ. 119. num. 9.* Secundum quam ſẽ
tentiam pluries decilum fuiſſe conſtat *ex
Afflict. deciſ. 20. quidam nobilis nu. 2. Moled.
deciſ. 3. alràs 208. Dux Seſſæ Rot. diuerſor.
deciſ. 202. num. 2. 3. 4. & alibi ſæpius*, vt ſuo
loco videbimus. Nam in mercatore ſolito
60 negotiari ſuas pecunias ſuper cambijs, non
videtur neceſſarium hoc requiſitum, cum
ſatis videatur merci parata pecunia illius,
qui eſt ſolitus pecunias ſuas numquam
otioſas retinere; ſed ſemper in cambijs
exponere, prout prõptum eſt in Ciuitatibus
huic negotiationi deditis, vt Ciuitas noſtra
Genuæ; & pro hac ſententia ſtat Abb. *c.
per veſtras nu. 6. de donat. inter vir. & uxor.
& in cap. conqueſtus nu. 5. de vſur.* dicens
expreſsè quod ſolitus mercari ex pecunia
poteſt agere contra debitorem moroſum,
vt ſoluat loco intereſſe id quod fuiſſet ve
riſimiliter lucratus ex pecunia. Natuar *in
cap. ſi fœnerauerit nu. 45. verſ. quinta quod
14. quæſt. 3.* vbi ponit in propoſito diſcrimen inter mercatorem, & non mercatorem
*Io. Bap. Lupus l. curabit D. de actio. emp. §.
6. nu. 17. poſt alios Surd. conſ. 327. nu. 53. &
54. lib. 3.* Et in probatione intereſſe ſuffice-
re iuſtificationes coniecturales, nec requi
ri lucrum fuiſſe in potentia propinqua do
cet Cagnol. *l. curabit nu. 67. 68. C. de act.
emp. & l. unica C. de ſent. quæ pro eo ibi contro. Caſt. & alios teſtatur ita ſeruari* in prã-
ctica de qua praxi videtur atteſtari idem
Menoch. licet in puncto iuris ſtet cum ſẽ-
tentia contraria *dict. caſ. 119. numer. 7.
in fine.*

Hanc ſententiam, abſque dubio ſequendam,
61 maximè in Ciuitate noſtra, vbi ſemper funt
parati illi, qui pecunias, ex inſtituto recipiãt
ad cambium, & numquam Ciues ſolent pe
cunias ſuas tenore otioſas, ſed in ſimili ne
gociatione, vtì valdè frugifera, expoſitas ha
bere tum auctoritate prędictorum, tum etiã
ex eis, quæhac quæſt. deduxi vniuerſaliter
de intereſſe ſingulari non ſolum dicta qu. 3.
Sed alibi. Ita eam temperarem, vt numquã
condemnandum cenſeam moroſum debito-
rẽ, quãtumuis cætera cõcurrant, ad intereſſe

cambiorum summo iure, videlicet facto calculo & eti interesse ad computa cambiorum quæ ponuntur tam in platea, quam in ferijs sed semper cum aliqua moderatione eiusdem pretij illud scilicet minuendo in ferijs & augendo in plateis, ad lenicndum scilicet dictum interesse, & minus grauandum ipsũ debitorem. Nullum auctorem habeo beneuole Lector huius sententiæ, quẽ sanè ego viderim, & si habeã libentissimè proferrem sed licet non habeam, non ideo minus dictę sententiæ insisto, ratione ducc, qua vigente, non esse opus lege, vel auctoritate alias probata in disputatione prima, quæstione vigesima sexta, in fine. Ratio prædictorum est; quia, vt supra vidimus sæpius, & præsertim disputatione prima, quæstione vigesima quarta, cambiorum pretia pendent partim
63 à lege partim à consensu partium, qui consensus in eo solum versatur, vt recedendo à rigore pretij legalis ad beneficium tamen debitoris, minori interesse is grauetur, id autem ab exponẽtibus pecunias suas super hoc mercimonij genere fit, attenta bonitate litteræ, vt bonas litteras acquirant; quod semper faciunt cautiores, & prudentiores viri, sectantes in primis securitatem pecuniæ creditæ: quam longe compensant cum diminutione lucri ex cambio. Quod in Ciuitate nostra, & cæteris omnibus in locis, in quibus cambia celebrantur, vsitatissimum est, & vidimus magis cautos mercatores, quatruor, vel quinque, ad summum, singulis annis esse contentos in lucro cambiorum, quæ si ad computa cambiorum legalia reducantur, non raro ad decem pertingerent. Cum igitur quis agit contra debitorem morosum, non solum ad sortem, sed etiam ad interesse cambiorum, dictumque interesse, via iudiciali, consequitur; tali casu cum sit in magna securitate; quam quilibet prudẽs mercator redemisset moderatione prędicta æquus Iudex, & prudentia prædituς, id ipsum sequi debet in æstimando dicto interesse; facto eius calculo, non ad pretia legalia, sed cum illa moderatione, quæ secundũ consuetudinem loci solet à prudentibus adhiberi in exponendis pecunijs suis super cãbijs, dum volunt maiori securitate pecunijs suis cõsulere. Nec si me audiet vllus Iudex vix vnquam à prædictis in calculando interesse recedet, quæ sunt omninò aliena à lucro ex cãbio, in quo omnia veniunt vsq; ad vltimum denarium, vt patet ex prædictis.

Alia', & quidem maximi ponderis deducetur illatio ex discrimine prædicto. Quod licet in eo conueniant quod inter illos casus vtrũq; reponatur, qui casus certi vocantur ab Imperatore dicta lege vnica, ex quo vtroq; cõuenire videri possit, vt interesse duplum excedere non possit.

Dicta Imperatoris decisio non potest habere
64 locum in lucro cambij, quod cum intrinseco sit sorti ipsi, & cum ea vnum quid conficiat, nec ab ea separetur, immò in qualibet cambij duplicatione, modo explicito disputatione prima, quæstione decima tertia, lucrum cum sorte idẽificetur, & vnum semper fiat, numquam verificatur, aut verificari potest in cambijs, & recambijs quod lucrum excedat sortem. Illi namque scuti mille argenti, qui hic Genuæ dati fuerũt ad cambiũ pro feria Augusti, in cuius redditib. fuere mille quindecim, quantumuis appareat in illo incremento lucrum de vno cum dimidio pro quolibet centenario si tamen rursus dantur ad cambium pro feria proxima Sanctorum & sic successiuè in alijs redditibus: id quod datur, induit rationem sortis verè, & forma
65 liter, & successiuè in lucro cambij non est considerabile, nec contingibile, quod lucrũ attingat, vel excedat duplum sortis, cum nũ quam nisi minimam eius partem adæquet; & si consideretur post longum tẽporis spatium, non permanet eadem sors, sed semper variatur in qualibet cambij duplicatione.

66 Non sic in interesse cambiorum, nam in debitore moroso sors semper permanet eadẽ, & interesse retinet rationem interesse. quod
67 licet redigatur in sortem dicta reductio nõ est vera reductio cum à parte rei cambior numquam fuerit celebratum; sed reductio fit ad effectum calculandi dictum interesse, & cognoscendi interesse creditoris, qui quatenus habuisset suas pecunias, eas exposuisset, & sic dicta reductio est factum, quod esset facturus creditor, si habuisset, quod longè differt à facto ipso. Et per consequens indubitatum habeo in hoc casu, soluendi interesse cambiorum debiti ex mora, intrare dispositionem legis vnicæ *C. de sent. quæ pro eo*, & tali casu interesse prædictum debitum à quolibet debitore moroso etiam si ad rationem cambiorum, & recambiorum etiam si mora esset mille annorum, interesse prædictum excedere non posse duplum sortis. Et hæc nota amice Lector, quia in vtroque foro sunt frequentissima, & nullibi reperies

nec

nec vllam in iure recipiunt difficultatem, cũ fundentur aperto iure *in d.l.vnica*. Quæ intelliguntur, prout dictata ſunt, de intereſſe, quomodocumque debito, circumſcripto tamen omni, & quocumque delicto, quo interueniente recurrendum eſt ad tradita poſt
70 alios per Ber. in cauſa Genuenſi *conſ. 193. à num. 29. cum ſeqq. vol. 1.*

Et hæc de intereſſe cambiorum in genere ſumpto, & prout diſtinguitur à lucro cambij, dicta ſufficiant. Sed quia magis in ſpecie hoc idem intereſſe triplici modo peti poteſt, ex mora ſcilicet, item ex pacto, & conuentione expreſſa partium; ac demum etiam ex facultate, quam concedit debitor creditori de cõtinuando ſcilicet debito ſuper cambijs, cum promiſſione ſoluendi, tam debitum ipſum, quam omne intereſſe, qui modi longè inter ſe differunt. Ea propter cum de primo iam dicta ſufficiant, duos poſteriores modos per peculiares quæſtiones examinabo. Sit igitur.

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO X.

De intereſſe cambiorum, quod in pactum deducitur.

1 *In dependentibus a diſpoſitione iuris non attenditur partium voluntas.*

2 *Voluntas partium in his quæ ab ea pendẽt, religioſè ſeruanda.*

3 *Pacta, quæ legi, & ſubſtantiæ contractus non repugnant à partium volunate pendent, & omninò ſeruanda ſore.*

4 *Intereſſe cambiorum ex pacto ex conuentione regulari poteſt iuxtà pretium legale apponendum in cambijs.*

5 *Intereſſe debitum ex mora debetur Iudicis officio ex pacto verò via actionis.*

6 *Pro conuento datur Genuæ executio parata ad formam ſtat. de cauſ. execut.*

7 *Ad conſtituendum in mora requiruntur multa.*

8 *A mora multi ſunt caſus, qui excuſant remiſſiuè.*

9 *Intereſſe ex intereſſe debetur etiam lucri ceſſantis ex pacto.*

10 *Idem eſt ſine pacto ex mora ſi tractatur de damno emergenti.*

11 *Si verò de intereſſe lucri agatur, valdè dubia quæſtio eſt.*

12 *Pactum, quo remittitur probatio intereſſe ſimplici dicto creditoris validum eſſe dicitur.*

13 *Declaratio illa poteſt fieri per creditorẽ abſente debitore, & non citato.*

14 *Datur tamen debitori facultas probandi contrarium, etiam poſt factam declarationẽ*

15 *Et poteſt Iudex eam moderare petita reductione ad arbitrium boni viri.*

16 *Etiam ſi pactum fuerit conceptum per verba importantia abſolutam poteſtatem.*

17 *Facultas prædicta ante factam declarationẽ reuocari poteſt.*

18 *Fallit ſi debitor iuraſſet non contrauenire.*

19 *Item fallit ſi pactum interueniat de ſtando dicto cum iuramento.*

20 *Item declaratur concluſio, quod poſſit reuocari facultas conceſſa, ſi cauſa legitima interuenit, puta quia creditur mutauit mores in deterius.*

21 *Contractus, in quo dantur pecuniæ ad cambium, vt certum ſit capitale, & lucrũ certum determinatum vel ad negotiandum ſuper cambijs modo prædicto an ſubſiſtat.*

22 *Nauarri opinio refertur pro validitate contractus dicentis tres contractus ineſſe, ſocietatis aſſecurationis rei, & aſſecurationis lucri.*

23 *Refertur Soti contraria ſententia, & ponderatur, & malè impugnari argumentum eiuſdem per Nauarr. demonſtratur, cui tamen alio modo ſatisfacit Auctor.*

24 *Societas ius quoddam fraternitatis habere dicitur nu. 74.*

25 *Æqualitas inter fratres ſeruanda.*

26 *In ſocietate ſi vnus ponat induſtriã, & alius pecuniam, & induſtria æquiualeat pecuniæ, & contingat ſocietatem nil lucrari, pecunia diuidi debet.*

27 *Quando pecunia ſocietatis remanet penes exponentem, non dicitur ſocietas, ſed locatio facta ab eo, qui pecuniam poneret in pecunia aliena.*

28 *Pecuniæ dominium vbi in contractu transfertur ibi non rectè arguitur pro neceſſe mutuum.*

29 *Conſtitutio Sixti V. incipiens Deteſtabilis, adita*

adita anno 1586. 25. Octobris in materia pactionum, & conuentionum lucri certi saluo capitali refertur.

30 *Graffij sententia in sua summ. decis. dicentis constitutionem prædictam intelligi debere de pactis iniustis dummtaxat. non recipitur.*

31 *Azorij sententia refertur in materia hac.*

32 *Iustiniani de cambio qu. 7 sub. num. 7 assertio notatur.*

33 *Nauarri opinio in suo manc. cap. 17. nu. 255. & in coment. de vsur. nu. 3. 2. quomodo intelligatur, & saluatur nu. 36. in negotiatione cambiorum, & nu. 50. & 52. & num. 53. omnino reijcit in vim tertij contractus, & quomodo sustineri possit in vim societatis nu. 73. & infra docet auctor.*

34 *Societas simulata præsumitur in fraudē vsurariam illa in qua suscipiens sortem periculum illius suscipit.*

35 *Constitutio prædicta Sixti V. inducit præsūptionem Iuris, & de iure, nec admittit probationem in contrarium.*

36 *Pecuniam in societatē expositam plurimis exponi periculis probatur.*

37 *De natura societatis est quod periculum sit commune.*

38 *Damnum in societate æquè diuidi inter socios debet nisi aliter inter partes conuentū fuerit.*

39 *In negociatione cambiorum pecuniæ, quæ dātur in hanc negociationem non supponūtur aliquibus ex fortuitis casibus, quorū damna ex natura societatis debent inter socios communicari.*

40 *Casus fortuits spectant Domino rei.*

41 *Nomen decoquentis non dicitur perditū, sed durare, & in contractum legitimè duci potest.*

42 *Socij tenentur sibi inuicem præstare dolum, & culpam, saltem leuem.*

43 *Socius accedens ad nundinas, & viens in recessu via minus tuta cum tutorem posset eligere, si damnum incurrat derrobationis ei & non societati imputandum.*

44 *Culpa leuis quando quis non facit quod diligens fecisset, nec præuidet quod diligens præuidisset.*

45 *Eligens imperitum pro perito in culpa est.*

46 *Dans cambio minus idoneo, cum idoneorem potuisset dare in culpa dicitur, & nu. 48.*

47 *Quando interesse, & periculum spectat circa rem eamdem vni, culpa difficilius eidem imputatur.*

49 *Constitutio Sixti V. intelligitur de quacumque periculo etiam fortuito circa rem ipsā quod nulla interceděte vel leuissima culpa mercatoris circa res, vel pecunias in societate positas oon ingeret.*

50 *Dans pecunias mercatori ad negotiandum potest sibi cauere ab illo de nominibus debitorum si lucrum moderetur.*

51 *Negotiator qui stat pro nominibus potest pacisci de parte lucri aliqua.*

43 *Conuentio annuæ quantitatis in societate non sustinetur in vim tertij contractus assecurationis contra Nauar. & nu. 55.*

54 *Lactus retis vendi, & emi potest.*

56 *Plures contractus vnico actu ad inuicem pugnantes fieri non possunt.*

57 *Fallit in reformatione vnius cōtractus, quia is retenta substātia actorum incertorum potest reformari, & modificari modo non contraria sint substantiæ propriæ.*

58 *Ex vno, eodemque facto oriri nō possunt duæ diuersæ species contractuum, sed vna tantum, cuius formæ magis congruit et 62.*

Contrarium nu. 59.

Sed reprobatur n. 60. quando enim plura facta a contractu stipulationis informantur ex principali, & tum pro vno censentur.

61 *Vnus contractus quando incidit in alium per modum pacti, & accessionis, talis contractus censetur pars principalis contractus, & actio, quæ oritur ex principali, oritur etiam ex illo incidenti.*

63 *Quādo cōtractui adijcitur stipulatio duplex agēdi forma oriri potest, & debet & n. 72.*

64 *Venditio sine re consistere potest.*

65 *Quia spes dicitur emi.*

66 *Fructus venturi vendi possunt.*

67 *Sine prætio venditio non consistit.*

68 *Et in pecunia numerata.*

69 *Et non in rebus.*

70 *Etiam si æstimata sint.*

71 *Imò non consistit emptio & venditio in pecunia reprobata à Principe.*

74 *Pacta continentia inæqualitatem non tenent in societate.*

75 *Intellige si socij corporalia conferant.*

76 *Æqualitas contributionis necessaria in societate non consideratur geometricè, sed proportionabiliter, quod in rebus incertis quoad esse, & quantitatem, assequi non possumus ante euentum nisi ministerio quotæ. Et exemplificatur & nu. 78. & nu. 80.*

77 *Contrahentibus licet se ad inuicem decipere intra*

intra aliquos limites, extra quos remanet iniuſtitia.

79 *Quantitatem pro quota poni apud I. C. nõ eſt nouum.*

80 *Remiſſio uſurarum ex cauſa donationis præſumitur colorata, & non animo uitiandi exercendo, & ut remittentes habeant extorſionem grátioſiorem.*

PRIMA facie videbatur dicendum idem prorſus debere eſſe Iudicium de hoc intereſſe, ſi conueniatur, ac de illo, quod oritur ex ipſa re, de qua agitur; cum in eis, quę à iure pendẽt,

1 nihil operetur paciſcentium voluntas, *l. contra iuris ciuilis in princ. l. iuriſgentium* §. *prator ait ff. de pact. l. pacta quæ contra C. eod. l. unica* §. *ubi ff. de rei uxor. actio.* Verumtamen, licet prædicta vera ſint, attenta rei iuridica ſubſtantia: tamen cum quædam etiã, non ſolum a iure pendeant, ſed etiam à partium voluntate, *l. ſi pater* §. *ex pactis ff. de pact. dotal.* quæ maximè congruit humanæ fidei integra ſeruari, ac cuſtodiri, *l. 1. in princ. ff. de pact. l. 1. in princ. ff. de conſt. pecul. non minorem C. de tranſact.* Hinc dicimus,

3 & meritò pacta omnia, quæ legi, & ſubſtantię contractus, de quo agitur, non repugnãt à partium voluntate dependere, & omninò ſeruanda fore *d. l. ſi pater* §. *ex pacto ff. de pact. Dec. d. l. unica* §. *unico ff. de rei uxor. actio.*

Et hinc optimè deducitur; quod licet quando intereſſe cambiorum debetur ex mora, debeat moderari ad fauorem debitoris rationibus expreſſis in quæſtione proximè præcedenti. Si concurrentibus ijſdem requiſitis

4 interueniat pactum, & partium conuentio, permittendum tali caſu, vt intereſſe prædictum regulari deberet iuxta pretium legale apponendum in cambijs; nullibi enim apparet, cur pactum huiuſmodi poſſit de iure impugnari, cum cadat ſuper re permiſſa; nec ta li caſu militat æquitas, quam conſiderabam in intereſſe cambiorum debito ex mora quę tollitur ſufficienter ex pacto. Reſpectu cuius ſatis differt hic caſus à præcedenti, ſed fortius ex eo; quod, hoc pacto magis, ac ma-

5 gis conſulitur idemnitati creditoris; Nõ ſolum in modo agendi cum intereſſe, debitum ex mora, debeatur Iudicis officio; ex pacto

6 verò, via actionis, & in Ciuitate noſtra pro promiſſo, ac conuento datur executio parata ad formam ſtatuti *de cauſis executuis.* Sed etiam in ſubſtantia ipſa; quia non ſolũ

7 multa requiruntur ad hoc, vt quis legitimè in mora conſtituatur, de quibus latè per DD. in *l. mora ff. de uſur.* Sed etiam, plures dantur caſus, in quibus morosus excuſatur

8 qui pẽdent à Iudicis arbitrio, quos latè pro ſequitur *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 229.* Septem cauſas recenſes, quæ ibi videri

9 poſſunt. Prætereà expenditiſſimum eſt, pacto interueniente, intereſſe eis intereſſe deberi, etiam ex lucro ceſſante, vt probat Rui. *conſ. 103. nu. 4. vol. 1. & ſequitur Rota noſtra*

10 *dec. 78. num. 16.* quod licet idem ſit in intereſſe damni emergentis, ex ſimplici mora, *vt per. Roma. conſ. 101. & alios quos adducit Rota noſtra dec. 87. in fin.* tamẽ eſt valdè dubium, in intereſſe lucri ceſſantis ex mora,

11 per ea, quæ tradit idem *Ruin. conſ. 55. num. 18 vol. 2. & conſ. ſeq. in fin.* Et demũ in hoc eſt vtiliſſimum, vt creditor ſibi paciſcatur dictum intereſſe ex eo quod ſolet frequentiſſimè practicari, vt remittatur probatio dicti intereſſe ſimplici dicto ipſiuſmet creditori quod pactum frequentiſſimum in Ciuitate

12 noſtra de iure eſſe validum, certum eſt, *l. ſin. ff. de prator. ſtipul. ſi ſuſurandum quod ex cõuentione ff. de iur. iur. Dyn. quem ſequitur Bart. d. l. fin. nu. 3. ibidem Angel. 1 mol. Caſtr. plenè poſt Alber. laſ. d. l. ſuſurandum quod ex conuentione in princ. num. 6. vbi de communi Bart. in l. Theopompus in fin. ff. de dot. præleg. Alex. conſ. 50. n. 1. not. 2. vbi teſtatur de magis communi. prout etiam de veriori, & magis communi teſtatur Soc. conſ. 90. Viſis num. 12 vol. 4.* Et tali caſu, quod huiuſmodi

13 declaratio poſſit fieri à creditore abſente parte, & ea nõ citata probat *Alex. conſ. 130. in fi. vol. 1. & d. conſ. 54. num 3. vol. 2. plenè Soc. d. conſ. 90. nu. 17. vol. 4.* Quod tamen in-

14 telligendum non eſt, vt tale dictum pro veritate habeatur; nam, eo non obſtante, poterit debitor probare contrarium, licet declaratio facta fuerit. *Affl. deci. 91. nu. 12. Alex. conſ. 47. circa princ. nu. 4. lib. 1. Plot. de in lit.*

15 *iur.* §. *48. num. 22.* Item dicta declaratio poterit moderari, & reduci ad arbitrium boni viri, *l. hæc venditio ff. de contr. emptio. l. ſi libertus ff. de oper. libert Bart. d. l. fin. ff. de prætur. ſtipul. quem ibi ſequuntur Angel. 1 mol. Caſtr. Alex. conſ. 130 in fin. vol. 1.* Et id, ſiue

16 dictum pactum fuerit concepteum per verba impor-

importantia arbitrium boni viri; siue absolutam voluntatem. *Bart. & Imol. vbi supra Affli.dec.91.num.10.* Et quod magis est,
17 antequam fiat dicta declaratio, poterit per debitorem talis facultas reuocari, *l. si quis iusiurandum C. de reb.credit. Bart.d.l.finum.3.vers.quæ decimus, quem alij ibi sequuntur*. Quod tamen intelligas cum hoc
18 temperamento, quod, scilicet, non liceat reuocare, quando debitor iurauit non contrauenire. *Soc.cons.90.num.11.vol.4.* Nec quã-
19 do pactum interuenit de stando dicto cum iuramento. *Bald.d.l.iusiurandum quod ex cõuentione in repet.num.77.ff. de iureiur. Soc. d.cons.90.nu.13.vol.4.* Quinimmò, tum de-
20 mum liceat reuocare, & à conuentis recedere, quando interuenit causa legitima, vt potè quia creditor mutauit mores in deterius. *Angel.d.l.fin.nu.4.& ibidem sequitur Imol. ff. de præt. stipul. l.cf. l. iusurandum quod ex conuentione in princ. num.6. vbi testatur quod aliàs opinio communis est contra Bart. Soc.latè d.cons.90.numer.12. Alex.cons.130. num.6.vol.1. Affl.dec.91.nu.10.*

Locus admonet dum de pactis quæ circa interesse cambiorum agimus, vt illam celebrem quæstionem attingamus: quando scilicet reponuntur pecuniæ super cambijs, & traduntur mercatoribus, non quidem ad cambium, sed ad negotiandum super cambijs; Acto
21 pacto, vt certum sit capitale, & ad lucrum certum, & determinatum pro quolibet centenario pecuniarum expositarum, ad rationem cuiuslibet anni, puta de quinque, vel sex in anno, quod negotiationis genus apud nos fuit frequentissimum; dum forum nostrum seruabat, ante annum 1625. Et sanè
22 hunc modum negotiandi super cambijs approbauit Doctor Nauarrus, qui profitetur; se auctorem illius fuisse, cumque proposuisse dum Vlyssipone degeret Regiæ Maiestati, sed parum acceptum fuisse mercatoribus illis, ob tenue lucrum inde prouenions. Dicit itaque *in manual. confess. c. 17. num.201.& in comment. de vsur. numer. 32.* hunc modum constituere in faciendo tres cõtractus. Primus est societatis, in qua recipiens pecunias ponit industriam, exponens verò rem ipsam. Secundus assecurationis, quæ fit per recipientem de eadem re. Tertius assecurationis pariter per eumdem de lucris, quæ sperantur. Et id ea ratione, quia cum hi tres contractus licitè possint fieri cũ tribus diuersis personis, eodem tempore, nihil impedit, quominus possint inter eosdẽ celebrari. Et cum, id fieri possit per tres contractus, formaliter distinctos; nihil impedire debere, quominus implicitè fieri possint, cum sit eadem virtus taciti, & expressi; Vndè Nauarrum sequuti sunt ferè omnes recentiores *apud Graff.dec.lib.2.c.120.num.39. Tolet.lib.5.cap.4, Viper.de camb.cap.5.dub. 6.Iust.in.de camb.quæst.8.num.3.* Et hanc sententiam etiam confirmat Nauarr. *d. coment. de vsur.num.33.tum ex c.per vestras ext.de donat.int.vir.& vxor.* vbi dum mandat, dotem, constante matrimonio, deponi apud mercatorem in societate, vt ex fructibus sustinentur onera matrimonij, videtur ex antecedenti sentire prædicta; tum etiam ex cõsuetudine, quam attestatur. Suo tempore, viguisse in multis Galliæ, & Italiæ partibus, quam nec temerè introductam, nec temerè damnandam censet. Et concludit Nauar. *in coment. vbi supra nu.39.* se hanc doctrinam tradidisse, non vt cupiat homines à consuetis lucris auertere, & ad has angustias contra here; sed vt quid iuris esse putat, in medium afferat.

Sed, vt quid sentiã, liberè proferam, quicquid sit de sententia Nauarri, quam ego impugnare non ausim certè argumentum ei contrarium, quod desumpsit ex traditis per Sot *lib.9.quæst.6.art.1.de iust.& iur.* cui plures responsiones accommodat, adhuc siue ex de fectu rei, siue responsionum vrgere videtur.

Negãt enim Sotus eumdem posse esse socium
23 recipientem pecunias, & assecuratorem sortis expositæ in societate; quia, inquit Sotus, sic exponens pecunias; sita exponit, vt earum dominium in accipientem transferat, qui de illis ad libitum disponere potest, & in alios vsus transferre, quod idem est, ac mutuare; quod prohibitum est cum lucro, tamquam vsurarium, & proindè putat Sotus necesse esse, vt illa assecuratio sortis fiat à quodam tertio, ad effectum vt sustineatur.

Huic obiecto quinque responsionibus occurrit ibi Nauar. desumptis, vel ex eo quod in sic recipientem non transferatur dominium pecuniarum: vel ex eo; quod, licet transferatur, non possit recipiens de illis disponere in alium vsum præterquam in vsum destinatũ ab exponente, vt ibi per eum. Quinimmò ex eo quod non transferatur tali casu dominiũ vel quatenus transferatur, non possit recipiens vti pecunia, nisi in vsu prædicto concludit Nauarr. *num. 38.* iustitiam dicti contractus

tractus. Sed, ſi veritatem amamus, hæ reſponſiones nihil ſtringunt: cum veriſſimum ſit; tali caſu, pecuniarum, quæ exponuntur dominium tranſire in recipientē rē, & propriè ex vi ſocietatis, per quam ea, quæ a ſocijs conferuntur efficiuntur
24 communia, cum ius quoddam fraternitatis habere dicatur; *l. verum in princ. ff. pro ſoc.* & inter fratres æqualitas ſit ſeruanda;
25 *l. cum pater §. cuēris ff. de leg. 2. l. vlt. comm. utriuſque. S. illud quoque in fin. tit. auth. de nup.* Vſque adeò vt ſi quis pecuniam exponat, & alius induſtriam; quæ induſtria in illa negotiatione æquiualeat pecuniæ; ſi contingit ſocietatē nihil lucrari
26 tali caſu: pecunia, ab altero tantū ex ſocijs expoſita, veniat æqualiter diuidēda, vt optimè probat doctiſſimus Couar. *var. reſol. lib. 3. cap. 2. num. 2. verſ. Prima concluſio. & ante eum Gl. in l. ſi cum fuerit 12. verb. ſolus ff. pro ſoc. Petr. de Vbald. de duob. fratrib. par. 4. nu. 3 0. nu. 40. & par. 5. nu. 30.* Et quatenus non fieret hæc communicatio rei, ſed dominium pecuniæ remaneret penes exponentem, non eſſet ſocietas, ſed locatio operum, facta ab eo, qui induſtriam poneret in
27 pecunia aliena, vt in puncto tradit Card. Mant. *de tac. & ambig. lib. 6. tit. 7. nu. 5.* Et id omnes intelligunt, licet recipiens vi dictæ receptionis, ad factum teneatur, ſcilicet ad negotiandum eas ſuper cambijs; & quatenus deficiat, tenetur ad intereſſe per ea, quæ ſupra latè deduximus. Et ſane peſſimè conſultum eſſet indemnitati vtriuſque contrahentis; ſi prædicta admitterentur; Creditoris. ſi deberet eſſe ſollicitus, vt non in alium vſum expedirentur pecuniæ; debitoris; ſi tamquam de re ſacra, vti deberet dictis pecunijs. Quinimò, magis in noſtra ſpecie, hoc repugnaret ſubſtantiæ actus de quo agitur. Si enim dictæ pecuniæ negotiandæ ſunt ſuper cambijs, de cambij autem ſubſtantia eſt, vt transferatur dominium pecuniarum in accipientem vt probauimus ſupra diſput prima, queſt 8. & qu. vndecima; impoſſibile omninò eſt: dominium pecuniarum permanere penes exponentem, vt de commodante, & deponente exemplificat Nauar. vel in alios dominium transferre non poſſe, vt dicit de primogenijs; vel denique peccatum committere, & ſpeciem furti, cum in alium vſum conuertit præter eum, in quem fuerunt pecuniæ deſtinatæ, cum volente creditore id faciat.

Probabilius reſpondiſſet (ni fallor) Nauarrus Soti obiecto, ſi dixiſſet; negando illationem; deducentem ex translatione dominij in caſu propoſito, ad mutuum.

Neque enim in omni contractu, in quo pe-
28 cunię dominium transfertur adeſt mutuū, nec vllo iure id probatur; aut probari poteſt, ſed potius totum contrarium. Vt de illis venditionibus, quæ debito modo fiunt pretio anticipato; & de illis omnibus caſibus, ſiue certis ſiue incertis, in quibus aliquis ex contrahentibus primò ſoluit pecuniam; in quibus omnibus tranferri dominium nemo dubitat, nec vllus mutuum ſomniauit, ſi alias legitimè fiat. Non tamen negauerim: prædicta ſæpiùs poſſe contingere ad palliandam vſurā, & ſic reſoluī contractum illum in mutuum, vt infrà videbimus; non per hoc vllus dicer mutuum formaliter interuenire, vt petit principiū Soti, malè ſolutū à Nauarro.

Grauius vrget contrà Nauarri ſententiam bulla Sixti V. ſummi Pontificis, quę incipit, Deteſtabilis. edita de anno 1586. die 25. Octobris per hęc verba.

29 *Damnamus. & reprobamus omnes, & quę*
„*ſcumque contractus, conuentiones, & pa-*
„*ctiones poſt hac ineundos, ſeu ineundas, per*
„*quos, ſeu quas cauebitur perſonis pecunias*
„*animalia, aut quaslibet alias res ſocietatis*
„*nomine tradentibus, vt etiam ſi fortuito ca-*
„*ſu quamlibet tacturam, damnum, aut amiſ-*
„*ſionem ſequs contingat ſors ipſa, ſeu capi-*
„*tale ſemper ſaluum ſit, & integrum à ſocio*
„*recipienteм reſtituatur, ſiue vt de certa*
„*quantitate vel ſumma in ſingulos annos,*
„*aut menſes durante ſocietate reſpondeatur.*
„*Statuimuſque huiuſmodi contractus, con-*
„*uentiones, & pactiones vſurarias, & illi-*
„*citas poſt hac cenſeri debere, atque impoſte-*
„*rum non licere ijs, qui pecunias, vel ani-*
„*malia, aut alias res in ſocietatem tradent*
„*de certo lucro, vt præfertur, pericipendo*
„*inter ſe paciſci, aut concordare; neque etiā*
„*ſiue ad certum, ſiue ad incertum lucrum cō-*
„*menerint, ſocios, qui ea recipient ad ſortē,*
„*ſeu capitale ſaluum, & integrum, vbi illud*
„*caſu fortuito perierit, vel amiſſum erit*
„*reddendum quouis pacto, aut promiſſione*
„*ſibi obligare. Ac ne de catero ſocietates*
„*ineantur ſub huiuſmodi pactis, & con-*
„*ditionibus, qua vſurariam prauitatem ſa-*
„*piunt diſtinctè interdicimus, & prohi-*
„*bemus.*

Cuius extrauagantis dispositio fortius stringit;
30 quam vt eludi possit à Graffio *d.cap.120.nu. 59.* dicente cum loqui de pactis iniustis tãtummodo, & legibus contrarijs: Nam sicuti hoc nemo reuocat in dubium, ità non apparet quomodo à dicta iniustitia saluari possit sententia Nauarri, de qua agimus, quam totidem planè verbis vti iniustam, & vsurariã sapientem prauitatẽ damnat Summus Pontifex. Sanè Azor. *d.par.3.lib.9.cap.3.* licet re-
31 ferat cum Nauarro plures cum eo sentientes, & cum eis videatur transire, tamen ibidẽ *quæst.7.* allatis opinionibus circa intellectũ dictæ extrauagantis, ipse *vers. in hac*, licet attestetur se Romæ à fide dignis audiuisse, eos viuæ vocis oraculo ab eodem Pontifice percepisse, se noluisse damnare contractus à doctis viris approbatos; nihilominus fatetur sibi de prædictis non constare, sed constitutionem Pontificiam verosimilius generaliter intelligendam. Vt fortè, nimis animosè loquitur, quis posset asserere Iustinianum nostrum, *quæst.7. de camb. sub nu. 9.* dicentem non obstante dicta extrauagante;
32 dictam sententiam Nauarri sibi videri tutã, & quam tradiderunt Doctores per eum adducti (quorum auctores præcipuè scripserũt ante dictam extrauagantem editam, aliqui verò minus consona videntur loquuti) de Azorio verò parùm habuit tacuisse quæ supra nos candide retulimus, de illius determinata sententia; nisi etiam pro sententia sua eum laudauisset, quem contraria sensisse probatur ex eis, quæ supra, & quæ pinguius habet *d. lib. 9. cap.3.quæst.5. per totum.*

Adde, quod nec Nauarrus auctor huius sentẽ-
33 tiæ, eam absoluté firmat, & indistinctè; sed „ cum illo temperamento. *Intelligenda sunt „ autem hæc omnia, vt prædiximus cessante om „ ni fraude, & simulatione, ita vt coram Deo „ formaliter, aut æquipollenter prædicti tres „ contractus fiant, quia nisi cessantibus his nec „ vnus, nec duo quidem fieri possent.* Vndè cũ
34 ex iuris dispositione habeamus præsumi focietatem, simulatam in fraudem vsurariam illam, in qua suscipiens sortem periculum illius suscipiat. *Gl. quam comendat, & sequitur Bart. & Bald. in l. s. ff. pro soc. Io. Andr. in cap. plerique 14. quæst. 3. Io. de Ana. in cap. nauiganti numer. 7. & Abb. num. 11. de vsur. idem Abb. cap. per vestras numer. 8. de donat. inter vir. & vxor. Anch. cap. in peccatis venia. de reg. iur. in sexto Fulgos. in l. si*

non fuerint S. prima ff. pro soc. Castr. cons. 55 numer. 3. lib. 2. Soc. Sen. cons. 263. num. 3. & 4. lib. 2. Dec. cons. 216. volum. 2. & consil. 123. numer. 1. Natt. cons. 402. cum seqq. post alios Conar. var. resol. lib. 3. cap. 2. num. 3. Rim. iun. cons. 398. nu. 27. & cons. 400. vbi refellit contraria, licet hæc dispositio posset euitari prætextu duplicitatis contractuum, qui verè fuissent initi, vt post alios probat Conar. *vbi subnum. 4.* Præsertim cum præsumptio, quæ iuris est, non præiudicet veritati; Tamen post dictam extrauagantem Xisti, verbis expressis, damnantem generaliter huiusmodi pactiones, tamquam vsurarias, per quam inducitur præsumptio Iuris, & de Iure, quæ pro ve-
35 ritate habetur. *Bald. in l. sine possessionis nu. 6. C. de. probat. Felyc. quanto num. 3. de præcepto* nec admittit probationem in contrarium. *Bald. in rubr. ext. de præsumpt. Imo in c. quia verisimile nu. 2. late Menoch. de præsumpt. lib. primo part. 3.* videri posset finis imposítus huic controuersiæ.

Sed adhuc, non obstantibus prædictis, salua-
36 ri posset sententia Nauarri, in materia cambiorum. In qua considerandum propono: magnum interesse discrimen, inter societatem contractam super negotiatione cambiorum, & eam, quę contrahitur super alijs rebus, respectu capitalis, seu fortis, de cuius securitate præstanda per administratorem societatis, qui solas operas præstat ei, qui exponit pecunias agimus. Nàm in cæteris societatibus aliarum rerũ, pecunia, seu res, quę exponitur in dicta negotiatione, pluribus exponitur periculis consũptionis, corruptionis, & perditionis. Videlicet si cũ socius cũ seruis, & pecunia ad merces coemendas profectus, in latrones incideriit, qui, rapta pecunia, seruos vul-
37 nerauerint; vel naufragio perierit, *l. cum duobus §. sagittariam ff. pro soc. l. adeo. §. socius cum gl. & l. sequenti ff. eod.* Quod ipsum cõtingit in corruptione tritici, morte animalium, incendijs, & similibus, quibus casibus, de natura societatis, periculũ commune est fociorum *l. cum duobus. §. damna. ff. pro soc. Raph. Fulgos. cons. 128. nu. 2. Corn. cons. 157. lib. 2.* & nisi aliter
38 inter partes conuẽtũ fuerit, damnum prædictum contingens æqualiter diuidi debet, ex natura societatis, *l. si nõ fuerit, in prine. & d.l. cum duobus §. damna. ff. pro soc. Inst.*

de

de ſocier. §. 1. Ab huiuſmodi autem periculis
39 omnibus immunis eſt ſocietas, quæ ſuper cambijs contrahitur. Neque enim pecuniæ, quas Vidua, vel Pupillus, ſeu nobilis aliquis vel Prælatus dant mercatori, vt eas ſuper cambijs negotietur, ſunt obnoxiæ aliquibus ex illis fortuitis caſibus, quorum damna, ex natura ſocietatis, debeant inter ſocios communicari, ſi tota hęc negociatio in hominibus potiſſimum verſetur, & pecunia numerata, quæ quandoque à mercatore furto ſubtrahitur non appareat illa, quæ in ſocietate, de qua ageretur, fuit expoſita. Præterquam quod eum certum ſit, tali caſu, dominium pecuniæ in accipientem transferri; certum pariter eſt, caſus fortuitos eiuſ-
40 dem periculo eſſe debere, *per text. in l. pignus, & l. quæ fortuitis C. de pignorat. actio.* Vnicum periculum verſatur ſuper idoneitate debitorum: qui, occaſione dictæ negociationis contrahuntur; ne ſcilicet decoquendo, inanis euadat actio cõtra eumdem quæſita, quod licet maximum damnum quãdoque ſit, quoad effectum, qui in primis ſpectandus eſt; verè tamẽ, & quo ad ius, nomen illud perdurat, nec perditum
41 dicitur, vnde etiam in contractu legitimè deduci poteſt *argumento l. 4 cum l. ſeq. C. de hæredit. vel actio credit.* certè licet & hoc damnum, de natura ſocietatis, ſit inter ſocios conferendum, non tamen reſpicit periculum illud, quod à ſe ſuſcipi per adminiſtratorem ſocietatis, qui ſolas operas confert, non poſſe putant DD. allegati; loquentes de longè diuerſis periculis, reſpicientibus interitum, vel deteriorationẽ ipſius rei, expoſitæ tamquam ſors in ſocietate
42 Quinimmò, cum ſocij teneantur ſibi inuicẽ præſtare, nedum dolum, ſed etiam culpam, *d. l. cum duobus §. venit autem §. damna, & §. quidam ſagariam in fin. l. cum ob eam rem cum l. ſeq. ff. pro ſoc. Fal. ſoc. d. conſ. 128. Corn. d. conſ. 157.* & quidem de culpa, ſi non leuiſſima, ſaltem leui. *Bald. in l. qui fortuitis nu. 22. C. de pignor. actio. Petr. de Vbal. de duob. fratr. par 3. nu. 1. col. 2. verſ. ſi autem culpa.* In tantum, vt teneatur conſocio damnum referre culpa ſua contingens, vel parti ſuæ imputare, *l. adeò §. quidin alia ff. pro ſoc.*
43 Vndè dixit Corn. *d. conſ. 157. num. 1. libr. 2.* quod ſi ſocius ad nundinas accеſſerit propter ſocietatem, & in receſſu vſus fuerit via minus tuta, cum potuiſſet eligere tutiorem, ſi ex hoc damnum emerſerit, puta derrobationes, ei, non autem ſocietati tale damnum imputandum eſſe. Nec mirum; cum enim ſocius de culpa, etiam leui, tenea tur; hæc autem inter cætera committatur,
44 quando quis non fecit, quod diligens factu rus fuiſſet, *l. videamus & ibi Gl. ff. locat.* nec prouidit quod diligens prouiſurus fuiſſet, *l. ſi putator 31. ff. ad l. Aquil. Bal. l. quæ fortuitis num. 12 C. de pignorat. actio. Alex. conſ. 74. num. 6. lib. 6. Menoch. conſ. 345. numer. 5.*
Et exemplificat textus ad caſum noſtrum in
45 eo, qui elegit imperitos, pro peritis, ſiue me dicis, ſiue magiſtris, ſiue aduocatis, *l. vtique*
46 *§. fin. ff. de rei vendic.* nemo liberauit à culpa illum mercatorem, qui, cum in dandis pecunijs ad cambium, potuiſſet eligere magis idoneum facultatibus, elegerit deteriorem, cum cogitare debuiſſet id, quod de facili euenire poterat, aliàs haud dubiè in culpa eſſe *dicit textus in l. qui bona §. cum inter ff. de damn. infect. docuit Bald. l. vltima §. ſed quia col. vlt. C. com. de legat. Dec. in l. ſi idem cum eodem §. ſi vna nu. 5. ff. de iuriſd. omn. Iud. Cravetta conſ. 91. nu. 5. in fin. lib. 3. Cravetta conſ. 97. nu. 4. conſ. 176. nu. 12. conſ. 179. nu. 5.*
Et eo magis in re præſenti, ponderanda eſſe culpa mercatoris, ſi diceremus periculũ nominis, ceſſante pacto, in totum ſpectare exponenti ſuas pecunias. Quia iura eo maiorem diligentiam exigunt circa rem ab illis qui circa illam verſantur, quorũ ius ad eos res ipſa ſpectat. Nam quando circa eam
47 deo verſatur etiam intereſſe, & periculum ipſius. tunc difficilius culpam prædictam eis imputant, quod licet prima facie mirũ cuipiam videri poſſet, mentior, ni hoc ipſum probant expreſſa verba Pauli Iureconſulti, *in l. hæredes 26. §. non tantum ff. fam. ercis.* vbi ſermonem habens de cohærede circa rẽ communem inquit.

„ *Non tantam diligentiam præſtare debet quæ*
„ *lem diligens Paterfamilias, quoniam hic*
„ *propter ſuam partem cauſam habuit gerendi.*

Si igitur non habuiſſet cauſam gerendi maiorẽ
48 exegiſſet Paulus diligẽtiam. Quid modò dixiſſet in caſu propoſito, vbi mercator, qui nullam cauſam habet circa pecunias expoſitas ſuper cambijs, quorum periculum ad ipſum nulla ratione pertinebit, eas tamen minus idoneo campſori tradidiſſet, vt pinguius lucrum indè proueniens ſibi haberet, prætermiſſo magis idoneo, qui erat in promptu, licet leuius lucrum præſtituro?

Certè ego talem mercatorem non de facili absoluerem ab hac culpa,etiam circumscripto quocumq; pacto.

Vtcumque sit,certum ex præmissis habendum;
49 dum de periculo sortis tam Doctores,quam Constitutio Pontificia loquuntur,intelligere de quocumque periculo, etiam fortuito circa rem ipsam , quod nulla intercedente, vel leuissima culpa mercatoris circa res , vel pecunias in societate expositas , contingeret;quibus periculis non subiacet pecunia, tradita mercatori , ad negotiandum super cambijs;circa quam (circumscripta idoneitate debitoris)nullum periculum contingibile est.Illud verò inconueniens de idoneitate in totum pendere à diligentia , & cautione mercatoris,quod si de iure eius periculo adscribendum non esset,certè nō adeò abominandum pactum,per quod cautior,& diligentior redderetur, ad ea procuranda, quæ diligentissimus Paterfamilias(vt quam plurimi exequuntur in Ciuitate nostra)procurasset eligendo fcilicet idoneos , licet leuiori cum lucro.Et qui sciat morem in Ciuitate nostra receptissimum, quo , licet ferè omnes paulo pecuniosiores suas pecunias in cambijs exponant,aliqui tamen ita exponūt
50 vt quattuor , vel ad summum quinque pro centenario,quolibet anno,lucrentur;alij verò vt decem,& quandoque amplius , & id non moderatione animi,nec charitate , sed vt securius suas pecunias exponant;is certè numquam damnabit pactum , quo dans pecunias Mercatori ad negotiandum super cambijs ab illo sibi cauet de nominibus occasione prædicta causandis ; Nam alias auderem dicere,circumscripto tali pacto , & conuentione,præbiturum ansam delinquēdi . Cum mercator sic recipiens securus de nomine absque delectu personæ ; at solum maius lucrum præ oculis habens pecunias dissiparet.

Et in omnem casum pactum hoc verè , & propriè(in casu,& materia,de qua agimus) non esset propriè suscepto periculi, nisi in genere generalissimo,quatenus periculum nominis ad recipientem spectaret , sed esset magis in specie fideiussio pro illo,siue illis,quibus dictæ pecuniæ dantur ad cambium; qui contractus est nedum societati repugnans, quinimmò ei quam maximè familiaris cum sæpius ille,qui exercet societatem particularem alicuius negotiationis,dictam fideiussionem faciat,vt vulto dicitur.*stij per lo credere* ad fauorem alterius socij,quia, nimirū, cum electio debitorum ipsius sit,affinè est,vt ipsi imputetur,quatenus minus idoneū eligat . Quod multo magis est permittendum, quatenus pro dicta fideiussione, vel maiorē lucri partem;seu commodum , aliquod , vel magis in specie,mercedem recipit; quod fie
51 ri posse de iure certum est, *l. si non remunerandi §. maius ff mandat. l. hoc iure §. labeo.& ibi Bart.& Bald.ff. de donat. l. rogasti §. vlt. ff. de præscr. verb. Bald. in l. antiquæ num. 1. C. ad Vellei. Dec. cons. 7. num. 1.*

Quantumuis igitur obstet conclusioni traditæ per Nauar præsumptio iuris , de qua per Doctores supra,& quod magis est, præsumptio iuris & de iure,de qua per constitutionem Pontificiam ,
52 ex eo posset sustineri in casu societatis cambiorum,in qua non verificatur,quod recipiens, qui promittit capitale saluum , suscipiat rei periculum , quod nullam ne leuissimam quidem culpam excusantem inuoluit ; Cum re vera sic recipiens, & promittens vel faciat id , ad quod de iure tenetur,præstandi scilicet culpam etiam leuem , circumscripta quacumque pactione, vel ad summum fideiubeat tandem de nominibus per ipsum causandis ; quod est cōatu raliſſimum muneri per ipsum præstando ; in administratione prædicta;quæ in nullo alio magis versatur.In quibus terminis non procedunt præsumptiones vsurariæ prauitatis, de quibus supra.

Maior sēper apud me fuit difficultas super illa taxatione certi interesse;nomine fructuum, quos promittit(in specie posita per Nauarrum)recipiens pecunias; ad quattuor , vel quinque pro quolibet centenario in anno? Quod licet ipse,& alij reiciant tamquā contrarium substantiæ societatis;tuentur tamē in vim tertij cuiusdam contractus ; quam , Nauar.ibi contractum assecurationis appellat.Sed verè cum de nullo periculo agatur immeritò ei tribuit nomen assecurationis, quæ in proposito fructuum non cadit , *arg.*
53 *l. in naue, & ibi DD. ff. locat.* Sed cum dans pecuniam,illam det, transferendo dominiū in accipientem,tantumdem recepturus , & vlterius quinque , siue quattuor pro quolibet centenario ; si rem potius ; quam palliationes spectemus simplex mutuum cum vsura videtur contrahi,*de qua re est Glos. not. ab. l. cum duobus §. item ex facto ff. pro soc. Io. de Ana. cons. 92. & ibi Bologn. in addit. Abb. cons. 114. num. 1. cum seqq. lib. 2. Bald. cons. 396. lib. 5.*

lib.5. Ruin. qui teſtatur de ſententia ab omnibus recepta in conſ.102.num.1.lib.1. Rim. Iun.conſ.463.num.12.& 30 Ideo hoc pactũ in vim tertij contractus venditionis ſuſtinere plures conantur, quos recenſet Azorius *d.cap.3.queſt.5.ſequitur* Iuſt. *de camb. d. qu.*
54 *7.num.2.* dicunt enim ſicut vendi,& emi poteſt factus retis , qui incertus eſt,*l. factum retis ff.de act.empt.* nihil impedire, quominus conferens pecunias ad lucrum licitum, poſſit ſpem futuram lucri vendere ; & ſi licitè cuipiã tertio, nihil impedire quominus eidem recipienti pecunias.

Sed ſi veritatem amamus;omiſſis ijs,quæ con-
55 tra prædicta adducit Azorius,*d.cap.13.qu.5* vbi probat diuerſitatem , quæ intercedit in caſu,quatenus iſti tres contractus fiant cum vna,eademque perſona,vel fiant cum pluribus,quæ hic non tranſcribo . Cum certum
56 habeam nihil minus talia contrahentes, quã de venditione cogitaſſe. De inre etiam non video,qualiter,vnico actu plures poſſint celebrari contractus , ad inuicem diſcrepantes.Poteſt enim quilibet contractus,retenta
57 ſubſtantia propria,per plura , ac plura pacta reformari,& modificari,quę tamen non cõtrariantur propriæ ſubſtantiæ,*l.Iuriſconſultũ §.quinimmò ff.de pact. & ibi laud DD.* Sed in vnica conuentione, qua quis exponit pecunias ſuper cambijs,certo conuento lucro, triplicem contractum effingere , ad paliandam vſuram,non videtur de iure permittẽdum,quo certum habemus ex vno eodemq; facto, oriri non poſſe duas diuerſas ſpecies
58 cõtractuum,ſed vnam tantum,cuius formæ magis congruit,*l. 2. in princ. & ibi Bart. & cæteri ff.ſi cert.pet.l.1.§.quod ſi rem ff. depoſ. l. idemque §. ſi quis Titio ff.mandat.* Et licet aliqui putauerint ; in vno eodemq; negotio plures contractus poſſe immiſceri,eos tamen refellit euidentiſſimè Rip*a. poſt Alex d.l.2.nu.2.ff.ſi cert.pet. & nu.4.* concludens
60 quod,quando plura facta à contractu ſtipulationis informantur ex principali, tunc pro
61 vno cenſentur ; *l. lecta verb,ineſſe ff.ſi cert. pet.* Præter quam,quod; quando vnus contractus incidit in alium , per modum pacti, & acceſſionis:talis contractus , qui eſt acceſſorius,cenſetur pars principalis contractus illius,& actio,quæ oritur ex principali , oritur etiam ex illo incidenti. *l. fundi partem. ff.de contr.emptio.l.ſi ſterilis §.ſi tibi ff. de actio.empt.* cum ſemper principale propoſitum contrahentium ſit attendẽdum,*l.ſi quis*

.nec cauſam ff.ſi cert. pet. Cum igitur habeamus in facto,datam pecuniam ad certum,& determinatum lucrum , abſque iuridica ratione,ad euitandam vſuram,effinginus multiplicitatatem cõtractuum;de qua nec DD. qui effingunt,ſatis conueniunt. nec iuris pręſumptione iuuantur,quinimmò reſellantur.
62 *Aret.l.ſi procuratorem in princ.n.2. & 3.n.6. tab.ff.mandati Boer.dec.548. num.5.in fin. Anch.conſ.28.nu.1.*

Sed dato circa idem negotium concurrere poſſe duas contrahendi formas , & per conſequens duas oriri ſpecies contractus , quod tunc euenit ſecundum aliquos quãdo iuxta contractum emptionis , ſeu ſocietatis , adjicitur ſtipulatio ; quo caſu certum eſt oriri duplicem obligationem, duplicemque agendi formam,*ad textum in l. duo ſocietatem ff. pro ſoc.l.emptor.in princ.ff.de pact.l. ſi ſtipul §.vlt.ff.de verb.oblig.docuit Bald. in l. petẽs*
63 *num.5.in fin.C. de pact.* qui tamen termini longè diſtant à caſu noſtro. Adhuc conſidero,in facto propoſito,nullãm cõſiderari poſſe emptionem,& venditionem,cum deficiãt ſubſtantialia ipſius. Nam dato ſine re venditionis ſubſtantiam conſiſtere poſſe,*l.nec emptio ff.contr.empt.*quia tali caſu non res ipſa,ſed ſpes empta videtur *d.l. nec emptio.l.ſi*
65 *iactum retis,& ibi DD.ff. de act. empt. & ipſum incertum venire intelligitur ,l.nam hoc modo ff.de hared.vel actio.vendit.* vndè
66 fructus venturi meritò in venditione deduci poſſent,*l.qui pendentem vindemiam ff. de actio.empt.l.ſi fullus §.frumenta ff. de contr. empt.*quo caſu,& quid incertum in emptione venit;*l. nec emptio ff. de contr.empt. l. ſi vſus fructus ff.de Iur.dot.l.neceſſario §.vltimo ff.de per.& com, rei vendit.* tamen ſine
67 pretio emptio nec eſſe nec intelligi poteſt, *l.pacta conuenta , l. in venditionibus ff. de contr.empt. §.pretium inſt. eod.* quod quidẽ
68 pretium debet neceſſario eſſe in pecunia numerata,*l.1.ff.de cõtr.emptio.§. pretium Inſt. eod,*nec rebus poteſt fieri venditio,*l emptionem C.de rer.permut. l. naturalis §.1.ff. de præſcr.verb.l.1.ff.de contr. empt.* Quod vltra
70 adeò verum eſt , vt nec res æſtimata adimplear pretij vices , vt plene probant redarguendo contrarias opiniones Arius Pinell. *in rub.C. de reſcind. vendit. in 2. par. cap.1. num.16.* docens tali caſu contingere contractum permutationis . Quinimmò ſi celebraretur certa pecuniæ quantitate , quæ à Principe reprobata eſſet,tunc nec eſſet venditio,

71 ditio, sed permutatio, vt placuit. *Io. Fab. §. ité pretium vers. quod si ex eis Inst. de empt. & vendit.* Et ad plura alia infetunt DD. passim ad demonstrandam necessitatem pretij certi, in pecunia consistentis, ad substantiã venditionis. Exquiro modo à viris doctis, qui huiusmodi contractum in facto proposito insinuant, quodnam pretium certum, & in pecunia consistens, inreueniat in hoc negotio; ad hoc vt in eo dignoscere possimus substantiam huius contractus: Certè nullibi, ne mentio quidem pretij, in tota hac negotiatione; tantum abest vt certum sit, & in pecunia consistat. Nec vllus vnquam (vt ego arbitror) inueniri potest iudex ità animosus, vt ex hac conuentione actionem ex empto alicui concederet, prout necessarium esse, quando ex vno facto duplex oritur contra-
72 ctus, tetigi supra, *l. duo societatem ff. pro soc. l. emptor in princ. ff. de pact. l. si stipulor §. vlt ff. de verb oblig.*

Desinant igitur viri subtilissimi nobis obtundere hanc multiplicitatem contractuum. Et si velimus negotiationem prædictam saluare ab vsuraria prauitate; excluso mutuo, sufficiemus totam esse societatis, sed informatam duplici pacto, quorum neutrum si probauerimus eius substantiam destruere, nihil reliqui erit amaritudinis, nec ad trifaucem chimeram recurrendum. De primo, scilicet
73 de securitate capitalis satis supra, de hoc secundo facilè me expediremus: dicendo nihil impedire, quominus inter mercatorem, qui industriam tantum confert in societate, & eum, qui pecunias exponit, ità conueniatur, vt saluo capitali longè maior pars lucri in-ipsa exponentem proueniat, minor autem in eũ, qui solam industriam contulit, & sic ex illis duodecim, quæ ponit Nauarrius lucratur ſ mercator ẽ singulis annis, p quoliber cẽtenario, o. 60 ex illis non Mercatori, vt ipse ponit sed creditori obueniant, reseruatis illis quatuor Mercatori pro sua industria, & hinc nullam imposturam, oriri nullam præsumptionem improbi fœneris. Licet enim, vt sæpius dixi de natura societatis, cuiusque substantia sit æqualitas, in tantum, vt pactum con-
74 tinens inæqualitatem non teneat, nec pascifcentes arctet, *l. si non fuerit §. 1. vers. si modo aliquid plus ff. pro soc. §. ita coiri. Inst. de actio. docuit Azo, quem refert Marsil. l. si non fuerit §. 1. Saly. in l. matrus ff. pro soc. & alij, quos refert Couar. variar. resol. lib. 3. cap. 2. num. 3. & testatur omnium consensu probari,*

& probant Theologi omnes apud Azor. d. par. 3. lib. 9. c. 12. & per totum, & ex nostris testatur Corn. cons. 187. num. 1. lib. 3. Tamen ex eodem fonte æquitatis profluit, id locum habere quando socij æqualia conferunt; nã
75 ijsdem inæqualia conferentibus, eadem inę qualitas in partitione lucri, & beneficiorum societatis sequenda est, *vt probatur ex d. l. si non fuerit §. 1. cum sua Gl. & ibi DD. omnes, ff. pro soc. Gl. in §. de illa Inst. de societ.* Neq; enim æquum est, vt scribit Arist. 3. polit. c. 6. æqualem illum habere portionẽ, qui minus contulit; cum æqualitas, de qua in proposito esse debeat proportionabilis, *d. l. si non fuerit in princ.* Vndè cum in societate negotiationis cambiorum, de præcipua summa pecuniarum; mercator leuem operam præstet, pecunia autem, quæ exponitur à creditore totum faciat, vt notorium est apud omnes, qui nouerunt hoc mercimonij genus: nemi ni mirum videri meritò potest, si, facili negocio, dixero sedari posse totam hanc controuersiam super Nauarri doctrina; retento speciem à se proposita simplicis societatis esse, & à prædictis duobus pactis reformare, quorum neutrum substantiæ eiusdem repugnat, etiamsi, vltra mentem Nauarri, ex eris bus partibus duas lucri, exponenti pecunias assignemus, retenta reliqua tertia mercatori
Vna est reliqua difficultas in hoc posteriori pacto, ob quã, vt prædixi semper dubitaui de hac sententia, & numquam mihi persuaderi potui, vt cum ea transirem, & est: quia admisso æqualitatem, quæ ex substantia societatis seruanda est, esse proportionabilem ad ea, quæ conferuntur à socijs, quibus æquum sit correspondere commoda, vel incommoda, non video quomodo, in diuidẽdis lucris, hæc proportio seruetur, dum præfigitur certa quãtitas, & determinata obuenire ei, qui pecunias exponit. Illa enim sententia apud me est certissima, & ingenita ipsimet notio-
76 ni societatis, vt si non æqualis deberet esse cõtributio inter socios; æqualitate geometrica quam negatiuã probat ad litteram Pomponius *in l. si societatem ff. pro soc.* esse tamen debere æqualitate proportionali, quę nihilominus in rebus incertis quoad esse, & quod quantitatem, assequi non possumus; ante cuentum, nisi ministerio quotæ. Pacta enim quæ interponuntur super lucris futuris de præsenti, eam iustitiæ æqualitatem, ex natura societatis, habere debent, vt futura respondeant præsentibus. Vndè sicut cõtrahẽ-

tes

tes de præſenti ſocietatem, perſpectam habere poſſunt, ad quam proportionem excedat induſtria pecuniam, vel pecunia induſtriam, exponenda in ſocietate; ad eamdem proportionem reſpondere debent fructus futuri ex cōtingentibus. Id autem nullus intel
lectus qui futura, non præuideat, aſſequi poteſt certò, ac determinatè. Ergo ſi dictam æqualitatem ſeruare volumus, nō poſſumus dictam determinationem fructuum in certam, & ſpecificam quantitatem redigere.

Id autem optimè aſſequi poſſumus per viā quotæ correſpōdentis, vt ſupra ad quotam expoſitorum; vt ſcilicet, ſi ille exceſſus, quo pecunia ſuperat induſtriam, excedat in quin
cuplum, decuplum, vel vltra, ad eamdem ratam fiat pactum de lucris futuris; Hoc enim reſpectu poterit quidem inter contrahentes committi aliqua inæqualitas, vt pluris, minorisue æſtimetur, quod maius, minuſ
ue æſtimandum erit, ex ignorantia, vel ex aliqua deceptione, quod de iure non eſt pro
hibitum, quando conſiſtat intra limites, intra quos licet contrahentibus inuicem ſe de
cipere, quod ſi limites illi excedantur, iniu
77 ſtitia erit in contractu, *cap. cum dilecti de emptio. & vendit. li. 2. & l. ſi voluntate C. de reſcind. vend. l. in cauſa ſa ſecunda §. Item Pomponius ff. de minor. lati Dec. cap. 1 in pri
ma lect. nu. 67. de conſtit.* remanet tamen illæſa ſubſtantia ſocietatis, nec fit reſolutio in contractum mutui ex incomparibilitate, de qua ſupra in ſecunda quæſtione, hac eadem diſputatione. Sed circumſcripta dicta proportione, & in eius locum, definita certa quātitate, certi, & determinati lucri, ad eius fauorem, qui pecuniam exponit, ſub prætextu quod in tantum excedat pecunia à creditore expoſita, induſtriam a mercatore exponendam, id deſtruit ſubſtantiam ſocietatis, cum impoſſibile omninò ſit, vt talia paciſcē
tes, ſeruare potuerint in dicto pacto æqualitatem proportionis, omninò neceſſariam, ad ſuſtinendam ſubſtantiam dictæ ſocietatis, vt aliàs vidimus diſputatione prima, quæſtione..... Et pactum de lucris in futuris in ſocietate regulari debere ad rationem
78 quotæ eſt doctrina Gloſ ſingularis, quæ cōmuniter citatur *ſub l. cum duobus quæ verè eſt in ſequenti l. ſi fratres §3. §. item ex facto ff. pro ſoc. in verb. In certa quantitate, quod explicat, ideſt quotitate*, expreſsè docens, quod alioquin non eſt ſocietas, & ſic fœnus; nec obeſſe debere quod in textu fiat mentio certę quantitatis, cum non ſit nouum apud
79 Iureconſultos, poni certam quātitatem, pro quota, *eſt text. in l. ſi remunerandi §. Martus ff. mand. vbi etiam gl. in verb. certam quantitatem id ipſum explicat, & dat per concordatum hunc eumdem textum §. item ex facto*; vbi Bald. tranſit cum dicta gloſ. qui idipſum manifeſtius ſentire videtur in celebri illo ſuo cōſilio ad quod communiter recurritur in propoſito taxationis certi intereſſe *conſ. 453. committere pecuniam vol. 3. in fin. verſ. ad hoc etiam*, vbi id explicat non ſub nomine quotæ, ſed incerti docens, non poſſe taxa
ri certam quantitatem, ſed incertam (qui tamen modus loquendi fecit, vt dubito, errare non paucos, de quibus infra) ſed Gloſ. aper-
80 tè ſequitur Io. de Ana. *cōſ. 92.* & ibi Bologn. *in addit.* expreſſius Ruyn. *conſ. 102. num. 1. lib. 1.* qui dicit cum dicta gl. omnes tranſire etiamſi non verſemur in caſu, quo periculū pecuniæ expoſitæ ſpectet ad recipientem, & repetit in fine. Id ſæpius requiſitum noluiſſe pro contraria ſententia conſulere, eo quod contractum illum ſemper reputauit vſurarium. Et licet hanc gloſ. non citet, dicit certum eſſe ſocietatem non intelligi contractā vbi non attingatur quota lucri, ſed quantitas determinata. Rub. Alex. *in conſ. 103. ſub nu. 3. verſ. & ſic lucrum.* Card. Mant. *de iacit & ambig. conuent. lib. 6. tit. 7. ſub num. 3.* poſt alios Hector Felicius *de ſociet. cap. 17. num. 8. cum. ſeqq.* vbi reſpondet contrarijs.

Sicut igitur reſpectu prioris pacti de periculo pecuniæ recipiendo per adminiſtratorem ſocietatis; diximus (quicquid ſit in ſocietatibus aliarum rerum) in ſocietate cambiorum non eſſe alienum à ſubſtantia contractus ſocietatis, id ipſum dicere mus de hoc poſteriori reſpectu maioris lucri, ſi illud menſuraretur ad rationem quotę. Videlicet ſi quis numeraſſet mille negotiatori cambiorum, ad effectum, vt ſuper dicta negotiatione inter plateam Genuæ, & ferias Placentiæ illa adminiſtrat, ſuſcepto periculo nominis debitorum, occaſione prædicta cauſandorum, cum pacto, vt lucrorum prouenien do: um quarta pars, vel quinta, vel ſexta ad ipſum adminiſtrantem pertineat, reliquum omne ſit exponentis. In hoc enim contractu ſeruatur ſubſtantia ſocietatis, ijs pactis appoſitis, quę nec eam deſtruūt, & nullam ſapiunt, aut ſapere poſſunt iniquitatem. Quod ſi & quatenus lucrum illud taxaretur ad certam, & determinatam quantitatem, tunc deſtrueretur quid-

quidem substãtia societatis, quæ per supradicta est incompatibilis cum dicta determinatione. Et sicut per dictam taxationem, verè non contraheretur aliqua vsditio, nec vlla ex vendito actio oriri posset per supradicta, remanet mutuum cum vsura, prout verba, & substantia contractus demonstrant.

Dices hanc taxationem ad certum, & determinatum interesse approbari à quarto responso Sanctissimi Vrbani ad Archiepiscopum nostrum. Respondeo contractum illum, in quo approbatur illa taxatio certi lucri, non esse contractum societatis, sed verè contractum cambij duplicis inter dantem, & recipientem; in quo nihil impedit incertitudinem illam lucri, quod speratur intrà certos limites coarctari ad fauorem debitoris, ne scilicet grauetur in totum illud, quod fortè resultauit ex illo cambio duplicato. Et successiuè; dummodo cætera legitimè fiant, scilicet vera fiat solutio in loco destinato eius cambij, quod fuerat celebratum in feria, & in eodem loco verè, & realiter aliud cambium celebretur pro futura feria; Nihil proponitur, quod naturam societatis fapiat, & nihil impedit dictam taxationem, quæ adhuc incerta est, neque enim est certa omni certitudine, quod alias repugnaret ex alio capite substantiæ cambiorum ex forma Bullæ Pij Sanctissimi, sed certam ex incerto, scilicet interesse illud non excessuram summam taxatam, cum tamen possit intrà illam contingere, quod tueri poteſt auctoritate Bald. de qua supra, sed non trahi ad notionem societatis, quod admonui errandi ansam aliquibus præbuisse; qui hoc ipsum ad societatem traxerunt, quod impossibile est, cum non intercedat ratio quotæ, super qua eius substantia fundatur.

Et hic in Domino sunt mihi admonendi Ciues mei, quos aliquando cognoui, voluisse præstare quantitatem interesse taxatam, licet verè ad eam non attigerit cambij duplicatio inter loca illa celebrata. Quod libentissimè exegerunt creditores, quia pinguius sibi consulturum, debitores verò non recusant, vt faciliores semper habeant exponẽtes expecunias ad cambium, ad sibi credendum, tamquam illis, in quibus bona fides exuberat, nec opinione sua deceptos volunt creditores, qui cum spe præcepissent ex dicta cambij duplicatione, se in lucro habituros vnum, puta, cum dimidio pro cẽtenario, minus consequantur. Moneo inquam, vt à prædictis, quæ de raro contingunt omninò se abstineant. Licet enim non sim nescius: hæc sequuto facto, ex liberalitate debitoris fieri licitè posse, in omni foro, mihi è conuerso candidè dabunt (certo scio) se cambia non exercere, vt liberalitates exerceant: sed vt in mercimonio à iure permisso lucrum faciant quod si verum est prout verissimum, consultius est se a prædictis abstinere, tum quia præseferunt speciem illam cætera quidem, omnia fingi, & solum certum quid posse dilationem spectari; quod iniustissimum esset, & suspicionem improbi fæneris parit, tum etiam quia si id à pluribus, & passim frequẽtaretur, id quod modo liberè facitatur, in consuetudinem facile obiret, & esset iniquissimum, & destructiuum huius celeberrimæ, & iustissimæ negotiationis cambiorum, cõsulẽdus in proposito est Bald. *Lab Anastasio C. mandat.* vbi ex illo textu colligit, quod remissio vsurarum facta ex causa donationis, præsumitur colorata, & vt remittentes habent gratiosiorem extorsionem, ex non mero animo liberalitatis exercendæ, quem sequitur D. Alex. *in conſ. 80. lib. 3. nu. 13.*

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO XI.

De interesse debito ex facultate cambiandi concessa creditori.

1 *In pacto quod valeat creditor ex quauis causa capere pecuniam ei debitam ad cambiũ, illamque retinere in cambijs, & recambijs etiam secum ipso donec sit satisfactus de dicto credito cum omnibus interesibus de cursis, & decurrendis ad rationem cambiorum, & recambiorum cum quibusuis expensis nullus ineſt contractus cambij inter debitorem, & creditorem.*

2 *Interesse in hoc pacto non est lucrum cambij.*

3 *Nec interesse conuentum soluendum vti fructus pecuniæ.*

4 *Sed quid diuersum proueniens à pacto.*

5 *Franc.*

1 *Frac.Bec.Caſalenſis conſ.213.lib.2.perpenditur,& in multis impugnatur per diſcurſū.*

2 *Quæ extrinſecus accedunt vt pignora, hypotheca,fideiuſſiones,& ſimilia, & nō repugnant ſubſtantiæ contractus non reddunt eum illicitum.*

3 *Pignora hapotheca, fideiuſſiones, & ſimilia accedere poſſunt etiam naturali ſoli obligationi.*

4 *Pignus dicitur res ad ſecuritatem creditoris obligata.*

5 *Lucrum ex cambio non debetur, vti periculi præmium contra Beccium, quia in cambio lucrum non conſideratur.*

10 *Nec debetur ratione dubij euentus.*

11 *Quando datur pecunia,vt de lucro contingẽti pars detur exponenti ſaluo capitali vſura committitur.*

12 *Conuentio in cambio ne debitor ſolutione poſſit quandocumque liberari,vſuraria eſt.*

13 *Pignus non eſt contrarium cambio,ſed connaturale, vt omnibus contractibus.*

14 *Reiteratio cambij non eſt contra naturam cambij.*

15 *Negligentia omnia laduntur.*

16 *Negligenti non ignoſcendum.*

17 *Negligentia vnius alteri non debet nocere.*

18 *Simulatio contractus,de quo apparet Inſtrumentum non probatur coniecturis.*
Sed requiritur aliundè probatio plena.

19 *Diſt.ſi per partem contrahentem deducatur, non ſi per tertium.*

20 *Simulatio vbi coniecturis probatur, debent vel afferri neceſſariæ præſumptiones iuris vel ſaltem vrgẽtes,& perſpicuæ, vel quod alijs contrarijs non elidantur.*

21 *Vſura in cambio non committitur niſi per incompatibilitatem.*

22 *Scientia veroſimilis creditoris cambij, quod debitor non ſit habiturus pecuniã in loco deſtinata ſolutionis cambij non efficit cãbium illicitum & 32.*

23 *Vna perſona, & eadem miniſterio inſtitoria duplicem perſonam etiam in correlatiuis, & inimicem oppoſitis referre poteſt.*

24 *Pactum,quod non obſtante exactione, hypotheca ſit firma. eſt contra ſubſtantiam contractus.*

25 *Sed non deſtruit,licet deſtruatur,declara, vt num.27.*

26 *Pactum quod præcarium ſit irreuocabile vitiatur.*

28 *Pacta intelligenda ſunt ſemper vt ſit ſaluæ ſubſtantia contractus.*

29 *Contractus cambij,quo dantur pecunia reſtituenda ibidem in eodem genere cum lucro vſurarius.*

30 *Lup.in cap.nauiganti comment.3.S.2.nu.65. impugnatur.*

31 *Factio non benè in cambio colligitur ex eo, quod pecunia tranſmiſſio re uera non fiat à recipiente ad locum deſtinata ſolutionis.*

32 *Facultas data per debitorem creditori, vt pecuniam debitam cambio accipiat, & recambio vel à ſe ipſo impugnatur à Beccio, & malè.*

33 *Cambium paſſim ſequitur quando aliquis pecunia indigens rogat Campſorem, vt eũ cambio det in rationem cãbiorum. Lugdunum hac lege,vt recipiens ſcribat litteras qua non mittuntur, vel ſi mittuntur non exequuntur.*

34 *Ludou.Peguer.deciſio 33.perpenditur, & cõfutatur infra.*

35 *Ex mutuo intereſſe cambiorum non deberi veriſimum eſt, circunſcriptis circunſtãtijs ex pacto facto cum creditore quod poſſit capere cambio pecuniam illi debitam vſuram oriri, ſi non expectet tempus ad exequendum fœnus,& cambia in vim hauius pacti non debentur.*

36 *Declara vt ſit verum non debenti cambia in vim cambij,& in vim facultatis conceſſæ creditori. Secus ſi vere cambio cepit.*

37 *Et hoc caſu debitor non dicitur debitor ex cãbio,nec contrahit cambium cum aliquo,& num.39.*

38 *Littera cambij numquam finguntur, & illæ non cambia tranſmitti dicuntur.*

40 *Splendor diuitijs conſeruatur.*

41 *In cambio,quo perſona eſt dignior, & ditior, & habet pinguius patrimonium,eo inſtior emicat contractus.*

42 *Principes cambia celebrare poſſe.*

43 *Solitus negotiari an paciſcatur mutuans de intereſſe certo,vel incerto pendente dilatione ad ſoluendum, ſi lucrum ſit proportionatum,& veroſimile.& abſit dolus, & fraus palliandi vſuras,& 44.45.*

46 *Intereſſe lucri ceſſantis etiam in mutuo non eſt vſura.*

47 *Lucrum ceſſans in iuſtis, ac licitis negotiationibus dicitur magis vicinum damno emergenti,quam lucro.*

48 *Taxatio intereſſe à principio ſuſtinetur etiã in mutuo,modo in proceſſu indè iuſtificetur per probationem.*

49 *Taxatio non reddit contractum illicitum, ſed executio.*

50 *Taxatio à principio admittitur in re de ſui natura fructifera.*

51 *Taxatio tamen non eſt licita in contractu pecuniario, quando de ea conſtaret tantum per confeſſionem partium, ſecus ſi aliunde verificetur.*

52 *Mora non attenditur circa intereſſe, quando taxatio habet debita requiſita.*

53 *Nihil tam naturale, & iuri, ac Iuſtitiæ ingenitum, quam vt indemnis quilibet conſeruetur ab eo, in cuius fauorem incommodũ ſemit.*

54 *Fideiuſiones licet ſint ſtricti iuris, ſi tamen ſint indemnitatis pœnam, & quodcumque acceſſorium continent, & 56.*

55 *Fideiuſsio indemnitatis tutior eſt ſi procedat à debitore, quam ab alio.*

57 *Fideiuſſor indemnitatis ad quæ teneatur remiſsiuè.*

58 *Principibus, & Magnatibus alienis eſt abſtinendum.*

59 *Auctio Caiana qualis remiſsiuè.*

60 *Intereſſe cambiorum, & recambiorum deberi creditori venti facultate ſibi conceſſa ex pacto mutuo capiendi pecuniã ſub cambio, & recambio.*

61 *Ampl. vt conceſſa facultas competat irreuocabiliter, & tranſeat ad hæredes. Et de ratione 62.*

63 *Pacta cauſa conſtita producunt actionem etiã de Iure Ciuili.*

64 *Saltem poſt adimplementum.*

65 *In contractu innominato correſpectiuo conſtito de implemento datur actio etiam non ſtipulatione.*

66 *Multo magis ſi concurrat ſtipulatio.*

67 *In contractibus innominatis plures dantur contrahendi modi præter illos quattuor, de quibus in l. naturalis ff. de præſcriptis verbis, ex mixtura ſcilicet eorumdem.*

68 *Rota deciſio quædam manuſcripta notatur.*

69 *Creditor venti facultate ſibi conceſſa capiẽdi cambio, non facit vt mandatarius, ſed ex propria perſona, licet oneri, & incommodo debitoris.*

70 *Mandatum irreuocabile redditur re non integra.*

71 *Factum gratia mandatarij eo inuito non reuocatur.*

72 *Mandatum deductum in pactum ſtipulatione vallatum ſit irreuocabile.*

73 *Ampl. ſecundo in intereſſe cambiorum proueniente ex hac facultate venire totum, & integrum intereſſe abſque aliqua taxatione, vel remiſsione comprehenſis expenſis Cabellarum, prouiſionum, & proxenetica. Et de ratione nu. 74.*

75 *Ampl. tertio, vt non referat quod excedat duplum, vel etiam decuplum, & vltra. Et de ratione num 76.*

77 *Vna, & eadem res poteſt diuerſo iure cenſeri reſpectu diuerſorum.*

78 *Ampl. quarto, vt tanto fortius procedat ſi pactum ſit ea lege conceptum ne intereſſe excedat certam quantitatem.*

79 *Creditor poteſt in parte à iure ſuo recedere.*

80 *Non tamen admittitur ſi ſtipulatur etiam in caſum defectus.*

81 *Remittentibus iura ſua, non datur regreſſus ad illa.*

82 *Quibus rationibus laudatur certa lucri reſtrictio.*

83 *Accipere pecuniam cum onere negotiandi ſuper cambijs, & dare pecuniam cum facultate capiendi cambio ſi non reſtituatur vel etiam ſine mora differunt.*

84 *Vtilitas pacti cambio capiendi refertur.*

85 *Lim. concluſionem, de qua num. 60. procedere modo verè, & cum effectu creditor facultate vſus ſit, & de hoc doceat plenè, & de ratione, & num. 94. & quid ſit probandum nu. 95. & 97. & 103.*

86 *Ex promiſsione ceſſante ſtipulatione datur actio præſcriptis verbis.*

87 *Quæ tunc datur, quando conuentio, ex qua prouenit nomine ſtipulati caret.*

88 *Dicitur præſcriptis verbis actio, quia à verbis contrahentium præſcriptis prouenit.*

89 *Et ideo dicitur ſtricti iuris.*

90 *Et ad limites verborum conceditur.*

91 *Stipulationes ſunt etiam ſtricti iuris.*

92 *Actiones præſcriptis verbis, & ex ſtipulatu nullo iuris officio poſſunt adiuuari, ſed ad limites verborum intelliguntur.*

93 *Actiones bonæ fidei officio Iudicis adiuuantur.*

96 *Agens ex facto, factum ipſum debet probare, cum non præſumatur vti incertum, cuiuſuis & probatio dubia dicitur.*

97 *Ampl. limitationem nu. 85. & 95. vt non ſufficiat pro probatione exhibitio litterarum & remiſſarum de cambijs, & recambijs inter correſpondentes, ſed exigitur præterea probatio ipſius facti, de quo in litteris, ſcilicet, & factas ſolutiones, & inita noua cambia in loco ſolutionis.*

98 Scri-

98 *In propria cauſa nullus iudicat.*
99 *Scriptura eſt de ſubſtãtia contractus Emphiteotici.*
100 *Solo conſenſu perficitur ſed ad eum perficiẽdum traditio requiritur.*
101 *Empheuſis non probatur per inſtrumenti ſolam exhibitionem.*
102 *Litteræ cambij facilè fieri poſſunt repetitæ die.*
104 *Ampl. 2. vt probatio facti remitti non poſſit creditori.*
105 *Intelligè non de quantitate, ſed de ipſo facto.*
106 *Statuta concedentia ſlandum iuramẽto dammum paſſi, de damno intelligitur modo cõſtet damnum paſſum.*
107 *Menoch. conſil. 1181. num. 14. non cauẽ loquuntur.*
108 *Deciſio Rotæ in recentior. part. prima deciſ. 52. perpenditur, & in dubium reuocatur.*
109 *Paciſci poſſe de intereſſe, vt ſtetur iuramento creditoris iuxta contenta in quæſtione præcedenti impugnant DD. magni nominis, & de ratione.*
110 *Cambiorum celebratio nullam habet latitudinem, ſed indiuiſibile factum dicitur. Et idcò non admittit reductionem ad arbitrium boni viri.*

VANDOQVE debitor ex quauis cauſa ſiue de præſenti, ſiue de præterito, non habẽs in prõpru vndè commodè ſatisfaciat ſuo creditori, vel ſi habet ei, non expedit ęs contractum diſſoluere: puta, quia libet paratam pecuniã, in alios vſus conuertere, facultatem concedit quandoque ſuo creditori, vt, in ſatisfactionem dicti ſui credici tantumdem pecuniæ, nomine cambij accipiat, illamque via cambij, & recambij, ſeu ſuper cambijs, & recambijs, ſciam ſecum ipſe retineat, vſquedũ à debitore fuerit integrè ſolutus, & ſatisfactus de dicto credito, vnà cum omnibus intereſſibus decurſis, & decurrendis cambiorum, & recambiorum, cũ quibuſuis expenſis, vſq; ad integram omnium ſatisfactionem.

1 In hac conuentione nullus celebratur contractus cambij inter debitorem, & creditorem, vt patet, & ex conſequenti, intereſſe, quod ſuperadditur ſorti, non eſt verè lucrum cambij, in eo ſenſu, quo illud diſtinximus ab intereſſe cambij ſupra, quæſtione nona; Nec

3 eſt intereſſe cambij, conuentum, ſoluendum vti fructus pecuniæ, & ſortis exburſatę, & habitę per debitorem, vt in quæſtione proxima præcedenti. Sed eſt quid longè diuerſum a caſibus prędictis, prouenien ex facto

4 facultatiuo à debitore permiſſo creditori, vt non immeritò hoc loco de iuſtitia dictæ facultatis, & conuentionis quęratur.

Rurſus, hęc eadem facultas ſolet varijs pactis, & modificationibus de more mercantili informari, modificari, & reſtringi, ſeu ampliari. Sępè prefiguntur Platę, & loci feriarum inter quę cambia, & recambia celebrando, creditor vti poſſit, & debeat hac facultate, quandoque liberè permittitur pro quauis platea, & mundi parte; Sępius limitatur, & intra certos cancellos coarctatur intereſſe; ita vt excedere nequeat, ad incommodum debitoris, quantitatem de quinque, vel ſex, ſeptemue pro centenario in anno, aliquãdo liberè abſque vlla limitatione; Non raro intra certum tẽpus vno modo, & ſub vna certa forma: eo verò lapſo alia, ac longè diuerſa, & plerumque grauiori ipſi debitori, & demum alijs, ac diuerſis pactis, ſecundum factorum contingentias, hęc conuentio informatur, vt nihil frequentius apud mercatores.

An verò intereſſe cambiorum, vigore huius facultatis debitum de iure ſubſiſtat; licet de eo paſſim DD. loquantur, & præſertim Sacri Theologi, cũ tamẽ hac de facultate, tãquam de cambio ſermonem inſtituant, & intereſſe hoc à lucro cambij non diſtinguant, non inter omnes idem ſermo.

Ex neotericis noſtris Franciſcus Beccius Ca-
5 ſalenſis, haud obſcuri nominis iuris interpres, hanc eamdem conuentionem Mediolani inter Cuſanos, & Spinulam initam, pluribus diligentiſſimè impugnat *in conſ. ſuo 213. lib. 2.* Ego verò, omiſſis ijs, quę tamquam peculiaria, circa eamdem conuentionem verſantur, & ab eodem redarguuntur ne terminos quęſtionis propoſitę egrediar, ea refellam, quę ad rem noſtram ſpectãt, vt demonſtrem eum immeritò hanc conuentionem impugnare.

Dum enim primo loco *ſub nu. 27.* conuentionẽ impugnat ex eo, quod, pluribus cautionibus creditores Cuſani voluerunt ſe tutos præſtare de ſorte in illa conuentione deducta, & tradita Spinulę, ex quibus arguit

cambium illud fuiſſe ſimulatum,& vſurariũ.

6 Id haud dubiè immerito facit ; cautiones enim quæcumque pignora, videlicet, hypothecæ, fideiuſſiones, & mandata , & ſimilia ſunt quid extrinſecum ſubſtantiæ contractus, cui accedunt, nec repugnant , aut repugnare poſſunt ſubſtantiæ eorumdem , quinimmò tendunt ad eiſdem præſtandum maius robur, etiam ſola naturali exiſtente obli-

7 gatione , *l. ſolutum non videtur* § *ſi in ſorte, ff. de pignor. actio. l. quæſtum 14. ff. de pign.* quod ipſum intendunt iura, & contrahentes qui hoc animo contrahunt , vt ad effectum reducantur conuenta, quod ſecuius eſt , ac contingit prædictis interuenientibus , vt vel ex ipſa pignoris deffinitione coligitur,

8 quæ dicitur res ad ſecuritatem creditoris obligata , *l. ſi rem* §. *propterea ff. de pignor. actio.* §. *vlt. Inſt. quib. mod. re contrah. obligat.* ſed inſtar omnium ſit in hoc eodem propoſito, de quo agimus, reſponſum quartum Vrbani Sanctiſſimi ad Archiepiſcopũ Genuen ſem; in quo obligationes accedentes cambio & recambio eorummet , qui ab initio cambium contraxerunt expreſſe approbantur , tendentes haud dubiè ad reddendum ſecuriorem contrahentem; quam alias fuiſſet, dictis extrinſecis obligationibus non interuenientibus. Quæ enim ſubdit *num. 28.* in eodem propoſito, cambium ideò licitum , ſeu lucrum ex eo, quando percipitur, vt periculi

9 præmium, eſt omninò erroneum, nam lucrũ in cambio ſimplici non reperitur , & in duplici aliundè omninò prouenit, quam ab aliquo pretij periculo, vt ſæpius diximus . Accedat hoc argumentum nihil pænitus ne attingere quidem ſubſtantiam conuentionis, quam auctor impugnat. Nam ſi reſpiciat primum contractum, quo Cuſani pecunias dederunt Mediolani ad cambium Spinulę, pro feria Veſuntina, vltrà quam quod, in hoc nõ conſiſtit vis facultatis, de qua quæritur certè nemo negabit, ſi cum debitis circumſtantijs circa pretium fuerit celebratum , vt vidimus ſupra, diſputatione prima, quæſtione decima tertia, & vigeſima quarta, nulla prorſus labe vſuraria infectum eſſe.

Nec maioris ponderis eſt confirmatio ad idem

10 argumentum, qua *ſub nu. 29.* tradit ideò lucrum ex cambio licitum, ratione dubij euẽtus. Nam prætermiſſo quod aliundè deſumitur iuſtitia cambij , vt probauimus dicta quæſtione decima tertia , diſputatione prima; certum tamen eſt, aliud eſſe certitudinẽ lucri ex cambio, aliud ſecuritatem ſortis, quę in cambio exponitur, vt per ſe eſt manifeſtũ inſufficientiſſimè igitur ex eo , quod Cuſani per fideiuſſores , & pignora ſecuros ſe præſtare curauerint reſpectu ſortis, ac etiam lucri quatenus ex natura contractus obuenire; infertur ad nullitatem contractus, *l. Papinianus exuli cum vulgar.*

Secundum argumentum, *de quo ſub numer. 31.*

11 eſt omninò extrancum a quæſtione, & facto propoſito . Dicit enim vſurarium eſſe contractum, quo datur pecunia, vt de lucro cõtingente pars detur exponẽti ſaluo capitali, *ex gl. c. plerique 14. quæſt. 3. cum concordantibus* de qua re ſatis egimus quæſt. proximè præcedenti. Sed hoc non contingit in facto propoſito, immò totum contrarium , neque enim inter contrahentes aliqua fuit inita ſocietas , ſed Spinula recepit pecunias in vſus ſuos conſumendas , nec cum pecunijs ſuſcepit aliquod onus eas; negotiandi ſuper cambijs; nec per conſequens erat ad propoſitum pactum de ſaluando capitali. Quinimmò Cuſani creditores ipſi ſuſceperũt onus, ſeu veriùs ſibi ſunt ſtipulati facultatem negotiandi ſuper cambijs; nec intrabat aliqua ſollicitudo, vt capitale eſſet ſaluũ , cuius dominium in Spinulam volentes tranſtulerũt: ſed vt nomen eſſet locuples, & idoneum , & propterea fideiuſſoribus , & pignoribus, aliſque facultatibus ſibi conſulerunt.

Tertium argumentum, *de quo ſub nu. 33.* concluderet, ſi eſſet verum ſuppoſitum , quod Spinula debitor non potuiſſet ſemper , & quandocumque voluiſſet, debitum ſuum diſſoluere. Nam quicquid ſit de pacto illo redimendi in venditione appoſito, ex quo vſuram præſumi, nec ipſe ſatis firmat Beccius; certum eſt quod eſſet tale impedimentum contra ſubſtantiam contractus cambij, quæ cum conſiſtat in eo , vt perficiatur per ſolutionem, vt ſæpius vidimus, non poteſt ſaluari eius ſubſtantia impediri , & euinxit ſæpius laudatum Reſponſum Vrbani Octaui , ibi, *„ Ita tamen vt continuatio remaneat ſemper „ libera iuxta conſtitutionem fel. recor. Papæ Pij V.*

Sed non probat Beccius Leonardum Spinulã non potuiſſe id facere . Redditus enim ſcutorum 10000. in fide Cuſanorum exiſtens; cum facultate exigendi, per annos ſex, ſcutos 18000. erat quidem penes creditores, ad eos cautiores redendos, vt ipſemet ponderauit in primo argumẽto; ſed nõ per hoc

aliquod

aliquod de facto proponitur impedimentū Spinulæ, ne debitum proprium diſſoluere poſſet; nec de iure reſultat ex eo quod, ſoluto debito, poſſit debitor condicere pignus à creditore *tot. tit. ff. de pignorat. actio.*

Et eadem reſponſione tollitur quartum argumentum, *de quo ſub nu. 34.* nam admittimus
12 illicitam, & deſtructiuam ſubſtantiæ contractus cambij conuentionem, ne debitor ſolutione poſſit ſe quandocumque liberare, ſed negamus ſecundum ea, quæ proponuntur, tale impedimentum habuiſſe Spinulam.

Ad quintum *ſub nu. 35.* quod impugnat cambium ſub fideiuſſione; reſpondetur, vt in primo. Super ſexto vero ſeptimo, & nono, non immoror, quia quamnam vim habeant ſuper facto Beccij, non vacat perpendere, & nec forte expedit ei qui ad propiora pergit.

Ad octauum, in quo *ſub nnm. 45.* aſſerit plura in facto poſito adeſſe contra naturam cambij. Reſpondeo, nihil per eum proponi, quod verè tale cenſendum ſit. Non quod
13 primo loco ponit, quod ſit contra naturam contractus cambij pignus pro illius cautione, quinimmò eſſe ei connaturale, ſicut cæteris omnibus contractibus, probaui ſupra in reſponſione ad primum. Non ſecundum nam licet de hac facultate Cuſani vſi fuerint per plures annos (ceſſante ſcilicet Spinula in ſolutione) hoc non repugnat naturæ contractus cambij, quæ eſt, vt ſingulis nundinis diſſoluatur, cum certum ſit, in iiſdem ferijs, quibus primum cambium diſſoluitur, ſecundum celebrari poſſe, & illud quidem remanente eodem ſubiecto ſub diuerſa forma,
14 per viam recambij propriè ſumpti, vt probauimus ſupra hac eadē diſputatione, quæſtione tertia, & quarta, & quatenus ſubiectū in totum mutetur, per viam reiterationis cambij, quod minus propriè recambium dicitur, vt ibi diſtinxi; Et ſanè non parum admirari ſubit, oculatiſſimum virum id non perſpexiſſe, cum in dicta facultate ibidem perpendat, fuiſſe conuentum; licere cuiuis dicta cambia celebrare bis, ter quater, & toties, quoties opus fuerit, vſque ad integram ſolutionem, qua multiplicitate attenta ceſſat incompatibilitas, conſiderata vnius feriæ cum curſu plurium annorum, in quo plures, ac plures feriæ neceſſariò celebrantur.

Demum nec tertium illud, & poſtremò loco ponderatum pactum, vlla ratione, eſt cōtra naturam contractus cambij, quo ſibi proſpe
rerunt Cuſani, vt eorum negligentiæ imputari non poſſet defectus exactionis redituum, ſibi hypothecatorum; nec vlla ratione teneri voluerunt ob non exactos. Cum enim
15 ſciant Cuſani negligentia omnia lædi, *l. diuus, & ibi Gl. fin. de offſ. præſid. l. pupillus & ibi Gl. ff. quæ in fraud. l. ſi quis, & ibi Gl. verb. multitudine C. de bon.*
16 *præſcrip.* & ideò negligenti non eſſe ignoſcendum *gl. fin. d. l. pupillus*, nec vnius negli
17 gentiam alteri nocere debere, *l. ſi ex duobus & ibi gl. ff. de neg. geſt. gl. in verb. meccat in l. electo §. fin. ff. de noxal.* Propterea cum dicti Cuſani eſſent conſtituti Procuratores ad exigendos reditus pignori datos, vt ſibi caurent; ne, defectus, fortaſſe ex aliqua cauſa prouenientes exactionis, ipſis culpæ poſſet imputari, pacto ſibi legitimè proſpexerunt; nec hoc omninò extrinſecum ſubſtantiæ cābij, nec ei vllo modo repugnans poteſt vllo iure, aut ratione impugnari, tamquam materiæ cambij deſtructiuum, & gratis omninò dicitur.

Nec ſuffragatur intentioni Beccij id, quod decimo loco *ſub nu. 48.* ponderat tamquam ea, quæ ſuperius fuit argumentatus, ſi non ſeparatim, ſaltem ſemel iuncta; ſi non ad incō patibilitatem cōtractus cambij, certè in vim præſumptionum ſimulationis, ſimul ac iunctim conſiderata, prætenſam ſimulationem valeant concludere ex, allegatis ibi per eū.

Nam præterquam quod, non eſt expeditum
18 in iure coniecturis, & præſumptionibus probari ſimulationem contractus, præſertim quando de eo apparet per Inſtrumentum, quinimmò afferenti ſimulatum eſſe, neceſſe ſit probare aliter quam per coniecturas, ſed requiri concludentem probationem, docuerunt expreſsè Bald. Caſtr. Cruett. Rol. & alij, quos longa ſerie recenſet Farinac. *queſt. 162. num. 98.* qui tandem *ſub num. 99.* federe diſtinctionis cōtrouerſiā ſedat, quod ſcilicet cōiecturis, & præſumptionibus probetur ſimulatio, quando per tertium opponitur; Sed quando opponitur per partem, tunc exigi concludentem probationem, vt
19 in caſu Beccij dicendum eſſet. Aduertendum eſt, quod etiam in caſu, quo coniecturis, & præſumptionibus probatur ſimulatio non ſufficit quæcumque confarcinatio plurium coniecturarum, longè petitarum, & quæ facile retorqueri, & eludi poſſunt ad id elicièdum, ſed vel ſunt neceſſariæ præſumptio-
20 nes iuris, vt plures opinati ſunt, quos recēſet

Farin.

Farin. *ibid.nu.140.* vel saltem vrgentes, & perspicuè, vt voluerunt illi, quos idem refert *ibid.nu. 142.* Vel certè quod alijs coniecturis, contrarijs coniecturę non elidantur, vt per eumdem ibidem *num. 144.* Vndè, cum præsumptiones adductę per Beccium, licet plures numero, sint alienę prorsus ab inducenda simulatione contractus, & ferè omnes ex eo deductę, quod creditores voluerint sibi prospicere pignoribus, & hypothecis de credito aduersus Spinulam, quod ipsum facilimè fuit supra per me reiectum, non facilè persuadebit Beccius, his longè petitis cōiecturis, probari simulationem contractus, cābij, celebrati inter mercatores, inter quos vsitatissimum est hoc mercimonij genus, & in quibus nō id præsumendum: an habuerint animum cambium celebrandi, qua in re cōsistit vis simulationis ad latè tradita per Farin, *d.qu.162.par.prima*, sed an verè illud celebrauerint, ijs scilicet seruatis, & exequutis quę ad substantiandam naturam contractus cambij, illiusque perfectionē extrinsecam, sunt necessaria.

Et hoc postremum benuole lector, si me audis
21 peripetuō tene menti; Nam nullū vnquam reperies usurarium, ita perditę spei, qui sub prætextu cambij usuram committere intendat; quia semper sibi ipsi blandiatur de cambio, & quia pertinacissimè tamquam cambium tueatur, & defendat, etiam extra quod cumque iudicium, & forte hęc est petra scandali; Nam plures, quos ego cognoui timoratę conscientię, & qui toto animo abominantur vsuras, plaries mihi constat contractus usurarios celebrasse, quos tales fuisse constitit non per simulationem; sed per incompatibilitatem.

Sed his ipsis frivolis coniecturis parum confisus hic auctor, rursus, & quasi de integro *sub nu.49.vers.sed quid in coniecturis* quasi rem legitimis probationibus confectuus, agreditur plura acumulans, & vndiq; colligens, quę nec in se subsistunt nec aliquid in fluunt ad rem de qua agitur. Dicit, sed non probat Cusanos scire debuisse, Spinulam
22 Vesuntij, vel alibi, non habiturum pecuniā solutioni destinatę, sed tantum Mediolani, infert ex hoc contractum illud fuisse mutui; sed quam inefficaciter: vide quę posui supra disputatione prima, quęstione decima quarta.

Subdit *nu. 50.* ex Baldo, & alijs cambium permutationem quādam nummismatum esse; quod non negatur, sed, dum hanc permutationem non agnoscit in casu; debuerat id deducere, vel ex litteris cambij, in quibus continetur; quod inter partes actum fuerit probauimus, supra disputatione secunda, quęstione tertia, vel ex subsecutis in illa feria, ad quam litterę dirigūntur, ad cambium perficiendum, quatenus, scilicet facta non fuisset solutio litterarum, & sic actualis præstatio pecuniarum permutatarum, quā quot modis fieri possit probauimus disputatione secunda, quæstione decima octaua, cum sequentibus; & hac eadem disputatione tertia quæstione quarta, quinta, & octaua, & alibi sæpius.

Vrget *sub num. 51.* ex personis nullum cogitasse eas cambium celebrare, non Spinulam debitorem; quia mutuū maluisset. Frigidissima sane deductio, ex eo enim quod maluisset re commodata vti, inferre ad nullitatē emptionis eiusdem rei, exindè subsequutæ; vel ex eo, quod aliter comparare non potuerim pecuniam, qua egebam, inferre nullitatem venditionis prædiorum, vt eamdem consequi possem. Non Cusanos creditores, quia ipsorum non intererat, pecunias in loco destinatæ solutionis dissolui, sed hanc negatiuam sufficit diligentissimo viro asseruisse: ego vero contrarium probaui, initio huius tractatus, disputatione prima, quæstione tertia, & plenius disputatione secunda quæstione decima octaua cum sequentibus subdit, ibidem, nec respectu rei cambiū esse, cum non interfit aliqua diuersitas, præterquam in numero; sed nec probat assumptum, nec applicat facto de diuersitate probaui ego disputatione prima quæstione septima, & an interuenerit in casu facile esset colligere ex inspectione litterarum cambij, nec de ea est dubitandum, attenta consuetudine mercatorum, qua dicta cambia celebrātur, quam contrahentes prædictos secutos fuisse non est dubitandum, Concludit, nec cambium dici posse, respectu loci, cum nulla Vesuntij sit facta solutio, in pecunia numerata, sed Mediolani, vbi pecunia recepta fuit Sed memoriæ reuocare debebat id, quod certissimum habebat hic auctor solutionem rectè consistere absque pecunia, & perpēdere in ferijs peculiare esse, vt omnes solutiones absque pecunia numerata consumentur, vt probaui dicta disputatione secūda quęstione decima octaua. Quod si solutio facta fuit Mediolani, vbi primo recepta fuit pecu-

pecunia, id nihil mirum cum factum non fuerit, vigore prioris cambij, initi Mediolani pro feria, ſed in executione poſterioris, celebrati in feria pro Mediolano, ad quam Ciuitatem, cum deſtinata fuerit poſterior ſolutio ibi neceſſariò fieri debebat, & non alibi *tot. tit. ff. de eo quod cert. loco.*

Verum enim verò, dum ibidem, in eodem pro poſito addit, Veſuntij ſolutionem fieri non potuiſſe, ſed conuentum inter contrahentes de ſolutione facienda Mediolani, & id quidem ex remiſſione redditus ſcutorũ 10000. Item ex exactione ſcutorum 18000., poſitorum ad computum debiti Spinulæ, coligit: debitorem bis ſoluiſſe, & creditores bis exegiſſe; Reſponſionem non petunt, cum error ſit manifeſtus in facto.

Difficultas verò, & quidem maxima, & in qua conſiſtit cardo quæſtionis propoſitæ, verſatur in eis, quæ ponderat circa executa per Cuſanos de Mediolano, & Cuſanum de Veſuntione; inter quos, ſi probaſſet in ſingulis cambijs, non interueniſſe neceſſaria, tam ad ſubſtantiandum intrinſecè, quam ad perficiendum extrinſecè contractum; certum eſſet, per ea, quæ probauimus, in hac eadem diſputatione ſæpiùs, & præſertim queſtione octaua; prædicta omnia fuiſſe fictitia, & ſimulata, prout ſæpiùs inculcat hic auctor. Sed nihil in propoſito ponit quod ſit aptum ad id demonſtrandum, Immò reuoluitur ad carentiam pecuniæ in loco Veſuntionis: ſed vt, mox dicebam: etiam ſine pecunia omnia rectè procedere poſſunt Dicit: Cuſanum in feria Viſuntij eſſe ſimulacrum hominis fictitij; ſed, ſi erat ibi Banckerius, licet, quoad perſonam; idem cum Federico de Mediolano: eſt perſona legitima diſtincta, & apiſſi na ad ſolutionem, vt probaui diſputatione tertia quæſt. ſeptima; Vbi, ex indubitata Iuris diſpoſitione, hauſi: eamdem perſonam, miniſterio Inſtitoriæ, duplicem perſonam, etiam in correlatiuis, & inuicè oppoſitis, (prout in contractibus exigitur) expedire, & referre poſſe; Vndè immeritò dicitur: quod ille Federicus Cuſanus de Mediolano, & de Veſuntio: tamquam Iſtrio prodeat in ſcenam, ad ſimulationem paliandam. Nam verè, vt ibi oſtendimus, ratione vtilitatis, & promiſcui vſus; ex diuerſis negotiationibus oritur diuerſitas perſonarum, in qua poſſunt radicari, etiam, actiones, quæ alias in vna, eademque perſona ſunt incompatibiles.

Veriſſimum quidem eſt; quod ille Federicus de Veſuntione, ad quem dirigitur tracta cum remiſſa, vt ibi dicitur, ſi non exquatur munus demandatum; ſeu artis ijs, quæ ſunt neceſſaria, ad perfectionem prioris cambij & ad celebrationem ſecundi; vel miniſterio recambij formaliter, inuariato ſcilicet eodem ſubiecto, vel ſaltem per reiterationem cambij, variato ſubiecto; modo, quo explicuimus ſupra, hac eadem diſputatione, quæſtione octaua; quod, tali caſu veriſſima eſt aſſertio Bocij; & pariter veriſſima, nec ſatis cenſurata illa prætenſio creditoris; qui, vltrà intereſſe cambiorum conſequi intendit prouiſiones; quæ, cum ex natura contractus, indulgeantur, tamquam merces, operæ præſtitæ, & tamquam quid extrinſecum, & acceſſorium ipſi contractui, vt ſæpius vidimus, iniquiſſimè flagitatur; nullo exiſtente valido miniſterio. Sed cum auctoris dicta non aperiant quid, & quomodo ſit exequutum poſt primum cambium: tam a Federico Veſuntino quam à Mediolanenſi; tam pro ſolutione prioris cõtractus, quã pro contrahendo poſteriore; nulla vis ſuper eius aſſertione facienda eſt: licet enim dicat: Federicum de Veſuntione ſcripturam de prædictis confeciſſe cum non aperiat quam, & quibus concomitantibus, & concurrentibus, vel deficientibus, nihil adducit, ex quo affirmatiua, vel negatiua deduci meritò de Iure poſſit.

Non inficior; pactũ illud, quò ſibi Cuſani pro-
24 ſpicere voluerunt, vt nõ obſtãtibus extinctionibus debiti, in circulatione cãbiorũ, hypotheca remaneat firma ad annum 1575. prima Martij. qua die a Spinula cõceſſa fuit (licet hoc pactum egrediatur fines quæſtionis à me propoſitæ) eſſe pactum contra ſubſtantiam contractus; cum, in quolibet cambio, ad illius perfectionem, requiratur neceſſariò ſolutio, per quam omnis ſoluitur
25 hypotheca; ſed adhærendum eſt: pactum hoc non deſtruere ſubſtantiam ipſius contractus, ſed ipſummet deſtrui, & non valere tex. expreſſus *in l. cum precario ff. de precar.* vbi pactum, quo conuenitur: precariũ non poſſe ad libitum reuocari, non deſtruit
26 precarium; ſed ipſum nullius roboris eſt, *ità docet Gl. in l. pacta conuenta ff. de contr. emp. Bart. l. ſecunda de iuſtr. cal. ver. quæ vſu conſum. & in l. ſi forte ff. de cal. pecul. & in l. vbi ita donatur ff. de mor. cauſ. do-*

nat.

nat. in quo textu licet è contra decidatur: pactum, contra substantiam contractus, valere, & ipsum contractum destruere; intel-
27 ligendum est: id procedere, quando verba contractus ponunt, aliquo modo, adaptari, vel costat de precisa voluntate contrahentiũ, magis affixa pacto, quã cõtractui nã alias, & regulariter, pactũ ipsũ infirmatur, *vt Bart. ibi in prima opposit. Bald. l. 2. §. mutui datio ff. si cert. pet. & in l. 2. nu. 4. de Iur. emph. c. primo §. vlt. nu. 7. per quos fiat inuestit. Aret. in l. prima §. sed si mihi col. 2. in fin. ff. de verb. oblig. l. af. l. qui Romæ in princ. nu. 27. & 28. ff. de verb. oblig. Angel cons. 272. nu. 4. Socin. sen. cons. 67. num. 20. l ib. prime Rub. Alex. cons. 110. nu. 7.*
28 vbi pro regulare ponit pacta ita accipienda esse, vt salua semper sit substãtia contractus, quibus apponuntur. Non valebit igitur tale pactum; non ideò tamen infirmantur contractus, quatenus cætera ad illius substantiam concurrant.

Sed manifestissimè abutitur diligentia sua Beccius, dum *sub nu. 52.* plures recensẽt Do-
29 ctores, qui damnant contractum illum cãbij, quo eodem loco dantur a campsore pecuniæ, restituendæ ibidem in eodem genere cum lucro; nam sententia illa necessaria est; & ego, a priori, eam probaui, in disputat. prima §. pius, sed præcipuè, qu. vndecima decima tertia, & vigesima quarta. Sed hæc sententia nihil ad rem. Dicunt enim Cusani: se non repetere pecuniam Mediolani, vigore prioris cambij; cuius solutio destinata, & excequta fuit in feria; sed vigore posterioris, quo destinata fuit solutio Mediolani, & sic cessat omnis amaritudo.

Nec magis scopum attingit: dum *nu. 53. 54.*
30 *55. & 56.* plura dicta Doctorum affert. diuersa genera cambiorum impugnantia; quę vno verbo refellere liceret, quin & deceret; tamquam egredientia terminos quæstionis nostræ, propositæ; super supposito, quod creditor vtatur facultate sibi concessa; cambia legitimè contrahendi, sed ad vlteriorẽ doctrinam; non piget hæc pauca, cursim, attingere.

Lup. sanè *in allegato cap. nauiganti. comen. ter-tio. §. 2. nu. 65.* dum supponit: litteras cambij a mercatoribus fingi, recte dicit vsuram esse, id quod repositur; sed, dum fi-
31 ctionem prædictam; ex eo solum colligit; quod pecuniæ transmissio, re vera, non fiat a recipiente ad locum destinatæ solutionis, absque Iure, & absque ratione loquitur; siue de regularibus; siue de irregularibus cãbijs sit sermo; cum, nihil minus exigatur ad substantiam cambij, quam transportatio pecuniarum; vide quæ scripsi in disputatione prima, quæstione octaua,

Saly. *in auth. ad hæc quæst. 11. C. de V suris* Guid. Pap. *de contr. illic nu. 21.* iuridicè loquuti, dicunt: cambia esse licita, nisi litteræ fictitiæ fiant, & in fraudem vsurarum. Sed illud videre restat: quænam sint fictæ, & factæ in fraudem vsurarum, & sanè positis ijs, quæ p onderauimus disputatione secunda quæst. tertia, quarta, & quinta; nullus dicet talia esse, aut dici debere. An autem huiusmodi sint impugnatæ per Beccium, vlterius fuisset inuestigandum; & eodem Iure procedit dictum Ioan. Ana. *d. cap. nauiganti n. 46.*

Denique Siluest., Sot., Nauar., & cæteri, ibi
32 citati, tradentes: cambium esse fictum, & simulatum in fraudem vsurarum, quando dans ad cambium non est certus, vel saltem probabiliter non credit, recipiẽtem habiturum in loco destinato pecuniam sufficientem ad solutionem; facilè redarguas vnico responso Pij sanctissimi ad Bononienses. Licet hypothesis illa Doctorum fortè sit impossibilis; nemo enim esset adeò fatuus, vt suas pecunias daret cambio illi, qui potens non esset per se, vel per alios, pecuniam debitam expedire, & soluere, si non prima vice, & pro perfectione prioris cambij in feria perficiendi, saltem, ministerio alterius contractus, ibidem per eum cõtrahendi, & alibi soluendi. Vide quæ scripsi disputatione prima quæst. decima quarta. Tandem Beccius *sub num. 56. vers. amplius splendidor.* attingit propiùs difficultatem ipsam, & facultatem, concessam creditori, defficiente solutione, debitam summam cãbiandi, & recambiandi, de qua facultate est nobis proposita quæstio. Hanc igitur
33 conuentionem impugnat ex eo; quod hac lege, & pacto appareat, traditas fuisse pecunias, vt ille quadam veluti circulatione, & giro, fluxu, & refluxu litterarum per annos, & lustra super cambijs retineantur: Quod nos admittimus, & de iure fieri posse, sed quomodo, & quibus concurrentibus: fusè prosequuti sumus, hac eadem disputatione, quæst. sexta, septima, & octaua. Sed Beccius hic dicit hoc genere cambij nullum
34 videri execrabilius. Probat autem ex Sũma

Ange-

Angel. *verb. vſura prima nu. 54.* Vbi dicitur: cambium fieri peſſimè: quando aliquis, pecunia indigẽs, rogat campſorem, vt pecuniã cambio det, in rationem cambiorũ Lugduni vel Veſuntionis, hac lege, vt recipiẽs, ſcribat litteras; quę tamen non mittũtur, vel ſi mittuntur, non exequuntur, & ſecundum, quod lucrantur campſores, traijciendo pecunias, ſuper cambijs, hoc accipiat; dicens hoc dici cambium, & recambium, & campſorem, qui hoc modo dat, peſſimum dici vſurarium, & hæc eadẽ ſententia tribuitur Silueſt. & Fab. cui, & me poſſem aſcribere (ſi tanti viderer) ſed nihil ad rem. Quęro eniman in quæſtione à me propoſita, ſeu in facto, ſuper quo cõſuluit Beccius, ſit appoſita lex de non mittẽdis, nec ſoluendis litteris? Si non appoſita: vel iniurius Beccius, qui factum damnat, ac ſi appoſita fuiſſet; vel nimis incuriоſus, qui diſcrimen non agnouit? Quis enim ambigit eum contra ſubſtantiam contractus paciſci; qui de diametro repugnat fini, ad quem dirigitur, qui, vt toties vidimus, nullus certior eſt, quam ipſa ſolutio?

Addit *nu. 58.* ex Fabiano: prauam eſſe adinuẽtionem campſorum: qui, adueniente tempore ſolutionis cambiorum, pro præcedẽtibus nundinis capto lucro, quod iã prouenit, vel eodẽ lucro, ſimul cũ capitali, computato, ſpe alterius lucri acquirendi ſolutionẽ ſuorum pecuniarum, tunc faciendã; nomine cambij; vſq; ad ſequentes prorogant nundinas, hoc pacto, quod ſibi detur id quod vera cambia cundo, & redeundo pro eo loco alibi, vel ibi celebrata, tunc parerent; Et alia eiuſdem generis ſubdit *nu. 59. 60. & 61.* ex Lup. Nauar. Caiet. D. Bernard. & Ambroſ. de Vignat. *vt ibi per eum.* Sed nõ leui admiratione dignũ: virum alioqui doctum, & in iure nõ mediocriter verſatum; hæc, & alia huiuſmodi ad hunc propoſitum accommodare. Nam dato cum communi errore; illum impune labi dũ imaginatur in primo cambio lucrum ineſſe; contra id, quod, luce meridiana clarius, probauimus diſp. prima, quæſt decimatertia, dũ ſubdit: creditorem prorogare ſolutionẽ capitalis, & lucri, vſq; ad ſequentes nundinas, nouo pacto lucro. Quis non videt, Beccii cũ ſuo Fabiano, quæſtionis propoſitæ limites, nõ ſolum egredi, ſed inuertere, in qua nihil ꝓponitur, quod primi cãbij lucrũ ſupponat; nihil q̃ impediat eius ſolutionẽ: nihil q̃ inuoluat prorogationẽ ad ſecũdas nũdinas? In ſũma, nihil ad rẽ, nec ad quæſtionẽ ꝓpoſitã?

Prout nihil ad rem nec ad quæſtionẽ, quod ex extrauaganti Pij Sanctiſſimi deducit *ſub nu. 62.* quæ cum loquatur de cambio ſimplici, prout ſæpius vidimus, & præcipuè hac eadẽ diſp. tertia, qu. ſecũda. erroneum planè eſt, ad cambia ritè, & rectè multiplicata (quatenus ritè, & rectè multiplicentur) deducere. Gratis enim aſſerit Beccius *num. 64.* litteras Veſuntionem miſſas, redijſſe inanes ex eo, quod nulla ibi fuerit pecunia numerata: Nã hoc ei erat probandum aliter, quam ex defectu numerationis pecuniæ, & q̃ ibi repoſcãtur pecuniæ, vbi ſolutę fuerũt cũ vt ſuprapro bauimus, præcipuè dicta qu. ſecunda hac eadem diſp. & ſolutio fieri poſſitimmo plerũq; fiat abſq; pecuniæ numeratione; & licitè repoſci ſolutam pecuniã in loco ſolutionis, vigore ſecũdi cambij, quod haudquaquam damnatur à Bulla, Vndè merito cõcludere poſſumus ine lõgius ꝓtrahatur oratio ad ex tranea; quicquid ſit de validitate cõuentionis de qua quærimus haud fatis validè eam impugnaſſe à Beccio, viro alioqui ſapiẽtiſſimo.

Inclementius, pariter ex noſtris, contra hanc 34 eamdem conuentionem inuehitur D Ludouicus à Peguera, non inerudirus Hyſpanus, in deciſione ſua criminali trigeſima tertia, vſq; adeo vt *n. 1.* periurio, ac infamia aſpergat notarios illos, qui huiuſmodi contractus recipiunt. An vero probationibus, quibus aſtruere tentat hanc ſententiam, reſpondeat animoſæ ſententiæ patebit ex infradicẽdis.

Primò *ſub nu. 1. verſ. verum vt hæc.* Probat aſſertionem ſuam ex eo, quod hic contractus ſit mutui. Sed in aſsũptione veritatis decipitur, veriſſimũ eſt nãq; à principio, conuẽtionẽ initiũ sũpſiſſe à mutuo, ſed de hoc nõ eſt quæſtio inſtituta; nec pro mutuo vllus vn 35 quã petijt intereſſe cãbiorũ, & quatenus peteret (cęteris omnibus ceſſantibus, & circũſcriptis) non eſſet de hac petitione quærẽdum, aut diſputatio inſtituenda, tamquè de re omnibus nota; Quæritur de facultate illa, conceſſa creditori, vt ſcilicet in defectũ reſtitutionis pecuniæ mutuatæ, eam poſſit creditor cambio capere ſemel, & pluries, oneri debitoris quibus in terminis ceſſãt ea omnia, quæ de mutuo dicuntur. Secũdo eadem felicitate impugnat ex taxatione certi intereſſe obſtãre Bulla Pij Sanctiſſimi, quam iã uidimus loqui in cãbio ſimplici quæſtionem autẽ noſtrã uerſari in multiplicato. Tertio, nõ maiore ui, replicat de mutuo, & de intereſſe ante morã debitoris extra ꝓpoſitã quæſt.

Tandem *sub num. 2.* professus, probè omnia se examinaturum, & eggredicns pactum facultatiuum sumẽdi ad cambium(in quo verè consistit difficultas)tradit: hoc pactum nõ inseruire,nisi,expectato tempore, ad exigẽdum fenus,cum;in vim huius pacti,numquã cambia celebrentur. Quid autem si verè cã-
36 bia celebrarentur per creditoremẽ certè facultas illa potest deduci in actum;vndè hæc Pegueræ assertio est diuinatio quædam,destructiua facti,super quo quæstionem assũpsit. Quale est etiam illud,quod subdit *nu. 3.* per pactum huiusmodi nihil aliud concedi præter facultatem , celebrandi cambia sicca & vsuraria. Nam cum certum,& frequentissimum sit,vt mercator,ad obtinendas pecunias,pro expediendis negotiationibus suis, possit ad proprium incommodum , capere pecunias ad cambium licitum,& reale,&debito exinde proueniente per alia cambia itẽ licita,& realia prouidere. Quis adeo iniquus vt neget,id etiam eum facere posse pro cõputo aliorum,& ex facultate sibi à proprio debitore concessa. Non est ergo verum,per dictum pactum non intelligi concessam facultatem,nisi cambia vsuraria celebrandi cũ legitima celebrari possint.

Nec probatio inde desumpta; quod debitor, tali casu,non teneatur,nec cogatur quantitates contrahendas,soluere in nundinis , nec terminis in litteris cambij cõpræhensis, sed in loco expresso in contractu , cum interesse iam taxato , & non compræhenso in litteris cambij,quicquam stringit.

Recolendum enim est id, quod probauimus in
37 hac eadem quæstione,hunc debitorem,verè & propriè,non esse debitorem ex cãbio, nec contrahre cambium cum creditore, nec alio quouis ; vnde nemini mirum videri potest , aut debet ; si non teneatur , nec cogatur,cum nec etiam possit soluere cambia , quæ vigore facultatis prædictæ essent inter alios contracta , nec in loco destinatæ solutionis eorumdem,nec pretijs,de quibus in litteris,quæ videntur connaturalia ipsi cãbio,sed competentia illis , qui ex dicto cambio obligantur,& ad quos tractę diriguntur. Videa sunt ea,quę scripsi disputatione secunda,quæstione decima quinta , vbi quandoque,nec etiam debitori ex illo cambio licet cambium soluere. Quod , si vigore huius conuentionis,tenetur debitor soluere in loco ipso,vbi pecunias alienas recepit, cum in tẽ esse conuento;quod esset contra substantiam cambij simplicis; non potest id adduci in proposito,in quo de cambio simplici non agimus . Et sicuti exercens mercimonia seruorum Æthiopum transportandorum ex littoribus Africæ vltra Atlantem , & regionem Peruanam;licet necessariò,ex necessitate muneris , dictis remotissimis locis sit addictus,non prohibetur tamen, hic Genuę vel Neapoli , stare conuentis, super eadem negociatione , non aliter in casu ; in quo, licet apposita sint de substantia cambij; cum creditor;& debitor nõ sint tales verè,& formaliter ex cãbio, immeritò cõstringũtur legibus dicto cõtractui impositis , sed cum ex alia cõuentione teneatur debitor(nisi aliũdè iniustitia emergat)eidẽparere cogendus est.

Quod autem subdit *nu. 4.* Quod, si vigore talis pacti cambia celebrantur , id fiat , mittendo fictas litteras ad corumdẽ camporum Instituores,& numquam fiat dictorum cambiorũ realis trãsmissio,& sic talia cambia sicca,vsuraria esse;suspicionem nõ leuẽ mouere potest: Doctorẽ hunc , aliàs doctũ nõ habuisse plenè perspectam praxim cãbiorum . Nam, litteræ cãbij numquam finguntur,& illę, nõ
38 autẽ cãbia,transmitti dicuntur , & quatenus earumdẽ fiat trãsmissio ad Institorẽ Camporis,nõ cadit,aut cadere potest super dicta transmissione,aliqua fictio,attẽta diuersitate, si non personę,certè negociationis, vt vidimus supra;sed difficultas cõsistit:an à dicto institore fiat realis solutio,& an verè nouum cãbium celebretur,siue per recambium, siue per aliam quãlibet reiterationem cõractus cambij , ex quorum defectu potest resolui contractus cambij,in mutuum cum vsura,vt probauimus supra hac eadem disputatione, quæstione secunda . Nulla autem difficultas versatur circa confectionẽ,directionem, & transmissionẽ litterarũ,quę de plano procedũt,& semper,& vniformiter à Mercatoribus curantur,Cæterũ non oportere(quod autumat Peguer: ibidem) ad realitatem cãbij,vt debitor pecunias habeat in loco , ad quem cambia destinantur , satis ostendimus supra contra Beccium;& ad explanandã contrariã sententiã sufficiant duo respondã Pontificia; alterũ ad Bononienses,alterũ ad Genuẽses, tertium in ordine;in quibus, dummodo fiat solutio in loco destinato , nihil refert , quod debitor habuerit ibi pecunias ,prias. Licet hoc sit extraneũ à conuentione,quãcxamina
39 mus,in qua debitor ex ea , non obligatur ex cãbio, & ex consequenti,etiã, data sententia explosa parum refert,habuerit ibi pecunias.

Non

Non præterundum eſt quod conſiderat hic in propoſito Peguer, & ſæpè alibi alij inculcãt de Principe, ac Magnate, qui pecunia egentes, eam ſibi comparãt à Mercatoribus, prætextu cambij vel ad intereſſe cambij, cum tamen ipſi, nec pecunias habeant, in ferijs, ad quas cambij litteras dirigunt, nec Inſtitores, qui ſolutiones ibi pro ipſis expediant; & conſtito diuturnitate temporis, ſorte receptã ab huiuſmodi cambijs in immenſum auctam, tum verò in miſeros mercatores, tamquam in manifeſto crimine deprehenſos, inclementiſſimè inuehunt, nullo diſcrimine, & (quod minimè ferendum eſt) in ipſum mercimonij genus tamquam vſurariũ, cum huiuſmodi viris Principibus, ac Magna
40 tibus initum. His enim artibus aiunt auitas Magnatum diuitias, quibus gentium ſplendor conſeruatur, ipſoſq; Principatus, ac Imperij neruos debilitari, in totius Reipublicæ, & publici boni perniciem. Bona verba queſo Vt enim valdè timeo ne cum Magnatibus non modo, & viris Principibus, ſed etiam cũ reliquis, ac etiam Mercatoribus ipſis, plerumque, prætextu cambij, iniquiſſimos contractus celebrari, & omni reprehenſione digniſſimos, ità pro certo habeo, quod ſi ex conditione perſonę, quæ ex cambio obligatur, metienda ſit iuſtitia huius contractus;
41 Quo perſona, quæ obligatur eſt dicior, & excellentior, & pinguius patrimonium habet, eo iuſtius, cæteris paribus, celebrari, qui ſi non actu, habitu certè pecunias habẽt, ſolutioni paratiores, quam cæteri, qui non adeò ſunt affluentes diuitijs. At inquiunt, certus eſt mercator Magnatem, vel Principem nõ habiturum ſcutos marcarum in feria, ad quã dirigit litteras cambij. Ergo; quid tum? ergo alius non eſt habiturus pro eo. Quando cæteri deſint, ipſe mercator ſubminiſtrabit, & quidem legitimè ex Bulla ad Bononienſes. Sicuti enim nec Magnates, nec Principes, arant, non paſcunt, non piſcantur, non exercent ferrariam, domos nõ extruunt, nec nauigia, non tantem interdictum eſt, aut vllo iure improbatum, nec cuiquam liceat aliquid prædictorum pacto, ac ſoluto pretio, ab eis ſtipulari, vel quodcumque aliud, quamuis remotiſſimũ à miniſterio eo quia, quod per ſe non habent, nihil impedit, quominus, miniſterio aliorũ conſequi, & præſtare poſſint; Hoc ipſum dicendum eſt de ſcutis marcarũ; & facilius cæteris attentis ijs, quæ retuli ſupra diſput. prima, qu. decima quarta, vbi in propria ſede quæſiui, an cambium poſſit cũ quotis celebrari. Quod ſi exhauriunt patrimonia, aut Principatus neruos debilitant, vitium hoc eſt eorum, qui ſorte abutuntur ſua, & luxu, ſiue ſuperbia in præceps, acti, expenſis cenſum exſuperant, & vltra patrimo-
42 nij vires, vel quam ferre poſſit erarium, immodica conſ. qui tentant. Admonẽdi potius & intra honeſtatis limites continendi, quam incitandi, vt poſt extortas precibus, & pollicitationibus aliẽnas pecunias, prætextu vſuræ miſeros creditores fraudent. Sicuti enim nemo ferret eũ, qui poſt acceptam pecuniã mercatoris qua is honeſto mercimonio, puta, ſetarum ſe, & ſãmiliam ſuſtentabat non ſolum, ſed & ad ampliorem fortunam promoucbit, poſt beneficium acceptum, alienã pecuniã cũ debitis lucris (fortè per debitos modos conuentis) fraudaret. Idipſum perfecto dicẽdũ eſt de illo Principe, ſeu Magnate qui mercatoris pecunia, in negociatione cambiorum expoſita vſus, negaret ſtare legitimè conuentis, etiam reſpectu lucri & eo certius, quo grauius eſt, fidẽ fallere eos, qui ſupra alios auctoritate, vel opibus præcelluit
Sed de his hactenus. Ad inſtitutum ſermonem redeundo, dum Peguera *nu. 5.* inſiſtit eadẽ
43 primo argumento, ex eo, quod mercator, etiam ſolitus negotiari, mutuans pecuniam, nõ poteſt pacifici de intereſſe etiam incerto, pendente dilatione ad ſoluendum, ſubdens, *nu. 6.* multo minus, ſi intereſſe prædictũ taxetur ab initio. Manifeſtè egreditur terminos propoſitæ queſtionis. quę. vt ſæpius admonui, verſatur circa facultatẽ cãbio capiendi. Non omitto tamẽ id, quod memini me tradidiſſe diſp. prima, qu. decima tertia, etiam in mutuo verè, & propriè poſſe, ac licere cõuenire de intereſſe; illudque taxare ab initio; dum tamẽ dantur termini habiles, quod ſcilicet pecunia, quæ mutuantur deſumatur à mutuante à loco, à quo erat implicata ad honeſtum lucrum, vt eam mutuare poſſet, & euentus correſpondeat taxationi, per probationes exindè legitimè factas. L'cet enim
44 non fugiat, intereſſe lucri ceſſantis, non poſſe ab initio in pactum deduci in contractu mutui, *ſecundum ſententiam Innoc. in cap. nauiganti de vſur. quem ibi ſequitur Io. de Anan. conſil. 151. nu. 16. & alij, quos refert Sot. de Iuſt. & Iur. lib. 6. par. prima, artic. tertio in quarta concluſione*. Nam prætermiſſo, quod Innocen. loquitur in eo, qui erat paratus ſuas pecunias

collocare ad certum lucrum, non autẽ in eo, qui iam collocatas habebat, vt ſunt omnes mercatores cambiorum, ipſemet Innoc. fatetur, alios contra ipſius ſententiam ſentire, quam, Io. de Anan eius ſectator, dicit veriorem eſſe de iure. Certè quod tale pactum,
45 etiam in mutuo, dummodo ſit proportionatum, & verosimile; & abſit omnis dolus, & fraus paliandi vſuras docet. Heſt. *in c. ſalubriter col. 2. in fin. verſ. idcò puto ex mente, & in cap. nauiganti col. 1 poſt medium verſ. Quidergo ſi quis paratus de vſur. Fely. cap. cum venerabilis num. 4. & num. 9. de except. Silueſ. in ſum. verb. vſura il primo queſt. 23. Nauar. qui teſtatur de communi in Mant. c. 27. num 211. & conſ. 6 per totum, & conſ. 10. num. 2. de vſur. Vrſill. ad Afflict. dec. 20. nu. 3. Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 4. num. 5. Barboſ. l. 2. par. 1. in princ. num. 48. ad finem ff. ſolut. matr. Gutier. de contract. iurat. par. 1. cap. 2. numer. 5, Ludouicus Lopez, de contract. & negot. lib. 1. cap. 23. num. 3. Conrad. de contr. tract. 2. queſt. 30. col. 5. ad ſ. Molin. de contr. d. diſp. 315. num. 5. Villagut. de vſur. queſt. 18. concl. 1. & 2. Grat. conſ. 49. num. 9. Alciat. conſ. 8. num. 10. lib. 1. Natt. conſ. 477. num. 3. Bertaz. conſ. crim. 264. in fine Rusn. conſ. 104. num. 10. lib. 4. Sard. de alim. tit. 1. queſt. 45. nu. 75. & deciſ. 259. nu. 16. Honded conſ. 41. nu. 40. lib. 2. & vera, & recepta opinione laïs Michael Salon. in ſuis coment. ad D. Thom. 2. 2. qu. 78. art. 2. col. 9. tit. 2. vbi latiſsimè hunc articulum diſputat.* Et ratio eſt manifeſtiſſima, deducta ex eis, quæ latè tradidimus ſupra hac eadem diſputatione qu.
46 nona. Quia id quod intereſt, etiam ex mutuo, non habetur pro vſura, quamuis ſimus in intereſſe lucri ceſſantis, *vt poſt Cyn. & Bal docet Alex. conſ. 221. num. 1. lib. 2. Iaſ. conſil. 151. in fin lib. 4. Aret. conſ. 9. col. vlt. cum aliis latè adductis per Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 18. num. 71.* maximè in iuſtis, ac licitis ne
47 gotiationibus, in quibus, lucrum ceſſans eſt magis vicinum damno emergenti, quam lucro ceſſanti. *Oſaſ. deciſ. 143. in fin. poſt Conar. d. lib. 3. cap. 4. num. 1. & 2.* Nec taxatio dicti lucri, facta ab initio eſt potens ad in-
48 ualidandum huiuſmodi pactum, dummodo tamen, ex poſt facto, legitimè probetur tanti interfuiſſe, *ita Lup. de vſur. §. 6. numer. 26. Nauar. in man. d. cap. 17. nu. 211. & de vſur. mot. ab. 15. num. 42. Cagnol. l. 1. num. 51. C. de ſent. quæ pro eo. Anchar. queſt. 33. num. 4. lib. 2. late Surd. conſ. 327. num. 54. lib. 3. & conſ. 485. num. 6. lib 4. Rota noſtra apud Bellon. dec. 9. in fin, num. 32.* Quaſi taxatio certi lu-
49 cri ab initio non reddat contractum illicitũ, ſed exceſſus. *Cruett. conſ. 189. num. 8.* Nec prædictis reſiſtit, quod tradit Rol. *conſ. 55. num. 31. lib. 2.* taxationem ab initio permitti in re de ſui natura fructifera, qualis non eſt pecunia in mutuo deducta, quia non ſuſtinetur dictum pactum, nec debetur pro fructibus pecuniæ, ſed ratione intereſſe paſſi, & probati ob datam pecuniam, quæ addita induſtria, quando eadem pecunia ſtat actu ſuper lucro, reddit vtilitatem. *Mol. de cõtr. d. diſp. 315. num. 7. Nauar. de vſur. nu. 46. Villagut. d. qu. 18. concl. 1. nu. 3. Conrad. de contr. d. queſt. 30. concl. 3. col. 4.* quoniam, tunc taxatio non eſt licita in contractu pecuniario,
51 quando de ea conſtaret per confeſſionem partiũ, quia tunc poſſet videri facta in fraudem vſurarum, cum in materia vſuraria nõ ſtetur conuentioni partium, ſed de ea veritè conſtare debeat. *Bald. l. cum alleges col. 3. de vſur. Dec. conſ. 267. nu. 1. Natt. conſ. 490. n. 4.* Secus verò in terminis, in quibus agimus; quando bona fide agitur, & pecuniæ, quæ actu erant implicatæ in licita negotiatione, & lucroſa; demptæ fuerant, & mutuatæ requirenti, certo taxato intereſſe, quod poſtea per legitimas probationes, conſtitit interfuiſſe mutuanti; in quibus terminis ſaluatur conuentio à labe vſuraria *iuxta doctrinam Bart. in l. regaſti §. ſi tibi & ibi Purpurat. nu. 51. ff. ſi cert. pet. Menoch. conſ. 1027. nu. 5. lib. 11. & alij. de quibus ſupra,* & quando ſumus
52 in terminis, in quibus concurrunt requiſita prædicta, nulla habetur ratio more, quę præcedat, vel non præcedat; cum, tali caſu intereſſe debeatur ex pacto legitimè inito. *Vil. lagut. de vſur. d. queſt. 18. in prima, & ſecũda concl. Nauar. in man. d. c. 17. nu. 211. Barboſ. l. 2. in princ. par. 1. n. 48. ff. ſol. matr. Grat. conſ. 49. nu. 9. lib. 1.*

Ex quibus patet: malè opinatum Pegueram, damnantem in mutuo cõuentionem de intereſſe, & quidem ab initio taxato, ità abſolutè, & indiſtinctè, prout ab eo factum fuit; licet non inficias eam, & taxationem illam, qua in ſuo caſu de xv. pro quolibet centenario, fuiſſe exceſſiuam, & reijciendam, vti vſurariam, non facta exindè probatione, tanti verè interfuiſſe mutuanti. Quod ipſum magna ex parte agnoſcere videtur Peguera ipſe *num. 10. & 11* vbi ad contraria reſpõdet in cuius dictis diutius non inſiſto, quia

vere

verè non feriunt quæſtionem à ſe ipſo propoſitam,&de qua nobis inſtitutus eſt ſermo de facultate ſcilicet illa, cambio capiendi, ſummam debitam; ſoluendique intereſſe, indè reſultans, vna cum ſorte, quam facultatem, & cõuentionem malè impugnaſſe Pegueſa per prædicta remanet concluſũ

Quid dicendum? Certe nihil eſt tam naturale
53 iuri,ac Iuſtitiæ ingenitum,quam vt quilibet conſeruetur indemnis ab eo,in cuius fauorẽ incommodum ſcitit. *arg.l. frater à fratre verſ. Porro cum ff. de condict. indebit.* & exindè fit vt licet regulariter ſideiuſſiones, tãquam ſtricti iuris, ſtrictiſſimè intelligantur, vbi verò adeſt fideiuſſio indemnitatis, lata
54 adeò fit interpretatio,vt extendatur ad interreſſe,& ad pænam,& ad quaſcunque acceſſiones,*l. quæro in princ.& ibi Bart. & Bald. ff.loca. Bald.ex lege in 2.not.ab.ff. eod. Saly l. 2.num.3.de ſent.que ſin.cer.quant. Dec. l.vlt. §.labeo num.11.ff.ſi cert.pet. & in l. impoſſibilis ff.de reg.iur. Cagnol.ibid. Rip.in l. quod ſæpe n.46.ff.ſi cer.pet. Felyn.poſt Bal.c. ex referipto nu.18.de iureiur. Abb. conſ.47. n.2.lib.1. Soc.Sen.conſ 283.n.3.lib.2.Soc.Iun.conſ.78. n.20.lib.2.Rui.conſ.187.n.3. lib.1.Paris.conſ. 110.n.9.li.1.licet in caſu ſuo neget indemnitatem promiſſam.* Quę indemnitatis promiſſio maiorem haud dubie vim habet,& latius
55 interpretanda eſt, quando procedit ab ipſo met debitore principali,vt in eo,qui promittit indemnitatem fideiuſſori, qui pro ipſo interceſſit:quem teneri omninò ad quodcũ-
56 que,& qualecumque intereſſe docent *Bald. & Saly.in l. 2. C. de ſen. qua ſin. cert.quant. Dec.conſ.551.num.7. Soc Iun.conſ.129.vol.1. conſ.78.nu.11.vol.2.& conſ.42. viſo puncto, vol.4.per tot.vbi plenè habet ad quæ teneatur promiſſor indemnitatis*,quæ obligatio etiam
57 in principali debitore pura eſt, ac ſtatim cõmittitur in fideiuſſore verò dicitur conditio nalis, quatenus ſcilicet principalis debitor non ſeruet indemnem,*l.1. & ibi Bart. nu.1. C. de conuen.ſ.ſc. debito lib. 2.& l.1.cum gl. C. de decur. eod. lib.l.prior §.vlt.ff. de adm. ver.ad ciuit.partim Bart. d.l.quæro nnm. 4. ff.locat. Bal.l.1.C.de reuoc.his quæ in fraud. credit.Rom.conſ.211.nn 2.& conſ.241. nu.6.* Quæ cum in iure veriſſima ſint;nullus certè poterit iure denegare,creditorem, qui propriæs pecunias,quas expoſitas habebat ſuper aliqua licita negociatione, præcibus alienis conceſſit;nõ poſſe ſibi conuentione,ac pacto indemnitatem ſtipulari, quę quodcumque intereſſe cõprehendat; propterea cum Mercator,qui pecunias ſuas exerceat in negotiatione cambiorum,& ex eis dictoque mercimonij genere,fortunas ſuas ſuſtentat, & augere curat, eas precibus, & vtinam quãdo jue non etiam minis,concedat alicui Magnati, ſeu Principi;quis adeò iniquus rerũ æſtimator eſt, vt putet:ea non poſſe ſibi ſtipulari,nedum fortem, quam mutuo dat, ſed etiam quodcumque intereſſe ex illo genere,cambiorũ,videlicet, in quo eaſdem eſt ſolitus exercere? Er,qua alia ratione certius cognoſci poſſe de quantitate prædicti intereſſe,quam ſi idem net Mercator, conſimilẽ pecuniarum quantitatem,cambio capiat, & ſuper eadem negociatione contineat,vſque dum à debitore ſibi integrè fuerit ſatisfactũ de ſorte prædicta, & quocumque intereſſe, & ſucceſſiuè penitus reddatur indemnis?

O!utundãt mihi modo viri docti;Principem, & magnatem debitorem non habere pecunias in ferijs idemque ſcire,ac ſcire debuiſſe creditorem,& propterea, facta hæc omnia eſſe in fraudem vſurarum, & tertio quoque verbo de boue vendito a ruſtico, qui non habet,iactent frigidiſſimam cantilenam.Aio ego:ſcire,ac ſcire debere Viros Principes,& Magnates alienis eſſe abſtinendum, prout lex Chriſtiana docet,& natura omnium mẽtibus indidit. Propterea ſi pecnnijs egent, vel domeſticam gazam, & cætera luxus in-
58 ſtrumenta,quibus quandoque oprimuntur vendant;dum ne imitentur Caianas auctio-
59 nes,de quibus per Suetoni.*in vita Calig.c.n. 38.*vel,ſi malint,prædijs,Caſtris. ac Iuriſdictionibus diſtractis;pecuniam ſibi comparẽt & prout libet abutantur.Si verò à prędictis abhorrent,& obærati integro tamen patrimonio viuere velint (audiui enim aliquos de prædictis tamquam de re præclara, & Regia etiam gloriari)patiantur, quam promiſſerunt indemnitatem Mercatoribus; nec poſtquam beneficium receperunt, prætextu vſuræ fidem fallant,hoc enim omnem iniuſtitiam exſuperat,Et intelligant omnes; facultatem,de qua quærimus in propoſito cõceſſam per debitorem creditori; eſſe illam quidem de exercenda negociatione omninò licita, & quidem nulla ratione impugnãdam; radicari autẽ,ac veſtiri cauſa efficaciſſima, ſeruandi indemnem ipſum creditorẽ, nedum à forte,ſed ab illo intereſſe,quod eſſet conſecuturus creditor, niſi beneficium contuliſſet.

Stat

Stat igitur concluſio, in quæſtione propoſita:
60 intereſſe cambio. um, & recambiorum debe ri, vigore facultatis, conceſſæ per debitorem creditori, de capiendo cambio, & continuãdo ſuper cambijs, & recambijs quantitatem debitam ex quacumq; cauſa etiam ex mutuo. Ratio eſt, quia nihil proponitur, per quod talis cõuentio fieri, ac exequi nequeat quinimmò, id in ſpecie probat ex noſtris Dec. *conſ. 162. Viſo puncto de ligõter in primo dubio*, vbi etiam, dictam facultatem, conceſſam ſingulariter de cambio conficiendo, dicit non conſumari per primam vicem, ſed extendi, toties, quoties, vſquedum creditor fuerit integrè ſatisfactus, quem refert, & ſequitur Tiraq *in l. boues §. hoc ſermone limit. 6. nu. 8 in fin.* quos refert, & ſequitur in hoc eodem propoſito nouiſſimè Scipio Rouitus Regiæ Neap. Cameræ Præſes meritiſſimus *in ſuo conſ. 103. lib. 2. num. 3. & per totum*, & atteſtatur in fine ſub die 15. Martij 1602. ſecundum hanc facultatem iudicatum fuiſſe à Regio Conſilio; & idipſum atteſtari per Sipiam *4 par. iur. Regn. tit. de cambijs num. 43. Mut. dec. Sicul. 52 nu. 17. Ant. de Anet reſol. 27. nu. 26. cum ſeqq.*

61 Amplia firmitatem concluſionem procederet ita vt dicta facultas intelligatur conceſſa irreuocabiliter per debitorem, & ſit traſitoria ad quoſcumque hæredes. Probatur nam
62 hæc conuentio conſideratur. vt pactum, quo conceditur creditori facultas continuandi ſuper cambijs, oneri debitoris, & tunc cum tale pactum ſit veſtitum cauſa, & quidem
63 legitime. abſque dubio producit actionem, etiam de iure ciuili, *l. 1. §. huius rei ff. d. off. eius. argumento à contrario ſenſu l. ſolent ff. de præſcript. verb. Salv. in l legem num. 10. C. de pact. Bald. in l. ſi diuiſione num. 3. C. famercisc. & in l. ſiue apud acta nu. 2. & 4. C. de tranſact. Soc. Sen. d. l. legem num. 9. Conar. c. quamuis par. 2. §. 4 num. 14. de pact. lib. 6.* ſal-
64 tem poſt adimpletum cauſę, vt explicat Barr. *d. l. 1. §. ig tur nuda ff. de off. eiuſ.* Vel conſideranda eſt, vt cõtractus corre ſpectiuus innominatus; videlicet ſi dabis mihi mille mutuo. ego permitto tibi, vt totidem cambio capias; eaque continues vſque ad actualem ſolutionem, & tunc etiam, conſtito
65 de implemento. ex parte creditoris, certum pariter eſt oriri actionem, etiam circumſcripta ſtipulatione ad fauorem eius, qui adimpleuit. *d. naturalis vbi DD. communiter ff. de præſcript. l. cum motu C. de tranſ. gloſ. quam Bart. ſequitur in l. ſi quis cum debitore ff. de*
66 *iureiur.* Et multo magis ſi ſtipulatio fuerit inſcripta, *l. ex placito C. de rer. per mut. Bart. in d. l. ſi quis cum debitore nu. 1. ff. de iureiur.* Cum igitur certum in iure ſit: plures dari contrahendi modos, in contractibus innominatis, præter illos quattuor, de quibus
67 per Iureconſultum *d. l. naturalis* ex mixtura ſcilicet quadam eorumdem, vt declarat Bar: *d. l. naturalis.* iam patet, quod, cum inter hos duos contrahentes, conuentum ſit, vt alter pecunias mutuo recipiat, alter verò, qui dat totidem cambio, eius oneri capiat: uod, ſecuro adimplemento, ſeu verificata cauſa, per ſolutionem, quæritur actio ei, qui adimpleuit ad ea; quæ ſibi, pro ſua indemnitate, vigore eiuſdem conuentionis, ſunt permiſſa, & conceſſa.

Et hinc eſt: minus videri poſſe iuridicum aſsũ-
68 ptum, quoddam, quod in quadam deciſione à Sacra Rota Romana manuſcripta factum vidi, circa hanc facultatem, quam conſiderabat in vim mandati conceſſi per debitorem
69 creditori. Dum enim creditor vtitur huiuſmodi facultate, id non facit, vt mandatarius, ſed ex propria perſona, acquirendo, & dando actiones reſpectiuè, & tamquam gerens proprium negocium licet oneri, & incommodo debitoris, & de iure quæſito contra eumdem. vigore conuentionis, de qua ſupra & hinc eſt; quod hanc continuationem cambiorum nõ exequitur nomine debitoris, ſed proprio. Non omittam tamen: quod etiamſi conſiderari poſſet hæc conceſſio, & facultas conceſſa in vim mandati; adhuc irreuocabi-
70 litatem nanciſceretur, tum quia per ſolutionem factam, res definit eſſe integra, ex quo mandatum fit irreuocabile. *l. ante litem cum ſeq. ff. de procur. §. rectè §. item ſi adhuc. Inſt. mand. l. mãdatum C. eod. l. nulla C. de procur.*
71 tũ etiã quia cum hoc mãdatum, factum, dici deberet gratia mãdatarij, eo inuito reuocari non poteſt, *l. ſi cum fundũ ff. de pact. Caſtr in l. ſingularia num. 22. ff. ſi cert. pet. Dec. ibid num. 24.* Tum denique quia eſſet deductum
72 in pactum ſtipulatione vallatum, per quod ei quæſitum ius dicitur, *l aliud ff. de ſolut. l. vero Procuratori §. ſed & ſi quis ff. eod & ibi Caſtr. num. 4. Ruin. conſ. 115. num. 15. lib. 1.* Et id ratione, de qua ſupra: quia ſcilicet, tali caſu, tranſit in vim contractus, & per conſequẽs, attẽto maximè adimplemẽto, & verificatione cauſę, ex parte creditoris, omni iure & equitate actio ad pdicta cidẽ acquiritur.

Amplia

Amplia ſecundo concluſionem ſupra firmatam
73 in intereſſe cambiorum, proueniente, ac debito ex hac facultate, venire totum, ac integrum intereſſe, abſque vlla taxatione, aut remiſſione, quod reſultaret ex vſu illius, ac cõtinuatione, compræcenſis quibuſuis expenſis Cabellarum, prouiſionum, & prouenctici quæ de facto contingiſſent. Probatur ex eis,
74 quæ adduximus in corpore concluſionis, nã cũ hæc facultas, ſeu pactio, reſpiciat indemnitatem creditoris in pactum deductam; de cuius natura eſt, vt veniant etiam pœnæ & quæcumq; acceſſiones, nihil proponitur, per quod fieri poſſit, aut debeat aliqua deductio, ſeu taxatio; quod conſiderabimus in proximè præcedenti quæſtione, ſed omnia integrè præſtanda ſunt.

Amplia tertio firmitam concluſionem proce-
75 dere, vt totum, & integrum intereſſe debeatur, etiamſi excederet duplum, vel etiam decuplum eius, quod debitor primo loco habuit a creditore. & vltra: Quoniã licet reſpe-
76 ctu debitoris qui habuit mille tantum, quatenus poſt longam, & diuturnam circulationem cambiorum, & recambiorum excreuiſſet ad decem milia: illa nouem millia ſint, & cenſeri debeant intereſſe extrinſecum, reſpectu priorum mille; quæ mutuo recepit; & per conſequens, duplum non poſſent excedere, per ea, quæ in eadem proximè præcedenti quæſtione habuimus, reſpectu tamen ipſius creditoris, qui vſus eſt facultate prædicta, cum de feria in feriam, intereſſe quod cumque ex ipſo quodammodo corpore ſortis prouenerit, & in ſortem redactum fuerit remanet intereſſe intrinſecum, nec in iure
77 eſt nouum, eamdemque rem reſpectu diuerſorum diuerſo iure cenſeri, *ad text. in l. miles §. pro parte ff. de leg. 2. poſt alios Menoc. recuper. remed. primo num. 36. late Tiraq. de mobili cap. 28. num. 11. 12. 13. Idem Menoch. conſ. 902. nu. 71.* & per conſequens cum de indemnitate creditoris agatur, & per talem conuentionem eidem proſpectum ſit; vt integrè præſtetur dictum intereſſe, conſiderã dum erit, prout illud exequitur debitor ipſe & cum ei intrinſecum ſit, pro intrinſeco abſolutè habendum, atque integrè præſtandum.

Amplia demum firmatam cõcluſionem firmius
78 & æquius procedere, appoſito pacto, plerũque apponi ſolito, vt intereſſe prædictum, excedere non poſſit certam, & determinatã quantitatem, puta, de ſex, vel octo, pro quolibet centenario in anno. Cum enim, vt ſæpius diximus, æquitas, & Iuſtitia huius facultatis reſpiciat indemnitatem debitoris, omni iure debitã poteſt is recedere aliqua ex parte à ſummo rigore, & ſe indemnem putare etiamſi integrum intereſſe cambiorum, cum expenſis omnibus non conſequatur; vndè cum vnicuique integrum ſit a iure
79 ſuo recedere in quantum, ſibi libet, *l. ſi quis in contrahendo C. de pactis cum vulgaribus*; de nullius iniuria agitur, aut agi poteſt in taxatione prædicta, ſolius commodum debitoris reſpiciente; cum certum ſit, ſi intra quantitatem taxatam cambia, conſtituerint, vt ſcilicet minus reſpondeant, illud minus in obligatione venire, cum per hoc pactum taxatiuum ad ſolum exceſſum prouideatur, nulla autem ratione in minoratione, qui caſus cum ſit omiſſus, remanet in diſpoſitione vniuerſali, & pacto illud ipſum ſoluendi, ità vt ſuperflua videatur illa cautela, quæ plerumque ſolet exprimi, vt minus reſpondentibus cambijs, illud minus tantum ſolui debeat, cum id ipſum prouenire ex natura caſus omiſſi. Et hinc etiam patet optimè opinatum Peguer. *in dec. 33. de qua ſupra latè*, dum damnauit taxationem illam, de qua in caſu ſuo, quæ vtique damnanda eſt, licet nõ ex enormi quantitate de 15. pro quolibet centenario. Sed ex eo quod (prout ipſe pro-
80 ponit) fuit aucta in vtrumque caſum, exceſſus ſcilicet, & defectus, quod repugnat actui de quo ag itur per ſupradictã.

Signanter dixi; æquius eſſe vti hac facultate, cũ taxatione prædicta, & id quidem, tam reſpectu creditoris, quam creditoris.

Creditoris quidẽ; quia licet videatur iacturã facere de parte illius indemnitatis, quæ ſibi omni iure debetur, de illo ſcilicet exceſſu,
81 quod remittit, ad quem non datur regreſſus *l. queritur §. ſi venditor ff. de edilit. edict. l. 1. §. qui ſemel ff. de ſucceſſ. edict.* Re vera, remiſſio illa in leui eſt habenda cõſideratione. Sciendum enim eſt quod creditor iſte, dum vtitur facultate, de qua agimus, vel capit pecunias prædictas in cauſam cambij à ſuo inſtitore de feria, qui licet identificetur cum ipſomet, eſt tamen diuerſa perſona, reſpectu negociationis diuerſæ, vt alibi diximus, hac eadem diſputatione, quæſtione ſeptima, & ſic de proprijs pecunijs. licet diuerſæ negotiationis; vel ſi talis inſtitor pecunias propriæ negotiationis non habet, eas in cauſam cambij, recipiat ab alio, ſeu alijs,

daturis

daturis huic eidem creditori in hanc eamdem cauſam, vtroque in caſu creditor, hac facultate vtens, ſemper cambio recipit pretijs, quæ apponuntur tam in ferijs, quam in
82 plateis, nec eſt, aut eſſe debet ſolicitus ne intereſſe cambiorum nimium ſibi graue ſit, cũ habeat paratam indemnitatem; quinimmò quo grauius eſt, eo ſibi pinguius lucrum prouenit, cum tam illud, quod ſoluit inſtitori, quam hoc quod recipit a debitore, ad ipſum ſpectet, & ad propriam vtilitatem dirrigatur. Et id quidem etiamſi inſtitor ab alijs pecunias cãbio accipiat; nam tali caſu ſi debitor bona ſit littera, ſemper cambio capit deflectendo à rigore pretij ſtabiliti, vt probaui diſputatione prima, quæſtione vigeſima quarta. Cũ igitur creditor, qui pecunias mutuo dat, & ſibi proſpicit facultate de qua agimus, eſt bona littera licet videatur remittere de propria indemnitate per talem taxationem, tamen cum ſit induſtrius; necalias daturus eſſet ſuas pecunias cambio mercatoribus, nec permiſſurus, quod Inſtitor ſuus alijs det, præterquam illis, qui pariter ſint bona littera, & per conſequens nec pretijs apponendis inueniret acceptorem; ſed niſi cum augumẽto, & diminutione pretij reſpectiuè apponendi. Omnibus itaque penſatis, non iniquè ſecum agi exiſtimat per huiuſmodi taxationem; quæ fortè maior exiſteret, ſi cũ mercatoribus idoneis pecunias ſuas exercuiſſet ſuper cambijs, vt videmus dicta diſput. prima, quæſt. vigeſima quarta.

Quæ æquitas euidentior apparet in debitore, qui puta Rex Hyſpaniarũ, vel quilibet alius Princeps, vel Magnates, cum egeat pecunijs & eas omninò, & de præſenti comparatas velit, puta in ſtipendium militum, vel in cõmeatũ Legatorum, & alia cauſa huiuſmodi quæ moram non patiuntur, cum ſuper ferijs ipſorum fides, quo maior in ſe eſt, eo vilior apud mercatores habeatur, & per conſequẽs non reperiant, qui directo ipſis cambio dẽt, & ſi reperirent ratione pretiorũ, quibus ea contraherent, enorme intereſſe ſentirent. Idcò maxima æquitate, & ſalutari temperamento indigentiæ ſimul, ac indemnitati eorumdem conſulitur, ſi opera mercatoris vtantur; qui ſubminiſtrata pecunia, æqualẽ ſummã ſuper cambijs; vſque ad reſtitutionẽ continuent; facta moderata taxatione, vt ſupra, qua ſumma æquitate (ceteris ritè procedentibus) iuſtitiæ non minus, quã vtriuſq; indemnitati conſulitur.

Dices me in quæſtione proximè præcedenti hanc eamdem taxationem improbaſſe, & in omnem caſum parum referre; hanc facultatem concedi, vel non concedi, cum etiam in mutuo formali poſſit taxari intereſſe moderatum, dummodo ei reſpondeat euẽtus per probationem, vt ſupra dicebam hac eadem quæſtione.

Reſpondeo me contra Nauarrum impugnaſſe,
83 & merito, taxationem; non in vniuerſum, ſed in ſocietate, cuius ſubſtantiæ repugnat determinata taxatio lucri, cum qua non poteſt conſiſtere proportio, quæ quotitatem exigit vndè cum in caſu de nulla ſocietate fiat mẽtio, nihil impedit taxationem. Longè enim differunt inter ſe: accipere pecuniam, cum onere negotiandi ſuper cambijs; quæ conuentio ſuſtinetur in vim ſocietatis, & dare pecuniam cum facultate, de qua quærimus; quæ ſolum ſuſtinetur ratione indemnitatis debitæ creditori.

Rurſus reſpondeo; quod valdè differt taxatio
84 intereſſe, quæ fit in mutuo; ab illa taxatione, quæ fit de intereſſe, reſultante ex vſu huius facultatis; cum, in hac poſteriori cauſa, longè melior ſit conditio creditoris, ex duplici potiſſimum capite.

Primo quia in computando intereſſe in caſu huius facultatis, habetur ratio expenſarum, & præcipuè prouiſionum, quæ ex conſuetudine mercatorum debentur creditori, quæ cum ſint dimidia, vel ſaltẽ tertia pars vnius quolibet centenario, in quolibet cambio, quod celebratur; iam patet cum octo cambia, quolibet anno, celebrẽtur, vix dari caſu quo ad ſummam taxatam intereſſe non attingat. Quæ cum non veniant in conſideratione in mutuo formali, in quo non habetur ratio vſus huius facultatis, non rarò euenire poteſt; cambia, eorumque intereſſe ſimpliciter ſumpturi ad ſummam taxatam non attingere.

Secundo melior ſit conditio creditoris ex hac facultate per ea, quæ explicui ſupra hac eadem quæſtione decima. Cum enim tali caſu intereſſe ſit intrinſecum, & cũ ipſamet ſorte confuſum, nullo iure prohibente poteſt duplum excedere oneri debitoris, quod non procederet in mutuo, in quo intereſſe reſpectu vtriuſque eſſet extrinſecum, nec duplum excedere poſſet, vt probatum eſt quæſtione proximè præcedenti.

Tertio melior etiam ſit conditio creditoris ex hac facultate, & vſu illius. Quia ad iuſtificã-

dum

dum mutuum cum intereſſe conuento ad certam quantitatem plura requiruntur, quę in vſu, & concuſſione huius facultatis non ſunt neceſſaria, vt patet per ea quæ ſupra.

Limita è conuerſo firmatam concluſionem, cũ
85 ampliationibus ſuis procedere, dummodo verè, & cum effectu creditor vtatur; & plenè doceat de vſu facultatis prædictæ; Nam agere nulla ratione poterit contra debitorem, vigore promiſſionis, quã ſibi eſt obligatus ad reſiciendum intereſſe cõuentum, niſi (ceſſante ſtipulatione) actione præſcriptis verbis, *l. iuris gentium iii princ. ff. de pact.*
86 eſt enim generale, quod tũc detur actio præ-
87 ſcriptis verbis, cum conuentio, ex qua prouenit nomine caret ſingulari, *l. 1. & 2. ff. de præſcript. verb. l. 3. & ibi gl. ff. de condit. indebit. gl. in §. 1. Inſt. de loca. & in §. ſin. de interdict. & in l. rebus C. de rer. permut.* & ideò
88 ex præſcriptis verbis dicitur, quia deſcendit ex verbis a contrahentibus præſcriptis. *Gl. in rub. ff. de præſer. verb.* & ideò meritò hæc
89 actio ſtricti iuris dicitur, *gl. magiſtralis l. Iuris gentium §. quinimmò ff. de pact. in verb quinimmò, & ibi DD. communiter alia Gl. verb. ex permutatione §. actionum Inſt. de actio. & ibi pariter DD.* Et propterea ſtrictè
90 & ad limites verborum concedenda, prout
91 etiam ſtrictè intelligenda, ſi non ſolum cõuentione, ſed etiam ſtipulatione ſibi cauiſſet creditor, *l. quicquid aſtringendæ in princip. l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus ff. de verb. obligation. l. qui tantumdem ff. de negot. geſt.*

Hinc fit, quod cum hæc actio competens, vigore dictæ facultatis creditori, ſiue ſit præſcriptis verbis, ſiue ex ſtipulato, ſtrictè ſit intelligenda, & ad limites verborum pro-
92 miſſionis, nec vllo Iudicis officio poſſit ad-
93 iuuari, prout poſſunt, & debent actiones, quæ bonæ fidei dicuntur, *l. qui tantumdem ff. de neg. geſt. gl. cap. cum venerabilis, & ibi Abb. numer. 15. cum ſequent. ext. de except.* fit, inquam, vt creditor, non plenè docto de adimplemento facultatis, conceſſæ, ex dicto pacto agere non poſſit. Licet enim cãbium inter contractus nominatos, & bonæ fidei meritò repoſuerim ſupra, diſputatione prima, quæſtione duodecima, cum tamen hic actor non ex cambio, ex quo non habet debitorem obligatum, ſed ex facultate illa agat, & conuentione, de qua in hac quæſtione, nulla ratione iuuari poterit beneficijs actionum bonæ fidei, ſed ad angu-
94 ſtias ſtricti iuris ſe conſtringant neceſſe eſt. Et per conſequens, non plenè docto de adimplemento facultatis, inutiliter aget; nec ali-qua æquitate iuuari poterit ad conſequendum prætenſum intereſſe ſub quo-nis prætextu lucri ceſſantis, aut damni emergentis, cum, pro eis conſequendis, hanc viam huiuſce facultatis ſibi elegerit, & per conſequens ea ſola ſibi patere debet, *l. mulier §. vlt. ff. quod cert. can.*

95 Si quæras quid tandem probare debeat. Nihil facilius ſciru eſt: illud ipſum, cuius facultatem faciendi ſibi ſtipulatus eſt; Videlicet cambium vere, & realiter celebratum fuiſſe; eiuſdemq; in loco deſtinatæ ſolutionis perfectionem conſumatam ſolutione; ibidemque nouum cambium celebratum fuiſſe, ſiue per recambium, ſiue per duplicationem alterius cambij modis, & formis hactenus expreſſis, vel ijs, in quibus ſubſtantialia ad perfectionem cambij, & celebrationem recambij, ſeu iterationem cambij ſeruata ſint, & ſic ſucceſſiuè in qualibet reflexione, & in tota continuatione, vſque ad actum petitionis, & ſatisfactionis. In ſumma nihil certius, quam
96 vt is, qui agit ex facto, probet id factum quod eſt ſuæ intentionis fundamentum: nec vlla ratione præſumitur, niſi probetur, *l. in libello §. facta. ff. de capt. & poſtl. reuerſ. cap. cum Ioannes §. verum reſponſionem iſtam ff. de fid. Inſtrum.* præſertim cum ſint de ſui natura incerta *l. ſi omni C. de iur. & fact. ignor.* & propterea illorum vis, & probatio dubia dicitur. *l. arreſtata ff. de ſtatuhom. l. tritteum ff. de verb. oblig.*

97 Amplia hanc limitationem, vt factum, prædictum in tantum probandum ſit, vt non ſufficiat ad illud aſtruendum exhibitio litterarum miſſarum, & remiſſarum de dictis cambijs, & recambijs inter correſpondentes. Quandoquidem dictæ litteræ vtique ſunt neceſſariæ ad dictam probationem, cum illæ, ſaltem in foro fori, ſint omninò neceſſariæ ad cambium, ex diſpoſitione Bullæ Pij Quinti, ſed iſtæ, de per ſe ſolæ non ſufficiunt ad integrationem dictæ probationis, ſed præterea exigitur probatio ipſius facti, de quo in dictis litteris, videlicet, & ſacras ſolutiones, & initæ nouæ cambia in loco ſolutionis, quæ ex ſolis ipſis litteris non probãtur, præſertim ad fauorẽ ipſius producẽtis, quia aliàs ius diceret

in propria cauſa contra, *l. nulli C. de teſtib. cum vulgaribus.*

Sicuti enim experimur in emphiteuſi, de cuius
99 ſubſtantia eſt ſcriptura *per textum in l. 1. & ibi gl. verb. alienationis ff. de iur. emphit. vbi etiam DD. communiter eadem gl. in l. conſtabitur ff. de pignor. & in l. pactum quod bona fide C. de pact. & in §. adeo Inſt. loca.* Et de communi ſententia atteſtatur Alex.
100 *conſ. 19. num. 3. 4. lib. 1.* Cum tamen, ad eam perficiendam, ſit neceſſaria rei conceſſę traditio, vt in ſpecie docet Bald. *conſ. 27. num. 8. verſ. vnde contractus lib. 2.* & eſt commune etiam venditionis, licet ſolo conſenſu perficiatur, *l. nec emptio ff. de contr. empt.* Non indè probatur rem datam in emphiteuſim per inſtrumenti exhibitionem, licet à publico notario recepti, id ipſum dicendum eſt
101 de cambio quinimmò multo certius, cū litteræ cambij ſint ſcriptura priuata, confecta ab ipſomet creditore, & quæ de facili fieri poſſet, repetita die, tam ab ipſo dato, quam
102 ab eius correſpondente, & inſtitore, qui vt plurium, nullam habēt inter ſe diuerſitatem perſonalem, ſed ſolius negotiationis; quorū aſſertionibus ſtandum nō erit ad propriam vtilitatem *d. l. nulli.* Nec huiuſmodi probatio eſt admodum difficilis, ſi rei veritas ità ſe
103 habeat, nam ſi iunctis litteris cambij, & ſpachijs, exhibeantur etiam ſcartafacia feriarū, vna cum bilancijs, tam particularis Banchērij, qui proponitur prædicta adminiſtraſſe, quam etiam generalis ipſius Conſulis, de veritate ſequitorum ſecurius apparebit, quā per mille vnitos teſtes, vt probauimus in diſputatione ſecunda, quæſtione decima nona & vigeſima.

Ampliā ſecundo hanc eamdem limitationem
104 in tantum procedere, vt nec etiam huiuſmodi probatio facti poſſit remitti creditori, cōueniendo ſcilicet, vt de huiuſmodi cambijs, & recambijs ſtari debeat dicto cum iuramento creditoris, vel habentis cauſam ab eo.

Licet enim verum ſit, & nos probauimus ſupra
105 quæſt. proxima ſtari poſſe iuramento creditoris; de quantitate intereſſe, *ad tradita per Bart. poſt antiquiores l. in huiuſmodi ſub num. 3. ff. de prator. ſtipul. Bald. & caeteri in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo*, aduertendum tamen eſt valdè referre, an conueniatur ſtari debere de quantitate intereſſe, an vero de facto ipſo, ſcilicet de intereſſe, ſeu damno, certè Plotus poſt alios in celebri ſuo tractatu de in lit. iur. *in §. 48. num. 3. cum ſeqq. vſque ad numerum ſeptimum.*

In tantum prædicta differre putat, vt omnia
106 iura, & ſtatuta concedentia facultatem iurandi in litem pro damno, mora, aut contumacia, intelligit non procedere, niſi prius de facto ipſo, damno ſcilicet, mora, & contumacia, planè conſtiterit; quod nullo pacto, iuramento damnificati, probari poterit. Vndè ab vno non benè infertur ad aliud.

Certè pro probatione huius ampliationis
107 poſſem adducere D. Menoch. *in ſuo conſ. 1181. nu. 14. & nu. 15.* vbi diſertis verbis hoc pactum damnat. Sed pace eius dixerim, parum ſatisfacit; nam dum pactum reijcit *nu. 14.* quia ſuper illicito contractu initum, nihil ſtringit, reſpectu pacti, de quo quærimus; ſicut multò minus dum *nu. 15.* ex eo reijcit, quia nō creditur de intereſſe in mutuo ei, qui ſolet vſuras exercere, cum aliundè labem deducat, quam ex pacto præcisè, de quo quæritur. Sed omiſſo Menoch. qui etiam abſque ratione, aut iure malè opinatur de hac eadem facultate, de qua agimus *d. conſ. 1181. ſub nu. 4.* fortius pro eadem ampliatione facere videtur deciſio Sacræ Rot. Rom. *Medial. pecun. R. Litta 27. Maij 1602. inter impreſſas à Farin. prima parte tom. 1. deciſ. 52.* quam inferius vnà cum cæteris dabo, vbi *ſub nu. 4.* non ſolum exigit plenam probationem dictorum cambiorū, de qua nos egimus ſupra in ampliatione proximè præcedenti, ſed ad caſum huius ampliationis *ſub nu. 5.* docet non valere ſolidationem factam inter partes, inter quas fuerunt admiſſa cambia, & recambia, de quibus agebatur. Si enim ex mente Rotæ non valet confeſſio, ſeu acceptatio partis emanata poſt factum, de dictis cambijs ſequut is, de quibus, ſequuto facto, potuit plenè edoceri, certè multò minus valebit pactum antecedens, quo huiuſmodi probatio remittitur arbitrio ipſius creditoris. Sed vt ingenuè, ideſt meo more, debita ſemper cum reuerentia, loquar; vt auctoritate tanti Tribunalis facilè conceſſiſſem quod ibi aſſeritur, quatenus ſimpliciter dictum fuiſſet, cum tamen ea ratio adducatur dictæ aſſertionis, quia in prohibitis non eſt ſtandum aſſertioni partium, quæ ratio principium mihi petere videtur, efficit, vt non plenè ei acquieſcam.

Conſidero pro aſtruenda ampliatione propoſita; Quod propoſitio illa, de qua ſupra,

qua

qua pro certo habemus de interesse posse pacisci, vt fietur iuramento creditoris, non
109 transit sine contradictore; habemus namque Specu. & Cyn. magni nominis Interpretes opinatos huiusmodi conuentionem non valere; ea satis concludenti ratione, ne scilicet homines huiusmodi facultatibus alliciantur ad peierandum, quam tationem non reijcit sed declinat Bart. *d.l. in huiusmodi num. 3 ff. de pretor. stipul.* & dicit: ideo non allici homines ad peierandum, quia, facta taxatione dicti interesse, per creditorem, ei non fiatur Sed reducitur ad arbitrium boni viri, indè fruſtra peieraſſet creditor, & Bart. ſequitur *Angel. Imol. & Caſtr. d.l fin. Alex. conſ. 30. vol. 1. Afflict dec 91. num. 10. Plot. de in lit. iur. d. §. 48. Strach. in tract. de contr. mercat. numer. 6. verſ. huic rei; vbi in ſpecie*

„ *teſtatur per hanc reductionem ad arbitrium*
„ *boni viri fortiſſimum illud argumentum*
„ *excludi, & indè conſulit creditori, nec ad*
„ *vſum dicta facultatis deueniat, niſi præuia*
„ *iudicis taxatione.* Modò in caſibus illis, in quibus ceſſaret iſta reductio ad arbitrium boni viri, ceſſaret etiam ex ſententia omniũ prædictorum, non ſolum ſcilicet Spec. & Cyn. ſed etiam Bart. & ſequentium; hæc facultas conceſſa creditori, vt eius dicto iurato fteuricum vigeat tali caſu argimentum illud inconcuſſum, ne homines alliciantur
110 ad periuria. Propterea cum factum illud, an ſcilicet celebrata fuerint cambia, nec ne, nullam habeat latitudinem, fed indiuiſibile dicatur. *l. ſtipulatio 21. §. fin. & ibi add gloſ. ff. de non. oper. nunc. l. 5. §. cato. & ibi gl. verb. diuiſionem ff. de verb. obligat. DD. reprobantes Gloſ. in l. ſecunda §. & harum ff. eodem,* nullam admittet reductionem ad arbitrium boni viri, conſequens eſt, nulla ratione, remitti poſſe, aut debere declarationi, & iuramento creditoris, quod multo magis, ni fallor, eſt recipiendum in puncto, de quo agimus, in materia pecuniaria, & contractu mutui, à quo quantum, ſaluo iure poſſumus, remouere debemus omnem facilitatem cõmittendi vſuram, contra omnes iuris regulas in hac materia. Et ſanè ſi admitteremus mercatorem poſſe mutuo dare recepturis cum intereſſe prouenient ex facultate, de qua agimus, qua, an vſus fuerit, nec ne, eius dicto ſtandum eſſet; certè eius pariter arbitrio commiſſum eſſet vſuras exercere, quod nulla ratione committendum. Et hinc eſt, quod licet nullum adhuc ego repererim, qui hanc habeat aſſertionem, nullamque legem inducere poſſim ad hanc ampliationem pro bandam, adhuc quod nuſquam alias in toto hoc tractatu factum ſcio) auctor tibi ſim Lector huius ſententiæ, contra omnes traditiones; quam tamen accipe, vel reice pro libito. Ego certè ſi Iudex eſſem, numquam probationẽ huius facti, ex quouis iuramento creditoris admitterem, nec à firmata ampliatione recederem.

DISPVTATIO III

QVÆSTIO XII.

De doctrina F. Michaelis Saloni circa cambij duplicationem.

1 *Particularium non datur doctrina.*

2 *Minima mutatio facti, vel ſtet in variatione vel neglectu, vel ſuppoſitione alicuius quantitatis, vel leuis diuerſorum ius inducit.*

3 *Recambij formam, quam conſtituerit Fr. Michael Salon, refertur cum verbis eiuſdem, & confutatur in multis per diſcurſum.*

4 *Litteræ ſi non acceptentur nullum recambium poteſt celebrari, quia ſine ſolutione non perficitur primum cambium, & per conſequens nec recambium, & 24.*

5 *Datur litterarũ licet obligatus remaneat ad intereſſe recambij ob nõ factam ſolutionẽ, non tamen ob id dicetur recambia celebrari.*

6 *Remiſsio litterarum, & proteſtatio continet incompatibilitatem cum cambio.*

7 *Expreſsio perſonarum, ad quas fiat tractatus, & remiſſa eſt neceſsaria, vt perficiatur cambium, & celebraretur recambium.*

8 *Ad recambium neceſse eſt, vt is, ad quem dirigitur tractatus, & remiſſa in ijs expediendis obligetur.*

9 *Michael Salon in duplici cambio effingit duplex intereſſe exigendum à campſatario contra veram ſententiam, quia vnicum tantum lucrum oritur ex recambio reſultante, non ex cambio.*

10 Si littera cambÿ in loco deſtinatæ ſolutionis non admittitur, vel non ſolvitur, ſicuti cambium primum non perficitur ſolutione, ita nec recambium celebratur contra ſententiam Sala.

11 Proteſtationes, quæ fiunt litterarum non ſolutarum, vel non acceptarum, non ſunt ſigmẽta, vt Salon exiſtimauit, ſed ſunt de natura cambÿ, vt cambium eſt.

12 Pecunia data cambio ſi in loco deſtinatæ ſolutionis non ſoluatur precedente debita proteſtatione repoſcitur à debitore cum intereſſe.

13 Littera cambÿ non acceptata nõ remittuntur ad locum, à quo perunere, vt Salon putauit, ſed redeunt cũ proteſtatione ſine priorit cambÿ in eis contenti perfectione, & recambÿ celebratione ex natura actus, & 24.

14 Solent creditores ſibi cauere per debitorem in caſu litterarum non acceptarum, & ſolutarum, quod poſſit ſummam cãbio capere ab alÿs expenſis, & intereſſe debitoris, ſed hoc non concernit recambium.

15 Michael Salo. dum de recambio loquitur, ſpeciem huius contractus dat, loqui in improprio demonſtratur, & diſtinctiones eius ſubſtantiam cambÿ non attingere.

16 De natura cambÿ eſt quod ſi litteræ non ſoluantur ab illo, cui facta eſt tracta illi, cui ſit remiſſa, vel ſaltem ab alio ſuper propoſitu, vel pro honore litterarum, quod dator litterarum remaneat debitor ne dum capitalis, ſed & cuiuſcumq; intereſſe decurſi & decurrendi.

17 Intereſſe in quolibet cambio malè conſideratur à Sal. quia illud in recambio dari tantum poteſt.

18 Michaelem Salo. prophetaſſe dicit Auctor, licet veritas dictorum à ſuis principÿs non deducatur.

19 Cambium Sitcum, & iniquum dici ex eo, quod creditor ſciat tempore cõtractus debitorem nullam habere pecuniam in loco deſtinatæ ſolutionis, quibus concurrentibus poſſit eſſe verum.

20 Venditio rei abſentis tempore, vel loco, non definit valere ex eo quod emptor dubitet, vel ſciat venditorem habiturum, vel non habiturum rem venditam tempore habili & num 27. vbi refertur obſeruãtia Regni Sicilia in emptione frumentorum.

21 Traditio rei venditæ eſt quid extrinſecum ſubſtantiæ contractus, quia ſine illa oritur actio ex empto ad rem tradendam.

22 In actione ex empto ſi res non tradatur, venit inter eſſe.

23 Cambium ſecundum ſententiam Salo. differt à mutuo in quattuor, ſed minus iure loqui demonſtratur.

24 Carentia pecuniæ in loco ſolutionis deſtinatæ ſiue certa tempore contractus, ſiue dubia, non attingit ſubſtantiam contractus cambÿ ſimplicis, ſed ad einſdem perfectionem refertur, nullo autem modo ad infirmandam duplicationem cambÿ.

25 Cambio dans pecuniam bona fide credẽs prudenter pecuniam reſtituendã in loco deſtinato an contractum verum & reale cambÿ ineat Salon diſtinguit, ſed malè factum cambÿ, vel ius attingere demonſtratur.

26 Debitor ex mora licet teneatur ad intereſſe, non tamen ideò dicitur celebrare recambium.

27 In obligatione cuiuſcumque contractus veniunt omnia, quæ ſunt de natura, & conſecutiua illius, licet pacto poſſint ſubmoueri.

28 Conuentionem inter debitorem, & creditorẽ de facienda continuatione ſuper cambÿs, & recambÿs impugnat Sal. tribus argumentis, & malè ſecundum Auctorem, ſiue praxis cambiorum attendatur, ſiue iuris diſpoſitio.

29 Iuſtitia, vel iniuſtitia contractus, vt non dependet à conſenſu contrahentium, ita abſtrahit à neceſſitate eorumdem cõtrahendi, vel non contrahi.

30 Vendens panem eſurienti, & fame perenti, dummodo inſto pretio hoc faciat iure exigit intereſſe lucri ceſſãtis, vel damni emergentis poſt moram.

31 Recambia propoſita per Sal. fieri cum magna iniquitate dicit ex ſuppoſito lucro certo tã in cambio, quam in recambio, & benè ex ſuppoſito, ſed in praxi non eſſe verum docet Auctor nu. 34. & 38.

32 Bulla Pÿ V. in verbis ne deinceps quiſquam audeat ſiue à principio, ſiue alias certum, & determinatum intereſſe in caſu non ſolutionis paciſci, non ſtatuere certam, & definitam quantitatem, ſed in genere certum, & determinatum lucrum firmat Sal. qui arguitur per Auctorem nu. 37.

33 Certum in iure dicitur illud, quod certum, & ſpecificam habet determinationem.

34 In cambio licet quandoque quantitas promiſſa excedat quantitatem receptam, id in

quo

quo conſiſtit exceſſus non eſt lucrum, ſed vertum, & determinatum omni certitudine.

40 *Conuenientes de certo intereſſe in defectum ſolutionis in cambio agunt contra Bullam Pij V. non in genere de intereſſe conuenit num. 41.*

42 *Non obſeruans promiſſa ad intereſſe tenetur.*

43 *Debitor qui in loco deſtinato non ſoluit, intereſſe præſtat.*

44 *Recambia ſicut ſunt in vſu exerceri in tantum arguit Sal. vt neque ex titulo pœnæ propter moroſam ſolutionem debituris aliquid exigi poſſit, ſed decipi demonſtrat Auctor.*

45 *Pœna adiecta ſpecie, vel facto in promiſſione deductis debetur.*

46 *Adiecta vero ſolutioni quantitatis præſumitur adiecta in fraudem vſurarum.*

47 *Etiam ſi creditor non ſit ſolitus fœnerari.*

48 *Intellige quod ſi creditor probet tanti intereſſe, ſuſtinetur conuentio, non vi pœnæ, ſed vt intereſſe.*

49 *Campſor tradens pecuniam bona fide credẽs debitorem habere pecuniam in loco ſolutionis deſtinata poteſt conuenire de lucro & damno ſi ſolutio nõ ſequatur in termino ſecundum Salo. & benè licet ſcripta per eũ non attingant cambij ſubſtantiam.*

50 *Intereſſe in cambio debetur ſi in loco deſtinato non fiat ſolutio, & litteræ proteſtentur ex quo actu etiam abſque conuentione reſultat obligatio ad intereſſe, nulla habita ratione credulitatis cambio dãtis pecunias vti omninò ſuperflua.*

51 *Pactum de faciendo lucro ceſſante, & damno emergente quod contingit litteris non ſolutis. & recambia differre Salon. & bene concludit, licet vim cambiorum non attigerit, quia primum prouenit ex natura actus poſtremum non conſideratur, vt intereſſe, ſed debetur ex nouo contractu in loco deſtinato ſolutionis celebratur, & demonſtratur argumenta, quibus Salon. vſus eſt non ſubſiſtere ex ignoratione praxis cambiorum.*

52 *Non eſt contingibile campſorem damnum nõ pacti, ſi cambium ſolutione non perficiatur ex ceſſatione lucri.*

53 *Recambium non iure arguitur de iniuſtitia ex eo quod debitor ex neceſſitate illi conſentiat.*

54 *Creditor non ſecuta ſolutione litterarum in ferta non exigis primum debitum cum intereſſe prioris cambij, ſed exigit intereſſe recambij ob ſolutionem non factam.*

55 *Arguitur Salon. dum damnat conuentionem de continuando ſuper cambijs intam inter Mercatorem, & Diuites, & Magnates.*

56 *Idem arguitur quatenus damnat conſuetudinem, qua obligatur debitor curare in loco deſtinato vt eadem pecunia reducatur ad locum, à quo primo proceſſit, quod recurſa dicitur, & non attigiſſe praxim recurſa demonſtratur.*

57 *Recurſa tunc dicitur, quando cogitur debitor recurrere pro accipienda ſolutione cambij ad toſſitorem, ſeu correſpondentem creditoris.*

58 *Conuentio de qua num. 56. eſt reijcienda, ſed non quia recurſa, ſed quia per eam obligationem non eſſet integrum debitori ſoluere cambium in loco deſtinatæ ſolutionis, quod eſt contra ſubſtantiam contractus, & eiuſdem perfectionem extrinſecam.*

59 *Damnat Salon. & benè illos, qui pecunias cõferunt illis, qui ſciunt ad ludos, & luxus, & alia delicta perpetranda poſtulare, & grauius peccare Principibus eas conferre, quos ſciunt, aut probabiliter credunt iniuſtis bellis pecunijs illis abuti.*

NE putes beneuole Lector me in hac queſtione cũ ſequentibus Cõſorẽ agere, nihil enim magis in moribus alienis odi, nihil à meis reiectum, & magis alienum opto, arrogantiæ nec mediocritati meæ tantum tribuo, vt clarorum virorum lucubrationes emendare aut corrigere me poſſe putem, ſed quod in examinandis celeberrimis reſponſis Baldi, & Ancharani, in calce ſecundæ diſputationis, ſi non præſtiti, ſaltem tentaui, alienis ſcriptis lumen aliquod addere, ad maiorem rei, de qua agere conſtitueram, euidentiam. Idipſum eo propius mihi faciendum putaui in hac tertia diſputatione, circa cambij duplicationem; quo certius eſt, hos præſtantes viros, quorum doctrinam examinandam ſuſcepi, in pertractando hoc argumento in aciem quodammodo deſcendiſſe, & propoſitis factorum figuris, nulla præmiſſa generaliori theorica, quaſi ad manus veniſſe; vnde nil mirum, ſi minus conſtanter in ſententia

tia perſeueraſſe alicui videri poſſint, vt de hoc doctiſſimo Theologo viſum eſt pluribus, & præſertim Bernardo Iuſtiniano, in ſuo opuſculo de hac re. *quæſtione ſecunda nu. 18. verſ. Indi è che queſto contratto, che il Saloni concede in vn luogo lo biaſma, in vn' altro.*

Præterea cum ego tam multa in decem præ-
1 cedentibus quæſtionibus tradiderim de hac cambij duplicatione, & magnos viros, qui eadem de re, ſumma cum laude ſcripſerunt, in prædictis omninò præterierim, nulla de traditionibus eorum facta mentione, negligens inter pacuos videri potuiſſem ſi ex incuria; injurius inter primos, ſi ex deſpectu, commiſiſſem; quorum neutrum, his perlectis, crimini mihi dabis amice lector; quinimò, & puto te meum probaturum conſilium.

Cum enim, vt vulgatum eſt apud Philoſophos, particularium non detur doctrina, hinc factum putaui; vt, licet ſcripta clarorum virorum, hac ſuper re edita, ſint typis impreſſa, & quidem ciuſdem impreſſionis, ſermoque latinus omnibus pateat, adhuc reperies viros doctos, non minus inter ſe pugnantes ſententijs ipſis; quam de ſententijs maiorum; legas (amabo te) quę mox laudabam Iuſtinianum, & eius acerrimum (ne dicam aſperum) concertatorē modernum Ianuenſem & rem ipſam intuere. Nec mirum cum ex variatione, ex neglectu, & ſuppoſitione alicuius qualitatis
2 aliàs leuis, factorum figuræ immutentur (vt vidiſti in præcedentibus quæſtionibus, & clarius infrà) facilè fuit partium ſtudioſis in ſuas trahere ſententias approbatos auctores, nulla prius certa conſtituta theorica, ad cuius normam factorum figuræ dirigi poſſent, ac deberent; quinimo in ipſiſmet factis de doctrina digladiantes. Ea propter cum aliàs inutile duxiſſem maiorū placita; ſiue vt refellerem, ſiue vt probarē, meis queſtionibus inſerere; modo illis vtcumque concinnatis, vtilitatis plenum arbitror, doctrinam eorum diligētius examinare, vt quantum per imbecillitatem viriū mearum licebit, argumēto deſeruiam meo, non interpellata doctrinæ methodo; Ab hoc autem potiſſimum Auctore initium ſumpſi; quia licet non niſi ab anno 1608, ſua de hac re comentaria ediderit, tamen meritò vetuſtiſſimus haberi poteſt ex eis, qui de hoc cābio duplici ex profeſſo tradiderunt. Habes igitur hac in re amice lector conſilium meum, quod ſi minus probabis, ſaltem ama.

Egit ex profeſſo, doctiſſimus hic auctor, de cambio duplici, in celebri ſuo comentario, *qu. 4. art. 2.* controuerſia decima quarta, quā de recambio mouet.

3 Formam recambij hic auctor ità figurat. *Cum „ campſuary litteris a Valentia in Metinam „ datis non exiſtit Metinæ qui illas admittat, „ & recipiat vocant acceptaſſe illas, vel ſi ab „ aliquo ille recipiantur non perſoluuntur, ſa „ctor campſoris factis quibuſdam proteſtatio „ nibus, ſeu figmentis, quibus conſtet in loco ſo „ lutionis litteras illas à nemine fuiſſe admiſ „ ſas vel ſolutas, remittit eaſdem ad campſo „ rem Valentinum cum alio quo intereſſe ſu „ peraddito. Quoſit vt duplex intereſſe in hoc „ contractu à miſero cāpſuario exigatur, aliud „ ratione cambij celebrati à Valentia Metinā, „ aliud verò ratione illarum litterarum, quæ „ cum Metinæ admiſſæ non fuerint, vel non ſo „ lutæ, in Valentiam fuere remiſſæ, quam re „ miſſionē litterarum cum hoc ſecundo pretio, „ & intereſſe, vocant recambiū. Cuius nominis „ ea fuit ratio eſt, & origo, quia velut ſecū „ dum cambium cum remiſſione earundem „ litterarum; hactenus Salon.*

Ex hac caſus figuratione ſuſpicor, doctiſſimum aliàs virum, non benè perſpectam habuiſſe praxim cambiorum, minuſq; ſubſtantiam cōtractus.

Quoad praxim; dum dicit *nullo exiſtente Me „ tinæ qui litteras campſuary admittat, & re „ ciptat. ſi factor campſoris factis proteſtatio „ nibus, litteras ad campſorē remittat Valen „ tiam, cum intereſſe recambium celebrari;*

4 Certum eſt enim: quod ſicut tali caſu nullum recambium celebratur, cum nec perficiatur cambium, nec contrahatur nouum cambium vt vidimus ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione tertia, ita nec etiam Mercatores intelliguntur recambium tali caſu celebrari: ſed litteras redijſſe cum proteſtatione; quo caſu, licet dator remaneat obligatus ad inte reſſe recambij, ob non factam ſolutionem,
5 nullus tamen vnquam dicet recambium tali caſu celebrari. Vide ſupra diſputatione ſecunda, quæſt. 13. 14. 15. Et licet de duplicī cambio faciat expreſſam mentionem, & de duplici intereſſe, & quodammodo sētiat in remiſſione litterarum à Metina Valentiam, ſecundo pretio, & intereſſe, aliud cambium, vltra primum, interuenire, nō aduertit

pertit tamen remiſſionem priorum, earumdemq; litterarum propoſitarum (ſecundũ praxim cambiorum quandam incompatibilitatem cum recambio præferre cum, poſita non ſolutione prioris cambij, impoſſibilis ſit celebratio ſecundi, vt omnes mercatores, & quotquot celebrant recambia intelligunt, & nos probauimus ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione tertia, & quarta.

Deficit etiam, quoad praxim, in hac facti ſpecie, expreſſio perſonarum, ſeu ſaltem perſonæ, ad quam dirigatur tracta, & remiſſa; quę perficere dicatur cambium, & celebrare recambium, de qua perſona optimus vir, ex praxis ignoratione, nullam mentionem facit; quæ verò in quantum ſit neceſſaria, res ipſa aperit; cum ſine ea non ſit conſiderabile recambium, & nos potiſſimum probauimus ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione ſeptima, vbi oſtendimus ad recambium neneſſe eſſe, vt is, ad quem dirigitur tracta, & remiſſa, in ijs expediendis, obligetur; tantum abeſt, vt poſſit eius conſideratio omitti in factorum contingentijs.

Quoad ius verò, & ſubſtantiam huius contractus; eam, in hac facti figuratione, non habuiſſe plenè perſpectam, patet ex eo, quod in duplici cambio imaginatur, & effingit duplex intereſſe, à campſuario exigendũ, quod verum non eſſe; ſed vnicum tantum lucrum ex cambij duplicatione oriri, probaui ſæpius ex traditis in diſputatione prima, quæſtione decima tertia: vbi oſtendi in cambio ſimplici, & ſic in priori cambio, nullum lucrum verè, & propriè verſari; cum ex vtroque contrahẽnte veniat celeberrimum illud tãtumdem, de quo in diſputatione prima, quæſtione ſeptima; licet in genere diuerſo pecuniarum, quod ipſum ſubodoratum ipſum Salo. patet ex traditis per eumdem, *eadem qu. 4. art. 2. controu. 1. nu. 18.* ibi (loquendo de cãbij debitore) *„Quando reſtituitur illis ab ipſo „campſuario æquiualens pecuniæ in alio loco.*

Rurſus dum ſignificare vult, in loco deſtinatæ ſolutionis, recambium celebrari, dicit: litteras primi cambij ibi non admitti, nec recipi: quod ſi verum eſt cambium primũ non perficitur ſolutione, vt probatum fuit diſputatione ſecunda per totum. Ergo nec recambium celebrari per ea, quæ habuimus ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione tertia.

Quod ipſum procedit reſpectu caſus per eũdem ibidem expreſſi; quatenus, ſcilicet, litteræ primi cambij ab illo, cui fuere directæ; acceptantur, & non ſoluuntur, cum ex defectu dictæ ſolutionis. cambium primum non perficiatur ſolutione, vt probaui diſputatione ſecunda, quæſtione decima tertia; quinimmò nec debitor ex cambio per dictam acceptationem liberetur, prout probaui eadẽ diſputatione ſecunda quæſt. duodecima.

Demum nedum ignoratione ſubſtantiæ contractus cambij labitur in facti figuratione, ſed etiam iuris apertiſſimi, dum figmenta appellat propteſtationes, quæ fiunt in loco deſtinatæ ſolutionis à Procuratore creditoris ex cambio in caſum, quo litteræ nec acceptantur, nec ſoluuntur; nam non ſolum de natura cambij, vt cambium eſt, dictæ proteſtationes fiunt per ea, quæ tradidimus dicta quæſtione decima tertia, diſputatione ſecũda. Sed ex eo ſolum, quod quælibet ſolutio deſtinata in certum locum, ſi ibi per debitorem, vt promiſſum fuerat, non fiat; etiam abſtrahendo à quocumque contractu cambij; factis debitis interpellationibus per creditorem, repoſcitur à debitore pecunia loco, & tempore debito vna, cum intereſſe, & quidẽ actione arbitraria, vt cautum eſt in veteri iuris prudentia digeſtorum *primo cum toto tit. de eo, quod cert. loca.* qua iuris veteri diſputationem memini me, non abs re deduxiſſe ad ſubſtantia cambiorum diſputatione prima, quæſtione octaua.

Hanc facti ſpeciem, tamquam de recambio loquutus Salon, alijs rurſus circonſtantijs coarctat, quibus pariter non minus praxim quam contractus ſubſtantiam deſtruere videtur. Subdit enim. *Conuenit cum illo in ipſo lumine contractus, vt niſi litteræ illius datæ V. G. Valentiæ in Metinam ad priores nundinas Metinæ ſaluantur, poſſit factor campſoris illas inſolutas Valentiam cum noto intereſſe remittere: quin etiam, vt niſi tunc ab ipſo campſuario perſoluantur, valeat rurſum campſor eaſdem ad alias nũdinas ſecunda deſtinare, & ſub eodem pacto vt niſi ab aliquo fuerint ibi tunc admiſſæ, ſen ſolutæ, Valentiam rurſum cum ſimili intereſſe ex cambio remittantur, duretque hic circulis &c. Aliquando verò, & ſine vlla conuentione, vel pacto inter compſorem, & campſerium a principio, imitò, fiunt huiuſmodi litterarum miſſiones, & remiſſiones, nouo ſemper intereſſe per ſingulos trimeſtres, vel quadrimeſtres decurrente.*

Quoad praxim attinet; litteræ, quæ non ſoluuntur in loco deſtinatę ſolutionis, non remittun-

mittuntur ad locum; à quo processerunt, sed ad illum redeunt cum protestatione, vt supra admonuimus; & tali casu, nec cambium primum perficitur, nec secundum contrahitur, nec, ad hunc effectum, opus est pacto aliquo inter contrahentes, sed prouenit ex natura actus, & ex defectu adimplementi non sequuti, & rei non traditæ, vt alibi vidimus.

Verum quidem est; quod quandoque creditor ex cambio stipulatur à debitore eiusdē, vt cessante debitore in solutione summæ debitæ ex cambio, in loco destinatæ solutionis, quod possit creditor, consimilem summam cambio ab alijs capere, expensis, & interesse eiusdem debitoris. sed præter quam quod, quatenus prædicta contingant, casus egreditur terminos veri recambij, (cum defficiat identitas subiecti, quam necessariam esse diximus supra, hac disputatione quæstione tertia) adhuc in proposito praxis tali casu, non verificatur quod litteræ insolutæ remittantur; sed quod de summa, quæ soluenda erat, vigore cambij; per nouum cambium a loco illo fit remissa ad locum, a quo primo processit primum cambium; qui sunt termini longè diuersi, & apti, nati ad plures, & diuersos effectus iuris producendos. Dum verò repetit missiones illas, & remissiones litterarum, nec aperit inter quos, & quando id contingat, & inter quas personas, & quomodo dirigātur, aperte demonstrat se perspectum non habere substantiam rei, de qua agit. cum diuersimodè id, de facto contingat, & diuersos iuris effectus pariat, vt vidimus in præcedētibus quæstionibus, & præsertim octaua, & expressius patet ex casus figuratione, primo loco posita, ex transmissis Genua ad Vrbanum VIII. de quo supra in Prolegomenis ad hanc eamdem disputationem.

Quoad ius verò, & contractus substantiam, de quo agimus, eadem restrictio, quoad facti figurationem non parum laborat, nam illa secunda, & vlteriores destinationes Valentia ad easdem nundinas, ob defectum solutionis, vel fiunt ministerio noui cambij. cū eodem campsuario celebrati, & tunc esse
25 mus in recambio, impropriè sumpto, & de quo in motu proprio Pij Quinti, cuius iusti tia, vel iniustitia penderet à pretij taxatione, vt vidimus supra, hac eadem disputatione, quæstione secunda. Vel dictæ nouæ destinationes fiunt ministerio alterius cambij cum alio celebrati, oneri tamen, & pro computo ipsiusmet campsuarij debitoris, & tunc fuisset aperiendum, quomodo id proponatur contingere, vt appareat, an perfectio antecedentis cambij contingat, simul cum celebratione recambij, & an idem subiectū perseueret sub diuersitate formæ, quæ quāti ponderis sint in proposito. de quo agimus vidimus supra præsertim quæstione proximè præcedenti.

Præterea illa distinctio, quæ ponitur inter campsorem, prædicta administrantem ex condicto cum campsuario, & inter eumdem eadem peragentem, circumscripta quacumque conuentione campsuarij, nullum iuris effectum, diuersum est apta inducere. Cum de natura cambij sit; vt non facta solutione in loco destinato per eum, cui remissa
16 erat destinata (vel saltem per alium super propteſtu, vel pro honore litterarum) quod dator earumdem remaneat debitor, ne dum summæ, de qua in litteris, sed etiam de interesse decurso, & decurrendo vsq; ad actualem solutionem, vt vidimus supra disputatione secunda, quæstione decima tertia, & per consequens nihil prorsus operatur conuentio circa prædicta, vel eius omissio. Præterquam quod, tali casu, non contingit verè recambium, quod nequaquam tunc celebratur, licet debeatur ad interesse recambij, quæ duo quantum differāt inter se, vidimus supra hac eadem disputatione quæstione tertia.

Demum propositam facti speciem magis coarctat, & specificat Salon. *in vers. in quo genere* ponderando augumentum eiusdem debiti, per additamentum in quolibet loco, destinatæ solutionis, ne dum de interesse, sed etiā de interesse ipsius interesse. Qua in re aber-
17 rat à praxi, dum in quolibet cambio certam quātitatem interesse superaddit sorti, quod non potest contingere, nisi in duplicatione eiusdem; nec assequitur contractus substantiam dum interesse distinguit à sorte, cum qua fit vnum quid, vt vidimus sæpè, sed præcipuè disputatione prima, quæst. decima tertia, & vigesima quarta.

Cum igitur hic auctor, in figuratione huius casus, nec praxim ipsam recambij, nec contractus vim, & substantiam assequatur, considera amice lector, cuiusnam ponderis habenda sit illa conclusio, quam ipse ibidem ponit *sub nu. 4*, his verbis.

Recam-

„ Recȋbia ista, de quibus hic loquimur, forma-
„ liter, & propriè loquendo nimirũ sub ratione
„ recambij & eo modo, quo a campsuarijs exer-
„ centur, iniqua sunt omninò, & vsuraria.

Pietate sua meruit hic auctor, vt in hac cõclu-
18 sione prophetaret; quod in eũ prophetasse dicã dũ veritatẽ legos; sed nõ deductã à suis principijs; nec comprobatam suis argumentis, quæ mox examinabo. Nusquam in tota hac controuersia vim fecit super ratione formali ipsius recambij, quinimmò nec in casu figuratione, formam recambij expressit, & tamen hunc negatiuum conclusionem ad dictam rationem formalem recambij restrinxit; quæ in se verissima est; & ego vno verbo probo, quia scilicet nec perfectio prioris cãbij, nec celebratio fecũdi nec idẽtitas subiecti, nec diuersitas formæ proponitur; vnde certo certius est: sub dicta formalitate recambij, contractum prædictũ subsistere nulla ratione posse; per ea, quæ disputauimus supra hac eadẽ disputatione, quæstione tertia, & quarta. Quod, si non ad dictam formalitatem recambij, conclusionem restrinxisset; prout ad eam non restringunt argumenta, quibus nititur probare conclusionem; tunc certè cautius esset procedẽdum in dicta assertione. Quod euidentius apparebit, si argumenta ipsa, quibus dictam negatiuam probare conatur, nihil prorsus stringere, ostendam.

Dum igitur primo loco argumentatur Salon
19 *nu. 4.* super proposita facti specie Quod, aut creditor scit, tempore contractus debitorem nullũ habere pecuniã in loco destinatæ solutionis, vel saltem de hoc est dubius; quod tale cambium sit fictum; & iniquum; quinimmo non solum iniquum esse: pecuniam illũ recũbiare cũ nouo interesse, & lucro sed neq; primũ interesse vel lucrũ; licitè vlla ratione, capi posse; cum sit verum mutuum, simulatum sub nomine cambij.

Vera quidem potest esse conclusio, & au-
20 ctoris assertio; sed non ratione per eum assignata. Nullus enim vnquam impugnauit, aut iure impugnare potest venditionem rei absentis tempore, vel loco ex eo, qud emptor dubitet, vel sciat venditorem habiturum, vel non habiturum rem venditam tempore habili; cum hoc non sit de substantia emptionis, & venditionis; quæ solo consensu, re, & pretio perficitur; vt latè probauimus supra disputatione prima, quæstione nona;
21 quinimmò, rei venditæ traditio, sit quid extrinsecum substantiæ contractus; ex quo; illa circumscripta, oritur efficax actio ex empto, ad rem tradendam: in cuius defectum venit interesse, *l. prima cum tota titulo ff. de actio. empt.* Cum igitur emptor nulla ratione debeat esse sollicitus; an venditor habeat, vel non habeat; & quod certius est, an habiturus sit, nec ne rem venditam, nec per hoc infirmatur contractus venditionis; non apparet, qua ratione id dicendum sit de cambio; cum in
22 vtroque casu, ex iuris dispositione aperta, & receptissima apud omnes, tàm Theologos, quam iuris Interpretes, veniat, in defectum rei in contractu deductæ, quanti interest emptori, seu creditori: rem non tradi Quinimmò in contractu emptionis, & venditionis id est frequentissimum in
23 Regno Siciliæ; vbi Mercatores sunt soliti inuicem emere, & vendere ingentem quãtitatem tritici, consignandi tempore messium; cum tamen sciat emptor, venditorem nec agricolam esse, nec vllam frumenti quantitatem collecturum; sed ea solum spe emit, vt interesse sibi soluatur in defectu consignationis: nec vllus vnquam impugnauit, aut iure impugnare posset, hoc mercati genus, vsitatissimum regionibus illis. Cum itaque, vt probat idem Salon *quæstione prima articulo primo nu. 5.* non minus pertineat ad iustitiam commutatiuam contractus cambij, quam contractus emptionis, & venditionis, cum huius iustitiam, vel iniustitiam non attingat consideratio illa: an venditor sit habiturus, vel non habiturus rem venditam, idipsum dicendum est de cambio. Id quod certius est in via nostra: per ea, quæ disputauimus disputatione prima per totum, & præcipuè quæstione vndecima, vbi in quo consistat subsistãtia cãbijs probatũ est, qua posita absque ratione suspicari potest de fictione.

Et ex his fit, multipliciter labi, sapientissimum alijs Doctorem hunc, dum is subdit non solum iniquum esse, hoc casu, pecuniã illam recambiare cũ nouo interesse; sed ne-
24 que licitè lucrũ ex primo cãbio percipi cũ sit mutuũ simulatũ. Quia deficiente solutione primi cambij, impossibile est, vt celebretur recãbiũ, vt sæpius diximus, sed eadẽ litterę redeunt cũ propretatione, nec tali casu est cõsiderabile duplex lucrũ, seu interesse, sed vnũ tantũ; & illud quidem, nõ vi recambij, & geminationis contractus cãbij, sed ex natura actus, ob defectũ solutionis prioris

contractus; & nullibi reperitur in propoſita tacti ſpecie, aut eſt conſiderabile aliquod mutuum. Si enim loquamur cum eo-
25 demmet Salon. *in quæſt. prima art. primo ſub. nu. 4.* Ex pluribus cambium differt à mutuo, Primo quod commutatio, de qua in cambio, fit de re diuerſa, Secundo quod fit de pecunia vnius loci in pecuniam alterius loci, (hactenùs iuridice Salon) Tertio quod non exigit temporis dilationem, ſaltem in abſtracto (vtique ſi Angeli cambiarent) Quarto quod circa res omnes verſetur (& hoc confundit cambium cum permutatione in genere ſumpta) Quæ omnia ſiue iure, ſiue iniuria à Salone requiſita in mutuo (prout mutuum contradiſtinguitur in cambio) cum adſint in facti ſpecie, per eum propoſita; abſque ratione in ea mutuum ſuſpicatur; Quod certiùs eſt per ea, quæ nos deduximus in diſputatione prima, quæſtione ſeptima.

Probatio igitur iniuſtitiæ huius contractus, ſecundum formam propoſitam, aliundè erit deſumenda; quam ex eo quod certum
26 aut dubium ſit: debitorem ex cambio non habiturum pecuniam in loco deſtinatę ſolutionis; cum carentia prædicta ſiue certa, tempore contractus, ſiue dubia, non attingat ſubſtantiam ipſam contractus cambij ſimplicis, ſed ad eiuſdem perfectionẽ referatur, tantum abeſt, vt apta ſit ad infirmandã duplicationẽ ipſam, hoc eſt recambiũ, de quo profitetur ſermonem ſe habere Salon.

Proſequendo idem primum argumentum Salon in alio membro, Videlicet quando
27 dans ad cambium, id facit bona fide, prudenter iudicans verè ſibi in loco deſtinato reſtituendam pecuniam commutatã. Rurſum ſubdiſtinguit. Aut fuit inter ipsũ, & debitorẽ tẽpore contractus cõuẽtũ, vt litteris, nõ ſolutis remittãtur illę cũ nouo intereſſe, data facultate eidẽ creditori, exercendi circuitũ iſtũ, & ꝓgreſſũ cãbiandi, & recãbiãdi. Aut non fuit ità cõuẽtũ. Et contrà hãc poſteriorẽ partẽ tribus inſurgit fũdamentis. Primò quia, debitore exiſtente in mora, nihil ab eo exigi poſſet prꝑter debitum. Secũdò quia diſponere de bonis alienis ſine domini cõſenſu eſt furtũ. Tertio quia tali caſu nõ cõcurrit vtriuſque cõtrahenti s cõſẽſus-

Verũ in hac parte Salõ nec factũ recãbij, nec Ius attingit. Nõ factũ, quia quãdo celebratur cãbiũ nullo alio pacto intercedẽte. ſi debitor ex eo deficiat in ſolutione. tunc factis debitis proteſtationibus per cũ, cui remiſſa dirigitur, euadit debitor ex natura actus ad quodcũq; intereſſe decurſũ, & decurrẽdum vſque ad integrã ſolutionẽ. vt eſt praxis receptiſsima inter mercatores. & nos probauimus ſupra diſp. ſecũda, qu. decima
28 tertia; & licet hoc caſu debitor ex mora ſua teneatur ad intereſſe recambij, nõ tamẽ verificatur, quod celebret recãbiũ, aliud enim, & omninò quid diuersũ eſt: aliquem teneri ad intereſſe recambij, & celebrare recãbiũ, vt vidimus hac eadem diſp. qu. 2. & 3.

Quod verò ad ius attinet; nemini, vel leuiter initiato iuris prudentiæ placitis, perſuadebit; aliquod ex prędictis tribus fundamẽtis. Non primũ quinimò contrariũ certius eſt: ex mora ſcilicet debitoris debitũ augeri; maximè apud mercatores, ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, probauimus plenè in diſp. prima, quæſt. decima tertia, & generalius hac eadẽ diſp. quæſt. decima. Nõ ſecũdũ, nihil enim debitoris attingit, (ne dñi contractat) creditor; dũ debitũ ſibi non ſolutũ, continuat ſuper cãbijs, vel quaſi continuaſſet, exigit tandem à debitore moroſo pecuniã creditã, vnà cũ intereſſe cãbiorũ, & recãbiorum. Et, dũ hæc tradit Salon, nobis aperit, non habuiſſe notam praxim rei, de qua diſputat. Si enim ad manus creditoris, ſemel tantum deueniſſet pecunia, debita, non habuiſſet opus vlteriori cãbio, ſeu recambio, ſed ſibi ſatisfeciſſet; tantũ abeſt, vt tali caſu, rem alienam, inuito domino alienet. Nõ denique tertium, & poſtremũ. Quia conſenſus ſufficiens ad prę-
29 dicta interuenit ab initio cõtractus. In obligatione namque cuiuſcũque cõtractus veniunt omnia ea, quæ ſunt de natura, & conſequutiua illius contractus, licet pacto poſſint ſubmoueri. *Bal. l. prima nu. 14. C. de vſufr. & in prælud. feud. nu. 46. Coraſ. lib. 3. miſcell. c. 10. nu. 3. & 4. Zaſ. lib. primo reſp. 5. c. 12. nu. 5.* Vndè cum debitor ex cãbio obligetur, ex vi illius, ad ſoluendã quãtitatẽ, de qua in eo, in loco deſtinato, alias ad intereſſe, quod eſt ingenitum omnibus contractibus bonæ fidei, vt probauimus ſupra, diſp. prima, qu. duodecima; ſatis conſenſiſſe ad intereſſe recãbiorũ dicẽdus eſt debitor ille ex cãbio, qui cõtra ſua promiſſa ſolutionem in loco deſtinato nõ expediuit.

Reaſſũpta prima parte eiuſdem membri proſequitur Salon caſum; quando ab initio conuentum fuit inter contrahentes, de faciẽda hac cõtinuatione ſuper cãbijs, & recãbijs. Et hoc impugnat trib⁹ argumẽtis: Sed

nec

nec in hac poſteriori parte aperit ſe magis
30 callere praxim, vel ius, quàm fecerit in priori. Quoad praxim attinet, hęc conuentio nõ eſt formaliter recambium, vt oſtendimus ſupra hac eadẽ diſputatione, quæſtione ſecunda, & vndecima, ſed poteſt conſiſtere in ſimplici mutuo cum pacto, vt liceat creditori, in defectum reſtitutionis, ſummam debitam cambiare, & recãbiare, vt plenè in quæſtione proxime præcedenti; quo caſu debitor non tenetur formaliter ex cambio, nec ex recãbio, ſed ex illa promiſſione, quæ duo inter ſe longè differre vidimus ſæpè, & probat expreſsè Deciſio Sacræ Rotæ Romanæ pecuniaria, ſeu cambiorum 10. Iunij 1615. coram Sacrato, vbi conſiderat in caſu tres contractus, mutui ſcilicet inter dantem, & recipientem; mandati debitoris ad creditorem, & demum cambij exerciti per creditorem vigore mandati.

Quoad ius verò, dum primo loco impugnat caſum ex eo quod ſicut debitor ex mutuo lucrum promittit creditori ex neceſſitate, id ipſum facit debitor ex cambio; vndè, cum in mutuo conſenſus debitoris non iuſtificet contractum, nec debet iuſtificare in cambio.

31 Certè nihil ad veritatem. Nam iuſtitia, vel iniuſtitia contractus, ſicut non dependet à conſenſu contrahentium, multò magis abſtrahit à neceſſitate eorumdem cõtrahendi, vel non contrahendi. Quis enim vnquam,

32 quantumuis ſeuerus exactor ad normam iuſtitiæ coarguit vendentem panem eſuricnti & fame pereunti (dummodo iuſto pretio id faciat) quantumuis poſtea inclementius exigat, nedum pretium diuiditi panis, ſed etiã fortè intereſſe lucri ceſsãtis, vel damni emergentis poſt moram?

Secundò impugnat ex eo quod huiuſmodi re-
33 cambia fiant cum magna iniquitate. Dicit cambium fieri à Valentia in Hiſpalim, vbi, ratione maioris abundantiæ pecuniarum, pro centum dantur centum duo, ſiue tria, quę dicit eſſe in lucro, & licet ob eamdem rationem maioris abundantiæ, dum recambiũ fit ab Hiſpali in eamdem Valentiam, fieri deberet ad minorem quantitatem, adhuc fieri ſub maiori, ad effectum, vt ſecundum lucrum etiam in recambio creditor conſequatur. Quod lucrum, & quidem certum, ſemper mercatores ſibi paciſcuntur, quamuis pecuniarum copia, vel inopia, illarumq; æſtimatio, & cambiorum pretia mutentur.

Et hoc quidem argumentum, quoad ius attinet, certiſſimum eſt, & veritatem indubitatam continens; ſed quoad factum, nec ſpeciem propoſitam in frontiſpicio huius controuerſiæ attingit, vt ex ea videre eſt; nec à Mercatorib. vſu patur, & quatenus vſurparetur, haud dubia eſt iniquitas, de qua in eo.

34 Non quidem in illo priori cambio ex Valẽtia ad Hiſpalim; nam, data illa maiori abundantia proportionata ad illa duo, vel tria pro quolibet centenario, illa duo, vel tria nec ſunt, nec dici poſſunt vlla ratione eſſe in lucro; cum ex vtraque parte veniat tantumdem; ſi tamen iuſtum ſit pretium) vt probauimus diſputatione prima, quæſtione decima tertia, & quæſtione vigeſima quarta, ſed iniquitas conſiſtit in eo, quod ſi ex Hiſpali recambium fieret ad Valentiam, augeri deberet ſumma, retenta eadem maiori abundãtia, ita vt centum tria, quæ debebantur Hiſpali deb erentur vigore recambij Valentiæ centum ſex; & hæc iniquitas reſultaret ex iniquitate pretij, vt vidimus dicta quæſtione vigeſima quarta; Et multo certius ſi prædicta fierent certo, & determinato lucro ab initio, quod omninò repugnat notioni cambij; vndè procul dubio hic caſus reſolueretur in mutuum cum vſura.

Bene verſi eſt, quod hæc in praxi non fiunt, vel certè nunquam auditi facta fuiſſe, ne-
35 que enim recãbia fiunt, aut continuationes cambiorum inter plateas, aut per cãbia irregularia, ſed ſemper per cambia regularia inter feriam, & plateam, ſeu plateas, inter quę poſita geminatione, reſultat, vt plurimum, lucrum, vt explicuimus dicta quæſtione decimatertia, ſi enim fierent inter Plateas, & per cambia irregularia, poſita pretij iuſtitia, nullum vnquam, etiam poſt centum annos, & per continuatas continuationes recambiorum, intercederet lucrum. Et quod de taxatione certi lucri aſſumitur in argumento, ſi de cambio ſimplici ſit ſermo, nunquam eſt auditum, ſi verò de eo duplicato, & quidem de regulari de platea in feriam, & è feria in Plateam, in hoc practicatum fuit, & practicatur, quod intereſſe, & lucrum ex ante facto ſtatuitur, ſed non omni certitudine, ſed ſub illa conditione, quatenus ſcilicet dicta cambia dicti intereſſe attingãt, quod tendit ad exoncrationem debitoris, qui ad plus teneri non poteſt. Quod an licitè fiat ſuas peculiares habet difficultates, & nos probauimus ſupra quæſtione proxima.

certè immune est ab illa antiquitate, quâ in proposito pôderat hic auctor, cum respiciat, (vt diximus) solum commodum solius debitoris, & nullam prorsus, nedum iniquitatem sed nec iniustitiam continere, cuincit: quartum responsum Vrbani Sanctissimi ad Genuenses in fine. Et ex his apparet veram quidem doctrinam habere Salon. in hoc secundo argumento, sed a praxi omninò alienam, & à facti specie sibi proposita.

Tertio impugnat (posita quadam sua diuisione cambiorum, super qua non censeo immorãdum, sed remitto lectorem ad ea, quæ posuimus supra in prima disputatione quæstione quinta) ex Bulla Pij Quinti Sanctissimi
36 in illis verbis. *Ne deinceps quisquam audeat, „ siue a principio, siue alias certum, & determi „ natum interesse in casu non solutionis pacisci* Et dicit per hæc verba non significari certã, & definitam quãtitatem, sed in genere certum, & determinatum lucrum non specificatum. Et hinc infert contra naturam, & rationem cambiorum iniquè, & fraudolenter illum agere, qui conueniat ab initio cum debitore, vt in defectum solutionis litterarum debeat aliquam quantitatem, vltra interesse primi cambij reddere. Vel, vt licèat creditori litteras illas non solutas iterum, atque iterum, nouo superaddito interesse, recambiare.

Quam fallax sit hoc posterius argumentum, & in omni sui parte lubricum, facile est cogni-
37 tu, si ponderemus intellectum illum Salonis ad extrauagantem Sanctissimi Pij, loquentis de certo, & determinato interesse, esse omninò contra vim illorum verborum, cui ac-
38 commodatur. Certum enim in iure dicitur illud, quod certam, & specificam habet determinationem. *DD. communiter in rub. ff. si cert. pet. l. certum ff. eod. l. Stipulationum ff. de verb. obligat. l. qui negotia in princ. & §. cum hæres ff. mandat l. si necessarius §. 1. ff. de pign. actio. l. Titius ff. eodem.* vndè cum Summus Pontifex expresè loquatur de certo, & determinato interesse; accipere illa verba, in genere de interesse quidem, sed incerto, & indeterminato. esset absq; vlla ratione, nedum recedere à propria verborũ significatione, sed contrarium omninò grãtis assimere. Præterquamquod, nec in praxi vnquam auditum, quod creditores ex cãbio, siue ex eo simplici, siue ex eiusdem duplicatione lucrum, aliquod, & indeterminatum pacifcantur.

Et licet in simplici quandoque quantitas promissa excedat quantitatem receptam, id in quo consistit excessus, vltra quod non est lu-
39 crum, vt sæpius diximus, est lucrum, & determinatum omni certitudine, puta centum viginti scuti argẽti impressionis Genuę pro scutis centum marcarum. Et in duplicato, licet quandoque fiat taxatio interesse, in quo verè, & formaliter consistit lucrum, id pariter habet aliquam certitudinem, eam scilicet quam excedere non posse, partes inuicem pacisc̃untur; vt supra vidimus, & nullam iniustitiam inuoluere, conuincit responsum quartum Vrbani Sanctissimi ad Archiepiscopum Genuensem, & probauimus supra quæstione proxima. Quinimmò (quod meritò quis mirabitur) retento vulgari, legitimè intellectu de taxatione certæ, & specificę quantitatis optimè procedit illatio prima, quam indè facit hic auctor. Quod scili-
40 cet fraudolenter agant, qui ab initio de certo interesse pacisc̃untur, in defectum solutionis, quæ si accipiantur de specifica quantitate verissima sunt, vt potè quæ vires assu-
41 munt ex ipsis verbis Bullæ; Quod si accipiãtur de interesse in genere, esset omninò erroneum, & contrà communem sensum, quis enim vnquam audiuit, aut protulit, non teneri ad interesse in genere illum, qui non stetit promissis, & conuentis contra textus
42 expressos *in l. si insulam ff. de verb. obligat. cum concordant.* & plenius probauimus supra hac eadem disputatione, quæstione nona, &
43 in specie de illo, qui solutionem non expediuit in loco destinato, *l. r. cum toto tit. ff. de eo quod cert. loco.*

Illatio vero posterior, quomodo procedat ex assumpto dicti intellectus, dati per Salonem ad verba prædicta non apparet. Dato enim Summum Pontificem prohibuisse quamcũque conuentionem, etiam genericam de interesse in defectum solutionis, non indè deducitur, aut deduci potest, vlla vi non potuisse conueniri tali casu, vt creditor ex dicto cambio valeat recambiare debitum non solutum, nam cum recambiare sit perficere solutione prius cambium, & aliud retento eodem subiecto sub forma diuersa, celebrare, vt vidimus supra, hoc nihil habet commune cum casu, in quo supponitur defectus solutionis prioris cambij cum taxatione interesse, de quo in bulla. Ergo nulla illatio *ad textum in l. Papinianus exuli, cum vulgaribus.*

Si

Si igitur me audies amice lector, retinebis hãc primam cõclusionem Salonis, vti iuri consonam; sed iterum, atque iterum cauebis à rationibus, & fundamentis in illius probationem adductis, & desines mirari cur, & ipse secum pugnare sæpius videatur, & a recentioribus in vtramque partem trahatur doctissimi viri sententia. Quod certius cognosces, in examine tertiæ cõclusionis, in hac eadem controuersia per ipsum firmatæ, in qua plura habet, quæ ijs repugnant, quæ in hac priori posuerat, quod antequam exequar, examinanda sunt prius quæ posuit in secunda conclusione *sub. nu. 1.*

44 Ponit in secunda conclusione Salon. Neque titulo pœnæ propter morosam solutionem debitoris; licere hæc recambia, sicut sunt in vsu, exercere.

Vt vides benevole lector, hæc conclusio non attingit recambium ipsum; sed pœnam ob non factam solutionem; & sic, tota quanta est, egreditur terminos propriæ controuersiæ de recambio. Sed quod magis mirandum est in illius probatione, confundit pœnam conuentionalem, cum interesse, & cũ lucro. Quæ non aliundè prouenient in doctissimo aliàs Theologo; quã ex iuris ignorantia, à quo tamen, quæ liber in prædictis est desumenda determinatio; vt hinc obiter colligere possis (quod aliàs admonuisse me memini) quam cautè sint legendæ lucubrationes Theologorum in proposito conuentionum.

Vt igitur facilè redarguatur ea, quæ in hac secũda cõclusione de pœna tradit Salon. pro cõstanti habẽdũ est, quod licet de Iure pœne conuentionales, cõmissæ, debeãtur in quãtũ 45 fuerit cõuẽtę, id peedit, & verũ est in pœnis adiectis speciei, vel facto in promissione deductis, qua de re sunt iura aperta, *l. Iucius ff. de actio. empt. l. promissis C. de transact. Gl. & DD. communiter in l. cum allegas C. de vsur. Anchar. cons. 148. in princ. Alex. consil. 127. viso instrumento num. 3. vol. 5. cons. 16. attentis verbis num 1. vol. 4. cons. 158. in causa, & lite. num. 1. vol. 2. & cons. 157. viso themate num. 6. vol. 6.* Sed quando pœna adijcitur solutioni quantitatis, scilicet in defectum solutionis quantitatis, debitæ, tunc nõ 46 valet pœna prædicta, quia præsumitur adiecta, in fraudem vsurarũ textus sunt expressi, *l. pecuniæ l. pœnam ff. de vsur. l. Iulianus §. idem Pomponius respondit ff. de actio. empt. l. cum allegas C. de vsur. Thesaur. decis. 79. num. 1.* & hæc iuris dispositio procedit, siue 47 creditor sit solitus fœnerari, siue non, *vt per Gl. d. l. cum allegas quam Bart. & ceteri sequuntur*. Quæ tamen non in eo sensu accipienda sunt, vt nihil prorsus debeatur credi tori de centum, qui stipulatus est sibi dari alia decem nomine pœnæ, quatenus intrà annum dicta centum soluta non fuerint; sed in eo sensu intelligenda, vt illa decem, vti promissa vigore dictæ stipulationis, seu pacti, nullatenus debeantur; quia ius præsumit dictam promissionẽ factam fuisse prætextu pœnæ in fraudem vsurarum; Nihil tamen impedit, quin si creditor probet, in defectũ 48 solutionis, tempore conuento, tanti sibi interfuisse, ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, solutionem fieri: quin, inquam possit dicta illa decem, petere, vel vsq; ad illã quantitatem, quæ probata fuerit interfuisse *ita Gl. d. l. cum allegas C. de vsuris quam sequitur Bart. & ceteri communiter DD.* sed tali casu, id quod petitur non venit sub nomine pœnæ, sed interesse.

Sufficiant igitur prædicta, in proposito secundæ conclusionis, firmatæ per Salonem; cum qua transeundum est iure aperto, de quo sit prænec opus est eius auctoris rationes allatas perpendere, cum egrediantur terminos cambiorum.

Tertiam *nu. 6.* facit conclusionem. Quod scili- 49 cet, potest cambitor, qui bona fide, tradidit pecuniam suam campsuario, certo, vel probabiliter credens, illum habere pecuniam, vel creditum in loco solutionis, conuenire cum illo de lucro, quod verè illi cessauerit, & damno, quod verè illi fuit subsequutum, ex non solutis litteris in termino, & loco solutionis designato.

Sed & hæc cõclusio verissima in se; vel non est 50 contingibilis, quia, si debitor est habiturus pecuniam, in loco destinatæ solutionis; vtique solutionem consumabit. Vel est superflua: certum est enim, quod, non sequuta solutione, in loco destinato, litteræ protestantur; cuius protestationis vigore, & ex actu ipso, resultat obligatio ad interesse absque vlla conuentione; & in omnem casum credulitas illa creditoris est omninò superflua, per ea, quæ supra diximus.

In probanda verò hac tertia conclusione multa habet Salon in proposito; vtera ea, quæ supra vidimus, quæ non sunt prætereunda. Dicit, & quidem rectè *nu. 7. &* per bullam Pij Quinti summi Pontificis prohiberi in

cam-

cambio quamcunque taxationem certi interesse; non autem damnum, vel lucrum cessans in genere; Et sicut huius dicti probatio satis apparet ex lectura ipsa bullæ per ipsum pondrata, ibi, *Nec deinceps quisquam audeat sine à principio, sine aliàs certum, & determinatum interesse etiam in casu non solutionis pacisci.* Ità extranea posse videri, quæ per eum ad idem probandum adducuntur, Nàm quæ de incertitudine lucri, & damni adducit, ex quo impediri taxationem putat, facile refellas ex eis, quæ posuimus supra quæstione proximè præcedenti. Veritas est Bullam Pij loqui de cambio simplici, in quo cum non detur lucrum, vt probauimus in disputatione prima, quæstione decima tertia, nil mirum si quælibet taxatio destrueret eius substantiam; quæ taxatio in cambio duplici, de quo hic agere profitetur Salon; nullo iure prohiberi; dummodo fiat ad commodum debitoris, excedere scilicet non debere tantum, vel tantam quantitatem, probauimus quæstione proximè præcedenti, & euincit responsum Vrbani Sanctissimi ad Genuenses quartum.

51 Dum verò *nu. 9.* tradit ryaldè differre inter se hæc duo, pactū scilicet de satisfaciendo lucro cessante, & damno emergente, quod re vera contingit litteris non solutis. Et recambia ipsa. Verissima est: quia primum prouenit ex ipsa natura actus, & extrinsece accedit; posterium ex nouo contractu in loco destinatæ solutionis celebrato. Sed non per hoc discrimen vlla ratione insurgit, vt Salon suspicatur; primo casu interesse deberi; secundū ex recābijs dānandū nec quatuor fūdamenta per eū adducta id probant.

Non primum. Nam interesse; quod debetur ob non factam solutionem in loco destinato; & resultat ex protestatione litterarum, & prouenit ex lucro cessante, vel damno emergenti, exigere debētis; & illud interesse, quod prouenit quatenus factū fuisset recābiū, seu cambij duplicatio in loco destinatæ solutionis ad locum, à quo primū cābiū processit valde, ac longè inter se differunt, vt plenè probaui in disputatione secūda quæstione decima tertia Quod ipsum cōtingeret, quatenus ex conuentione, etiam præcederet, inter eum, qui exigere debebat & eum, qui soluere tenebatur primum cambium, nouum incatur recambium, secundū ea, quæ posuimus supra hac eadem disputatione quæstione tertia cum sequentibus, nisi fortè diuersa aliqua ratio habēda esset respectu prouisionum, & expensarum. Et ex ignoratione praxis cambiorum labitur hic doctissimus auctor, dum dicit in hoc proposito; campsores quocumque damno, vel lucro cessante, litteras recambiare, vndè potis-
52 simum deducit iniustitiam recambij. Quandoquidem non est contingibile: campsorem damnum non pati, saltem ex cessatione lucri, ex eo, quod litteræ non soluantur, vt notorium est apud Mercatores, & plenè probaui supra disp. secunda, quæstione decima nona, & vigesima.

Minus vrget secundum fundamentum. Nam licet debitor ex necessitate consentiat recā-
53 bio, non indè infurgit aliqua iniustitia contractus, ex quo habuit originem omninò liberam, vt supra vidimus, & cum, si effectum respiciamus, idem sit interesse, siue litteræ protestentur, siue recambium celebretur, immeritò ex capite oneris adiecti debitori permisso primo, denegatur secundum.

Non tertium, quod idem venit in vtroq; casu ex iam dictis.

Non postremum, cum non sit verum in praxi.
54 Quod creditor (non sequuta solutione litterarum in feria) exigat primū debitum cum interesse prioris cambij. & remittat litteras absque vlteriori interesse, cum ex hoc nullū sentiat interesse. Nam in primo cābio nullū est dare interesse, cum summa, de qua in eo continetur illud rātumdem, de quo in disputatione prima, quæstione septima, & quæstione decima tertia. Et hinc est quod, quādo litteræ cambij non soluuntur, illas protestans remittit creditor quidem, & in eadem summa prorsus, de qua in litteris, sed soluenda vnà cum interesse recambij ob solutionem non factam. Et hoc est illud interesse, quod sentit creditor ob solutionē non factam, non autem interesse primi cambij, quod nullum est nisi fortè in mente, vel in spe, quod exindè æquè in lucem prodit, siue per protestationem litterarum quę reuertuntur cum protestatione ad locum, à quo primo processit cambiū, vt dicta quæstione decima tertia, disputationis secundæ, siue per duplicationem cambij, etiam per viam recambij, vt hac eadem disputatione, quæstione tertia.

Cum tam multa preterierint doctissimum hūc Theologiæ professorem, praxim cambiorū, & ius ipsum respicientia, in hac sua contro-

uersia

uersia decima quarta, quam de recambio instituit; non immeritò vlterius considerandum est super illationibus per eumdem deductis ibidem,

55 Dum enim *nu. 10.* nedum damnat conuentionem de continuando super cambijs, initam inter Mercatorem, & Diuites, & Magnates; quam, vt supra, quæstione proxima probaui, sed inclementer inuehitur cõtra Mercatores talia pacisc entes, tamquam irrationabili lucri cupidine excęcatos, audiendus haud dubiè est, quatenus de facto primum cambium fictum sit; & litteræ cunctos, & reduentes inanes sint, vt ipse ibidem ponit. Sed quatenus, & primum cambium verè, & legitimè contrahatur inter debitorem, & creditorem, modo expresso in disputatione prima, quæstione decima quarta, & alia deinceps cambia in locis destinatæ solutionis ex inde celebrentur, & duplicentur, etiam per viam recambij, vt hac eadem disputatione, quæstione secunda, tertia, & quarta; certum est: facultatem illam, de continuando super cambijs legitimam esse; quinimò, interueniente aliqua rationabili taxatione, interesse æquissimum omnino esse, vt probaui supra quæstione proxima.

56 Quatenus verò *nu. 11.* & illam damnat consuetudinem, qua obligatur debitor curare in loco destinatæ solutionis; vt eadem pecunia reducatur, proprijs expensis, ad locum, à quo primo processit; quod recursa

57 dicitur. Non attingit praxim; nam recursa tunc dicitur, quando cogitur debitor recurrere, pro accipienda solutione cambij, ad institorem, seu correspondentem creditoris, quod non repugnare substantię cambij probat Bulla ad Bononienses; vndè, nullo iure resistente, poterit deduci in pactum.

58 Verum quidem est; quod si conuentio de qua in illatione, fieret; esset reijcienda; non quia sit recursa, sed quia, per eam obligationem, non esset integrum debitori ex cãbio, soluere cambium in loco destinatæ solutionis; quod est contra substantiam contractus, eiusque extrinsecam perfectionem vt latè probaui disputatione secunda per totum; & euincitur ex tertio responso Vrbani Sanctissimi ad Genuenses; ad quod inducendum parum stringunt argumenta ibi posita,

Primum quidem, quia licet cambium perficiatur solutione, in loco destinatæ solutionis; id tamen non est impedimento, quo minus, ibidem, alius contractus eiusdem naturæ possit celebrari.

Secundum, quia licet, tali casu, debitor restituat eodem in loco pecuniam, vbi eam accepit, dummodo fiat ministerio duplicationis cambij, vt in hac eadem disputatione quæstione secunda, non erit mutuum, sed cambium.

Tertium, quia duplicitas pretij, quę in eo assumitur, est illa quidem necessaria ad duplex cambium; sed non in eo sensu, vt pro quolibet contractu, eiusque celebratione, detur quid nomine pretij, seu mercedis, vt videtur intelligere Vir doctus: sed ad effectum, vt contractus ipsi possint celebrari, qui sine pretio subsistere non possunt, vt disputatione prima, quæstione vndecima, & quæstione vigesima quarta.

Vndè non sequitur damnanda illatio, quod pro vno cambio, duplex in hac conuentione postuletur pretium; tum quia duplex omninò cambium interuenit, tum etiam, quia pro nullo cambio pretium postulatur, licet ad substantiam vniuscuiusque pretiũ exigatur.

Tandem dum *sub nu. 12.* inferendo detestatur

59 illos, qui pecunias conferunt ijs, quos sciũt ad ludos, & luxus, & alia delicta perpetranda postulare, & quod grauius meritò putat, Principibus, quos sciunt, aut probabiliter credunt iniustis bellis aduersus Christi fideles pecunijs illis abuti velle. Verissima canit pijssimus Theologus, & vtinam non surdis auribus. Sed quoniam nihil peculiare proponitur ad cambium, & recambium, & procedunt etiam in puro, ac simplici mutuo; Sed omnes, & omnia respiciat, quos, quæue prædictis quouis modo adstipulantur, diutius in eis non insisto.

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO XIII.

Quid sentiat P. Ioannes Azorius de cãbij duplicitate, seu recambio.

1 *P. Azorij sententia in materia recambiorum examinatur, & per totum.*

2 *Azor praxim cambiorum magis nouit, quam P. Michael Salon.*

Quid

3 *Quid ſenſerit Azor. de caſu quando tractatus, & remiſſa dirigitur eidem, qui eſt factor ſeu verius Inſtitor creditoris, & is nedum ſolucndo ſibi ipſi perficit primum cambium, ſed per celebrationem noui cãbij eius perfectionem mandat primo debitori dirigendo eidem remiſſam.*

4 *Qui defectus, inſint in materia cãbij in facti ſpecie per Azor. propoſita.*

5 *Debitorem in caſu propoſito ex duplicato cõtractu duplicatum lucrum ſoluere dicit Azor. & malè.*

6 *Cambium de per ſe conſideratum nullum lucrum continet.*

7 *Negotiationem, de qua nc. 3. differit Azor. approbari per reſponſum Gregorij XIII. ad Archiepiſcopum Neapolitanum dicit Azor.*

8 *Declaratur per Authorem.*

9 *Creditor ex cambio poteſt licet ſciat debitorem non habiturum in loco ſolutionis deſtinata pecuniam pro ſolutione curare vt dicta ſolutio fiat per alium, & dictum munus demandare ſuo Procuratori, nuncio, vel famulo, ità tamen vt non ex pecunia mandantis, ſed extrà, vel aliena ſoluat, ſecundum Azor. Declara verſ. Ita tamen, vt nu. 11. 12.*

10 *Et qui prædicta exequitur duplicem gerere perſonam firmat.*

11 *Factor, vel Inſtitor creditoris poteſt facere ſolutionem ſibimet non obſtante identitate perſonæ.*

13 *Data debitis cum requiſitis ſocietate diuerſa, res ad vnum, & eundem ſpectare poteſt.*

14 *Azor. in ignorantia praxis cambiorum, & Iuris labi docetur per Authorem.*

15 *Is, cui tracta dirigitur in expedienda ſolutione omnia gerit ex perſona propria, quæ neceſſariò obligatur actiuè, & paſsiuè reſpectu diuerſorum perfectione ſcilicet cambij, & celebratione recambij.*

16 *Et exequens prædicta non id facit tanquam repræſentans alienam perſonam, ſed ex propria, licet prædicta impleat commodo, vel incommodo eorumdem, quorum ordine prædicta gerit.*

17 *Azor. fingens in caſu ſuo afferens Seium Lugduni mille à Caio recepiſſe, arguitur.*

18 *Fictio deſtrueret ſubſtantiam negotiationis cambij.*

19 *Cambij perfectio per veram, & realem ſolutionem, & non per fictam debet fieri.*

20 *Qui ſoluit debitum cambij pro Caio, non fit debitor, & creditor eiuſdem.*

21 *Cambium ſecundum celebratur ab vno, & eodem, quãdo Inſtitor litteras remittit quibus dicta ſolutio per debitorem fit principali creditori ſecundum Azor., ſed malè ſecundum Authorem.*

22 *Azor. dum dicit cambium ſecundum, de quo loquitur concedi, ſiue permitti à Conſtitutione Gregorij xiij. ad Archiepiſcopum Panormitanum cautè eſt legendus, & intelligendus modo fictio quælibet abſit, & ea interueniant, quæ ſunt neceſſaria ad reiterationem cambij.*

23 *Solutionem fieri non poſſe ex pecunijs creditoris, cum cambium perficitur, & ſecundum celebratur, & 25. lim. ſi eſſent diuerſæ ſocietatis num. 24. & nu. 26. demonſtratur Azor. licet vera in ſe dicentem à praxi cambiorum, & iuris diſpoſitione recedere.*

27 *Soluens tractam primi cambij de propriis, vel alienis pecunijs non contrahit cambiũ cum debitore, nec contra illum actionem ex cambio aliquam acquirit, ſed perficit primum cambium extrinſecè, & acquirit actionem mandati aduerſus illum, cuius iuſſu ſoluit, & 30. 31.*

28 *Si ſoluens cambium pro Caio ſumeret pecuniam cambio ex facultate, ipſe, & Caius obligarentur ex ſecundo cambio eadem actione mandati.*

29 *Obligationes prædictæ tamen omnes diſſoluerentur ſi, & quatenus is debitor, cui dirigitur tracta ſecundi cambij, eam complẽdo perficiat ſecundum, & poſterius cambium.*

32 *Mutuum accipi non poteſt ab vno in eandem cauſam pro diſſoluendo debito verſus eundem.*

33 *Solutio prioris cambij poteſt quidem fieri de pecunia creditoris, ſed non reſpectu vnius negotiationis, ſed diuerſo & cum requiſitis ad ſuſtinendam inſtitoram celebrato ibi verè, & realiter ſecundo cambio in loco, in quem ſolutio fuit deſtinata.*

34 *Cambio ſi det Titius Caio centum Genuæ, vt ſoluat in alio loco, vbi non celebrantur nundinæ eo pacto, vt totidem cum tanto lucro ſibi ſoluat ad tres menſes cum quanto totidem ſoluuntur ad primas nundinas in loco confuto vſura eſt ſecundum Azor.*

35 *Cambium in propoſita ſpecie facti irregulare dicitur.*

36 *Si litteræ cambÿ ibi ſoluuntur, & perficitur cambium in propoſita facti ſpecie, vbi ſolutio fuit deſtinata, nulla datur ſoluenti pecuniarum repetitio.*

37 *Si verò non ſoluuntur ſed proteſtantur, reposcitur ſors, quæ ſoluenda erat vna cum intereſſe ob non factam ſolutionem, quod regulatur reſpectu ad nundinas, vbi cambia celebrantur, ſed hoc non pertinet ad hypotheſim Azorÿ de qua num. 34*

38 *Si centum damur in cauſam mutui actio pacto, vt creditori ſoluatur pro lucro ceſſante intereſſe cambiorum, non verſatur caſus in lucro cambÿ ſed in intereſſe cambÿ quæ differunt.*

39 *Mutuum ſit quando reſtitutio debet fieri in pecunia eiuſd. m generis.*

40 *Et hoc caſu deſtinatio ſolutionis in loco, vbi nundinæ non celebrantur eſt inanis ſecundum hypotheſim Azorÿ.*

41 *Quando cambium ſit pro loco, vbi non ſiunt nundinæ, & locus ille non tam longè abeſt quam locus, vbi primæ nundinæ ſiunt, non poteſt tantum lucri exigi, quantum ex cãbio pro primis nundinis, reſiſtente Bulla Pÿ V. ſecundum Azor. qui impugnatur, quatenus lucrum ſupponit in cambio ſimplici, quatenus diſtantiam loci conſiderat in cambio regulari.*

42 *Conſtitutio Pÿ V. loquens de longinquitate, & vicinitate non eſt intelligenda de cambÿs regularibus, ſed de irregularibus, & ratio aſſignatur nu. 43.*

44 *Cambia reſpectu temporis diuerſimodè celebrari poſſe.*

45 *Non tamen pro ſecundis nundinis, ſed pro inſtantibus tantum.*

45 *Plus lucri cõſequi creditorem ex cambio, quo magis diſtant nundinæ vſuram eſſe ſecũdum Azor.*

47 *Intelligas ſecundum diſtinctionem, & declarationem Auctoris.*

48 *Cambium cum recurſu dicit Azor. illud eſſe, in quo pacto conuenitur, vt debitor teneatur recurſum habere ad factorem creditoris pro negociatione exequenda Intelligas vt nu. 49. & 51.*

52 *Si Bancherius habens in nundinis penes ſe pecunias multorum, qui eas apud ipſum expoſuerunt in negotiatione id eſt vt ipſe vti Procurator eorum negotiaretur, & permutaret pecunias, petenti ab illo mille eo pacto vt ad annum integrum ea in cambÿs retinerat, hoc eſt vt accipiat illa in ſum cambÿ, & deinde ad primas nundinas ſoluat, & ad ſoluendum denuò pecunias accipiat, quas poſtea ſoluat, ac ità idem idem accipiendo, & ſoluendo integrum annum elabi patiatur, an committat vſuram ſecundum Azorium.*

53 *Depoſitum ex hypotheſi, de qua ſupra apud Bancherium factum dignoſcitur*

54 *In hypotheſi de qua ſupra confundi miniſteria per Azorium dicit Auctor.*

55 *Aliud eſt quid gerere tamquam Procurator alicuius, vel de mandato alicuius, primum enim ſignifi at alieno nomine, & ex fide aliena contrahere, ſecundum verò proprio nomine, & ex fide propria, licet in vtroq; caſu ad commodum, vel incommodum mãdantis.*

56 *In hypotheſi Azorÿ deſiderari dicit Auctor an pactum ſit reciprocum arctans vtrumque contrahentem, quia in his terminis verum eſt vſurarium fore, & contra ſubſtãtiam perfectionis cambÿ, quod ſi mora ſolum obſtringeſi debitor ſenihil proponitur, quod conuentionem iuſticiat.*

57 *Item deſiderari in hypotheſi Azorÿ dicit Auctor, quo, & cui fiat ſolutio, & in quam cauſam, & à quo, & quomodo denuò accipiat, declarando vt per illum.*

58 *Refertur in hypotheſi prædicta exemplificatio Azorÿ ab illo allata, & docetur illum recedere exemplificando à ſpecie facti propoſita, & nouam proponere, nque etiã plura habet digna explanatione, quod exequitur auctor in propoſito ſolutionis cum pecunia propria, vel aliena, & repræſentationis perſonarum, & num. 59. & de ſolutione ſibi ipſi 60.*

61 *Conuentionem valere dicit Azor. qua Caius qui Romæ accepit à Titio cãbio ſoluturus Toleti tres menſes pacto quod in defectum ſolutionis debeat ſoluiſſe Romæ vna cum lucro quod percepturus fuiſſet Titius ſi pecunia ſoluta fuiſſet Toleti, & indè vi cambÿ tranſmiſſa Romam lucro officio iudicis æſtimando.*

62 *Conuentio prædicta inuoluit quidem duplicationem cambÿ, & ſeu potius intereſſe, quia qui tenetur ſoluere Romæ, tenetur ad intereſſe ob ſolutionem non factam loco, & tempore debito.*

63 *Bulla Pÿ V. prout & illa Pÿ IV. non obſtat conuentioni prædictæ, quia hic nõ agitur de intereſſe taxato, nec taxatione exceſſiua, cum ſit remiſſum arbitrio iudicis.*

64 Ratio dubitandi adducta per Azor. quod Caius non ſit in culpa ſi Seius Toleti non ſolvit eludit illam, quaſi non ſoluto Seij ſit potius conſideranda in vim conditionis, quam in vim culpæ ipſius Caij, impugnatur per Auctorem.

65 Caius accipiendo pecunias cambio à Titio in ſe ſuſcipiens Seium ſoluturum Toleti, negotium proprium gerit, & culpa Seij dicitur culpa propria Caij.

66 Obligatio facti aliens regulariter nulla.

67 Fallit quando promiſſio interponitur ſuper contractu, de cuius natura eſt, vt teneatur de facto tertij.

68 Fallit item quando factum tertij tendit ad obſeruationem eius, quod quis promiſit.

69 Lucrum in cambio ſimplici, & duplex lucrū in duplici in hypotheſi Azorij conſiderari & malè demonſtrat Auctor.

70 Intereſſe in propoſita hypotheſi ſi Toleti non fiat ſolutio, non conſideratur attento cambio, quod feciſſet Procurator Titij, ſi exegiſſet pecunias Toleti, cuius ſolutio dirigeretur Romam, ſed modo explicato per Auctorem.

71 In cambijs irregularibus non eſt verè lucrum ſed debet ſemper interuenire cambiū regulare, & exemplificatur num. 72.

72 Azor. damnat conuentionem factam cum Rege, aut Principe, qui pecunias accipit, à nummulario ſciente in nundinis Regem non habiturum vnde ſoluat eo pacto, vt in defectum ſolutionis ſoluat Rex omnia lucra, quæ nummularius eſſet ex repetitis cambijs percepturus uſque ad integram debiti ſatisfactionem, ſed notatur Azor. de contrarietate, & confutatur.

74 Ad cambium ſufficit permutatio pecuniæ præſentis pro abſente, quam promiſſor ſaltim habere queat aliquo ratione.

75 Titius ſi det Principi pecunias in Hyſpania, vt eas ſoluat in Belgio, & nulla ibi fiat ſolutio, & litteræ remittantur ex Belgio in Hyſpaniam alio facto cambio an conſequatur pecuniam cum lucro ex primo, & ſecundo cambio.

76 Modus, quo vſus eſt Rex Hyſpaniarum pro habēdis pecunijs in Belgio explicatur, per aſſientiſtas, qui ſuſcipiunt in ſe onus prouidēdi certis, & determinatis temporibus, vt ibi, & nu. 77.

78 Octauius Centurionus Chriſtophori filius Genuenſis vnico aſſiento vndecies cēties centena aureorum millia complexus fuit cum Rege pro Belgio, & alijs Regnis eiuſdem Regis.

79 Aſſentatores prædicti à Rege recipiunt promiſſiones, & aſſignationes, quæ non ſunt cambij, nec ex cambio, ſed recompenſatiuē oneris ſuſcepti.

80 Admonentur Regij Miniſtri, & rei nummulariæ Conſiliarij, ne conſilijs ſuis Regiam maieſtatem facilè inducant ad denegādas aſſignationes mercatoribus occaſione dictorum aſſientorum factas, & per eos percipiendas, & de rationibus.

81 Marchio Spinula in obſidione Bredaria ex ipſo Amſterdamo rem pecuniariam habuit.

82 Idem Italici in re militari decoris reſtitutor appellatur.

83 Aſſientiſta ſi onus aſſumptum exequitur via cambij, & recambij realiter, & verè celebratorum ſeruatis ſubſtantialibus tam ad contrahendum, quam ad perficiendum cambium, & duplicationem eiuſdem, iure petit cambia, & recambia.

84 Eidem Aſſientiſtæ prouidetur etiam variè ſecundum factorum figuram.

85 Hypotheſis Azorij loquentis de mille viginti aureis, qui erant ſoluendi vigore primi cambij in Belgio qui ſoluuntur via recambij in Hyſpanijs cum lucro, non ſibi conſtat quia cambia, quæ celebrantur Hyſpanijs, quorum ſolutio deſtinatur in Belgio non celebrātur in ſcutis auri, ſed in libris groſſorum pro totidem Marauedinis habitis.

86 Iniuſtitia cābij irregularis, quale eſſet iſtud è Madritto Antuerpiam, vel Bruxellas pendet in compenſanda maiore, vel minore indigentia pecuniæ inter loca, inter quæ cambium illud celebratur, quod practicatur habita ratione cambiorum regularium quæ celebrantur, tunc temporis in vtraq; Platea.

87 Centum pondo piperis in Inſulis vbi gignitur iuſtè commutabitur cum monagineo eiuſdem exiſtentis in Ciuitate Nurimbergenſi, & idem ſequitur in pecunia.

88 Recambia mercatores tueri ratione lucri ceſſantis dicit Azor. docens proindè, quod ſi moderatè fiant iure naturali non damnenantur, ſed probabili fundamento non niti Auctor demonſtrat, quia lucrum ceſſans alieniſſimum eſt à lucro cambij, & ſi conſideratur ratio lucri ceſſantis, vt cauſa, ſuper qua fundatur conuentio, tunc

tunc eſt vera, & legitima, & numer. 48.

96 Et iure etiam ciuili deberi probatur, ſi requiſita concurrant.

97 Negotiatio, de qua ſupra ſecundum Azor. ſi modus excedatur ſpeciē uſuræ præſe ferat, ſed quomodo procedat declarat Auctor.



1 PLVRIBVS in locis doctiſſimus hic Theologus de hac conuentione agit, ſed præcipuè in propoſito duplicationis eiuſdem. *Inſt. moral. part. 3. lib. 10. cap. 9. & 11.* per plures quæſtiones, & vt apparebit ex eiuſdē
2 diſcuſſione, praxim cambiorum magis nouit, quam nouerit Salon, & ideo veritati proprius acceſſit.

3 *d. c. 9. quæſt. 2.* Ponit caſum in ipſis terminis recambij, quando ſcilicet tracta, & remiſſa dirigitur eidem, qui eſt factor, ſi verius inſtitor creditoris, & is nedum ſoluendo ſibi ipſi perficit primum cambium, ſed, per celebrationem noui cambij, eius perfectionem demandat primo debitori, dirigendo ei remiſſam. Sed in eo deficit, quod cum dicat, Seiū (illū ſcilicet, cui dirigitur tracta, & remiſſa) ſoluere pro cambio (creditori ſcilicet) non aperit quomodo ſoluat, an ſcilicet de pro-
4 prijs ipſius ſoluentis pecunijs, vel de aljs aliundè, illius, vel ſuo nomine quæſitis. Rurſus dum ſubdit: eumdem Seium dare litteras ad Titium (creditorem ſcilicet ex primo cambio) vt exigat à Caio debitore primi cābij, non aperit an mandatum prædictū proueniat ex nouo cambio Lugduni celebrato, an verò per ſimplex mandatum, quæ in tantum differunt, vt primo caſu exigatur duplicatio contractus, in ſecundo nequaquam.
5 Demum concludit, hoc caſu, Caium ex duplicato contractu duplicatum lucrum ſoluere, quod verum non eſt, cum quodlibet cā-
6 bium de per ſe conſideratum, nullum lucrū præcisè habeat, ſed tota ratio lucri reſultet ex dicta duplicatione, vt ſæpiùs vidimus, & præcipuè diſputatione prima, quæſtione 13. & hac eadem diſputatione, quæſtione ſecunda, tertia, & quarta. Et licet ex omiſſione prædictorum, præſertim factum ipſum, & praxim reſpicientium, impoſſibilis mihi ſit propoſitæ quæſtionis reſolutio. Multa tamen dicit hic Auctor, notatu digniſſima in eodem argumento.

7 Primò *in verſ. hoc cambium*; tradit approbari hanc negociationem per reſponſum Gregorij XIII. ad Archiepiſcopum Panormitanū. Sed ſi veritatem amamus, reſponſum illud approbat quidem ſolutionem prioris cambij, factam mandato creditoris; item approbat duplicationem cambij, quinimmò multiplicationem eiuſdem vſque ad debitum integrè ſolutum per primum debitorem, vt ſunt verba expreſſa bullæ ad Bononienſes, declaratæ per dictum reſponſum ad Panormitanum Archiepiſcopum, vt vidimus in Prologomenis ad hanc eamdem diſputationem. Sed, nec in prædictis diſtinguitur, quomodo proponitur ſequutam ſolutionē prioris cambij, nec conſentionem ſecūdi, in quo conſiſtit pondus difficultatis, vt vidimus hac eadem diſputatione quæſtione ſecunda, & tertia.

9 Secundo *in verſ. in hæc*. Docet, magis ad rē; poſſe creditorem ex cambio (licet is, ſciat, debitorem ex eodem non habiturum in loco deſtinatæ ſolutionis, qui debitum ſoluat, ideſt cambium perficiat) curare ipſum, vt dicta ſolutio fiat per alium, dictumque munus demandare ſuo Procuratori, vel miniſtro, vel famulo in dicto loco commoranti, ita tamen, vt ille non ex pecunia ipſius mādantis, ſed extrà, vel aliena ſoluat, cum tali
10 caſu is, qui prædicta exequitur, duplicem perſonam gerat.

Hæc propoſitio contraria doctrinæ Salon, qui vt vidimus, quæſtione proximè præcedenti, numquam admittebat cambium celebratum cum eo, quem ſciebat creditor non habiturū pecuniam in loco deſtinatæ ſolutionis, veriſſima in ſe eſt, & ſæpius eam probauimus
11 ibidem contra Salonem; ſed illa modificatio dummodo pecunia, qua ſoluitur cambium, non ſit propria ipſius creditoris; quæ incuitabilem recipit confirmationem ex reſpōſo tertio Vrbani Sanctiſſimi ad Archiepiſcopū Genuenſem recipit declarationem.

Nam ſi ille, qui exequitur dictam ſolutionem; eſſet factor, ſeu inſtitor ipſius creditoris,
12 certum eſt, tali caſu, pecunias omnes, item actiones ad dictam inſtitoriam pertinentes, eſſe proprias ipſiuſmet creditoris, & tamen nihil impedit ex eis fieri ſolutionem, vt probauimus ſupra hac eadē diſputatione quæſtione ſeptima; vbi probaui ex vi inſtitoriæ, non obſtante identitate perſonæ, ratione tamen duplicis negociationis, vbi requiſita concurrunt poſſe intercedere actiones rela-

iuè oppositas, cum pro duplici persona habeantur. Dum igitur hic doctissimus vir negat posse fieri solutionem de proprijs pecuniis creditoris, intelligendus est, de proprijs etiam, respectu eiusdem societatis, seu rationis: non autem de proprijs absolutè, & indistinctè; cum posita (cum debitis requisitis)
13 societate diuersa res ad vnum, & eumdem spectans, possit esse in commutatione, vt ibi vidimus, cum per omnia, ratione commodioris vsus, referat duplicem personam. Dū verò, in explicatione assumpti, tradit Seium prout is repræsentat personam Titij creditoris; esse creditorem Caij, qui est debitor Titij, & dum sibi soluit nomine Caij repræsentat personam Caij, ignorantia Iuris, & praxis cambiorum labitur.

15 Quandoquidem Seius, cui tracta cum remissa dirigitur, in expedienda solutione, omnia gerit ex propria persona, quæ necessario obligatur actiuè, & passiuè, respectu diuersorum, perfectionis scilicet cambij prioris, & celebrationē recambij, vt probaui supra, hac eadem disputatione, quæstione septima & per consequens, dum munera prædicta
16 soluendi, & exigendi adimplet, id non facit, tamquam repræsentans alienam personam, sed ex propria, licet prædicta adimpleat cōmodo, vel incommodo eorum, de cuius ordine prædicta gerit, vt explicaui hac eadem disputatione, quæstione octaua, vbi etiam demonstraui non indistinctè hæc fieri de iure posse, sed concurrētibus debitis circumstantijs, quæ vt plurimum deficiunt.

Et hinc non est audiendus hic auctor, dum in
17 proposito dicit: in hac negotiatione fingi Seium Lugduni mille à Caio recepisse; nam si supponantur id fingi destruitur tota sub-
18 stantia negotiationis, quę bona ex parte cōsistit in perfectione prioris cambij, quę perfectio fieri debet per veram, & realem so-
19 lutionem, & nullo modo fictam, vt probaui disputatione secunda, per totum, & hac eadem disputatione, quæstione secunda; Quomodo autem verè, & realiter fiat, quando vni, eidemque dirigitur tracta cum remissa, probaui hac eadem disputatione, quæstione octaua.

Nec est verum in iure, nec intelligunt Merca-
20 tores in praxi, quod cum Seius soluit pro Caio debitum cambij sit debitor, & creditor eiusdem Caij, vt patet Azorius ibidem, sed creditor quidem est Caij pro quo soluit, debitor verò Titij, pro quo exegit, receptissima actione mandati contraria, vt sæpius diximus, quod creditum, & debitum respectiuè extinguit per celebrationem noui contractus cambij, cuius cambij tracta dirigitur Caio, remissa verò Titio. Sed pondus difficultatis est quomodo à Seio solo hoc cambium possit celebrari, vt explicaui hac eadē disputatione, quæstione octaua. Azorius autem, in hoc loco breuiter se expedit dicendo Seium alias litteras Genuā remittere, quibus dicta solutio per Caium fiat Titio, sed nec vim, nec pondus dictarum litterarum examinat, in quo tota difficultas versatur respectu celebrationis recambij. Propterea dum concludit hoc cambium comprehendi à dicto responso Gregorij XIII. ad Archiepiscopum Panormitanum cautè legendus est, & cum sale intelligendus, vt scilicet verū sit, dummodo nulla fictio interueniat in solutione, & perfectione prioris cambij, & ea interueniant, quæ sunt necessaria ad reiterationem eiusdem contractus, de quibus responsum illud nullum verbum, sed supponit continuationem illam ritè, & realiter procedere.

Tertio *in vers. Verum dubie in*. Impugnat
23 casum: quando, in eadem facti specie, solutio fieret ex propria pecunia. Quia, vt ipse ait, esset mutuum. Sed si esset diuersæ societatis, licet eiusdem personæ, demonstrati supra non obstare, si verò esset
24 eiusdem & societatis, & personæ procedit absque dubio impugnatio; non quidem ex eo, quod esset mutuum, sed quia obligatio illa non dissolueretur per solutionem factā de pecunia creditoris: nam si de pecunia numerata sit sermo, necesse est ad effectū, vt possit extinguere, debitum, quod reducatur in actu secundo expendibilitatis; per ea, quæ habuimus supra hac eadem disputatione, quæstione quinta, ad quem actum non reducitur, dum est in dominio creditoris, vt ibidem vidimus, si verò fieri intenditur per nouationem obligationis, vel per delegationem, aut etiam compensationem, vt in hac eadem disputatione, quæstione tertia, & quarta, tunc penitùs impossibile est, respectu eiusdem personæ, vt ibi vidimus. Ergo in his terminis assumptū Azorij est indubitabile, & ideò non insisto in secundo suo argumento; quod facilè, cùdi posset, arguendo tale pactum inesse in primo cambio, prout verè non est.

Quarto *in vers. At. obijcietquispiam &c.* Sibi obijcit

obijcit contra id, quod dixerat, ſolui non poſſe cambium ex propria debitoris pecunia. Quod ſicut poteſt ex propria, & alie-
25 na, ità etiam creditoris. Et reſpondet eam adducendo rationem diſparitatis. Quia dū ſua, vel aliena ſoluit Scius non mutuat, ea ſcilicet, quam Caius Genuæ eſt ſoluturus, & proindè eſt cambium dictinctum ab eo,
26 quod priùs factum fuerat Genuæ.

Sed pace dixerim doctiſſimi Thologi; In hoc diſcrimine longè recedit, & à praxi cambiorum, & à iuris diſpoſitione. Dùm enim Scius ſoluit tractum primi cambij de pro-
27 prijs, vel alienis pecunijs, nec de facto cōtrahit cambium cum Caio, nec de iure aliquam ex cambio acquirit actionem aduerſus Caium; ſed ſolumperficit primum cambium extrinſecè, & acquirit actionem mandati aduerſus Caium, cius iuſſu ſoluit, vt vidimus tota diſputatione ſecunda, & hac etiam diſputatione, quæſtione ſecunda.

28 Verum quidem eſt; quod, ad effectum cōſequendi pecunias, pro perfectione prædicta, quod eſſet contingibile, quod eas cambio ipſe caperet, ſed tali caſu ipſe & Caius obligarentur ex ſecundo cambio; licet pro dicta obligatione iuſſu, & ad commodum Caij contracta haberet eundum obligarum eadem actione mandati, quæ tandem om-
29 nes obligationes diſſoluuntur. ſi, & quatenus is Caius, cui dirigitur tracta ſecundi cambii, eam complendo, perficiat ſecundum, & poſterius cambium; vt probaui hac eadem diſputatione quæſtione tertia, & quarta. Ex quibus liquido conſtat nihil minùs contingere in facto, & reſultare de iure, quam id quod adducitur in diſcrimine prædicto.

Quinto *in verſ. Dices eſſe &c.* ſibi obijcit contrà eandem negatiuam, ab ipſo firmatam: non poſſe, ſcilicet, fieri ſolutionem ex propriis pecuniis, creditoris cābij ex eo, quod Caius dici poſſit creditor tali caſu, nō ex primo mutuo, facto ſibi Genuę ſed ex ſecūdo facto in ferijs quod factum poſſet ſuſtineri pro diſſolutione, & ſatisfactione prioris. Cui obiectioni reſpondet non procedere. Quia in ſecundo cābio Lugduni facto, vbi pro Caio ſoluuntur nummi ex pecuniis Titii, videntur accipi mutuo, vt pecuniæ primi cambii ſoluantur.

Sed nec obiectio, nec reſponſio intrat. Non obiectio, nam ſi contingere poſſet, vt cam-
30 bium ſolueretur ex pecunijs Titii, obligatio Caij non eſſet mutui, ſed mandati, cum non pro contrahendo cambio; ſed pro eo diſſoluendo præitaretur, in executionem mandati eiuidem Caij, de quo in litteris primi cambii, ab eodem Caio ſubſcriptis, vt vidimus diſputatione ſecunda, quæſt.

Minuſque procedit obiectionis ſolutio. Quia
31 vt proximè vidimus, per ſolutionem, præciſè, prioris cambij non contrahitur ſecundum; & licet ideò accipiantur cambio pecuniæ, vt deferuiant pro perfectione prioris cābij; talis actus, & obligatio indè reſultans, ſunt omninò, ac toto cælo diuerſi ab actu ipſo ſolutionis, & perfectionis prioris cambij; Vt plenè expoſuimus in ſecunda quæſtione hac eadem diſputatione, & hinc etiam fit: non intrare ſolutionem, quam facit idem auctor ibi *verſ. Quod ſi dicas an;*
32 Ad obiectionem; quod ſicut mutuo accipi poteſt à tertio, vt diſſoluatur debitum erga Titium, eadem ratione accipi poſſe ab eodem Titio. Nam ab eodem Titio accipi non poteſt; quia fruſtratorium, & inane eſſet; cum, in eandem cauſam accipi, ab eodem non poſſint, pro diſſoluendo debito verſus eumdem, licet poſſit ab eodem accipi, ex cauſa diuerſa: vt plenè probaui hac eadem diſputatione, quæſtione quarta. Nō autem ex eo, vt opinatur Azorius, ibi, quia, qui ab alio accipit, accipiat cambio, non autem mutuo, nam ſi mutuo proponeretur, accipere, adduc videret obiectio.

Demū *in verſ. Caterum quia &c.* reſolutionē ꝓpoſitæ queſtionis ponit, & ex eo docet, ne gotiationē hanc ſuſtinerī poſſe. Quia, ſecū dū aliquorū opinionē, ſolutio pecuniæ non fit in loco, vbi primo recepta eſt virtute primi cambii, quod re vera finitur in loco, ad quem litteræ mittuntur, ſed virtute ſecundi celebrati in loco, ad quem litteræ miſſæ ſunt. Propterea concludit: nec eſſe condemnandam hanc negotiationem; licet ipſe ante factum conſuleret, non eſſe huiuſmodi cambium exercendum.

Quæ tamen reſolutio cum grano ſalis eſt intelligenda. Primò quidem, vt, licet ſolutio prioris cambii fiat de pecunia creditoris, ſit tamen eiuſdem ſub duplici negotiatione, & cum requiſitis ac ſuſtinendam in iure duplicem perſonam vi inſtitoriæ, vt vi-
33 dimus hac eadem diſputatione, quæſtione ſeptima. Secundo, vt verè, & realiter dictum ſecundum cambium in loco, in quem deſtinata, fuit ſolutio prioris verè celebre-

tur

tur, vt hac eadem disputatione quæstione secunda, & tertia, ex quo secundo cambio is, cui negotiatio dirigitur, obligatur, vt visum fuit hac eadem disputatione, quæstione septima. Nam aliàs, cessantibus substantialibus, quæ ad celebrationem duplicis cãbii necessariò requiruntur; & quam duplicitatem, ex aliorum etiam sententia apponit in hac resolutione doctissimus hic Theologus; cessabit etiam cambium, & cõsequenter cum repoſcatur ibi pecunia, vbi exhurſata fuerit, & quidem cum lucro, erit vſura indubitata, & ſic tali caſu non intrabit conſilium piiſſimi viri, ſed præceptum Domini, ne faneraberis.

Vlterius idem auctor *eodem c. 9. l. 10. in verſ. Tertio quæritur.* Proponit aliam negotiationem de cambio duplici, quem frequentem dicit, & quærit de eiuſdem validitate,
34 videlicet. Titius dat Caio centum Genuę vt ſoluat in alio loco, vbi nullæ celebrãtur nundinæ eo pacto, vt totidem cum tãto lucro tibi (lego ſibi) ſoluat ad tres menſes, cũ quanto lucro totidem ſoluuntur ad primas nundinas in loco conſueto. Et dicit hanc conuentionem continere vſuram manifeſtam, vel ſaltem eam maximè redolere.

Sed ego in hac facti ſpecie, plura conſideranda cenſeo. Primo in quam cauſam illa centum d tri proponantur; ſi in cauſam cambij, quod vtique fieri poteſt, licet in loco deſtinatæ ſolutionis nõ celebrentur nundi-
35 næ, & nos diximus eſſe cambium irregulare, vt diſputatione prima, quæſtione quinta & tunc vel litteræ dicti cambii ibi ſoluuntur, & perficitur cambium; & non eſt lo-
36 cus, nec etiam repetioni ſortis; vel non ſoluuntur, ſed propreſtantur, & tunc repoſcitur ſors, quæ ſoluenda erat vnà cum intereſſe, ob non factam ſolutionem; quod certè regulari debet, habi-
37 to reſpectu ad nundinas; vbi cambia celebrantur, ſed non intrat conuentio, de qua in hypotheſi, vel dicta centum dantur in
38 cauſam mutui, acto pacto, vt creditori ſoluatur pro lucro ceſſante intereſſe cambiorum & tunc non verſamur in lucro cambii, ſed intereſſe cambii, de quo egimus hac eadẽ diſputatione, quæſtione decima, & ſecundũ ea, quæ ibi diximus talis conuentio eſſet intelligenda.

Secundo cõſidero quod, ſi in hypotheſi intel-
39 liguntur illa centum data in cauſam mutui (prout ſignificari videtur dum de pecunia eiuſdem generis, & quantitatis ſit mentio) certè illa deſtinatio ſolutionis ad alium locum, in quo nundinæ non celebrantur, videtur prorſus inanis, cum ad nihil prorſùs operentur, cum quantitas intereſſe ſecundum ea, quæ proponuntur, debeat deſumi ex cambiis nundinariis.

Tertio conſidero nõ aperiri in hypotheſi; an, ad commenſurandum dictum intereſſe, cõueniant partes, attendi debere duplicationem cambij, quod eſſe neceſſarium probauit ſæpiùs, cum verba illa (ad primas nundinas) innuere videantur, intelligi de vnico cãbio, & in eo lucrum conſiderari, quod erroneum eſſe probaui diſputatione prima, quæſtione decima tertia.

His prænotatis; dum Azorius impugnat hanc conuentionẽ *in verſ. Hoc etiam*, dicit. Quod
41 aut locus, in quo eſt pecunia ſoluenda, non tam longè abeſt, quam locus vbi primæ nũdinæ fiunt; & tunc non poteſt tantum lucri exigi quantum ex cambio, pro primis nundinis, reſiſtente bulla Pij Quinti, vbi dicitur habendam rationem longinquitatis, vel vicinitatis locorum,

Sed hoc primum membrum dilemmatis, non leues patitur difficultates. Primo, cum expreſsè loquatur de cambio ſimplici, in eo ponit lucrum, quod nuſquam eſſe modo dicebam. Secundo cum eamdem conſideratio nem habendam putet diſtantiæ locorum, & temporis tam in cambio regulari, quam in irregulari contrarium eius, quod verius oſtẽdimus diſput. prima, queſt. trigeſima prima.

Tertio, dum ſupponitur, hoc eſſe frequentiſſimum inter mercatores cum ego putem, vix vnquam factum fuiſſe; Nam ad quem ef-
42 fectum ſiue debitor, ſiue creditor contrahat cambium irregulare, ſi intenditur ad ſolum intereſſe cambij regularis; cum integrum ſit eis ab initio cambium regulare contrahere Modo in dicta doctrina Azorij ibi poſita conſidero Bullam Pij Quinti, vt alibi dixi, loquentem de longiquitate, & vicinitate nõ eſſe intelligendam de cambijs regularibus, in quibus ſunt certa, & determinata tempora, quibus celebrari debeant, ſiue cambia, procedant à remotiſſimis partibus; ſed de cambiis irregularibus, in quibus cum tempora ſolutionum pendeant à partium volũ-
43 tate, & conſenſu in his æquiſſimum eſt, tempora commenſurari diſtantiæ locali; ne ſi tempus longè vltrà diſtantiam protrahatur, ineſſe poſſit ſuſpicio dictam maiorem dila-

tionem

tionem pretio redimi, & ſic vſuram committi; vt fuſiùs in dicta queſtione; quæ in cãbijs regularibus, in quibus ſolutionum termini à lege ſunt præfixi, in totum ceſſat. Ex quibus patet: non intrare, in propoſito, deciſionem Pontificiam, circa cõmẽturationem temporis ad locorum diſtantiam: cum agatur quouis modo de intereſſe, reſultante ex cambio regulari.

Dum verò *in verſ. Deinde etiamſi, &c.* proſequitur aliud membrum dilemmatis, quatenus ſcilicet ſimus in terminis æqualis diſtãtiæ localis, eam impugnat, vel defendit ex maiori, vel minori, aut æquali, reſpectiuè æſtimatione pecuniarum in illis locis, ſed ſicuti doctrina illa æquiſſima eſt, & iuri omninò conſona, & tendit ad confirmationem eorum, quę de illo tantumdem, quod venire ex vtraque parte in cambio probauimus diſputatione prima, quæſtione decimatertia, & vigeſima quarta; ita vix videtur applicabilis praxi cambiorum per ea, quæ paulò ante dicebam, & hic non repeto

Eademque de cauſa non examino aliam queſtionem propoſitam per eundem ibidem *verſ. Quarto queritur, &c.* cum in maiori, vel minori dilatione, data ad ſoluendũ verſetur. Illud tamen in propoſito dictæ queſtionis admonitum volo beneuolum lectorẽ vt ab ea, eiuſque deciſione bene caueat, tam quoad praxim attinet, quam quoad ius. Quo ad praxim quidem, dum indiſtinctè loquitur de tempore, quo magis vel minus diſtãt nundinę, & ad ſecundas nundinas. Nam li-
44 cet verum ſit, cambia, reſpectu temporis, diuerſimodè celebrari, ita vt quandoque multum, quandoque parum ferię diſtent, vt quotidiana praxis obſeruat; numquã tamen auditum, & ferè impracticabile eſſet; cambia
45 celebrari pro ſecundis nundinis, pro quibus, cum pretia, nec à Mercatoribus, nec conſuetudine, ponantur, impoſſibile eſt, pro eis cãbia pro ſecundis nundinis celebrari, ſed sẽper pro inſtantibus. & quatenus de facto fieret, eſſet merum figmẽtum. Quoad ius verò
46 dum dicit; quod, ſi plus lucri conſequatur creditor ex cambio, quo magis diſtant nundinæ, vſura eſſet, nam licet admittam excuſationem, de qua ibi *in verſ. Sed verè, &c.* de maiori, & minori abundantia, leuiſſimam eſſe, vt eam alibi in diſputatione prima, quę ſtione decima tertia explicui.

47 Tamen, ſi illud plus lucri intelligit, vt careat maiori pretio contrahãtur cambia, quatenus nundinæ ſunt viciniores; minori verò quatenus ſunt remotiores, quod recipit maius, vel minus incommodum debitoris ex cambio contra ius loquitur, vt plenè probaui dicta quæſtione decima tertia.

Tertio ponit aliam quæſtionem Azorius omninò conformem ei, quam ſupra examinaui primo loco, quæ ibi eſt ſecunda. Illo ſolum addito pacto, vt debitor teneatur, recurſum
48 habere ad factorem creditoris, pro negotiatione exequenda; quod dicit, & verè eſſe, & dici cambium cum recurſu, non autem in eo ſenſu, in quo loquebatur Salon, quem emẽdauimus ſupra in quæſtione præcedenti. Sed, cum hanc cambij duplicationem ex eo approbet, quod non differat, prout verè nõ differt, ab illo ipſi ſecundo, & mihi ponderato primo loco; Duplex tamen conſideratio eſt in propoſito adhibẽda: Altera, ex identitate rationum, verum quidem id eſſe, ſed
49 intellectum cum moderationibus, & requiſitis, quæ ibi ponderaui, nec hic repeto. Altera verò ad id, quod ipſe ſubdit in propoſito *in verſ. Deindè videtur, &c.* in fine per
» illa uerba, ibi, *At verò ne iniquum ſit cam-*
» *bium, hoc eſt ne plus iuſto pretio accipatur,*
» *neceſſe eſt, vt pretiũ minuetur plus, minuſue*
» *pro maiori illius obligationis æſtimatione.*

Hanc enim, ueluti limitationem, poſuit, ad ſuam concluſionem Azorius timore argumenti, quod contra hanc pactionem ſibi fecerat *in verſ. queritur, &c.* vbi ponderabat, hanc facultatem recurrendi ad Procuratoẽ creditoris uel ad alium, eſſe pretio æſtimabilem, & propterea iniquum eſſe, creditoẽ quidpiam vltra iuſtum pretium cambij recipere. Et propterea ad compenſandum dictum pretium obligationis, dictam limitationem protulit doctiſſimus Vir.

Sed, ſi res ipſa interius inſpiciatur, apparebit: hanc limitationem, non eſſe neceſſariam, ſed quatenus reliqua ad recurſum neceſſaria interueniant, poſſe omninò negligi hanc poſitionem. Animaduertendũ eſt enim, cũ quis
50 obligatur ex cambio, cum recurſa: eum obligari ex voluntate antecedenti, & præſuppoſito, ſe non poſſe ſatisfacere in feria debito, contracto ex primo cambio, nam ſi poſſet & vellet, & adhuc cogeretur ad duplicationem cambij cum recurſa; primum cambium eiuſque perfectio, non eſſet libera, contra ſubſtãtiam perfectionis cambij, vt probauimus diſputatione ſecunda per totum. & poſſet confirmari ex tertio reſponſo Vrbani

Sanctiſ-

Sanctissimi ad Archiepiscopum Genuensẽ.

51 Cum igitur dicta obligatio cum recursa sup ponat debitorem, habere necessitatem, iterandi cambium in loco destinatæ solutionis; ad hoc, vt possit primũ solutione perficere, hæc pactio recurrendi pro prædictis administrandis ad institorem creditoris in nundinis, non est grauamen, sed potius leuamen cum eximatur ab illa cura alium inueniendi qui prædicta administret; & per consequens cessat consideratio pretij, in cuius compensationem prædicta Azorius cõmentatus est. Et sic videmus, quod in casibus, in quibus disputatur, an non habente debitore personam, quæ soluat debitum in feria, vel alibi, possit ipse creditor subministrare correspõdentem, pro qua sententia affirmatiuè decisa habemus responsum ad Bononienses, nunquam id consideratur, tamquam grauamen debitoris, neque in vim oneris eiusdẽ, aliquo pretio compensabilis, sed potius, vt quædam facilitas, quæ per creditorem debitori indulgetur, vndè cessat omnis amaritudo, & ratio limitationis prædictæ. Negamus enim dictam pactionem esse oneri debitoris, ita vt aliquo pretio sit compensanda. Et in omnem casum, hæc pactio non destruit substantiam perfectionis cambij, nec contractus in feria duplicandi. Ergo nullo iure damnanda. Quod postremum, additum volui, ad eludendas subtiliores factorum excogitationes, & varias formas, in quibus saltem ratione protuitionum, & expensarum, aliqua considerari posset iniustitia in hac pactione, quæ tamen numquam destrueret substantiam conuentionis, de qua agimus, circa quam præcipuè versatur nostrer labor.

Quartò aliam proponit facti specié Azor. quæ illi est sexta, & vltima *d. c. 9.* in qua cambium

52 duplicatur. Ponit enim Bancherium in nũdinis habentem pences se multorũ pecunias, qui eas apud ipsum depositerunt in negotiatione, hoc est, vt ipse, tamquam Procurator eorũ negotiaretur, & permutaret pecunias. Et tunc quidã alius, pecunijs indigens, petit ab eo mille aureos, eo pacto, vt ad annũ integrũ eos in ipsis cambijs detineat, hoc est, vt accipiat eos aureos, in vim cambij, & deinde ad primas nundinas soluat, & ad soluẽdum denuò pecunias accipiat, quas postea soluat. Ac ita identidem accipiendo, & soluendo, integrum annum elabi patiatur. In hac facti specie quam, ni fallor, rursus exemplificando immutat, plura sunt considerationẽ digna, tam in facto, & quoad praxim attinet, quam in iure.

53 Primo enim: dum ponit pecunias à pluribus depositas fuisse penes Bancherium, vt is eas negotietur, nihil minus, si rem attendamus, in hac conuentione, quam depositum; cum, tali casu, necesse sit dominium illarum pecuniarum nedum transire in Bancherium, sed etiam ad effectum, vt ab illo in alios transfe ratur.

Secundò dum dicit Bancherium prædicta ad-

54 ministrare, tamquam Procuratorem Dominorum pecuniarum illarum, confundit vim ministerij eiusdem, cum aliud sit, quem ali-

55 quid gerere, tamquam Procuratorem alicuius, vel de mandato alicuius; primum enim significat alieno nomine, & ex fide aliena contrahere. secundum verò proprio nomine & ex fide propria, licet in vtroque casu ad commodum, vel incommodum mandantis: & praxis hoc secũdo, & posteriori modo admittit prædicta fieri, & sic non procuratorio nomine.

Tertio dum ponit: Bancherium dare illa mille

56 ad cambium pecunijs indigenti, eo pacto, vt annum integrum detineat, referret scire, & explicare an tale pactum reciprocum sit, & vtrumque contrahentem arctet; ita vt, & Bancherium, & debitorem omninò cogat, ad moram dicti anni, quod si verum esset, esset pactum omninò vsurarium, & contra substãtiam perfectionis extrinsecæ cambij. quę in solutione consistit, & contra libertatem continuationis, de qua in tertio responso ad Archiepiscopum Genuensem. Quod. si dicta mora solum obstringit debitorem, nihil proponeretur, quod inficeret conuentionem.

Quartò dum dicit: debitorem ad primas nun-

57 dinas soluere, & ad soluendum denuò pecunias accipere quas postea denuò soluat, & sic deinceps vsque ad annum, erat aperiendum quomodo, & cui soluat; & in quam causam, & à quo, & quomodo denuò accipiat, vt denuò soluat, in quibus solutionibus, & iteratis acceptionibus consistere pondus difficultatis ostendi supra hac eadem disputatione, quæstione sexta, & septima. Propterea, si in hac facti specie nihil aliud ponit Azorius, præterquam: Bancherium, qui de alienis pecunijs negotiatur, eas posse dare cambio indigenti, & qui per quatuor ferias super cambijs continuet, nihil proponit peculiari difficultate inuolutum, sed dummodo

dicta

dicta continuatio fiat, ſeruatis ſeruandis, de quibus ſupra, hac eadem diſputatione, quæſtione vndecima; hæc quæſtio tranſit ſine difficultate.

58 Dum verò, quaſi in eadem facti ſpetie, perſeuerans exemplificat. In Titio habente pecunias Caij, Seij, Meuij, & aliorum multorum, qui dat Sempronio mille, vt alibi ſoluat; & deinde ipſi ſibi ſoluit ex pecunijs Caij, quas denuò, vt ſoluat, accipit poſtea ex pecunijs Seij; quas etiam ſoluit ex pecunijs Meuij, & hoc pacto Titius gerit perſonam multorum, ipſe enim dat pecunias; accipit, ſcribit litteras, ſoluit, exigit à ſe ipſo pecunias per quemdam veluti circulum. Et videtur longè recedere à propoſita facti ſpecie, & aliam proponere; nec non pauca habet explicatione digna.

59 Primo refert ſcire: an dictas pecunias, quas proponitur habere Titius, habeat vti proprias, an vti alienas; proprias habet, ſi retineamus quod prius propoſuerat, apud ſe depoſitas, vt negotietur ſuper Cambijs. At verò vti alienas; ſi procuratorio nomine exegiſſet, & haberet in feria, ſpectantia, vt d iximus in Prologomenis ad hanc eandem diſputationem *alli ſuoi recorrenti*.

60 hoc enim poſteriori caſu, poteſt facilius contingere ſolutio ſibi ipſi, vel ad perficiendum, vel ad contrahendum contractum cambij, quam in priori, Secundò dum dicit Titium ſibi ſoluere ex pecunijs Caij, vlteriori eget explicatione. Quandoquidem pecuniæ, quæ proponuntur datæ per Titium Sempronio ad cambium in feria, ſolui debebant in loco ad quẽ cãbiũ fuerat deſtinatum, & ſic non in feria; quomodo igitur poterit Titius ſibi ſoluere ex pecunijs Caij, quod erat ſoluendum, vigore cambij, initi cum Sempronio? Certè non in feria, ſed in loco deſtinatæ ſolutionis; nec à Titio, ſed ab illo, cui directa fuiſſet tracta, niſi forte in dicto loco deſtinatæ ſolutionis adeſſet inſtitor Titij, vel Titius ipſe, exiſtente Inſtitore in nundinis, ſed ex tali caſu fuiſſet exprimendum quomodo pecuniæ Caij, quæ proponuntur in ferijs penes Titium; ſint etiam penes eumdem Titium eius inſtitorem vt ſupra in loco deſtinatæ ſolutionis. Tertio multo maior hæc difficultas apparet progrediendo ad vlteriora, dum ponitur ab eodem Titio ſolui pecunias debitas Caio ex pecunijs Seij, quas vt ſoluat, accipere pecunias Meuij, ad complendum circulum ab ipſo imaginatum, retinet namque idem ſuppoſitum Azorius, ac ſi totus ille circulus adimplendus eſſet in feria, nec animaduertit circulum quidẽ eſſe, ſed qualem nos expoſuimus ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione ſexta, exequendum tamen ad minus inter duo loca diſtincta, locum ſcilicet, in quo celebratur feria, & illum, ad quem cambia diriguntur, & indè reflectuntur, quæ non verificantur in ſpecie ab Azorio propoſita; Quæ ſpecies in poſteriori explicatione, ſi adſint correſpõdentes in loco, ad quem cambia dirigntur, vbi cætera ritè adimpleantur, non diſteor facilius, & certius cambia reduplicari, etiam per viam recambij; ex eo quia, tali caſu; Bancherius multiplicem perſonam repreſentat in ferijs, propriam ſcilicet, & qua Bancherius eſt, & alienam ſuorum, vt vocant *recorrenti*, vndè facilius inter eos poteſt contingere, & ſolutio, & noui contractus celebratio, quæ ſunt neceſſaria ad cambij duplicationem, & ad ipſum recambium, vt vidimus hac eadem diſputatione, quæſtione

Alio in loco, in capite ſcilicet vndecimo eiuſdem libri decimi, parte tertia, agit Azorius de duplicatione cambij in quæſtione ſua quarta, quæ mihi ſit quinta, de qua aliqua poſui ſupra in Prologomenis ad hanc eam-

61 dem diſputationem. Quia Caius, qui Romæ accepit à Titio cambio ſoluturus Toleti, ad tres menſes; pacto, quod in ſolutionis defectum, debeat ſoluere Romæ; vnà cum lucro quod percepturus fuiſſet Titius, ſi pecunia ſoluta fuiſſet Toleti, & indè via cambij Romam tranſmiſſa, & quidem lucro, officio Iudicis æſtimando. Quo caſu cum Toleti Seius, cui iuſſum fuerat à Caio, non ſoluat, cogitur Caius, aut Romæ ſoluere, aut iterum pro Toleto ab eodem Titio capere iiſdem pactis, & formis. Hanc conuentionem, quæ verè duplicationem cambij inuoluit, ſed potius intereſſe cambij, vt ſuo loco vidimus, approbat, & quidem merito Azoritus; cum nihil proponatur, per quod deficiente *in ſalutari* Caio, qui certo loco ſoluere promiſit; non teneatur ad ſoluendum Romæ, vnà cum intereſſe ob non factam ſolutionem loco, & tempore debito, *ad textum in l. prima, cum toto titulo ff. de eo quod cert. loc.*

62

& nos ſæpiùs diximus.

Sed refert conſiderare rationes à doctiſſimo viro adductas. Dum enim adducit Bullam
63 Pij Quinti, veranſis paciſci de certo intereſſe; optimè reſpondit eſſe extra caſum, ſed fortius poterat obijcere de Bulla Pij Quarti, de qua ſupra in Prologomenis, quæ videtur in iſtiſmet terminis cõdita, & tunc poſſet reſponderi nec hic agi de taxato intereſſe, & illam loqui in taxatione exceſſiua, qua abuti Mercatores indignatur, & à contrario ſenſu potiùs pro corroboratione huius ſententiæ poſſet adduci; cum hic caſus ſit poſitus in intereſſe æquiſſimo, taxando ſcilicet arbitrio Iudicis.

Dum verò pro ratione dubitãdi adducit Ca-
64 ium non eſſe in culpa, ſi Sæius Toleti non ſoluit, eam eludit; quaſi verò; non ſolutio Sæij ſit potiùs conſideranda in vim conditionis, qua eueniente Caius debeat ſoluere Romæ, quam in vim culpæ ipſius Caij. Pace tanti viri dixerim, Ius non attingit.

65 Nam cum Caius accipiendo pecunias cambio à Titio, in ſe ſuſcipit, Sæium ſoluturum Toleti, negotium proprium gerit, & culpa Sæij (ſi eius culpæ adſcribendum) eſt culpa propria ipſius Caij. Licet enim regulariter
66 verum ſit in Iure: promiſſionem facti alieni non obligare promittentem, *l. ſtipulatio eſt, in princ. ff. de verbor. oblig. l. ſicut reus, ff. de verb. obligat.* §. *ſi quis alicui, inſtit. de*
67 *inutil. ſtipul.* contrarium tamen procedit, vt obligetur, quando ſcilicet dicta promiſſio interponitur ſuper contractu, de cuius natura eſt, vt teneatur de facto tertij, *l. emptorem,* §. *qui autem, ff. de actio. empt. l. inter ſtipulantem in princ. ff. de verb. obligat. Iaſ. d. l. ſtipulatio, ff. de verb. obligat. in 2. limit. nu. 5. & ibidem Alex. nu. 3.* Item procedit
68 contrarium quando factum tertij tendit ad obſeruationem eius, quod quis promiſit, *l. qui autem,* §. *ſed & ſi quis, ff. de conſt. pecun. Iaſ. d. l. ſtipulatio limit. 3. Alex. ibid. nu. 6.* Vndè cum dicta ſolutio, licet facienda per tertium, proueniat ex obligatione contractus cambij; quo dator litterarum principaliter obligatur; iàm paret ad dictum factum remanere obligatum, licet à tertio præſtandum; vt aliàs etiam probaui diſputatione ſecunda per totum.

Non prætereo quod ſæpiùs admonui hic conſiderari lucrum in cambio ſimplici, & du-
69 plex lucrum in duplici cambio, quod verè & formaliter verum non eſſe; plenè probaui in quæſtione decima tertia, diſputatione prima, ſed peculiari animaduerſione dignũ
70 eſt. Quod ſi in caſu propoſito Toleti non fiat ſolutio, ad hoc, vt dignoſcatur intereſſe Titij creditorij ob non factam ſolutionem; non eſſe attendendum cambium, quod feciſset Procurator Titij, ſi exegiſſet pecunias Toleti, cuius ſolutio dirigeretur Romã; nam ex cambio Romæ inito, & directo Toletum, cuius fiat duplicatio Toleti, & directio Romam, ſeu (ne recedamus ne tantillum quidem à ſpecie facti propoſita) perinde habeatur, ac ſi facta fuiſſet ad dignoſcẽdum intereſſe; Nullum (ſi iuſtè ſic ret) reſultaret lucrum. Nam maior illa quantitas, qua excreſceret ſumma ſoluenda Toleti ſũmam ſolutam Romę, non aliundè prouenit, (ſi iuſtè ineatur cambium) quàm a maiore abundantia pecuniarum, conſiderata etiam diſtantia locali, & temporis dilatione, vt probauimus diſputatione prima, quæſtione decima tertia. Sed ſi cambium duplicaretur, & fieret Toleti, & eius ſolutio dirigeretur Romam: ex iiſdem cauſis, ferè ad eandem ratam, excreſceret illa ſumma; & ſucceſſiuè
71 aut nihil, aut parum lucraretur Titius, & eſt ratio, quia in cambiis irregularibus non eſt verè lucrum, ſed ſemper debet interuenire cambium regulare. Propterea ad dignoſcendum intereſſe Titij ob ſolutionem
72 non factam Toleti; debet conſiderari, & ratio haberi perindè, ac ſi Titius pecunias ſolutas ſibi Toleti dediſſet ad cambium pro feria proxima cambiorum Placentiæ, vel vbi feriæ cambiorum in Italia celebrantur: & exindè eas vi noui cambij Romam ſibi remitti curaſſet. Ex qua remiſſa tunc plenè colligitur intereſſe creditoris ex lucro ceſſante, quod aliàs nulla ratione deprehendi poteſt. Quod nota, nam licet hæc obuia mercatoribus, & optima ratione fulcita; nullibi tamen leges.

Sextum mihi occupat locum quæſtio ſuper facti ſpecie, quam idem auctor proponit ibi, ſeptimo loco. Quærit enim de Rege, aut Principe, qui pecunias accipit à nummu-
73 lario ſciente in nundinis Regem non habiturum vndè ſoluat acto pacto, vt in defectum ſolutionis ſoluat Rex omnia lucra, quæ nummularius eſſet in nundinis, ex repetitis ibidem cambijs, percepturus; vſq; ad integram debiti ſatisfactionem.

Hanc

Hanc conuentionem damnat Azorius, ea ſolum ratione, quia nummularius ſcit, Regem non eſſe ſoluturum in nundinis, & pecunias petere ad tempus ſoluendas, quia ad tempus ipſis indiget. Quod magis miror de viro docto, quia paulo ante in quæſtione præcedenti, quam de cambio ſimplici inſtituit; Illud cambium probat, quo creditor certò ſcit debitorem non habiturum vndè ſoluat, niſi ab alio cambio accipiat. Et
74 id ea ratione ex Sylueſtro deſumpta, quia ad cambium ſufficit permutatio pecuniæ præſentis pro abſente, quam promiſſor ſaltem habere queat aliqua ratione. Vndè cum Rex haud dubiè in feria habere queat qui pecuniam det; & cum non habeat, vel ab ipſo creditore, ei ſubminiſtrari valeat, ex toties citato reſponſo ad Bononienſes, iam patet immeritò hunc caſum ab Azorio damnari, quod clariùs patebit percurſis ijs, quæ poſuimus ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione decima, & vndecima.

Septima occurrit quæſtio, de qua octauo loco quærit Azor. *ibid. verſ. Octauo quæritur.*
75 In qua Ponitur, quod Titius dat Principi pecunias in Hyſpania, vt eas ſoluat in Belgio, deindè verò miſsis illuc litteris, nulla ſit pecuniæ ſolutio ob bella, pericula cauſaſque alias, quare nouæ litteræ remittuntur ex Belgio in Hyſpaniam, denuo alio cambio facto. Et propterea ſoluere cogitur Princeps in Hyſpania, non ſolum ſortem principalem, ſed etiam lucrum, quod erat ex primo cambio ex Hyſpania in Belgium, & ex ſecundo ex Belgio in Hyſpaniam, & ſucceſſiuè lucrum ex ipſo lucro.

Hæc quæſtio, ſecundum ea, quæ proponuntur videtur conſtitui in duplicatione cambij, etiam per viam recambij, inter plateas; & ſic cambia omnia irregularia eſſe, & ſucceſſiuè in quibus non conſiſtit lucrum, ſi legitimè celebrentur, vt ſupra dicebam. Sed ſicet dicantur hæc cambia multum vſitata; valdè dubito: doctiſſimum virum, vel prædicta a parum peritis Mercatoribus hauiſſe, vel (quod certius eſt) non integrè rem totam percepiſſe. Sicut enim veriſſimum eſt: per litteras mercatorum, datas in Hyſpanijs, mandari ſoluciones, faciendas in Belgio, ad requiſitionem Regis; qui ibi nõ eſt habiturus pecunias, quas ſoluat; ſed tum demum eas eſt reſtituturus in eodem loco Hyſpaniarum, vnà cum omnibus, & quibuſcumque lucris, quorumcumque cambiorũ tamen negotiatio, ad effectum prædictum, non fit, modo expreſſo, in quæſtione propoſita. Nam ſi cambium, quod factum eſſet Madritti pro Antuerpia, vel Bruſſellis, duplicaretur ex eiſdem locis pro Madritto, nullum ferè lucrum reſulteret, ex eis, quæ mox dicebam. Nec Mercator dat Madritti pecunias Principi, reſtituendas per eum in Belgio, nec Princeps litteras facit, quarũ ſolutio per ipſum, vel alium de ipſius mandato deſtinetur in Belgio? Nec ob defectũ ſolutionis in Belgio, ibi celebratur nouum
77 cambium, cuius ſolutio deſtinetur Madritum, Quininò res in vniuerſum aliter, atque aliter ſe habet.

Princeps enim, at potentiſſimus Hyſpaniarum Rex ob ingentes ſumptus, quos facit in alendis exercitibus in Belgio, plerumque neceſſe habet, præſenti pecunia, in locis prædictis; cuius tranſportatio ſibi redditur admodum difficilis, ob diſtantiam locorum, & ingentes tractus tam maris, quam terrarum interiacentium, & hoſtilis incurſus; Nõ rarò etiam occaſiones rerum adeò vrgent, vt ferre non poſſint dilationes temporum, ad tranſportationem neceſſarias, & ſæpè ſæpius, nec etiam in tanta opulentia, tot Regnorum, ſuppetit facultas, præſentis pecuniæ, ad ipſam curandam tranſportationem. Ideò conuenit cum Mercatoribus, vt leuiori incommodo, & quam facilliùs, & dicto citiùs; prædicta expediat, quæ conuentiones vulgo dicuntur, *aſſicnts*, & ab eis, mercatores prædicti, *aſſentiſti*; Quorum vigore pecuniæ non ſoluuntur Madritti, ſed in Belgio; nec ſolutionem mandat Rex, ſed mercator, qui ad effectum prædictum litteras cambij conficit, & tranſmittit ad ſuos correſpondentes, & defectus ſolutionis non prouenit à Principe, ſed a Mercatore; vndè ſi ob defectum prædictum litteræ traſmiſſæ ad Theſaurarios Regios in partibus illis, pecunia Regijs Adminiſtrantibus, non ſoluatur, remittuntur cum debita proteſtatione contra Aſſentiſtam; qui, tali caſu, malo ſuo diſcit: quam periculoſum ſit, fidem opignoraram fallere, præſertim Regi in re tanta; nec in dicta remiſſione litterarũ, proteſtatarum, celebratur cambium aliquid in Belgio ob Madritum, quia, vt ſæpiùs admonui; hoc cederet in maximum damnum Regis; ſed, vi illius proteſtationis, obſtringitur dator litterarum ad intereſſe, dedu-

cendo, non ex cambio celebrando in Belgio ob Madrittum ; ſed ex eo, quod celebratum fuiſſet ex Belgio in feriam, et ex feria deinde Madrittum, vt ſupra dicebam.

Et hinc eſt : quod cambia omnia, per quæ in Aula Hyſpanica prouidetur ingētes pecuniarum quantitates tam in Belgio, quam in Germania, quam etiam in Italia ; celebrantur ſemper inter Mercatores ibi, & in dictis partibus reſpectiuè degentes. Nec Rex, aut Regij Miniſtri, rei nummariæ præpoſiti, vnquam ex huiuſmodi cambijs formaliter obligantur. Aſſentiſta enim ſuſcipit in ſe onus, prouidendi certis, & determinatis temporibus, certis, & determinatis locis, certas quantitates pecuniarum ; vſque adeò exceſſiuas, vt Octauius Centurionus Chriſtophori filius, conciuis noſter vnico aſſento, vndecies centies centena aureorum millia complexus ſit ; cuius adimplementum poſtmodum curant miniſterio cambiorum, & recambiorum, quæ ex hoc veluti fonte perenni, riuos ducunt mercatores reliqui, qui in omnes Europę partes promanant.

Verum quidem eſt, & obuium omnibus ; Mercatores nec de ſuo, nec gratis prædicta curare, & tantæ molis opera in ſe ſuſcipere. Sed vice verſa à Rege in aſſientis illis recipiunt promiſſiones ; vulgo aſsignationes, ex quibus non ſolum indemnitati, ſed vtilitati, quoque conſulunt ſuæ ; Sed aſſignationes iſtæ, & promiſſiones, non ſunt cambia, nec ex cambio, ſed recompenſatiuæ, oneris per aſſientiſtam ſuſcepti, & conſiſtunt in multiplici differentia, quæ hic diſtinctius recenſere parum referret ad doctrinam rei, de qua agimus. Sufficiat admoniſſe, quod ſicut nihil impedit omnia ritè, & rectè, à Mercatore poſtulari, ac exigi occaſione prędicta ità de poſſibili non pauca contra iuſtitiam, ac etiam vſuraria, præcipuè contra taxationem intereſſe poſſe conſtitui, quę aliùdè ſunt deſumenda.

Certè ſicuti in aſſentibus prædictis maximè curandum eſt à Mercatoribus, & aſſentiſtis Deũ timentibus, vt quæ ad ſui fauorem cõueniuntur, ſint ad normam iuris, & Sacrorũ Canonum, & ab omni labe iniuſtitiæ, & vſurariæ prauitatis immunia, ita nec multũ eis eſſe fidendum de cautela illa, qua vſos aliquando vidi, vt ſibi Regia liberalitate donatum curent, ſi quid vſurarium conuentum fuerit.

Ità è contra, cum debita ſemper reuerentia admonitos velim Regios Adminiſtros, & rei nummariæ Conſiliarios, nec cõſilijs ſuis, Regiam Maieſtatem, quæ debet eſſe veluti norma iuſtitiæ, in tanta, & tam inſigni Catholici Orbis parte, facilè inducant, ad denegãdas aſſignationes Mercatoribus, occaſione dictorum aſſentorum factas, & per eos percipiendas ; Ex quibus quædam veluti ſtrages Mercatorum, in totius rei nũmariæ perniciem, prouenit. Vt enim mihi facilè perſuadeo : viros prudentia, & pietate inſignes, non temerè, ſed maturo conſilio, Principem ad ius ſummæ poteſtatis impellere ; nec abſq; concurſu cauſarum, quæ ad tantã rem ſunt neceſſariæ, ei perſuadere, vt priuatam fidem, qua contrahendo ſe æquauit priuatis, deſtituat. Ità valdè dubito ne non eis fugiant, quot, & quæ mala in vniuerſo ferè Orbe Chriſtiano ex ſtrage Mercatorũ, quam commemorabam ; prouenirent, cum calamitatis illius pars minima perueniat ad Aſſientiſtas. Cum enim illi, opibus alienis, ſuſceptam Prouinciam adimplere, neceſſe habeant ; quas opes miniſterio cambij, & ſpe lucri per ſuos Inſtitores, & per alios vndiq; corradũt, & id quidem per inumeros modos & veluti cuniculos, occulta quadam ratione, inter ſe colligãtes ; in tantum, vt in obſidione Bredania compertum habeam, non aliũdè Marchionem Ambroſium Spinulam, Italici in re militari decoris reſtitutorem illum, quam ex ipſo Amſterdamo rem pecuniariã expeditiorem habuiſſe.

Partim vidi ego, partim audiui à fide dignis ; plures nobiliſſimas familias, Viduas, & Pupillos non paucos, Monialium, & aliorum Religioſorum Monaſteria, Xenodochia, & alia pia Colegia quamplurima ; quæ pecunias ſuas, vnicum fortunarum, & vitæ neceſſarium ſubſidium, quas in honeſtum lucrum cambiorum apud Mercatorem collocauerãt & de eo in eum, & tandem in Inſtitorẽ Aſſentiſti deuenerunt, hac ſtrage fuiſſe in totum attrita, ac ferè exterminata, à cuius cõtagione criminis, quo innocentes opprimũtur, & ſpoliantur, liberet nos Deus pro ſua miſericordia.

Sed redeundo ad quæſtionem propoſitam. Quatenus eam intelligamus in ea facti ſpecie, quæ verè de facto contingit, dum Princeps in Hyſpanijs, in Belgium prouidet de pecunijs, modo per nos explicito. Petenda eſt quæſtionis ſolutio ex eis, quæ diſtinctius poſtu-

poſſumus ſupra in quæſtione ab hac tertia,
83 & alijs præcedẽtibus, ſi enim aſſentiſta, qui onus prouidendi in ſe aſſumit, illud exequitur via cambij, & recambij dicta cambia, & recambia realiter, & verè celebrat, ſeruatis ſubſtantialibus, tam ad contrahendum, quã ad perficiendum cambium, & quamlibet duplicationẽ eiuſdem, vel non ſeruatis, & tunc non eſt opus noua deciſione, ſed petenda à præmiſſis: In qua tamen non venit pars illa conuentionis; de qua in aſſentis prouideturin demnitati Mercatoris, nam hęc ſecundum
84 figuram factorum, quæ proponuntur, erit determinanda. Si verò conſiderãda eſt quæſtio propoſita retẽtis formaliter verbis eiuſ-
85 dem, & ab ea non recedendo. Dum dicit Azorius: mille viginti aurei, qui erant ſoluẽdi, vigore primi cambij in Belgio, vigore recambij, ſolui eoſdem mille viginti in Hyſpanijs, cum lucro, eget vlteriori explicatione; neque enim cãbia, quæ celebrantur in quauis parte Regni Hyſpaniarum, quarum ſolutio deſtinatur in Belgio, celebrãtur in ſcutis auri, ſed in libris groſſorum pro totidem Marauedinis habitis, vel promiſſis in loco celebrati contractus, vt probatum fuit in diſputatione prima quæſtione vigeſimaquarta. Nec putetur hæc animaduerſio leuioris momenti, cum ſit maxima ad aperiendam propoſitam difficultatem. Nam vt admonuimus dicta diſputatione prima, quæſtione vigeſima ſexta: iuſtitia cambij irregularis, quale eſſet iſtud e Madritto Antuerpiã, vel
86 Bruxellas pendet præcipuè in compenſanda maiore, vel minore indigentia pecuniæ inter loca, inter quę cambiũ illud celebratur & practicatur, habita ratione, quibus pretijs in vtraque platea celebrentur, tunc temporis cambia regularia. Hinc fit: quod, nec toto genere, poteſt verificari: quod pro mille aureis, ſolutis Madritti, ſoluuntur mille viginti Bruxellis, non ſolum, attento genere diuerſo monetarum, in quo neceſſario debet conſiſtere cambium; ſed etiam quia ille exceſſus de viginti; quod ponitur, tamquam lucrum; non eſt neceſſarium; quinimmò, attenta caritate pecuniarum, quæ ferè ſemper maior eſt in Belgio, ob bellicas neceſſitates, quam in Hyſpanijs; poſſet interuenire iniuſtitia, & exceſſus pretij ad damnum debitoris ex cãbio; licet, illis mille receptis in Hyſpanijs, ſoluere cogeretur Bruxellis nonin-

genta octuaginta tantum; cum illa maior caritas excedat quandoque longè vltrà illa viginti. Et hic error eſt communis omnũ quotquot ſcripſerunt de cambio, non habẽtiũ certam, & exactiũ noticiam praxis eiuſdem; qui non ſolum in quolibet cambio lucrum imaginantur, ſed illud exponunt, cum ſpecificatione maioris quantitatis, quod verum non eſt, ſæpiùs probauimus. Et quilibet cognoſcet, ſi conſiderabit: quod ſicut cẽ-
87 tum pondo piperis in Inſulis, vbi gignitur, iuſtè commutabitur cum nonaginta pondo eiuſdem, ſed exiſtentis in Ciuitate Nurimbergenſi; quinimmò qui nonaginta, multo pluris diceretur recipere in æſtimatione, licet in re minus; idipſum, & eadem ratione dicendum eſt de pecunia. Sentit igitur malè Azorius: dũ, pro mille ſolutis in Hyſpanijs, vult ſolui via cambij mille viginti in Belgio; tum quia non conſiderat maiorem caritatẽ pecuniarum, tum quia imaginatur lucrum ex cambio ſimplici; & vtrumque prouenit ex eo, quod non conſiderauit duplex genus monetæ, quod regulariter exigitur in cãbio. Et hinc etiam fit: quod in ſecundo cambio, ſeu recambio, quod dicit, ob non ſequutam ſolutionem in Belgio, ibidem celebrari, & dirigi in Hyſpanijs, venire illa eadem mille viginti, vnà cum lucro ſecundi cambij, quæ in practica non ſunt cõtingibilia. Licet enim in recambio veniat totum id, quod debebatur ex primo cambio, vt probauimus ſupra hac eadem diſputatione quæſtione tertia, non verificatur tamen id nec de eodem genere monetæ, quę erat ſoluẽda vigore prioris cambij, nec de intereſſe illius quantitatis formaliter; qui exceſſus tunc formaliter euenit & in eodem genere, quando ſecundum cambium perficitur ſolutione, vt explicatum eſt ſupra dicta diſputatione prima, quæſtione decima tertia.

Propterea dum reſoluendo quæſtionem tra-
88 dit Azorius Mercatores hæc recambia tueri ratione lucri ceſſantis, & indè docet; quod ſi moderatè fiant, iure naturali, non damnari, haudquaquam probabili nititur fundamẽto Nam, ſi ratio illa lucri ceſſantis conſideratur vt ratio formalis dicti lucri, deſtruitur per eam, tota notio cambij & recambij; cum vt alias cõſiderabamus, in diſputatione prima, quæſtione decima tertia; hoc lucrum ex lucro ceſſante, debitũ; veniat etiam concurrẽtibus requiſitis in mutuo formali; ſed eſt alieniſſimum à lucro cambij, vt diſtinguebã ſupra quæſtione ab hac quarta. Si verò cõſideretur eadem ratio lucri ceſſantis, vt cauſã,

fa, super qua fundatur conuentio illa: vt creditor possit quantitatem debitam continuare super cambijs, de qua disputabam supra quæstione ab hac tertia; tunc vtique vera est illa, & legitima causa (vt ibi est ostensum) dictæ conuentionis. Sed vlterius ad indagãdam substantiam cõtractus, & vsus facultatis ex dicta conuentione proficiscentis, erat
39 aperiendum; quomodo celebratum fuisset primum cãbium in Hyspanijs pro Madritto illudq; ad perfectionem deductum in Belgio, ibidemque rursus nouum cambium directum in Hyspanias celebratum, vt dignosci possit, an omnia ritè processerint, an vero sint figmenta mera ad paliandam vsurã. Vndè apparet nulla ratione, ad effectum, de quo agimus, esse fidendam tantam rem super informi Mercatorum traditione. Sed vtcumque sit illatio Azorij ex dicta traditione, quod scilicet si moderata fiat, iure naturali non damnari, parum roboris videtur habere; cũ sine res cõsistat in puris terminis lucri cessantis formaliter, siue causatiuè ad permittendam facultatem cambiandi, non solum iure naturali, sed etiam ciuili, scripto, dictum interesse qualecumque tandem fuerit debeatur, vt probatum est supra hac eadem disputatione, quæstione nona, decima, & vndecima, dummodo concurrant requisita, vt ibi latius probaui.

Et hinc est, quod dum subdit aliam partem cõclusionis negatiuã, & priori parti aduersatiuam. Quod scilicet si modus excedatur, dicta negociatio speciem vsuræ præse ferat, & plurimarum fraudum præbeat occasionem, vnde meritò condemnatur: fit, inquam, vt suspicer: doctissimum virum in thesi huius quæstionis, licet ponat recambium celebrari in Belgio, de cãbio ibi duplicato nõ intellexisse prout verè in facto nõ duplicatur; sed respexisse ad casum comprehensum in Bulla Pij Quarti, quod celebratur Romæ, & ad Hyspanias iuxtam solitum dirigitur, vbi non fit solutio, nec celebratur recambium; sed in defectũ solutionis repositur Romæ, quod soluendum erat in Hyspanijs, cum eo lucro, quod consequtus fuisset creditor quatenus facta solutione in Hyspanijs, ibidem aliud cambium celebratum fuisset ad beneficium creditoris, quæ negotiatio tota pendet à moderatione pretij; vt expresè continetur in dicta extrauaganti, & nos fusius supra, & alibi, à qua moderatione omninò abstrahit, & est aliena, quando interesse formaliter debetur ex lucro cessanti, vel ex continuatione cambiorum, vt sæpius vidimus.

Plures quidẽ doctissimus hic Theologus vltra prædictas examinat quæstiones in prædictis duobus capitibus, & alibi, sed hæc percurrisse sufficiat ad dignoscendam eius doctrinã in materia, de qua agimus; quam plenius assequutum, esse tum in praxi, cum iuris dispositione, quam fecerit Salon, patet ex vtriusq; comparatione.

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO XIIII.

Quid sentiat P. Leonardus Lessius de cambij duplicatione, seu de recambio.

1 *P. Leonardus Lessius e societate Iesu inter omnes, qui de cambio scripsere, cambiorum praxim nouit.*

2 *Recambium firmat Lessius si respõdens cãpsuarÿ, cui tracta dirigitur, non soluat respondenti campsoris, cui dirigitur remissa sed tradit illi obligationem tamquam ab eo accepisset ad cambium, qua ille corresp̃dens campsoris, cui erat directa remissa, remittit ad campsorem, & simul scribit respondens campsuarÿ, cui erat directa tracta, vt soluat campsori recambium, sed malè ex ignorantia turis labi Lessium dicitur.*

3 *Negat Lessius in dicta hipothesi respondentem campsuarÿ, cui dirigitur tracta, soluere respondenti campsoris, cui directa erat remissa, ex qua solutione necessaria perficitur primum cambium, vt ipse iam dixerat, cum tamen verum sit liberari campsuarium debitorem primi cambij, & remanere obligatum ex recambio.*

4 *Lessius intelligendus est quod non sequatur sit illa solutio, quæ stat in totali extinctione prioris obligationis ex cambio, quæ cõtingit ex compensatione, non autem de illa vera, & reali, quæ fit per nouationem.*

§. Les-

5 Leſſius quatenus concedit in cambio ſimplici verſari lucrum, malè loquitur, quia verè, & formaliter nullum ineſt.

6 In cambio non omnis exceſſus in quantitate arithmeticus inducit rationẽ lucri attẽta diuerſitate eſtimationis, qua vt plurimũ intercedit in diuerſitate locorum, & temporis.

7 Exemplificat Leſſius etiam recãbium, quando eidem cui dirigitur tracta, dirigitur etiam remiſſa, quando ſcilicet campſuarius debitor cambij non habet reſpondentem, qui ei ſubminiſtratur à campſore, cui tracta dirigitur, & ab eodem perficitur primum cambium, & celebratur recambium. Sed minus integrè neceſſaria requiſita recenſere demonſtratur.

8 Argumenta, quibus Leſſius vtitur ad probandum recambium, quod ſit quando vni, & eidem ſit tracta, & remiſſa validum eſſe, non ſtringere demonſtratur, & dubitationis cauſas afferre non facientes.

9 Soluente reſpondente campſoris, perinde eſt ac ſi ipſe creditor ſolueret, & hoc in fraudem vſurarum videtur.

10 Contrarium firmat Author quia reſpondens eſt perſona omninò diuerſa à Campſore.

11 Limitatur ſi correſpondens campſoris ſit famulus vel merus executor eiuſdem, vt ſic ſit vna, & eadem perſona ſecundum Leſſium.

12 Sed malè, quia poſita diuerſa negotiatione ſuſtinetur non obſtare identitato perſonæ.

13 Vnam perſonam duplex officium gerere non poſſe per quod vna perſona debitor, & creditor exiſtere poſſit.

14 Lim. ex ſuppoſito diuerſæ negotiationis.

15 Ad iuſtitiam contractus recambij nihil refert an perſona ſint diſtinctæ, an vna, & eadem modò ſubſtantialia ſeruentur.

16 Interpellatam de mutuo poſſe vendere merces credito, vt emptor præſenti pecunia vendat, dixit Leſſius licet ſore dicat præter charitatem, & è conuerſo.

17 Multa tamen forent conſideranda in hac materia vt dicit Author.

18 Inuoluntarium irritat contractum.

19 In cambio coactio, & inuoluntarium non cõſiderantur, quia impulſus intrinſecæ indigentiæ debitoris nullo extrinſeco actu ad vim inferendam creditoris non conſideratur vel inuolontarium officit.

20 Pretium in cambio, & recambio ſemper eſſe iniuſtum arguit Leſſius, quia pecunia, quam Campſuarius vendit Campſori pluris valet ob ſumptus, quibus eam comparare debet.

21 Contrarium verius loquendo in cambijs ritè celebratis.

22 Quando litteræ redeunt inanes, & repoſitur pecunia cum lucro in loco vbi primo ſoluta eſt, reddit cambium ſiccum.

23 Contrarium verius, quia litteræ verè mittuntur, & virtute illarum ſit ſolutio, ſi requiſita ad hoc, vt quis poſſit ſibi ſoluere, concurrant.

24 Numeratio pecuniæ in recambio non eſt neceſſaria, nec in perfectione primi cambij.

25 Imò nec etiã exigitur, quod pecunia ibi ſit, cum ad verã, & realem ſolutionẽ pecuniæ non exigatur.

26 In feriis cambiorum regulariter pecuniæ nõ interueniunt.

27 Leſſius dum putat credita transferri etiã per ſingrapha mercatorũ, ita vt ſufficiat quod aliquis acceptet debitum, & aliquis acceptet creditum ſiue vnus idemque vt ranque obligationem, & functionem ſubeat, ſiue diuerſi, cautè legendus eſt.

28 Declarat Author quomodo procedat, & quibus concurrentibus.

29 Si is qui petit cambium pecuniam non ſit habiturus pecuniam in loco deſtinato ſolutionis actu, vel poteſtate, idque Campſor ſciat, contra iuſtitiam campſor peccat, ſi ad illum locum cambiat ſecundum Leſſium.

30 Contrarium firmat Author, & rationibus confirmat, & nu. 33. in obligato ad cambiũ & recambium verè, & formaliter procedere tantum poſſe dicit.

31 Ad ſubſtantiam venditionis nõ pertinet habere, vel non habere rem, quæ venditur, ſed reſpicit perfectionem extrinſecam. & num. 34.

32 Litteris proteſtatis cogitur ſcribens ad ſoluendum cum intereſſe.

33 Obligatus ad intereſſe cambiorum non eximitur ex eo quod habeat, vel nõ, pecuniam in feriis.

34 Emens bouem a ruſtico præſenti pecunia pro eo tradendo certo tempore, ſi iuſto pretio emat, valet contractus, & iuſtitiam continet dato quod emptor ſciat venditorem non habiturum nec actu, nec poteſtate bouem venditum.

35 Emens bouem à ruſtico, quem ſcit non habere, eidemque ſtatim locans certa conſtituta mer-

mercede, iniuſtitiam committit in locatione.

36 Penes pecuniam cambio ſi ſit habituras per ſe, vel per alium, qui in loco deſtinato ſoluat, modò non ſit in miniſterio, vel ſocietate campſoris, poſſe campſorem nolle mutuo dare, ſed cambio, nec peccare contra iuſtitiam, licet quandoque contra charitatem dicit Leſius & in prima parte probatur ab Authore.

37 Ampliatur etiam ſi is, qui ſoluit eſſet ſocius, vel Inſtitor campſoris.

38 Si debitor cambij non poſſit habere alium, qui eius nomine ſoluat in loco deſtinato, quam ipſum creditorem, vel eius ſocium, cui remiſſa etiam dirigitur, probabile eſt cambio dare, contrariam autem ſententiã non eſſe improbabilem, & ſpeculatiuè veriorem diſſuadendũ ex Leſſio, ſed quomodo procedat declarat Author latè per plures numeres.

39 Identitas intereſſe, & perſonæ non impediunt quandoque diuerſitatem ſubſtantialem ad effectum vt pro diuerſis omninò haberi poſſint, & debeant ratione iuſtoria.

40 Vbi concurrunt requiſita diuerſarum ſocietatum, & negotiationum, nihil impedit quin reſpectu eiuſdem perſonæ poſſint interuenire actiones correlatiuè oppoſitæ, & num. 42.

41 Extraneus re, & nomine poteſt perficere ſolutionem cambij per ſolutionem.

43 Litteræ cambij campſoris ſibi met dirigi non poſſunt.

44 Conſenſus, res, & pretium, pecunia diuerſi generis, & ſolutio in alium locum deſtinata ad cambij celebrationem ſunt ſubſtãtialia, & mutui excluſionem.

45 Cum res ipſa habetur licitè introducta, & legitimè vſurpata, fruſtrà recurritur ad intentionem.

46 In mutuo formali intentio lucri ſecundaria & minus principalis etiam ſecuto effectu permittitur.

47 Leſij inconſtantia perpenditur, prout & ſumma æquitas eiuſdem viri doctiſſimi ſuſpicitur.

48 Factor Campſoris, qui reſpondet pro Campſuario ſi decoqueret campſor non eſſet habiturus ſuo nomine directam actionem in campſuarium, quia campſor non habebat obligatũ campſuarium niſi ex cambio cum eo celebrato, cuius vi acquiſierat actionem pro obtinenda ſolutione cuius obligatio proinde extincta per ſolutionem dicitur.

49 Acceptata obligatione ſoluendi cambium in litteris comentum per reſpondentem, campſuarium liberari dicit Leſius, ſed malè vt num. 50 ibi declaratur.

51 In Iure nulla datur actio indirecta, contra Leſium, qui declaratur nu. 54.

52 Actio vtilis non datur contra debitorem debitoris niſi creditori habenti hypothecam generalem.

53 Creditor hypothecarius poteſt intentare actiones vtiles cõtra debitorem debitoris quorũ directæ ſunt penes debitorem ipsũ.

55 Per Bullam Pij V. quatenus damnat cambiũ eſſe vſurarium inducit præſumptionem Iuris, & de Iure, & in foro exteriori punibile dicit Leſius in terminis quæſtionis, de qua ſupra nu. 48. contrarium tenet Author num. 56. vbi diſtinguit, & declarat.

57 Intereſſe poſſe pacifci in cãbio ſicut in aljs contractibus.

58 Pactio de intereſſe dupliciter poteſt contingere vel de incerto liquidando quo ad quantitatem ex poſt facto, vel de certo ſecundum Azor. exemplificantem in exactione quid certi pro periculo, cui creditor ſe exponit, concedendo dilationem vltrà terminum ordinarium ſed hoc vltimũ illicitum eſſe, & contra Bullam Pij V. dicit Leſius.

59 Pretium periculi pecuniarum expoſitarum in negotiationibus quomodo, & a quibus exigatur remiſſiuè.

60 Creditor non poteſt pacifci cum debitore vt in defectum ſolutionis termino præfixo teneatur eãdem ſummam accipere ad recambium, niſi certo conſtet tantum lucri illum ex illa mora amiſſurum quãtum ex cambio preciperet.

61 Creditor ob moram non poteſt petere maius intereſſe quam cambiorum, & recambiorum, & hoc ſemper eſt illud, quod creditor habuiſſet ſi pecunias exigiſſet, & expoſuiſſet ſuper cambijs.

62 Leſium pro diuerſis intereſſe ex lucro ceſſante, & intereſſe cambiorum habuiſſe, ſuſpicatur Author, quod verum eſt loquendo de eis in abſtracto, ſecus in concreto.

63 Detrimenta cambiorum ſæpe eſſe maiora intereſſe lucri ceſſantis dicit Leſius ſed male, vt nu. 64. declarando nu. 65.

Pactum

16 *Pactũ vt creditor teneatur tandiu pecuniã de bitã per cambia, & recãbia adſingulos terminos accipere donec debitor ſoluerit ſortẽ nõ eſt practicabile, nec impactum deducibile.*

67 *Praxis eſt quod ſtipuletur creditor, vt ſibi liceat ſummã debitã ad cãbiũ capere ab alys, cãj; cõtinuare ſup cãbys vſq; ad ſolutionẽ ſortis, & quotũcũq; intereſsiũ, & diſcrimen inter vnũ, & alium caſum notatur nu. 68.*



Pater Leonardus Leſſius è ſocietate Ieſu S Theologiæ in celeberrima Louanienſi Academia profeſſor inter omnes, qui de cãbio ſcripſerũt ſiue Theologi, ſiue Iuriſtæ, praxim cãbiorũ intimius nouit, vt ex infra dicendis certius apparebit. Is itaq; in ſuo cõmentario ad D. Thomam *de iuſt. & iur. lib. 2. c. 23.* vndecim dubitationes de cambijs excitat, & reſoluit; Nos verò exordium ſumentes à quinta dubitatione in figuratione caſus recambij; eamq; proſequendo in dubitatione ſeptima per totum, & percurſa demum dubitatione nona, vbi potiſſimum agit de cambij duplicatione, naturam, & doctrinã eius examinabimus, ex quibus ex noſtro inſtituto apparebit quid doctiſſimus Theologus hac de re ſenſerit.

Et quidem incipiendo à dicta quinta dubitatione. Ponit, & quidem prorſus ex arte quatuor diſtinctas perſonas, ſtipulatorem ſcilicet, & promiſſorem cambij, quos campſoris, & campſuarij appellatione deſignat, & is, cui dirigitur remiſſa cum eo, cui dirigitur tracta, quos appellatione reſpondentis campſoris, & reſpondentis campſuarij demõſtrat, dicitq; dum campſor pecuniã numerat, è conuerſo obligationem eum recipere (à campſuario ſcilicet) de pecunia illa alibi ſoluenda. Et hęc eſt praxis cambij ſimplicis, quam exactius poſui ſupra ſuo loco in prima diſp. quæſt. ſecũda ſubdit Leſsius cãpſorem mittere obligationẽ prædictã (quæſitam ſcilicet per litteras cambij) ad Lucium reſpondẽtem (eum ſcilicet, ad quem dirigitur remiſſa) vt ibi eam recipiat, & campſuarius ſimiliter ſcribat ad ſuum correſpondentem (eũ ſcilicet, ad quem dirigitur tracta) vt ibidẽ ſoluat, qui ſi acceptet, & ſoluat, iã perfectum cenſetur primum cambium. Et hæc pariter eſt praxis, quam poſui ſupra in ſecũda diſp. de perfectione cãbij inſtituta, qu. 2.

Addit ſæpè fieri, vt reſpondens campſuarij, cui tracta dirigitur non ſoluat reſpondenti cãpſoris, cui dirigitur remiſſa; ſed tradit illi obligationem tãquam ab eo accepiſſet ad cãbium, quam ille (ſcilicet correſpondens campſoris, cui erat directa remiſſa) remittit ad cãpſorem, & ſimul ſcribit (reſpondens ſcilicet campſuarij cui erat directa tracta) vt ſoluat campſori recambium.

In hoc additamento, in quo cõſiſtit duplicatio
2 cambij etiam per viam recambij, dẽ qua hic principaliter quæritur aduertendum eſt negligentia iuris labi doctiſſimum Theologũ Cum enim negligat obligationem correſpõdentis campſuarij, cui tracta dirigitur, & quam nos ex acceptatione litterarum cãbij, in ipſo oriri oſtendimus, & quidem efficaciſſimam ex conſtituta pecunia diſp. ſecunda, quæſtione vigeſima, nec animaduertat obligationem ex dicta acceptatione, nouatione extingui, & in obligationem ex cambio in eodem debitore mutari, per quam mutationem, ac nouationem verè, & propriè cõtingit ſolutio prioris obligationis, vt diximus diſp. ſecunda, quæſt. vigeſima prima, & alibi
3 ſæpius. Ideo negat in hac negotiatione, & cambij duplicatione, ſeu recambio correſpõdentem campſuarij cui dirigitur tracta, ſoluere correſpondenti campſoris, cui directa erat remiſſa, ex qua negatiua ſit, vt ſibi ipſi contrarietur in eis, quæ paulò ante dixerat, perfectum ſcilicet fuiſſe primum cambium. Neq; enim dici poteſt perfectum eſſe primũ cambium, niſi ſolutione, quam negat, vt vidimus ſupra diſp. ſecũda per totum, Et ratio rationis cur in has contrarietates incideri, ex eodem fonte pronanat 3 quia cum ſciat campſuarium debitorem primi cambij, remanere debitorem ex recambio, non diſtinxit diuerſitatem obligationum, nec cognitũ habuit liberari quidem ab obligatione prioris cambij, per ſolutionem factam, per ſuum correſpondentem, cui tractam direxerat, ſed
4 euaſiſſe obligatum erga eumdem, actione mandati, extinguenda per ſolutionem per ipſummet expediẽdam, pro perfectione recãbij, cuius tracta ad ipſum eſt deſtinata iuxta ea, quæ nos explicauimus ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione tertia.

Dũ igitur in hac facti ſpecie dicit correſpõdẽtẽ cãpſuarij, cui tracta dirigit, non ſoluere, intelligẽdus eſt de illa ſolutione, q̃ cõſiſtit i totali extinctione prioris obligationis ex cãbio, quæ contingit in compenſatione, vt nos diſtinximus ſupra hac eadem diſputatione,

quæstione tertia. Non autem de illa solutione vera, & reali, quæ per nouationem prioris obligationis, de iure contingit; quia licet prior obligatio, nouata extinguatur; alia tamen ex contractu nouante oritur; Et dum subdit: vice solutionis tradi a correspondente Campsuarij, cui tracta erat directa, obligationem ei, cui directa erat remissa, tantiquam ab eo accepisset ad cambium, intelligendus est: dictam obligationem esse verè, & realiter ex nouo cambio, cum eo inito, & ex quo verè, & propriè ipse tradens, ex propria persona, remanet obligatus; vt probauimus esse necessarium ad recambium supra hac eadem disputatione, quæstione quinta, & illam notam improprietatis, & fictionis, *tamquam*: omittendam omninò esse, cum verè, & propriè dicatur cãbio accepisse, licet pecuniã numerata non acceperit, sed, illius loco, præcedẽtẽ obligationẽ extinxerit, quę vt sępius dixi mus, vices solutionis verè, & ꝓpriè obtinet.

5 Dum verò subdit Lessius in proposito huius casus figurationis hæc verba formalia_, . *Cãpsor tamẽ ordinarie scire nõ potest quantũ lucretur, nisi dum pecunia per secundum, vel tertiũ cambiũ, tandẽ ad ipsum redit.*

Vim veritatis expresse à doctissimo viro, amabo te benevole Lector, animo reuoluas. Docuerat tertio, & quidẽ magno acumine, tutatus est supra, dubitatione scilicet tertia, & quarta; dari posse lucrum in cambio simplici siue campsor prior det, siue prior recipiat. Quod si verum est, & tanto studio probatum, cum versemur in negotiatione, in qua ex parte, vtriusq; contrahentis venit pecunia, cur certo nesciat campsor quantum lucretur, nisi dum pecuniam per secundum, vel tertium cambium ad ipsum perueniẽt? Nulla alia ratione, nisi quia, vt dicebamus disput. prima, quæst. decima tertia, lucrum in nullo cõtractu simplici verè, & formaliter reperitur, &

6 in nullo id certius est, quam in cambio; in quo non omnis excessus arithmeticus in quantitate, induit rationem lucri, attẽta diuersitate æstimationis, quę vt plurimum intercedit in diuersitate locorum, & tẽporis: nec notum habuit Lessius cuius generis, & quam exactum sit illud tantumdem, quod venit in cambio, de quo per nos disp. prima quæst. decima tertia. Nec perspectũ habuit: quo pacto, licet idipsum tantũdem perseueret in vtroq; cambio, de per se, & singulariter sumpto si tamen gemineꝰtur, & vt gemmata cambia considerentur in recambio, adhuc possit dari excessus in quantitate, quæ recipitur ab ea quæ tuit exposita, quod nos explicauimus supra hac eadẽ disp. quęst. 2.

Tandem *sub nu. 5. verse inter dum.* eandẽ facti

7 speciem, sic vt supra per nos declaratam, & iuris dispositione roboratam, exemplificat etiam quãdo eidem, cui dirigitur tracta, dirigitur etiã remissa, quando scilicet cãpsuarius debitor cambij nõ habet correspondẽtẽ; qui ei subministratur à campsore, creditore scilicet, & est illemet correspondẽs cãpsoris, cui tracta dirigitur, & ab eodẽ perficitur primũ cambiũ, & celebratur recãbiũ.

Sed & in hac exemplificatione ex eodem iuris neglectu, nõ distinguit Qui nam sit ille executor, & contrahens, & quomodo quadruplex illud munus exequatur: duplex scilicet, in perficiendo solutione priori contractu cambij, per exactionem scilicet, & per solutionem; & duplex pariter in contrahendo recãbio promissoris scilicet, & stipulatoris: nec quærit de requisitis, quæ ad omnia dicta munera exequenda tam ex antecasto, quam ex posteasto sunt necessaria. Quę quãti ponderis sint patet ex eis, quæ latè diximus supra hac eadẽ disputatione, quæstione octaua, vbi ostẽdimus: non repugnare, quin prædicta omnia ab vna, eademq; persona exequi possint, sed, quæ ad effectum prædictum sunt necessaria, & ex quorum defectu resoluatur hęc negotiatio in merũ figmẽtũ.

Ex quibus manifestè datur intelligi, non plenè hanc exemplificationem procedere ex defectu prędictorum, & propterea cũ æquituocum omninò contineat, & inuoluat, malè posse ei accommodari certam doctrinam, de qua se acturum profitetur dubitatione septima, & octaua. Et ideò omissis intermedijs quæ verè licet plura contineant notatu digna, tamen non respiciunt cambij duplicitatem, de qua potissimum quærimus, ad ea examinanda accedemus.

Videlicet ad dubitationem septimam *num. 59.* vbi quæstione proposita: an cambium Bizũtinũ sit licitum, facti speciem, de qua supra, exemplificat am tamen ad casum: quando correspondenti creditoris cambij dirigitur tracta cum remissa, quod cãbium verissimè dicit: tam Genuæ, quam alibi frequẽtissimè celebrari. In qua dubitatione, ex mẽte aliorum, ponit duo argumenta, quorum singula defendit ab obiectionibus, quę eis fieri possent, & *id vsq; ad num. 68.* Et ab inde infra, pro solutione dubitationis propositæ, tria ponit dicta, eaq; conatur probare.

Ego

Ego verò ſingula, ex inſtituto, percurram, ſanè ſemper more meo retento, vt diligentius non inquiram, quid verè ſentiant Doctores in propoſito allegati, & an meritò allegentur, quo nihil putidius puto, ſed ſolis rationibus penſitatis, doctrinam propoſitam, pro mea mediocritate, illuſtrabo.

Pro validitate igitur huius recambij; ſolet quod fieri ponitur, quando vni, eidemque dirigitur tracta cum remiſſa; qui proindè primum cambium perficit, & ſecundum celebrat, dicit illud ſuadere. Quod, ſi iniuſtum eſſet, id ex eo eſſet; quod, debitor primi cambij, non habet pecuniam eo in loco, ad quē deſtinata fuit illius cambij ſolutio. Sed hoc dicit obeſſe non poſſe, cum ſufficiat habere in credito apud amicum, vel vt facile poſſit habere correſpōdentem, qui eas ſibi det mutuo, ſiue ad cambium. Quia, tali caſu, ſit vera emptio, vel permutatio pecuniæ, cum debitor ibi habet, vel habiturus eſt per mutuum, vel per aliud cambium reale.

Sed ſi veritatem amamus, argumentum nihil ſtringit; tum quia ſolam perfectionem prioris cambij comprahendit, quæ cōtingit per ſolutionem; nulla facta mentione duplicationis cambij, in qua conſiſtit maior, & potior pars difficultatis, de qua duplicatione in hypotheſi expreſſam fecit mentionem; tū etiā quia egreditur, ex alio, terminos eiuſdē hypotheſis; dū in ſolutione argumēti, ſupponit eum, cui tracta dirigitur, ſumere mutuo, vel cambio ſummam, neceſſariam pro cambij ſatisfactione, & perfectione, quod expreſſum non fuerat in facti ſpecie propoſita: Tum, demum, quia gratis omninò aſſumitur in argumento, ex eo ſolum dubitari de iniuſtitia, quod debitor pecunias nō habeat in loco deſtinatæ ſolutionis; contrarium enim euincitur ex indubitabili reſponſo ad Bononienſes toties citato.

Dicerém ego dubitationem oriri ex eo; an ſecundum ea, quæ proponuntur, vere, & realiter perficiatur primum cambium ſolutione, & inſimul nouum cambium contrahatur in eodem loco, ſolutioni deſtinato. Quod cum ſatis aperiatur ex facti ſerie à Leſſio propoſita, impoſſibilis eſſet, reſponſio, niſi ſecundum diſtinctiones per me allatas ſupra, hac eadem diſputatione, quæſtione octaua.

Et hinc; licet videri poſſet parum referre; an procedant, vel non procedant obiectiones & ſolutiones ad dictum argumentum factę; tamen vt Auctoris doctrinam in re, de qua agimus, magis notam habeamus, non pigebit omnia percurrere.

Dùm primo loco obijcit: ſoluente campſoris correſpondente, perinde eſſe ac ſi ipſemet creditor ſolueret, quod in fraudem vſurarum eſſet; facilimè poſſet euitari obiectū
9 negando aſſumptum in ſe falſiſſimum, cum
10 correſpondens ſit perſona omninò diuerſa à campſore, & quod certius eſt, negatio ipſa probari poſſet ex reſponſo ad Bononienſes, per quod expreſsè conceditur, & hinc eſt: Reſponſionē Auctoris poſſe alicui, non immeritò, videri extrà rem, cum vim faciat ſuper libertate, vel coactione debitoris, circa vſum dicti correſpondentis, de qua nullum verbum in hypotheſi.

Obijcit ſecundo ſaltem non licere, quando
11 correſpondens campſoris eſt famulus, vel merus executor cāpſoris, & per conſequens eſt vna, & eadem perſona cum ipſo. Quæ
12 obiectio facilè tollitur ex eis, quæ ſupra hac eadem diſputatione quæſtione ſeptima, vbi ex natura inſtitoriæ probauimus: non obſtante identitate perſonę, poſita diuerſa negotiatione, ſuſtineri in iure tamquam diuer ſa; in tantum, vt ſint capacia actionum actiuarum, & paſſiuarum ad inuicem. Sed non
13 intrat reſponſio auctoris de officio duplici, quod per vnam, eamdemque perſonam adimpleri poteſt, quæ poſſit ſibi eſſe debitor, & creditor, nam hoc, abſolutè loquendo, omninò impoſſibile eſt; nulluſque poteſt ſi-
14 bi ipſi eſſe debitor, & creditor reſpectu eiuſdem perſonæ; cum hæc in iure ſint omninò incompatibilia. niſi poſita diuerſitate negotiationis, ſuper qua ſuſtinetur, vt diximus dicta quæſtione ſeptima; Et hinc eſt: valdè eſſe ſuſpectam admonitionem Auctoris, in propoſito, monentis: campſorem, hoc caſu, ſubire duas perſonas, campſori ſcilicet, qua tenus dat ad cambium', & facit remiſſam ad ſuum correſpondentem; campſuarij verò, quatenus eius nomine facit tractam, eidem correſpondenti, quod ad officium campſuarij pertinebat. Nam hoc poſtremum, ſecundum hypotheſim propoſitam, falſum eſt; nā, licet correſpondens campſoris tractam cāpſuarij adimpleat, de mandato, & ordine ipſiuſmet campſoris; nihilominus tracta ipſa ſecundum ea, quæ proponuntur, ei fit per campſuarium debitorem, qui verè perſonā ſibi debitam, ex natura cōtractus, gerit, licet

eius fidem apud executorem dubiam, securâ reddat ordo, & mandatum ipsiusmet campsoris, de cuius commodo principaliter in dicto contractu eiusque executione agitur. Et hinc fit: non esse verum, quod campsor, tali casu, adimpleat munus campsuarij, eiusque personam gerat. Quinimmò, etiamsi vltra terminos hypothesis, admitteremus dictâ tractam fieri, etiâ per cãpsorem suo correspondenti, qui illam solueret, non tamen in hac solutione dici posset campsorem fũgi officio, seu persona campsuarij. Recolenda enim sunt ea, quæ supra posuimus disputatione secunda, quæstione sexta, vbi de spectatione tractæ, & remisse quærebamus, & ostendimus eiusdem tractæ, & remissæ duplicem esse spectationem; alteram proprietatis; curæ, & sollicitudinis alteram, & hanc postremam in administratione illa meritò prætulimus. Cum igitur dicto correspondenti tracta illa spectet cura, & sollicitudine, à quo tandem emanauerit siue à debitore cãbij, siue ab ipso creditore, ipse, dum illum exequitur, ex propria persona exequitur, nec vlla ratione est verum in huiusmodi functione, personam campsoris, seu campsuarij referri, cuius officio fungi, licet verè fidem eius sequatur, cuius iussa exequitur, & propterea cum obligatum habet, ex tali gestione actione mandati, quatenus mandatum est, & negotiorum gestorum, quatenus negotium spectat, vt alibi vidimus.

Et hinc etiam fit; quod dum prosequendo Auctor ibidem suam monitionem, dicit: similiter idem contingere in correspondente, qui etiam duplicem personam gerat, campsuarij scilicet, dum soluit; campsoris dum exigit à se ipso; cum non esse ità de pleno audiendũ, non modo quia dum correspondens prædicta exequitur, ex propria, & non aliena persona agit per supradicta, sed etiam quia, illa propositio de soluendo sibi ipsi, non est generaliter, & indistinctè admittenda, prout ibi adducitur, sed cum distinctione, de qua supra disputatione secunda, quæstione vndecima.

Licet enim nihil referat ad iustitiam cõtractus
15 an hæ personæ sint distinctæ, an vna, & eadem; aduertendum tamen, etiam, atq; etiam est: referre ad eius substantiam (qua corruẽte corruit iustitia, vt sæpè diximus, & signãter in duplicatione cambij hac eadem disputatione quæstione secunda in fine) nisi enim intercuniant substantialia ad perficiendum solutione primum contractum cambij, & cõtrahendum secundum, tota negotiatio resoluitur in mutuum, & naufragatur inter scopulos vsuriarũ prauitatis. Ad quæ substantialia cum doctissimus hic Theologus, ex Iuris negligentia, non resperit, mirum non est: concludere hanc suam admonitionem, dicto illo, nequaquam admittendo. Fieri scilicet posse, vt campsor subeat officia quattuor personarum in cambio, eiusdemque executione. Quod sicuti ex multiplici formalitate methaphisica, intellectu concipi à subtilissimo Theologiæ professore facillimè potest, ità in moralibus, & in proposito contractuum, qui habent à iure constitutos certos terminos, & cancellos, omninò impossibile est. Vide quæ posui supra disputatione prima, quæstione duodecima.

Secundo principaliter argumentatur pro iustitia huius contractus, ex paritate rationis;
16 Inter hanc conuentionem, & illam; quæ requisitus de mutuo, loco illius vendit merces credito, siue ad tempus, vt illarum emptor præsenti pecunia vilius vendat: quod iustè fieri putat, sed præter charitatem, & è conuerso.

Cuius paritatis veritas, & argumenti vis, & au-
17 ctoritas sit penes Auctorem; Ego certè plura haberem, quæ circa venditiones illas, & illarum iustitiam, vlterius consideranda haberem, à quibus abstineo libens, cum sint extra argumentum cambiorum, quod mihi proposui, nec pro validitate recambij prædicti, in casu præmisso, operæ pretium existimem, quærere ignotum per ignotius. Ad obiectiones igitur accedendo.

Obijcit primo: contrahentem huiusmodi cam-
18 bia non liberè, sed coactè accipere, quę coactio, & inuoluntarium irritat contractum.

Hanc obiectionem, vt in se læuissimam, ità fa-
19 cili negotio reijcit Lessius, negando, id quod de inuolũtario, & coactione assumitur; Adde coactionem, si quæ est cõsiderabilis in casu, prouenire ab impulsu intrinseco indigentię debitoris, nullo extrinseco, ex parte creditoris, interueniente ad vim inferendam, *tot. tit. ff. de vi, & vi armata*, & propterea nihil inuoluntarium proponitur quod possit destruere contractum. Vide quæ posui supra disputatione prima, quæstione vigesima, dũ quærebam qui nam error contractum vitiet.

Obijcit secundo. Pretium in hoc cambio sem-
20 per esse iniustum, quia pecunia, quam campsuarius

ſuarius vendit campſori, pluris valet ob ſumptus, quibus eam comparare debet.

21 Aſſumptum huius obiectionis in ſe falſiſſimum eſſe, in cambijs ritè celebratis; patet ex eis, quæ latè cõſideratimus ſupra diſputatione prima, quæſtione vigeſima quarta, vbi de iuſtitia pretij in cambio quærebamus; pretia namque, quæ, ex legis præſcripto, miniſterio mercatorum apponuntur cambio, ſingulis ferijs, & quæ, ad fauorem accipere volentis, ſemper augentur; adæquantur rei in contractu deductæ, conſideratæ cum omnibus, & quibuſcumque ſuis circumſtantijs, temporis locorum, maioris, & minoris indigentiæ, ex quibus etiam oritur maior, vel minor facultas in comparãdo, ita vt in quolibet cambio ſimplici exigatur illud tantumdẽ, de quo in diſputatione prima, quæſtione ſeptima. Quod adeò certum eſt, vt poſſit videri ſuperfluum, ſuper reſponſione allata per Leſſium immorari. Ego certè non immorabor, cum egrediatur terminos argumenti cambiorum.

22 Obijcit tertio *nu. 67.* Ideò videri cambium ſiccum, quia litteræ reddeunt inanes. & repoſcitur pecunia cum lucro in loco, vbi primo ſoluta eſt, quod lucrum non videtur

23 exigi, niſi ratione dilationis. Reſpondet, & quidem ſatisfactoriè omninò non eſſe ſiccum, quia litteræ verè mittuntur, & virtute illarum ſit vera ſolutio; quod veriſſimum eſt (quando tamen adſunt requiſita adhoc, vt quis poſſit ſibi ipſi ſoluere, vt in diſputatione prima, quæſtione vigeſimatertia, & ad hoc, vt poſſit in ſe ipſo recambiare, vt hac eadem diſputatione, quæſtione ſeptima.)

24 Dum verò ſubdit non eſſe neceſſe, pecuniã re ipſa ibi numerari, ſed ſufficere ibi eſſe, & debita, creditaque per chirographa transferri (qui modus ſolutionis vſitatus eſt inter Mercatores) opus habet maiori declaratione. Quandoquidem adeò certum eſt:

25 non requiri actualem numerationem pecuniæ; vt nec etiam exigatur, quod pecunia ibi ſit, cum ad veram, & realem ſolutionẽ pecunia non requiratur, vt vidimus diſputatione ſecunda, quæſtione vigeſima prima.

26 Quinimmò; in ferijs cambiorum, regulariter, nullæ pecuniæ intercurrent, & abſque earum miniſterio omnia commodius exequantur, vt probauimus dicta diſputatione ſecunda, quæſtione decima nona. & quæſtione vigeſima, ſicut etiam per ſingrapha

27 mercatorum credita hæc transferri; ſed in iſtis ſingraphis ſedulò eſt aduertendum: ne fictiones, in fraudem vſurarum, & contra ſubſtantiam rei, de qua ſe agere profitentur agant; Quæ licet tanti ponderis ſint, vt ab eis pendeat tota ratio, de qua agimus, vt ſæpiùs vidimus; tamen adeò negligit, ſeu negligenda putat doctiſsimus vir, vt ſubdat',

Ita vt ſi aliquis qui acceptet debitum, & alius, qui acceptet creditũ, ſine vnus, ſi demq; vtrãq; obligationẽ, & ſuũ ſtonẽ habeat, ſiue diuerſi. Per quæ putat Leſſius, non mutari rei iuſtitiam, nec verificari quod litteræ redeant inanes; & manifeſtius aperit, quæcumque ſingrapha, quomodocumque concinnata à mercatoribus, in quibus enunciantur ſolutiones, & cætera ſufficere ad ſubſtantiam rei, de qua agimus. Quod ſibi licet probatum, cum tamen ſuſpectum eſſet: ne in figmenta reſoluerentur, omnia, ideò pro requiſito appoſuit; vt pecunia ibidem eſſet; ad quam tamen functionem id re-

28 quirat non aperuit.

Veritas eſt: non omnia, & quæcumque ſingrapha ad prædicta ſufficere; ſed ea, quæ poſitis requiſitis, ſufficiunt ad inducendam ſolutionem per viam compenſationis, vel delegationis, vel nouationis, vt latè explicatum fuit in ſecunda diſputatione, quæſt. decima nona, & vbi concurrat conſenſus neceſſarius ad contrahendum nouum cambium, ſiue per viam recambij, vt hac eadem diſputatione, quæſtione tertia cum ſequentibus: vel ſaltem ad duplicationem eiuſdem contractus, vt in quæſtione ſecunda. Ex quibus patet: non per quamlibet debiti acceptationem ſolutionem oriri; nec per ſolam ſcripturæ directionem nouum, & integrum contractum cambij celebrari; Nec ſemper ab vna, eademque perſona functiones prædictas, correlatiuè oppoſitas, de iure effici poſſe, & quatenus in iſtis ſingraphis exprimantur, eſſe pura figmenta; ex quibus illa datio pecuniæ in mutuum reſoluitur per toties repetita,

His tranſactis quaſi pro reſolutione quæſtio-

29 nis *ſub nu. 68.* ponit Leſſius primum dictũ. Quod ſcilicet *ſi is, qui petit cambio pecuniam, non ſit habiturus pecuniam in loco deſtinatæ ſolutionis actu, vel potẽſtate; idque campſor ſciat, contra iuſtitiam eum peccare, ſi ei ad illum locum cambiat.*

Sed in hoc dicto primùm ego conſidero quod

30 egreditur terminos propoſitæ theſis in qua ponitur

ponitur debitorem habere correſpondentem, qui ſoluat, vel ſaltem, ope creditoris, habiturum correſpõdentẽ ipſiuſmet cãptoris.

Secundo conſidero habere, vel non habere rẽ,
31 quæ venditur, non reſpicere ſubſtantiam venditionis, ſed eius perfectionem extrinſecam, quę in præſtatione rei venditę verſatur; Vnde ſicut non eſſet admittendum recambium. poſita dicta rei carentia, præſtanda ex cambio, & quę neceſſar o debet ſeruire de ſubiecto pro recãbio, vt probaui ſupra, hac eadem diſputatione, quæſtione 3. tertia; ità cum ad ſubſtantiandum contractum cambij, ſimplicis, dicta rei præſtatio non exigatur; etiam data dicta carentia, ad vtriuſque contrahentis notitiam, non infirmaretur contractus cambij, ſimplicis. Imputandum debitori, qui vendidit quod non erat habiturus; & ex hac imputatione, proteſtatis litteris in loco deſtinatę ſolutionis, cogendus ad ſoluendum quantitatem, habiram vnà cum intereſſe ad formam Iuris *l. prima cum toto titul. ff. de eo, quod cert. lor.* & nos diximus diſputatione prima, quęſtione decima quarta. Et exemplificauimus ſupra, contra Salonem in venditoribus granorum in Inſula Sicilię.

Tertio conſidero: quod iſta carentia, cum dicta notitia creditoris, eſſet moraliter impoſſibilis, quis enim daret cambio illi, quem ſciat, ſaltem poteſtate, non habiturum pecuniam ſufficientem ſolutioni? Hoc enim eſſet iactare ſuum, quod de nemine eſt credendum, ſed de campſore nefas eſſet, vide quæ poſui ſupra diſputatione prima, dum quærebam an licitè poſſit contrahi cambium cum qualibet perſona quæſtione decima quarta.

Demum conſidero (quicquid ſit de hoc dicto) illud verſari in terminis veri cambij & recãbij &
33 in quibus debitor verè, & formaliter obligatur ad cambium, & recambium; Non autem in illis (in quibus ſæpius apud viros doctos vidi æquiuocatum) quando debitor concedit campſori facultatem cambio capiẽdi, in quo certum eſt creditori debitorem non habiturum pecuniam vllo modo in loco deſtinatæ ſolutionis, ſed in hoc caſu, & vſu facultatis prædictæ, recurrendum ad ea, quę latè poſui ſupra quæſtione ab hac quarta, quam de huiuſmodi facultate examinaui.

Nec ratio dicti conſiderata ibidem a Leſſio; quod cambium ſit permutatio rei abſentis, pro præſente, vel rem abſentem emere, vel transferre, quod deficit re nõ exiſtẽte, quicquam ſtringit.

Nam ſiue loquamur de permutatione in genere ſumpta (nam de ſpecifica impoſſibile eſt, cum ad hanc exigatur veritatque rei præſentia, vt vidimus diſputatione prima, quæſtione ſexta,) ſiue de venditione, & datur actio præſcriptis verbis contra non adimplentem & actio ex empto contra venditorem non data re permutata, vel empta *totis tit. ff. de præſcript. verb. & de act. empt.* Nec vnquam
34 auditum, dari exceptionem debitori, ex eo, quod ad ſcientiam creditoris, rem in contractu deductam, non habuerit nec actu, nec poteſtate,

Nec quæ de boue empto à ruſtico non habẽte maiorem vim habent; Nam ſi demus aliquẽ emere à ruſtico, præſenti pecunia, bouem pro eum tradendo certo, & determinato loco, & tempore, pura aliquo in ruſticano cõuentu, vbi magna iumentorum, & animaliũ copia ſolet confluere, ſi iuſto id pretio fiat; nemo ſani capitis negabit, iuſtitiam huic cõtractui ineſſe (dato etiam emptorem ſcire venditorem non habiturum, nec actu, nec poteſtate bouem venditum) ſicut etiam nemo negabit: in his terminis procedere ſimilitudine cum eo, qui contrahit cambium cũ debitore, quem ſcit non habiturum ſcutos marcarum in feria. Quod ſi transferatur quæſtio ad emẽtem bouem a ruſtico, quem ſcit non habere, eidemque ſtatim locat certa conſtituta mercede, certè id & tranſilit terminos quæſtionis de cambio, & eſt iniuſtiſſimũ. Non ex eo, quod vendarur id, quod non habet venditor; Sed quod ſupponatur
35 id, quod non eſt, poſſe locari, & fructus ex locatione præſtare, quod conuincitur de mero figmento, omninò impoſſibili, non minus attenta natura rei, de qua agimus, ſed ſubſtantia contractus locationis quæ ſine re locata nec eſſe, nec ſubſiſtere poteſt, vt latè probauimus ſupra diſputatione prima, quæ octaua.

Et propterea non intrat admonitio eiuſdem, ibidem *nu. 69.* quod, in dante bona fide, qui putet recipientem habiturum, locum eſſe, vt debitor cogi poſſit ad contractum implendum, & in illius defectum, ad petendum debitum ex illo cambio vnà cum intereſſe.

Nam hoc eſt vniuerſaliter verum, abſtrahendo à quacumque ſcientia, vt dicebam, quia ſicuti traditio rei venditæ, non eſt de ſubſtãtia venditionis, & ea circumſcripta, adhuc datur actio ex empto. *l. 1. cum toto tit. ff. de actio. empt.* id ipſum procedit in cambio, reſpectu

reſpectu ſolutionis, eius vigore faciendæ, vt probauimus in diſputatione prima per totũ Et ex præmiſſis patet quomodo intelligendum ſit hoc primum dictum.

Secundum dictum, *de quo ſub num. 70.* habet

36 Quod, ſi qui petit ad cambium, ſit habiturus per ſe, vel alium, qui in loco deſtinato ſoluat, dummodo non ſit miniſterio, vel ſocietate cãpſoris; poterit, tali caſu, campſor nolle mutuo dare, ſed cambio, nec peccare contra Iuſtitiam, ſed quandoque cõtra charitatem.

Hoc dictum, quo ad primam partem quæ iuſtitiam reſpicit, de qua quærimus eſt de indubitabili, & verſatur in terminis cambij ſimplicis, de cuius exuberanti iuſtitia plene egimus diſputatione prima, quæſtione decima tertia. Sed procedere etiam ſi is, qui

37 ſoluit, eſſet ſocius. vel inſtitor ipſius campſoris, probauimus ſupra hac eadem diſputatione, quæſt ſeptima, cum attenta diuerſitate ſocietatis, in vim inſtitoriæ, licet ad vnum, & eũdem ſpectaret vtriuſque ſocietatis intereſſe, pro duobus perſonis inter ſe diſtinctis ſit habendus. Sed hoc dictum nõ deducitur ex theſi propoſita, quæ verſatur in duplicitate cambij, cum hoc dictum ſolũ, & ſimplex cambium, eiuſdẽque ad ſummũ perfectionem reſpiciat.

Tertium dictum *ſub nu. 71.* Quod ſi debitor

38 cambij, non poſſit habere alium, qui ipſius nomine ſoluat, in loco deſtinato, quam ipſi creditorem, vel eius ſocium, cui remiſſa eriã dirigitur, probabile eſſe ad cambium dare poſſe. Contrariam autem ſententiam non eſſe improbabilem, & ſpeculatiuè veriorem diſſuadendam tamẽ, nec facile permittendam.

Ex iſto dicto ad duo potiſſimum animaduertendum cenſeo. Primum ad illam æquiparationem, quam facit inter campſorem ipſum hoc eſt creditorem cambij, & ſocium eiuſdem; ex illo fortè deſumptum, quod, vtroque in caſu, intereſſe illius crediti, pariter, ſpectet ad eumdem. Quod licet verum in ſe ſit, & prout effectum vltimatum negotiationis attendamus; tamen, quoad formalitatem, & ſubſtantiam actus longè inter ſe

39 differunt; Quia vt latè probauimus ſupra quæſtione ſeptima, identitas intereſſe, imò & perſonę, non impedit quandoque diuerſitatem ſubſtantialem; ad effectum, vt pro diuerſis omninò haberi poſſint, & debeant,

40 ratione inſtitoriæ. Et ibi concurrunt requiſita diuerſarum ſocietatum, & negotiationum, nihil impedire, de iure, quin, reſpectu eiuſdem perſonæ, poſſint interuenire actiones correlatiuè oppoſitæ. Et hinc eſt: valdè referre, an proponatur, per eumdem campſorem, creditorem cambij, tractã ſoluiſſe vel per eius ſocium, ſeù inſtitorem. Cum priori caſu ſit, quoad omnia, eadem perſona, in ſecundo ſit diuerſa. ſaltem quoad ortum, & interitum obligationum, etiam correlatiuè oppoſitarum.

Secundo aduertendum eſt: tam ex hoc tertio, & poſteriori dicto, quam ex tota hac ſeptima dubitatione, ab hoc doctiſsimo viro, totã vim iuſtitiæ, vel iniuſtitiæ duplicationis cambii; collocari ſuper illa confideratione: an debitor eſſet ſoluturus, ad notitiam creditoris, cambium, in loco deſtinatæ ſolutionis actu, vel habitu, aut non eſset ſoluturus cæterorum omninò incuriosus: an ſcilicet, & quomodo perficiatur primum cambium reali, & effectiua ſolutione, & an verè, & realiter celebretur nouum cambium in loco deſtinatæ ſolutionis; quæ omninò neceſſaria eſſe, ne fictitia aperiatur tota negotiatio, nos ſupra probauimus, hac eadem diſputatione a quæſtione ſecunda vſque ad octauam.

Fides autem huius tertii dicti ſit penes auctorem. Vt verò quod de illo ſentiam, liberè proferam. Si de ſocio ſit ſermo, omninò

41 extraneo, re, & nomine; nihil puto proponi ex quo tutiſſimè non poſſit ab eo curari huiuſmodi ſolutio, cum de hoc habeamus rotundum reſponſum Pontificium ad Bononienſes, quod ipſum procedit, quantumuis

42 nomen idem eſſet, ſed ſocietas diuerſa, & id quidem vi inſtitoriæ, de qua ſupra, hac eadem diſputatione, quæſtione ſeptima. Si verò loquamur de ipſomet campſore, & ſic de ipſomet cambii creditore; rurſus diſtinguendum puto Vel proponitur: litteras illius cambii fieri, & ſubſcribi ab ipſomet cãpſore, & tunc certum eſt non poſſe; quia

43 cum litteræ illæ mandatum ſubſcribentis neceſſariò contineant ad eum, ad quem diriguntur, vt probaui diſputatione ſecunda quæſtione tertia; nec eſſe, nec intelligi poteſt, ut quis mandet ſibi ipſi. Vel litteræ illius cambii ſubſcribantur à campſuario, & ſic à debitore ipſo, vel aliquo alio tertio. Et tunc rurſus diſtinguendum; Vel ille campſor creditor habet, vel habitu eſt pecunias ſuas intellige latè ſumpto vocabulo etiam

etiam pro actione) campſuarij, & ſic debitoris, & tunc nihil impedit, etiam ab ipſo met creditore ſolutionem prædictam fieri, illis ſcilicet concurrentibus, quæ ſunt neceſſaria ad ſibi ipſi ſoluendum; de quibus plenè diſputatione prima, quæſtione vigeſima tertia; vbi plenè probaui quæ nam exigantur, vt quis ſoluere poſſit ſibi ipſi: Vel non habet, nec antequam proponitur ſoluere eſt habiturus, & tunc eſt merum figmentum, vt dicta quæſtione vigeſima tertia, & ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione octaua.

Quanti verò faciendæ ſint rationes adductæ per Leſsium ad probandum hoc ſuum tertium dictum, in medium relinquo, certè (quicquid dixerint allegati DD.) dum proponitur: in receptione pecuniæ interueniſſe verè, & realiter omnia, quæ ad celebrandum cambium ſunt neceſſaria, conſenſus,
44 res, pretium, pecunia diuerſi generis, ſolutio in alium locum deſtinata; ſatis habemus ad cambij celebrationem, & mutui excluſionem, vt vidimus ſupra, diſputatione prima, quæſtione ſeptima, & vndecima, cuius naturam cum habeamus, immeritò dubitamus de palliatione, quicquid indè ſecutum ſit circa perfectionem eiuſdem contractus quæ in ſolutione conſiſtit.

Et cum rem ipſam habeamus, licitè introductã & legitimè vſurpatam, fruſtra recurrimus ad intentionem, quæ non videtur alia, quã dare pecuniam cum obligatione, vt in eodem loco reſtituatur. Quandoquidem hæc intentio, nulla ratione, videtur damnabilis, dummodo per licita media dirigatur, vt ſcilicet, & in loco deſtinato vere, & realiter primum perficiatur cambium, & ibi aliud de nouo celebretur. Et cum hæc ſit continuatio ſuper cambijs, & recambijs, ſola ſpe, & intentione lucri, quam rotundum reſponſum Pontificium ad Bononienſes, & Panormitanos approbat, & confirmat; videndum eſt, ne ni nis in arctum conſtringamus conſcientias fidelium, perſcrutando tàm exactè intentiones Mercatorum; præ-
46 ſertim, cum aliàs certum habeamus, etiam in mutuo formali, intentionem lucri ſecundariam, & minus principalem, etiam effectu ſequuto, eſſe permittendam ex doctrina Glos. quam ſequitur Innoc. *in c. conſulunt. de vſuris*; quam etiam communiter à Theologis, & Canoniſtis recipi, teſtatur Nauar. *in Manual. c. 17. nu. 209.* vbi plenè probat. Quod ſi verum eſſet id quod ſubdit ibidem in propoſito Leſſius) quod cætera omnia non agerẽtur ſeriò, ſed tegendi mutui cauſa; vt ſcilicet media, quibus dirigitur intentio prædicta lucrandi, & recipiendi pecunias cum lucro, eodem in loco, vbi ſoluta primò fuerat, ad actum facti vere, & realiter non deducerentur, perficiendo ſcilicet ſolutione primum cambium, & celebrando ſecundum; Vtique, tali caſu, damnanda eſſet, ne dum intentio, ſed actus ipſe, non vti mutuum paliatum; ſed vt contractus, in quo cum deficiant ſubſtantialia ad cambium, reſoluitur in mutum formale, vt probauimus ſæpiùs, & præcipuè ſupra hac eadem diſputatione, quæſt. ſecunda. Ex quo omne lucrum, vti illicitum remouendum eſt.

Quod ipſum videtur ſentire ipſemet Leſsius,
47 in probatione ſecundæ partis dicti ſui, pro qua aſtruenda, ſupponit rem ſeriò agi; Nam ſi ſupponit rem ſerio agicur, dum priorem partem eiuſdem dicti negatiuam, vno, vel altero articulo præcedentẽ probat, aſſumit pro conſtanti rem ſeriò non agi? Certè nemini noua videri meritò poteſt inconſtantia, in eodemmet dicto Sapientiſſimi Theologi, qui perpendet, cum ſuper ſuppoſitis de diametro contrarijs loqui. Ego verò ſũmam æquitatem doctiſſimi viri ſuſpicere ſatis non poſſum; dum video, illum eodem in propoſito, ſola æquitate, non ſcripta dictum, ea cognouiſſe, & pro certis habuiſſe
48 quæ nullus ex noſtris, qui totí quanti ſumus, in Iure ſcripto, verſamur, ne quidem ſubdoratus eſt. Dicit enim, ſe ſupponere, ſi factor campſoris, qui reſpondet pro campſuario decoqueret; campſorem non eſſe habiturum directum, & nomine ſuo actionẽ in campſuarium; Veriſſimum ſanè dictum licet non probet. Sed ratio eſt, quia campſor non habebat obligatum campſuarium, niſi ex cambio cum eo celebrato, cuius ui acquiſiuerat actionem, efficacem, pro obtinenda ſolutione quantitatis, in loco deſtinatæ ſolutionis, quæ cum proponatur ſubſequuta, extincta pœnitùs remanſit obligatio prædicta, vt probaui ſuo loco diſputatione ſecunda, queſtione vigeſima prima. Verum quidem eſt, quod, vt ibi dicebam; non per hoc omnes, nec inter omnes extinctæ remanent obligationes; ſed altera quædam oritur ad fauorem campſoris erga ſuum factorem, qui exegit; altera verò ad fauorem factoris erga campſuarium; uel mandati, vel negotiorum geſtorum

rum, vt explicabam diſputatione ſecunda, quæſtione nona cum quinque ſequentibus. Legendus tamen eſt cautè Leſſius ibidem, dũ
49 in propoſito habet: acceptata obligatione per reſpondentẽ Campſuarium liberari; & tali caſu cãpſori competere indirectã actionem cõntra campſuarium, nomine ſui debitoris. Nam dum de acceptatione reſpondẽtis loquitur, non eſt intelligendus de acceptatione ſimpliciter, & præcisè, cum certum in iure habeamus: per eam præcisè non re-
50 ſultare ſolutionẽ vt contra Aſſictum, & ſequaces probauimus diſputatione ſecunda, quæſt. duodecima; ſed vel de illa acceptatione, cuius vi, attentis circunſtãtijs ad cõpenſationem requiſitis, reſultat ſolutio, per viam compẽſationis, vt ibidem dicebamus. Vel certè de ea acceptatione obligationis, quæ non cõſiſtit in puris terminis acceptationis tractæ prioris cambij, ſed quãdo coreſpondens, obligatus ex dicta acceptatione tractæ, ſuſcipit obligationem, de eadem ſumma, vigore recambij; itaut, quod debebat, ex conſticuta pecunia, vigore acceptationis tractæ, primi cambij, incipiat debere ex cambio, vigore recambij celebrati; modis tamen, & formis, diſtinctiùs expreſſis in caſu permiſſo, tamquam poſſibili ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione octaua.

Nec minor cautela eſt adhibenda in eis, quæ habet de actionibus: Nam verè, & propriè, in iure noſtro, nulla datur actio indirecta; vt patet ex multiplici actionum diuiſione, de qua *Inſt. de actio.* Nec pro actione indirecta intelligendus eſt de illa, quæ directæ
51 actioni opponitur, ſeu verius, ab actione directa contradiſtinguitur, quæ actio vtilis dicitur; quia nec hæc actio, vllo iure, datur contra debitorem debitoris, niſi creditori habenti hypothecam generalem, in qua ve-
52 nire nomina debitorum eſt tex. *in l. nomen. C. quæ res pign. obligar. poſſ.* Vndè fit ſpeciale eſſe in creditore hypothecario: poſſe eum intentare actiones vtiles contra debitorem, debitoris; quorum directæ ſunt pe-
53 nes debitorem ipſum. *DD. d. l. nomen. plenè Angel. conſ. 259. Iate Negus. de pignor. primo membr. 8. partis, nu. 19. & 20. Guid. Pap. ſing. 306. Lud. deciſ. Perus. 45. nu. 13. Pap. in for. reſponſ. lib. in act. hypoth. in gloſ. exceptionem excuſſionis nu. 8. Surd. conſ. 4. nu. 3. in princ.* Sed intelligendus eſt
54 Leſsius, dum de actione indirecta loquitur, de actione indirecto modo in campſorem perueneta, vel per adiudicationem iudicialẽ; vel per ceſſionem factoris; quod poſtremũ ſatisinnuere videtur, dum verbis expreſſis, nomine ſui debitoris, campſorem, tali caſu, agere profiteatur.

Expeditus eſſem de hac ſeptima dubitatione.
55 Leſſijniſi occaſione ab inſtituto noſtro omninò extranea, non minus, quam a propoſito ſibi argumento, circa charitatem; addidiſſet in fine: *Per Bullam Pij Sanctiſsimi induci præſumptionem iuris, & de iure tale cambium eſſe vſurarium, & vti tale in foro exteriori plecti poſſe.*

Qua in re, (pace dixerim tanti viri) nulla ratio-
56 ne ei aſſentiendum puto, ſi retinemus eius ſuppoſitum poſterius: rem ſerio agi. Nam ſi verè inter campſorem, & campſuarium cambium fuit celebratum, & de eo litteræ fuerunt conſcriptæ, & tranſmiſſæ ad locum deſtinatæ ſolutionis; ibidemque intantum celebrata ſolutio, vt campſuarius ab obligatione ex cãbio euaſerit liber, ſed obligatus factor campſoris; certè omnia requiſita à Bulla prædicta interuenerunt, nec aliquid proponitur, ex quo poſſit dubitari, diſpoſitioni, de qua in ea, fuiſſe cõtrauentũ. Quod ſi intelligẽdus eſſet Leſsius, retento ſuppoſito priori, quod habuit in probanda prima parte negatiua, rem ſcilicet in feria ſerio nõ agi, hoc eſt realiter ſolutionem nõ fieri; veriſſima eſt eius aſſertio, & nõ ſolum ex præſumptione iuris, & de iure, vt potè contra dictam Bullam cambium eſſe, ſed in veritate deficere ſubſtantiam perfectionis cãbij, ſuper qua fundatur, & fundari deberet celebratio recãbij, & omnia reſolui in mutuum vtroque foro damnandum, cõſito de lucro re ipſa, vel intentione primaria.

Aggredior modò (omiſſa dubitatione octaua, quæ de prouiſionibus loquitur) non recedẽdo a propoſita quæſtione duplicitatis cãbij, ex mente Leſſij dubitationem nonã *ſub n. 81.* quã inſtituit de intereſſe, ſeù recãbio in pactũ deducto, de quo nos ſupra latè hac eadẽ diſp. qu. decima, & vndecima. Qua in dubitatione, reſolutiuè procedendo dicit.
57 Primò poſſe fieri pactum, de intereſſe, ſicut in alijs contractibus, videlicet; ſi cãpſor ob moram debuerit accipere pecuniã ſub vſura; aut lucris per eum ſperatis exciderit.

Quæ concluſio ſic genericè ſũpta videtur verificari de illo creditore ex cambio, cui non fuit factũ ſatis per ſolutionẽ debitã, ex illo cambio in loco deſtinatæ ſolutionis; itã

vt, in caſu non factæ dictæ ſolutionis, poſſit paciſci inter cõtrahentes, de intereſſe cãbiorũ, ſiue ex lucro ceſſãte, ſiue ex damno emergẽti, & in ſe nullã prorsùs cõtinet diffi cultatẽ, nõ ſolũ per ea, quę poſuimus ſupra, hac eadẽ diſp. quæſt. decima, vbi egimus de intereſſe in genere, ſed magis in ſpecie de intereſſe cãbij ob non factã ſolutionem diſputatione ſecunda, quæſtione decima tertia, cum ſequentibus. Vbi de vi proteſtationis litterarum cambij latè diſputauimus. Quæ, ſi ex natura actus, circumſcripta quacunque pactione procedunt; nihil impedit, quod in pactum deducantur. Hanc verò
58 pactionem dupliciter dicit contingere poſſe de incerto ſcilicet, dum debitor promiſit, in caſu deficientis ſolutionis cambij, ſe intereſſe ſoluturum, liquidandum ſcilicet, quoad quantitatem, ex poſt facto. Et id quidẽ procedit abſque difficultate, per ea, quæ habuimus dicta quæſtione decima. Sed dum ſecundò dicit: id contingere de certo, & exemplificat in exactione quid certi pro periculo, cui creditor ſe exponit, concedendo dilationem vltrà terminum ordinarium. Rectè quidem monet; dum ſtatuit illicitum eſſe, & contra Bullam Pij Quinti: Verumtamen, & hæc exemplificatio egreditur terminos propoſitæ pactionis, de intereſſe ob moram...; Nec in facto practicatur, nunquam enim auditum, vt creditor ob periculum dilationis ad ſoluendum cõ-
59 ceſſæ debitori, quicquam exegerit. Pretiũ enim periculi pecuniarum, expoſitarum in negotiationibus, quomodo, & a quibus exigatur, & quo Iure procedat vidimus dicta qu. decima, vbi latè diſputauimus de tribus cõtractibus Nauarri; quę nullo pacto de facto accõmodãtur ad hãc dilationẽ ex mora; minuſque intrat circa eadẽ aliqua quæſtio.
Secundo cenſuit ibidem Leſs. *nn. 82.* Creditо-
60 rem non poſſe conuenire cum debitore, vt in defectum ſolutionis, termino præfixo, teneatur eamdem ſummam accipere ad recãbium: niſi certo conſtet, tantum lucri illum ex illa mora amiſſurum, quantum, ex cambio perciperet. Hæc deciſio adeò vera eſt in ſe, vt videri poſſit de re indubitabili propoſita. Eſt namque perpetuò verum, vt
61 creditor ob moram, mains petere non poſſit intereſſe quam cambiorum, & recambiorum; hoc autem ſemper eſt illud, quod habiturus eſſet creditor, ſi pecunias quas non exigit, eaſdẽ quatenus exegiſſet, expoſuiſſet
62 ſuper cãbijs. Suſpicor doctiſsimũ virum habuiſſe *p.* diuerſis, intereſſe ex lucro ceſſãte, & intereſſe cãbiorũ, quod verũ eſt in ſe, dicta qu. decima, & vndecima, ſi in abſtracto de eis loquamur, tãquã genus, & ſpecies, vt diximus de animali, & de homine; ſed ſi accipiantur in concreto, de intereſſe ſcilicet lucri ceſſantis debito creditori ex cambio; iſtud eſt intereſſe lucri ceſſantis ex cambio, & ſic genus identificatur, (ſeù veriùs) determinatur ad hanc ſpeciem intereſſe. Vndè cum eam cõcluſionis propoſitæ rationẽ adduciț; Quia creditor non poteſt plus exigere, ratione moræ, quã eſtimationẽ lucri ceſſantis, rectè dicit. Sed cũ eſtimatio dicti lucri ceſsãtis pẽdeat ex cãbio, ſeù recãbio, quod alias celebraturus fuiſſet, idipſum exiget ratione moræ, quod ex recãbio fuiſſet percepturus. Neque enim admittẽdũ, in
63 propoſito, quod ſubdit: detrimẽta cãbiorũ ſæpè eſſe maiora (vndè orta eſt mihi ſuſpi-
64 cio prædicta) Nam impoſſibile eſt: non eſſe æqualia, retẽto ſuppoſito in terminis creditoris ex cãbio; nã cũ intereſſe, talis creditoris, ſẽper ſit eiuſdẽ generis in quo pecunias ſuas exercet, conſtito eas exercere in cãbios idẽ detrimentũ ſẽtiet creditor, ob nõ factam ſolutionẽ; quod ſẽtiret quilibet capidẽdo ad cãbiũ. Quæ tamẽ intelligi volo in caſu, quo
65 per vnã, duas, treſue ferias dilata fuerit ſolutio, nam ſi mora in lõgius protraheretur, tali caſu longioris moræ, & tẽporis diuturnioris, intraret æquitas, quã cõſideraba dicta queſt. decima, per quã & dictã intereſſe taxationẽ meritò admitteret, ne ſortem excedere poſſet. rationibus ibi expreſſis.
Et ex prædictis etiã fit animaduerſionẽ eiuſdẽ Auctoris, de qua ibi *n. 83.* poſſe videri ęquè ſuperfluã, niſi haberet tali caſu, quo creditor eſſet certus moraliter ſe pecuniã, ſi exegiſ-
66 ſet, de facili expoſiturũ ſuper cãbijs, poſſe ſtipulari, vt debitor teneatur tandiù pecuniã illã per cãbia, & recãbia ad ſingulos terminos accipere, donec tandẽ ſoluerit ſortẽ.
Quod eget explicatione, neque practicabile eſt, aut practicatur quod debitor moroſus capiat ſũmã, debitã ad cãbiũ, eamque cõtinuet vſque ad ſolutionẽ, nec id in pactũ eſt deducibile; ſi enim acciperet ad cãbiũ, haberet per cõſequẽs vndè ſolueret debitũ antiquius, & ſic deinceps nouis ſemper mutatis creditoribus, neceſſet dare; vt cõtinuaret ſũmã, debitã ſuper cãbijs, vſque ad ſatisfactionẽ, quæ ſatisfactio ſingulis cãbijs cõtingit.

Nec

Nec apparet quænam ſit vtilitas creditoris, vt ſtipulerur: debitorem teneri ad continuandum ſuper cambijs ſummam ſibi debitam; quam & ipſe fruſtrà, iterato cambio daret, & ſatiùs eſſet ab alijs datum ſibi ſtatim habere, in ſatisfactionem ſui crediti, abſque vlla continuatione. Hæc eſt æquiuocatio in facto ex praxis non exacta cognitione, vt quod paſſiuè ſentit debitor, agere proponatur: Stipulatur itaque in
87 practica creditor, vt ſibi liceat ſummam debitam ad cambium capere ab alijs, vel à ſe ipſo, eamque continuare ſuper cambijs, vſque ad ſolutionem ſortis, & quorumcumq; intereſſium, vt fusè explicauimus ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione vndecima, hac de re, & licet id fiat damnis, & incommodo debitoris; non eſt tamen verum, quod ipſe debitor faciat; ſed veriùs patitur. Nec eſt iſta controuerſia de nomine,
88 ſed de re ipſa; Nam ſicuti facultas predicta maximi eſt momenti, & omni ex parte iuridica, vt probaui dicta quæſtione vndecima, ità ſi actiuè conciperetur, tanquam impracticabilis, & fictitia, nullo iure, ſuſtineri poſſet, minuſque probari de facto contigiſſe; vndè ex tali promiſſione nulla daretur actio. Niſi forte intelligeremus dictum Leſſij, non de capiendo ad cambium, & recambiando continuò ſummam debitam, vt loquitur; Sed de continuanda ſumma, primo exacta, ſuper cambijs, ad commodum debitoris; quam pactionem eſſe legitimam, & frequentiſſimè receptam patet ex eis, quæ latè deduximus ſupra dicta quæſtione decima.

Et hæc, quæ de Cambij duplicatione, ſeu recambio ſcripta reliquit Leſſius percurriſſe ſufficiant ad totius rei, de qua agimus claritatem; Si expectas Lector, vt quod in Salone, Azorio, & Leſſio vtcumque præſtiti; id ipſum exequar in Sigiſmundo Scaccia, P. Bernardo Iuſtiniano, eiuſque acerrimo concertatore moderno Genuenſe; qui notiſſimè hac eadem de re pluribus at ex profeſſo magna induſtria, & ſummo ingenij acumine egerunt, fruſtrà expectas; neque enim otium fuit, & ſi fuiſſet, non fuit conſilium aliena omnia rimari, & quaſi mea facere, ſed quantum poſſem huic nobiliſſimæ, & frequentiſsimæ conuentioni luminis afferre, quod non putaui ex ijs conſequi poſſe, qui licet optimè meriti de hoc eodem argumento, tamen de ſuo pauca commenti in referendis, & interpretandis aliorum placitis. Salonis præſertim, Azorij, & Leſsij, quos non prætermiſi, ſumma cum laude verſati ſunt.

DISPVTATIO III.

QVÆSTIO POSTREMA.

Ad Deciſiones Rotæ Romanæ ſuper Cambijs, Notæ.

IAcet Roma vetus celeberrimum illud ſuum centumuirale Concilium; dignationem Curulis extollat ingenitam, addat Maieſtatem Principis in cornu Tribunalis quandoque aſsidentis; Iuriſperitiã Aſſeſſorum, Oratorumque, eloquentiam cum vulgi acclamationibus celebret quantum libet. Ego verò Sacri Palatij, quos à munere, & à more audiendi iura partium, dicendæque in girum ſententiæ, Rotæ Auditores appellat Roma Noua, in controuerſijs cognoſcendis, dijudicandisque, potiores habeo; & habendos ab ijs cenſeo, qui Ius, & æquum in cognitionibus ſpectandum putant; Præſertim cum ad molliendam quandoque Iuris duritiem, nõ deſiderentur, in tempore, Principis reſcripta, per ſignaturam Gratiæ expedita; quibus, veluti Iuris ſcripti laxamentis, ab ipſo veritatis oraculo profectis, & ore Summi Pontificis promulgatis, adeò Ius ſcriptum opportunè mitigatur, vel intenditur, vt religioſiſsimi Iudices, nec legis mortuæ inflexibilitatem, nec viuæ æquabilitatem deſiderent.

Multa in promptu haberem, & præclara, quibus celebrarem inſtituta tanti Tribunalis, cuius ſolus mihi viſus eſt ſpeciem cepiſſe, qui Amphictionum ex vniuerſo Chriſtiano Orbe (cultiore ſcilicet Græcia) collectorum pictate, & ſapientia præſtantium appellauit Veſtrius Sed omitto prudens, ne adulationi quo abominor, & cuius etiam cauſas procul habeo, data quis putet.

Vnum, vel alterum, quæ me rapiunt, reticere non poſſum, quorum prærogatiua, vel ab ipſamet Iuſtitia, gratiæ. & quidem maximæ ei debentur.

Plerumque, ne dicam ſemper, in diſceptationibus ſingulis non ſimplex, nec certa contingit rei facies, ſed vel ex concurſu pluriũ cauſarum; vel ex litigantium inficiationibus, & cauillis; plura, ac plura, inter ſe diſſita emergunt; quæ omnia ſiue Ius, ſiue factum reſpicientia, à partibus concinnata, ſimul, & coniunctim, & diſputantur à litigatoribus, & examinantur à Iudice, maximo cum diſpendio temporis, & fortunarum, & nullo plerumque operæ pretio. Nam quorſum diſputare de Iure dubio ſuper facto, de quo non eſt doctum? Sapientius, quoad hoc, Angli, apud quos in primis, & à certo Iudice ſuper facto decernitur, quam de Iure à ſuo itidem Iudice pronuncietur. Sed non per hoc ſatis prouiſum: multiplex quandoque factum, pluribusque circumſtantijs implicitum Iudici proponitur, longe diuerſa Iuris diſpoſitione metiendum.

Nec minor in Iure ipſo quandoque multiplicitas; Sed eo maior, quo pluribus exceptionibus eſt eludibile; ijsque omnibus etiã contrarijs, vti permiſſum eſt reo. Hinc perpetuæ illæ, &, vt ità dicam, nullum quandoque finem inuenturæ, Interpretum noſtrorum conſultationes, & immortales lites, vt propior ſim, non raro, illam probare Poetæ Martialis ad Gargilianum inſectationem.

Ah miſer, & demens viginti litigat annis,
Quisquam? cui vinci Gargiliane licet?

Sola Rota Romana (quod optè omnia, & vbique Tribunalia inſpecto cauſæ ſtatu, articulũ diſcutiendũ ſeligit vnũ, ſiue ex facto ſiue in iure, quam ſimpliciſſimum; cuius definitio totius, ſi fieri poteſt, cauſæ præiudicium ferat, & ſuo prorsùs nomine, magis præiudiciale vocat. Nec illius pendente examine ad alia vagari permiſſum partibus, nec opportunum Iudici. Et hinc non raro, implicatiſſima aliàs litigia, leui negotio, dirimuntur vno, vel altero (quod vocant) dubio determinato, reiectis inanibus, & inutilibus diſputationibus, in necem litigatorum, & ad obruenda iura partium natis. Hoc verè eſt mederi mortalium languoribus, non autem Tyrannidem inter miſeros exercere.

Alterum verò, quo rapior Rotæ Romanæ peculiare inſtitutum, verè Romanum, eſt. Non enim cuniculis, armiſue fallacibus, non ex inſidijs pugnatur campo in illo; ſed, pro nihilo habito, quod apud alios, pro magno habetur: iura partium inuicem pandere, pugnæ diem, locumque indixiſſe; certis, vtque adeò, concurritur armis, vt antequam Mars ipſe de victoria decernat, Rotæ ſcilicet Auditores pronuncient, qua ex parte, & qua vi inclinatura ſit acies, deciſiones (quas vocant) futuræ ſententiæ prænuncias; publicantes, in quibus conflictus ipſe ſub oculis exponitur, id ſolum reſpicientes; vt ſi quid in iuribus explicandis omiſſum; ſi quid in acie dirigenda, ac inſtruenda peccatum; ſi quid in ſubſidijs reliquum ſit, acie reſtituta, emendataque, eodem ex integro vt mox dicebam, propoſito dubio, reintegrata victoriæ ſpe confligatur. Qua in re tantus eſt iuſtitiæ amor, tanta in Patribus illis veri cura, religio, vt non modo iam ab ipſis deciſa oppugnari æquis animis patiãtur; ſed non raro eodem ſæpiùs propoſito dubio priores deciſiones corrigere, & ad olim victos victoriam mox deferre non dedignentur. Vndè meritò lata demum à Rota Romana ſententia ità animo concidat victus vt deplorato quocunque prouocationis auxilio illam pro re iudicata haberi patiatur. Confidentiæ plenum verè fuit illud Aphricani maioris conſilium, qui ſupremo illo cum Hannibale prelio, quo de ſecundo bello Punico in terra Aphrica ſibi decertandum erat intercepti hoſtium ſpeculatoribus tantum abfuit ab ijs prohibendis, puniendiſque, vt circunduci per vniuerſa Caſtrorum ſpacia iuſſerit, certioraque omnia per otium inſpecta ad ſuos referre; Vt indè haud immeritò hoſtibus victis, ac profligatis ab eodem illorum Imperatore poteſtate non minus, quam odio Hannibale confeſſionem in Cartaginenſium concione extorſerit; non prælio modo ſe, ſed bello victum. Confidentius Maiores noſtri, qui cum Piſanis contermina Ciuitate, & illo æuo mari potentiſſima de Maris Imperio belligerantes tantis animis poſteriori bello quo vires illius Ciuitatis penitùs cõciderſit, ſe parauerunt ad pugnam. vt tranſmiſſis ex condicto, & viciſſim admiſſis in vtraq; Ciuitate tabellionibus eis permiſſum ſub fide, & auctoritate publica fuerit ne dum inſpicere ſed in tabulas referre publicas quæcumque

ad

ad id bellum pararentur, expedirenturque. Sed ſileat Romanorum, Genuenſiumque noſtrorum in rebus bellicis confidentia, & aliorum quorumuis ſi quę illuſtriora, ſiue ad poſteros emanarunt, ſiue ætas noſtra æmulata eſt, cum quandoque non minus ex iuſta rerum æſtimatione, quam ex ignoratione, & elatione animi, vt de Piſanis exitus docuit, proficiſcantur. Rotæ Romanæ confidentia, qua habet in moribus deciſiones ſuas edere ante prolationem ſententiæ tota ex virtute eſt, qua Ius, & æquum in cognitionibus ſectatu. Ad id ſpectat editio deciſionum, vt ſi quid per imprudentiã lapſum ad læſæ partis admonitionem corrigi valeat. Niſi poſt .... dies Senatus ſcita ad ærarios referri vetuit Tiberius, ſed per impoſturã ad leniendam ſcilicet in ſpeciem ſæuientis Tiranni inuidiam, qui, vt auctor eſt Tacitus, nec tempore mollichatur, nec Senatui integrum erat crudelia iuſſa lenire. Non ſic Rota Romana, quæ vota ſua non vt ſurdum, & inflexibile decretum pronunciat, ſed per apertas deciſiones, in quibus Iura partium plenè committuntur ad inuicem, & quid in cauſa ſtatuendum ducat, bona fide exponit, in ſumma libertate, & uſu promiſcuo, pęnes partes victas impugnandi, & pænes Religioſiſſimos Patres in melius reformandi deciſa nulla reluctante temporis præſcriptione.

Hinc mihi poſtremus ad inſtitutum ſermonẽ labor, eo lætior, quo a quacumque reprehenſione ſeuerior. Amant Rotæ Auditores ſuas deciſiones iterum ſub prælo premi idcò nimirum ſolummodo editas, vt ad certiorem veritatis, & Iuſtitiæ indaginem iterum premantur; Nihil igitur impedit quominus libero quodam veluti excuſu cuilibet liceat; quinimò benigno eorumdẽ quodam tacito inuitatu decet deciſiones Rotæ Romanæ examinare, & ſi quid in eis vel ex facto incertum, vel ex Iure dubium ocurrit libero ore ipſis volentibus, cupientibuſque profiteri. Cum igitur plures ac plures ex tripode illo ſæpiùs (ſed nũquam ex merito) laudato viderim huiuſmodi deciſiones ſuper controuerſijs cambiorum typis impreſſas ſed ſparſim, plureſque alias manuſcriptas beneficio, & cura Illuſtriſſimi, & Reuerendiſs. Octauiani Ragij Apoſtolicæ Cameræ Auditoris nactus ſim, nihil prius, n ihil antiquius habui, quam eaſdem vtcumque concinnata, ſolaque temporis, quo ſingulæ æditæ fuerũt ſeruata methodo quadam veluti coronide totius operis adnectere. Vt quam ego profeſſus lucem dare nobiliſſimo contractui, ex loculis ingenioli mei præſtare non potuiſſem, ex theſauris tot Illuſtrium Virorum eliciendam proponerem; additis ad vberiorem proueẽtum quibuſdam ex doctrina, quam aſtruebam quam breuiſsimis notis, quas à ſtudio tibi placendi profectas ſaltem ne ſpernas, amabo te beneuole Lector.

EX DECISIONIBVS ROTAE ROMANAE.

1 *Intereſſe, & damna ab aſſerente ſe illa paſſum legitimè ſunt probanda.*

2 *Mercator poteſt agere ad intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis.*

3 *Cambia dicuntur intereſſe ampl. vt nu. 4.*

5 *Cambia ſicita, & vſitata, non vſurę vſurarum, ſed ſortis principalis intereſſe vocantur.*

6 *Obligatus ad certam diem ex ratione mutuatę pecuniæ, ſi pacta non ſeruauit, tenetur ad reſtitutionem, nedum ſortis principalis, ſed etiam vſurarum tamquam intereſſe.*

7 *Cambia non requirunt interpellationem.*

DECISIO I. IOANNIS MOHEDANI, ad Tit. de Vſuris, aliàs 102.

SIMON Centurio mutuauit, ſeu dedit pecunias Martino ſub intereſſe 16. florenorum pro centanario, vt ſoler fieri in Curia, & Martinus obligauit ſe de ſoluendis pecunijs infra quattuor mẽſes, alias promiſſit damna, & intereſſe; Cum verò infra tempus conuentum pecuniæ non eſſent ſolutæ, Simon Centurio cambiauit, & cum ſucceſſiuè, nec etiam poſt illud tempus dictæ pecuniæ eſſent ſolutæ, iterum dictus Simon recambiauit, & tandẽ petebat omnia hæc damna a Martino, videlicet cambia, & recambia: ex parte autem Martini dicebatur, quod non erant damna, ſed potius vſuræ, & vſuræ vſurarum. Fuit dubium propoſitum in Rota 5. Maij 1542. Reu. P. D. Ioan. Paulo Tholoſ. cauſam proponente, an Simoni Centurioni debeantur damna, & intereſſe in cauſa de quo agitur.

A Fuit dictum, quod ex quo damna, & intereſſe in caſu, de quo agitur expreſsè promiſſa ſunt in obligatione, neceſſario debentur, & idem eſſet ſi non eſſent expreſsè promiſſa, B & probaretur legitimè, C quod Simon paſſus eſſet damnum capiendo pecunias ad cambium aliunde ob non ſolutas pecunias a ſuis debitoribus ſibi debitas, *iuxta doctr. Iunoc. & DD. in cap. de vſur.* Difficultas tamen ſtat in hoc, quod damna, & intereſſe in iſtis caſibus legitimè probentur, & ratio quæ mouit Dominos fuit, quod de iure mercator poteſt petere damnum, & intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergẽtis, *Bart. & DD. in l. 3. S. fin. ff. de eo quod certo loco, Alex. in conſ. 190. viſa ſcriptura priuata, 2. vol.* & talia cambia dicuntur intereſſe, D vt dicunt *Gl. & DD. in l. 3. C. de exercit. actio. Roman. conſ. 94. viſis his quæ narrantur, col. 1. & conſ. 238. vbi ſingulariter per eum, & Alex. conſ. 61. volum. 2. Idem dicit de Cambijs, quæ dantur tantum Florentiæ, Roman. conſ. 114. & conſ. 101. incip. propoſitæ conſultationis*, & hæc cambia vocat Rom. intereſſe: & hæc non dicuntur vſuræ vſurarum, E ſed ſortis principalis intereſſe, *Bart. in l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt, col. fin. verſ. Ego autem viſis omnibus, & tenet Iunoc. in c. 1. de vſur.* vbi dicunt, quod ſi teneris mihi ſoluere ad certum diem, & quia non ſoluiſti, ab alio ſub vſuris accepi pecunias, teneris ad reſtitutionem, nedum ſortis principalis, ſed etiam vſurarum; tamquam intereſſe, F *ſecundum tex. in cap. peruenit, & in cap. conſtitutus, de fideiuſſori.* Nec ad cambia erat neceſſaria interpellatio, *ad not. per DD. maximè per Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa col. 4. ſub num. 12. verſe confirmo ff. de verb. oblig.*

AVAld̃ referret ſcire quomodo dederit. Nã quatenus ſimpliciter mutuaſſet, rurſus quarendũ eſſet, an eas pecunias dediſſet, quas actu habebat expoſitas in negotiatione cambiorum, vt ſcilicet rem gratam faceret mutuatario, quo caſu nihil impediret, quin conuenire poſſet de intereſſe ob lucrum ceſſans, *quod ex illis pecunijs ſic actu expoſitis fuiſſet*

ſet mutuans percepturus, vt vidimus diſputatione tertia, quæſtione decima. Quod ſi ſim pliciter mutuaſſet recepturus intra quadrimeſtre, vt expreſsè innuunt ſequentia verba, tamen à die mora nihil impedit deberi intereſſe, etiam circũſcripta quacumque promiſſione, vt vidimus hac eadẽ diſputatione tertia, quæſtione nona. Sicuti referret etiã valdè ſcire, ad quid eſſent referenda illa ſex decim, pro quolibet cẽtenario, de quibus in theſi; ſuper qua taxatione ab initio nulla ſit vis in deciſione, quanti autem ſint ponderis, & quo iure procedat, vide ſupra hac eadem diſputatione tertia, quæſt. vndecima.

B In quantum differant fieri hac cambia, & recambia, vel ex ſimplici mora debitoris, vel ex facultate expreſſa conceſſa per debitorem creditori, vide ſupra hac eadem diſputatione quæſt. vndecima.

C Hanc probationem legitimam de intereſſe conuento ad hoc vt peti, & conſequi poſsit, præſertim vigore facultatis cẽceſſæ de cambio capiendæ ſummæ debitæ omninò neceſſariam eſſe, vide quæ latè diſeruì quæſtione decima, & vndecima hac eadem tertia diſputatione.

D Intelligendum ſano modo, nam ſi diſtinctius loqui vellimus intereſſe cambiorum, & cambia ipſa, & lucrum ex ijs reſultans longè inter ſe differit, vt probatũ eſt ſupra hac eadẽ diſputatione quæſtione nona. Ex quibus apparet nulla ratione dici poſſe (ſi ꝑpriè loqui vellimus) cambia dici intereſſe, niſi valdè improꝑiè, quatenus ſcilicet is qui cambio capit aliquam quantitatem æqualem illi, quæ ab alio ſibi debetur, ſumma quæ excreſcit vigore dictorum cambiorum intereſſe dicitur; quod reſpectu eius qui cambio dedit lucrum dicitur, vt expoſuimus eadem diſputatione tertia quæſtione nona.

E Qua ratione lucrum ex cambijs, & recambijs, licet proueniat tã ex ſorte principali quam etiam ex lucris præcedentibus, non per hoc dici poſſint aut debeant vſuræ vſurarũ; & quo nam caſu & in quibus terminis, intereſſe cambiorum, ſuper alio intereſſe cambiorũ non debeatur, & de ratione diuerſitatis videqua late hac eadem diſputatione quæſtione nona, & quæſt. vndecima.

F Quod debetur nedum ratione damni emergentis vt in hoc caſu ſed etiam, lucri ceſſantis vt vulgatum eſt, & late probatum diſputatione tertia quæſt. nona.

DECISIO II.
alias 103.

1 Probatio debet de neceſsitate concludere.
2 Pecunia ad cambium pro manutentione bãchi poteſt capi. Vtiliter pro manutentione, & non pro manutentione in damno.
3 Debitores tenentur ad damna probata tantũ pecuniæ creditorem ſub vſuris accipiſſe, quantum ſibi debebatur.

SIMON Centurio agebat contra Martinum Perez ad damna, & intereſſe ob pecuniã non ſolutam ad diem quatuor menſium, & ſic ad diem conſtitutum in obligatione; qua de cauſa paſſus eſt damnum; quia pecunias accepit ad cambium: & in articulis probat, quod pro manutentione bãchi, & pro ſuis negotijs accepit pecuniam ad cambium, non tamen probauit quod ex eo, quod Martinus non ſoluit pecunias, fuit adſtrictus ad capiendum pecuniam ad intereſſe. Fuit dubium 15. Maij. 1542. R. P. D. Io: Paulo cauſam proponẽte, an probata ſint damna & intereſſe. Fuit reſolutum, quod Simon Centurio non benè & ſufficienter probauerit damna, probando, quod accepit pecunias ad cambium tempore articulato, ideſt poſt quam venerat dies in qua debuiſſet ſoluere, quia oportet, & eſt neceſsarium, quod in indiuiduo probet, quod ob non ſolutum debitum a Martino, ipſe accepit pecunias ad cambium, & conſequenter paſsus eſt damnum, nam eſto quod dicto tempore acceperit pecunias, non concluditur, quod propter nõ ſolutum debitum Martini paſſus eſt damnum: quia forte paſsus eſt ob alias cauſas, puta propter ſubſtentationem banchi, & vt haberet pecunias ad dandum ad cambium,
A vt lucraretur: A ratio, quia probatio debet concludere, *ad net. in c. in præſentia, de prob. ad l. non hoc C. vnde legit.* Nam
1 ſtare poteſt, quod pro manutentione banchi fuerint captæ pecuniæ ad cambium, &
2 ex illis ſoluerint 15. pro centenario, & non
B fuerint in damno: B quia potuit Simon cũ ſocijs accipere pecunias vtiliter ad cambia pro manutentione in lucro: & non in damno *gl. in §. de illa & ibi DD. inſt. de ſocieta.* itẽ DD. *in l. 1. de Vſur.* dicunt, quod

eſt

3 est necesse probare, quod tantum sub vsuris creditores receperint quantum creditoribus debebatur, vt debitores ad damnũ teneantur, sed in casu præsuppositio pro manutensione negotiorum, cambia sunt recepta in maiori quantitate, & potuit esse receptum ad finem lueri.

A Bisa decisione cauendum est; nam cendis solum in damno emergenti; quod verè per solam receptionem pecuniarum ad cambium post aduentum terminum solutionis debitæ non probatur; cum illa receptio ex alijs causis prouenire potuerit, vt optimè consideratur in decisione. Sed cum in interesse debito stipulato, seu non stipulato, veniat

nedum refectio damni emergentis, sed etiã lucri cessantis, vt latè probauimus supra hac eadem disputatione tertia quæst. nona. Et expressis verbis admittit decisio eiusdem Rotæ proximè præcedens nu. 2. hac decisio vniuersaliter non procedit in interesse debito ex vtroq; capite sed in illo, quod deberetur ex solo damno emergenti.

B Hoc videtur impossibile in facto: nam vndecumque prouenerit hac necessitas, si tamen necessitas fuit, & dummodo verè fuerit necessitas ad cuius supplementum pecunias illas cambio ceperit, semper interessi illud, quod passus propenitur Simon emerfit ex non solutione sibi a debitore facta, & per consequens verè & propriè est damni emergentis. Vide quæ late disputatione tertia quæst. decima tertia.

DECISIO III.
alias 208.

1 *Mercator solitus negotiari, petens lucrum cessans, tenetur probare se habuisse merces paratas ad emendum, & quod ob defectum pecuniarum sibi debitarum omisserit illas emere, & alia, vt num 2. & 4.*

2 *Cast. in l. 3 §. fin. ff. de eo quod cert. loco approbatur, & num. 6.*

5 *Lucri cessantis interesse probatur sufficienter, probato mercatorem esse solitum mercari.*

7 *Lucrum cessans petens, non sufficit quod probet se retinere pecunias in continuo cursu cambiorum.*

DVx Sessæ Orator Regis Castellæ, & Legionis, plurimã quantitatem pecuniæ accepit ab Ansaldo de Grimaldis, & obligauit se in forma Cameræ dictam quantitatem pecuniæ soluere Hyspaniæ infra certum tempus, & hnic obligationi tamquam principales accesserunt D. Episcopus Gaetanus, tunc Castellanus, & D. Petrus Sarmiento, & D. Francifcus de Carauassal. Et quia summa pecuniarum in tempore conuento non fuit soluta, dictus Ansaldus asserit fecisse cambia, & recambia, & licet fuerit soluta principalis summa, petit tamen cambia, & sic lucrum cessans ob non factam solutionem tempore conuento; ex parte autem fideiussoris fuit dictum non teneri ad cambia, sic nec ad interesse, quia licet probatum esset, quod erat mercator, qui consuerit exercere mercantias suis pecunijs, & quod eb solutionem non exercuit, & sic non habuit lucrum cessans, esset tamen necessarij probari, quod illud lucrum esset certum, vt puta quod esset solutus mercari, & quod præ manibus habuerit mercantias, de quibus verisimiliter esset lucratus, & propter non habitam pecuniam istam sibi debitam, illas non emit, & lucrum prædictum amisit, aliequin non potest tale interesse peti, *ad l. quemadmodum §. item labeo ad fin. ff. ad l. Aquil. l naturalem, §. 2. ff. de acquir. rer. domi. & ita tenet Paul. de Castr. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco, & ibi Ias. Abb. in c. conquestus de rest. col. 2. Dec. c. cum venerabilis de excep. col. 1. Idem cons. 322. visis col. fin.* opporter enim probare tria, primũ videlicet, quod mercator sit solitus negotiari, secundo quod debitor pecuniæ numeratæ sit in mora, tertio, quod creditor habuerit præmanibus merces, & quod ex eo quia non habuit pecunias numeratas, non sit negotiatum. Dubium fuit positum R. P. D. Episcopo Marsicano causam proponente, an mercator volens petere lucrum cessans, & propterea cambia de quibus agitur, teneatur præcisè probare, quod apparuerunt volentes pecunias ad cambium, & quod

cx

ex defectu pecuniarum, de quibus agitur, dicta cambia fuerint omissa, & 16. Iunij
5 1539. fuit tentum dictum *Paul. de Castr. in d. l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco*, & visa est quasi omnibus Dominis quædam exemplaris, æqua, & rationabilis Decisio digna Tribunali Rotæ, & iterum hæc met difficultas proposita fuit 13. Ianuarij 1542. & eadem Decisio fuit tenta, in qua decisione interuenerunt R. P. D. Puteus, & Thanis, qui tempore primæ resolutionis non erant auditores, & dubium fuit positum, an mercator solitus negotiari, petens lucrum cessans teneatur deducere, & probare se habuisse merces paratas ad emẽdum, & quod ob defectum pecuniarum omiserit illas
4 emere: & fuit ita conclusum, & licet per Aduocatos Ansaldi fuerit disputatum, quod sufficeret morem probare, & quod erat solitus emere, & dare ad Cambia, & allegabant Glo. *in d. l. 3. §. fin. iunct. text.* & quod idem tenebant *Bart. & Salyc. ibi, & Abb. & Anchar. in c. salubriter de vsur. & Anchar. in cons. 150.*, & quod ad probandum interesse lucri cessantis, satis erat probare mer-
5 catorem esse solitum lucrari, vt tenet *Bart. Angel. & idem Paul. in l. cõtinuus §. cum ita ff. de verb. oblig.*, sed quia summa, quæ petebatur erat magna, etiam iterum parte instante, 29. Ianuarij 1546. fuit dubium, an isti mercatores, vt possint petere interesse ob non solutionem eis factam in tempore, teneantur probare se omnes eorum pecunias semper tenuisse ad Cambium, ita vt necessario inferatur, si illas de quibus agitur habuisset, se omnino illas datarum fuisse ad cambium prædictum, & an opinio *Paul. de Castr. in l. 3. ff. de certo loco sit vera.* R. P. D. Thoma de Thanis causam proponente, tentum est per omnes, quod sit necessaria probatio, de qua in prima parte dubij. 6 & quod opinio Paul. de Castr. sit communis, & ita fuit tentum in alia causa Benedicti Centurioni, & in hac eadem quæstione idem tenent *Bart. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod interest. propè fin. & Iaf. in l. minus. ff. de in lit. iuran.* tenentes opinionem Paul. de Castr. Postea verò de mense Maij 1546. fuit dubium in eadem causa per eũdem D. Thomam positum, præsuppositio quod Grimaldi probauerint, qualiter retinebant eorum pecunias in continuo cursu 7 Cambiorum, & alia etiam probauerint in vltimis articulis contenta, an propterea habere debeant cambia de quibus agitur, vel potius sententia R. P. D. Ioannis Pauli sit confirmanda. Fuit tentum per omnes, quod prima sententia debeat confirmari, quia etiam probatis materijs, de quibus in dubio non satisfacit doctrinæ *Paul. de Castr. in d. l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco*, quæ communiter tenetur per DD. vt fuit tentum, & etiam iudicatũ in hac, & in alijs causis in Rota, debet enim probari, quod occurrerit materia id est casus mercantiæ, vel occurrerint personæ volentes sumere pecunias ad cambium, & quia pecuniæ debitæ non fuerant solutæ mercator non habuit pecunias, ex quibus potuerit mercari, vel dare pecunias ad cãbium, quod non continetur in dictis articulis, & hac de causa fuit tentum contra hæredes D. Ansaldi de Grimaldis.

HÆC *Decisio magni, & merito apud omnes ponderis esse debet, cum sæpius eadem de re, & de magna summa inter acerrimos contradictores in Sacro Tribunali actũ fuerit, & semper in eadem sententia negatiua conuentum ab omnibus, secundum Castrensis sententiam illa tria ad reponendum lucrum cessans exigentem, & præsertim illud; creditorem habiturum fuisse paratos, qui acceperent pecunias ad cambium, quatenus eas à debitore morosò exegissent, in qua probatione defficisse actorem, qui solum probauerit se fuisse solitum pecunias suas implicare in similibus negotiationibus, ex qua probatione illa longè diuersa non resultat. Verum licet ego libens consolam creditori ex cambio; vt si prater expectationem debitor deficiat in solutione, facta in loco destinato solutionis propter latione, quanto citius potuerit in loco celebrati cambij debitam quãtitatem vnà cum interesse cambij legitimè reposcat, vt probaui supra disput. secunda quæstione decima tertia. Si verò dedit ad cambium sciens debitorem non esse soluturũ in loco destinato, nec etiam per aliquod tempus; vt stipuletur sibi facultatem cambio capiendi, de qua latè supra hac eadem disput. quæst. undecima. Ex quibus euaderet ex his angustijs. Si tamen casus contingeret, vt interesse cambiorum peteretur ex simplici mora, vt in hac decisione, & essemus in cambijs regularibus, arbitror verisimum esse: ex sola probatione, quod debitor sit solitus ne-*

gotiari in illo negotiationis genere, reſultare probationem etiam illius tertij requiſiti, habituram ſcilicet fuiſſe creditorem, quatenus à debitore moroſo exegiſſet; paratam mercem, & mercatorem, cum quo ipſe demmet pecunijs negotiaretur ſuper cambijs; & hanc probationem reſultare ex praxi cambiorum, & ex eis, quæ latè deduximus ſupra diſputatione ſecunda, quæſtione decima octaua, decima nona, & vigeſima. Signanter dixi in cambijs regularibus, in quibus cum ſolutiones fiant miniſterio noui, & reiterati contractus cambij, quod per neceſſe inuoluit tertium illud requiſitum, id non habet locum generaliter in cambijs, quæ irregularia dicuntur, quorum diſcrimen habes in diſputatione prima, quæſtione quinta; Contingere enim poteſt in eorum aliquibus, vt nec etiam in ſolito negotiari ſuper cambijs, neceſſarió interueniat illud tertium requiſitum. Fac Genuenſem mercatorem iturum Venetias, celebrare cambium Genuæ ante diſceſſum cũ Cumpſore, dicitque cambij remiſſam ſoluendam Venetijs ſibi ipſi ſtipulari; certè ſi Venetijs ille, cui tractæ fuit directa deficiat in ſalutari, litterasque cambij, nec acceptet, nec ſoluat, ſi creditor ob nõ factã ſibi ſolutionem, petierit exindè intereſſe lucri ceſſantis, habebit neceſſe probare illud tertium requiſitum; Quia ſi non probet, aliundè non ceſſat habuiſſe paratum mercatorem, qui eas pecunias eſſet recepturus ad cambium; prout ceſſat in regularibus, in quibus, vt diximus, cum tractæ ſemper adæquent remiſſas; & ebſque pecunia regulariter fiant ſolutiones, miniſterio ſcilicet noui cambij; certum in eis eſt ſemper adeſſe recepturum; & ſucceſſiuè plenè conſtat in eis de dicto tertio requiſito. Tenenda eſt igitur cum doctrina Caſtrenſis hac inculcata deciſio quoad Ius, reſpectu illorum trium requiſitorum; corrigenda verò quoad factum in omnibus cambijs regularibus, & ijs omnibus, in quibus ex praxi conſtat abſque ſpecifica probatione de illo tertio requiſito, quod regulariter inuenit in negotiatore cambiorum.

DECISIO IV. alias 322.

1 *Intereſſe damni emergentis petitũ poteſt.*
2 *Intereſſe damni non petit, non eſt ſoluẽ.*

SIMON Centurio conduxit, ſeu arrendauit fructus Cautiõ. Abbatiæ de Oſcera pro ſcutmille, & ſeptuaginta annuis pro trib. annis, & quia impeditus fuit in perceptione fructuum, egit ad intereſſe contra Monachos Locatores ex eo, quod accepit propter hoc impedimentum, plures
A pecunias ad cambium. *A* Fuit dubium an prædictus Simon intereſſe hac ratione poſſit petere, & fuit tentum per omnes quod Simõ debet habere aliquid nomine intereſſe, quia ipſe paſſus eſt damnum ob impedimentum ſibi præſtitum per Monachos, quia accepit plures pecunias ad cambium
1 pro hac neceſſitate, & ſic egit ad intereſſe damni emergentis, quod eſt licitum *ad not. in cap. conquæſtus, cum aliis de vſur. & in c. cum dilecti de foro compe.* & licet probauerit, quod ſoluit ad rationem duodecim pro centanario. Rota voluit, quod contentaretur ad rationem quinque pro centanario. &
B hoc de æquitate *B* Rotæ, & quod erat hoc conſiderandum pro annis, vel pro tempore, de quo fuit probatum accepiſſe pecunias ad
C Cambium, *C* quia tunc eſt verum dicere, quod paſſus eſt damnum, pro tempore autẽ pro quo non accepit pecunias, & ſic non eſt paſsus damnum, nihil eſt ſoluendum *ad not. in l. 1. & 2. ff. de eo, quod cert. loc.*

A VIX intelligi poſſet hoc factum, niſi ſupleatur. Nàm ſi impeditus fuit conductor in fructuum perceptione, debebat abſtinere à ſolutione penſionis; nulla exiſtente neceſſitate pecunias cambio capiendi. Quod ſi eas cepit expenſurus ad culturam; ergo vel nullum habuit à Monacis impedimentũ circa rem locatam, vel certè impedimentum præſtitum non fuit cauſa capiendi pecunias ad cambium cum, ſi fuit impeditus in re ſua locata, non haberit opus pecunijs expendendis in cultura: forè anticipata fuit ſolutio

lutio penſionis pro tribus illis annis; & cum impedita fuiſſet fructuum perceptio, petebatur intereſſe pecuniarum ſolutarum, quas ad cambium conductor receperat. Sed & hoc caſu impedimentum præſtitum non fuit cauſa cambio pecunias capiendi. Vtcumque ſit, retento ſuppoſito damni paſſi ex pecunij cambie captis ob factum, ſeu defectum Monacorum.

B *Super hac æquitate ego ſubſiſterem; maximè ſi verſaremur in intereſſe debito pro tempore non diuturno; conſtito enim, vt ſupponitur probatum eſſe damnum conductoris ad rationẽ de duodecim pro centenario ob factũ ſeu defectum locatorum difficile fuiſſet Rotæ adducere probabilem auſum huius æquitatis. Vide quæ in propoſito dixi de taxatione intereſſe cambiorum ſupra hac eadem diſputatione quæſt. vndecima.*

C *Et hæc aſſertio intelligenda cum moderatione, de qua in ſuribus addutis; Nam etiam ſi nõ probetur damnũ emergens; ex cauſa lucri ceſſantis ſtante mora debitoris deberi etiam intereſſe receptiſſimum eſt, & ſæpius diximus.*

DECISIO IACOBI PVTEI CXXI.
Parte tertia.

1 *Commiſſio ſemiplenè probata, quomodo ſuffi cienter docetur.*

2 *Debitores cambij nihil aut tardè ſoluentes conductori cambij, non poterunt locatores cambij aliquod intereſſe pretendere: ſed tranſacto cambij tempore contra conductorem ad rationem reddendam agere.*

3 *Littera cambij vndè probentur eſſe facta.*

4 *Littera cambij ſi doceatur eſſe facta, præſumitur in tempore eſſe confecta.*

1 DIE 7. Maij 1548. in cauſa Bon. locat. dubitatum, an commiſſio Comitis Franciſci, quoad litteram Petri de Minor. probetur adimpleta concurrente littera Illuſtriſs. D. Iacobæ Rolaten. in illam, & fide eiuſdem, ac Mathei Amorini, & fuit reſolutum quod probaretur adimplementum dictæ litteræ, & quod Peregrini faciendo litteram cambij,

A effecti fuerunt debitores *A* ipſius Petri, &

B creditores Bentiuolorũ; *B* Vndè dato quod

2 numquam ſoluiſſent Petro, vel tardè ſoluiſſent, Bentiuoli nullum intereſſe prætendere

C poterunt. *C* Nam iſti Bentiuoli ſtatim trãſacto tempore de quo in litteris cambij, poterant agere contra Petrum *D* dicentes, quod ipſe Petrus habuit litteram cambij de commiſſione eorũ. & ſic quod deberet reddere rationem *E* de dicta littera. Quod autem littera eſſet facta probatur ex cõfeſſione ipſius perſonæ approbatæ pro Bentiuolis. Item probatur per exhibitionem ipſius litteræ in actis, & dum dicebatur, quod licet probaretur, quod littera eſset facta, non tamẽ probatur, quod in tempore, quod erat neceſsarium probare ex quo agebatur de caducitate. Quia fuit reſponſum, quod ex

4 quo littera reperiebatur facta, præſumebatur in tempore facta. alias enim eſset præiudicialis ipſis Bentiuolis, quia per eam cui tabatur caducitas Peregrini, & inciditur in crimen falſi & delictum non erat præſumẽdum. Item probatur ex litteris Dom. Iacobæ ſcriptis 10. Iunij 1545. in quibus ſcribens dictus Peregr. facit eis bonos ducatos 400. datos Petro del Mazo.

HÆC deciſio cum duabus ſequentibus circa eadem factum verſatur, quod tamen non plenè colligitur ex eis. Manifeſtè quidẽ apparet. Comitem Bentiuolum creditorem Peregrinorum eiſdem commiſiſſe, vt per litteras cambij ſoluerent certam quantitatem pecuniarum Petro Bonfilio; Non exprimitur autem quo pacto Peregrinis id fuerint exequuti, & cum quo dictum cambium celebrauerint, nec ſub qua forma litteras cõfecerint & quod magis eſt, non exprimitur ad quem tractam illius cambij direxerint, nec locum ſolutionis. Vndè licet in nuncupatione plurium perſonarum, nulla exprimatur, cui aptius intelligi poſſit facta tractа, ſuſpicor illam factam fuiſſe eidem Petro Bonfilio, vnà cum remiſſa ab eiſdem Peregrinis, qui ad commiſſionem dictorum Bẽtiuolorum ipſius creditorum fecerunt litteras cambij ſoluendas certo loco dicto Petro Bonfilio, cui etiam

dicti Peregrini fecerunt tractam eiusdem cambij sibi ipsi soluendam. In examinandis his tribus decisionibus nihil attingam de quæstione illa, quam disputaui supra disputatione secunda, quæstione vndecima & plenius hac eadem disputatione quæst. octaua, quando scilicet vni, eidēque personæ dirigi possit tractæ cū remissa, sed cū in eis mihi habeatur quod trahi possit ad quæstionem prædictam ex suppositio in casu decisionum concurrentiūs debitis circumstantijs legitimè fieri potuisse, ea solum attingam, quæ habentur in decisionibus.

A Si Petrus consideretur, vt is, ad quem facta fuit tractа per Peregrinos vigore litterarū cambij, de quibus agitur; vtique habet obligatos Peregrinos, sed tum demum post acceptationem dictarum litterarum; & obligatione quidem mandati contraria, per ea, quæ fusius disputatione secunda, quæstione duodecima. Si verò consideretur, vt is, ad quem dirigitur remissa etiam post acceptationem cessante mandato; tantum abest, vt acquirat obligationem erga Peregrinos, quinimò erga illos teneretur negotiorum gestorum, quatenus remissa illa ad eos spectat cura, & solicitudine; vt disputatione secunda quæst. decima.

B Valdè impropriè dicuntur Peregrini creditores Bentiuolorum; cum enim essent debitores eorumdem ante eōfectionem litterarum cambij; si & quatenus de commissione creditorum fecerunt cambium, eiusque litteras; consti tuentes scilicet se debitores ex dicto cambio, & imputantes in pretium eiusdem dictum debitum quod fieri posse probauimus supra disputatione prima, quæst. secunda. Et per consequens sicuti quatenus dicti Peregrini non fuissent ex causa de præterito debitores eorumdem Bentiuolorum; ex dicto contractu cambij, euasissent creditores pretij scilicet eiusdem cambij; cum autem proponantur debitores ex ante facto, non verificatur facto cambio, quod verè euaserint creditores, Nisi si & quatenus considerentur precisè, vti contrahentes cambium ad commodum Bentiuolorum abstrahendo à debito precedenti; prout considerantur in proposito & hoc respectu verè dici possunt creditores Bentiuolorum; quod tamen creditum extinguitur cum debito precedenti, quod presuponitur antecessisse; Ideò minùs propriè absolutè ponuntur creditores.

C Hoc non procedit de Iure; nam obligatio, quæ acquirit Petrus aduersus Peregrinos acceptando illorum tractam, de qua in litteris cambij: non liberat Bentiuolos ab obligatione, quam fortè hi habuissent aduersus aliquem, ad cuius extinctionem fortè dirigebatur illa commissio, & illud cambium; sed ad effectum prædictum est necessaria actualis solutio. Vide qua examinauit disputatione secunda quæst. duodecima contra Baldum, Affictum, & alios.

D Si Petrus consideratur, vt ille, cui erat directa tracta a Peregrinis, & ex illius acceptatione eosdem habebat obligatos, vti talis, nulla erat obligatione obstrictus ad fauorem Bentiuolorum, cum quibus nec re, nec verbo vlla ratione contraxerat. Si verò consideretur, vt ille, ad quem erat directa remissa (ex supposito) eiusdem cambij, tunc licet nec sub tali formalitate, nec re pariter, nec verbo Bentiuoli cum eo contraxerint, nihilominùs videri posset eis obligatus actione negotiorum gestorum, quatenus remissa illa ratione interesse spectat ad ipsos Bentiuolos Vide qua scripsi supra disputatione secunda, quæst. sexta.

E Hanc quidem rationem reddere deberet Petrus, tamquam ille, cui erat directa remissa modo supra explicito littera D Hac autem ratio diuersimodò esset reddenda secūdū diuersitatē sequutorum. Nam si peteretur in terminis, quibus Petrus tantum curauisset sibi litteras cambij acceptari per eum, cui esset directa tracta, & sic posset dictam acceptationē precisè, quo casu contracta fuit inter eos stipulatio, cui contrahenda fuit adiectus, vt explicaui supra, d. disputatione secunda, quæst. septima; tunc ad nihil aliud tenetur, præterquam ad cedenda iura per dictam stipulationem quæsita actione mandati, seu in eius defectum negotiorum gestorum. Si verò conueniatur ad rationem reddendam post exactionem sequutam, tunc ijsdem rationibus tenetur præstare vel pecuniam exactam: vel id se fuisse exequutum, quod iussus fuerat. Vt habetur in disputatione secunda, quæst postrema.

DECISIO PVTEI VI.
alias 124. par. 3.

1 *Litteræ cambij ſi commiſſio, & partita adſit, ſtatim à debito liberant, & delegationem inducunt.*

2 *Delegatio etiam ſine ſtipulatione inter mercatores fieri poteſt.*

3 *Promiſſio facta in diem non liberat, niſi litteræ acceptatæ, & debitores alij eodem die ſuſpecti fuerint.*

4 *Libri mercatorum in præiuditium ſcribentis, & non tertij probant.*

1 DIE 8. Maij in vna cauſa Bono. locationis propoſui dubium, an DD. de Peregrinis ſtante littera cambij, & commiſſione, & partita Petri Bonfilij cenſeantur ſtatim liberati *A* eadem die 22. Decembris. Et fuit reſolutum, quod ſic, ex quo littera cambij erat facta à mercatore, videlicet à Peregrinis, *B* Petro Bonfilio. Ratio *B* quia dictæ litteræ fiunt à mercatoribus inter quos proceditur ex bono, & æquo, & non ſeruantur apices iuris; & Peregrini erant debitores Bentiuolorum committentium. Fuit dictſi *C* quod eſſet delegatio; *C* & ideo non ob-2 ſtat, quod non interuenit ſtipulatio, & delegatio non fit niſi per ſtipulationem; quia fuit reſponſum, quod ſufficit in caſu iſto, *D* quod agatur inter mercatores. *D* Nec ob-3 ſtat, quod eſſet promiſſio facta in diem, *E* *E* quo caſu non inducitur liberatio, *vt per Soc. in l. ſingularia, col. penult. in 2. limit. ff. ſi cert. pet.* Quia fuit reſponſum, quod procedit, niſi Petrus Bonfilius litteras acceptaſ-*F* ſet, *F* & eadem die Peregrinos, loco eo-6 rum debitores facere voluiſſet. *G* Non obſtat, quod libri Petri Bonfilij non probent in præiudicium tertij, & ſic Bentiuolorum; quia fuit reſponſum, quod hic probant in præiudicium ipſius ſcribentis, ex quo creuerat ipſos creditores.

A *Intelligo hanc liberationem Peregrinorũ à Bentiuolis committentibus, cum fuiſſent illorum debitores ante cambij celebrationem: Item intelligo ab obligatione prædicta dicti debiti præcedentis; Nec enim illa vatione, intelligendum puto reſpectu obligationis reſultantis ex cambio, quod celebratur vigore dictæ commiſſionis, quæ nunquam extinguitur, niſi tunc demum poſt factam ſolutionem illius cambij, ad quem contractus ordinatur, vt probatis diſputatione ſecunda, quæſtione duodecima.*

B *Veriusest: Quia debitum vetus, quo Peregrini erant obligati aduerſus Bentiuolos, conceptum eſt, & conuerſum in pretium cambij contractum inter prædictos cuius cambij vigore litteræ cambij fuere confectæ, ex quibus ipſi Peregrini remanent obligati ex cambio illo ad fauorem eius, cum quo contraxerunt. Vide ſupra hac eadem tertia diſputatione quæſtione ſeptima propè finem.*

C *Quinimmo nouatio: cum id, quod debebatur à Peregrinis ex cauſa de præterito (quæcumq; tandem illa fuerit) incipiat deberi ex cauſa cambij cum eodem creditore contracti. Vide quæ ſcripſi diſput. 2. quæſt. octaua, & diſput tertia, quæſt. quarta.*

D *Addeſis ad rem facit, quod dixi in diſputatione prima, quæſt. decima, & duodecima.*

E *Quinimmò obligatio pura eſt, & quæ ſtatim oritur poſt celebratum cambium, vt in diſputatione prima, quæſt. vndecima, licet eius exe cutio, quæ perfectionem extrinſecam reſpicit in tempus neceſſario differatur, vt in diſputatione prima, quæſtione octaua, & diſputatione ſecunda per totum.*

F *Per acceptationem litterarum cambij factã per eum, cui tracta dirigitur non oriri liberationem datoris litterarum, nec perfici cãbium ſolutione probaui diſputatione ſecundæ quæſtione duodecima.*

G *Quæ requirantur ad hoc, vt per directionem ſcripturæ in libris mercatorum oriatur ſolutio, late examinantur in diſputatione ſecunda quæſt. decima ſeptima.*

DECISIO VII.
alias 126. par. 3.

1 *Verbum promitto eſt generale, & quamcumque promiſſionem, ſeu fideiuſſionem importat.*

2 *Debitores deleganti aut mandanti, & mandatario ſimul obligati eſſe non debent.*

3 *Litteræ cambij per debitores facta, & à mandatario*

datario acceptata, cum res integra non ſit, reuocari non poteſt.

4 *Debitor delegatus ante diem ſolutionis non liberatur in mandato de ſoluendo, non autem in litteris cambij, quæ ſunt irreuocabiles.*

5 *Mandatarius plenè credens debitoribus, liberantur debitores à mandantibus, ſeu delegantibus, & efficiuntur ipſius mandatarij debitores.*

6 *Delegans cum non eſt debitor non inducitur propria delegatione, nec nouatio, ſi mandantes non ſunt creditores mandatarij: & ſi verò mandatarij quibus debitores delegabantur, non ſint creditores mandantium, ſeu delegantium, & hoc tamen non ceſſat delegatio.*

DIE 4. Iunij 1548. in cauſa Bononien. locationis, propoſui dubium, an ſtantibus litteris D. Iacobæ ſub die 29. Nouembris, & litteris ſub die 7. Septembris 1544. & reſponſione poſitionum litterarum cambij per Peregrinos facta, cenſeantur cauſæ fideiuſſionis, & fuit reſolutum, quod verbū promitto, de quo tam in litteris D Iacobæ, quam in litteris Peregrinorum erat generale, & comportabat quamcumque promiſſionem, ſiue fideiuſſionem; & verbum cautos facere, de quo in poſitionibus, etiam capiebatur generaliter de quacumque cautione, vt latius in informatione in cauſa pro parte Peregrinorum data. Fuit reſolutum, quod ex quo Peregrini impleuerant formā commiſſionis; Nam eis mandatum fuerat per Comitem, vt facerent vnam litteram Cambij, & littera Cambij per iſtos Peregrinos erat facta, & per Petrum Bonfilium acceptata, vt in puncto apparet, quod non erat honeſtum, *A* quod Peregrini eſſent duobus obligati Bentiuolis delegantibus, *B* & mandantibus, & Petro Bonfilio mandatario. Nam ex quo littera Cambij, per Peregrinos erat facta, & per Bonfilium acceptata, iſta littera cambij reuocari non poterat, *C* ex quo res non erat integra, prout in ſimili decidit Dec. *in l. ſingularia, col. 10. verſ. 5. concluſio, ff. ſi cert. pet.* Non obſtat quod iſtæ litteræ ſint in diem factæ; quo caſu debitor delegatus ante diem ſolutionis non videtur liberatus per ea, quæ dicit Socin. *in d.l. ſingularia, col. fin. in 2. limitat.* quia fuit reſponſum, quod dictus Socin. loquitur in mandato de ſoluendo, non autem in litteris cambij; inter quæ eſt magna differentia. *D* Cum mandatum poſſit reuocari, litteræ verò cambij ſint irreuocabiles prout ita declarat ſeipſum idem Socin. *in conſ. 68. in princ. in 3. vol. col. 2. verſ. ſequitur ex premiſſis*, vbi loquitur de litteris in diē; quia loquitur de termino conuento, & tamen dicit, quod facta acceptatione promittentes ſunt liberati, & Sal. qui allegabatur per Socin. *in d.l. ſingularia, & in l. pro debito, C. de bon. auct. iud. poſſ. ver. Ego autem inter primum capitulum*. Hoc de directo facit contra Bentiuolos. & probato, quod quia Petrus Bonfilius credidit plenè Peregrinis, *E* quod Peregrini ſint effecti debitores, *F* ipſius Petri, & liberati à Bentiuolis, *G* & ad idem Salic. *in l. ſi filius, in princ. ff. de minor.* Non obſtat, quod Bentiuoli non eſſent creditores Petri Bonfilij, & ideo hic non ſumus in propria delegatione, *H* quo caſu non videtur inducta nouatio: cum *l. fin. C. de nouat.* reperiatur limitata in propria delegatione prout ita vult Dec. *in d. l. ſingularia, col 11.* concludendo dici poteſt, quia fuit dictum quod opinio Decij procedit, quando ille qui delegat, non eſt debitor: & tunc dubitatur, an ſit delegatio, vel non: & procedunt, quæ dicit Dec. Sed in caſu noſtro Peregrini erant debitores Bentiuolorum delegantium, *I* & licet Bonfilij, quibus Peregrini delegabantur, non eſſent creditores Bentiuolorum, per hoc tamen non ceſſabat, quod eſſet delegatio, *per tex. in l. delegare, & ibi Caſtr. ff. de nou.* Non obſtat, quod ibi non interuenit ſtipulatio, ergo non eſt delegatio; quia inter mercatores non conſideratur ſecundum Dec. *in conſ. 207. Soc. in d.l. ſingularia, nu. 17. verſ. 3. concluſio, ff. ſi cert. pet.*

A NON apparet, quæ inhoneſtas reſultet *ex eo, quod Peregrini, qui contraxerunt cambium cum Bentiuolis, & ſuper eorū pecunijs eis ſint obligati, à quibus etiā pretiū dicti cambij habuerunt, eodemque cambio nondum perfecto per ſolutionem; adhuc, eodemque tempore remaneant obligati Petro, qui de mandato eorumdem per acceptationē litterarum, ſuſcepit in ſe onus perficiendi cambium prædictum. Verum enimuerò id*

equiſ-

aquiſitum eſſe, & aperto iure certum probauimus ſupra diſputatione ſecunda, quæſt. ſexta, & duodecima, & d. ſputatione tertia, quæſt. ſexta.

B *Vtique ſi nomen Peregrinorum fuiſſet delegatum Petro per Bentiuoles, ceſſaret omnis obligatio Peregrinorum Delegatorum erga Bentiuolos Delegantes. Sed ſecundum ea, quæ proponuntur, cum nihil egerint Bentiuoli cum Petro, nullo iure fundari poteſt pretenſa delegatio. Vide quæ ſupra diſputatione ſecunda, queſtione octaua. Verum cum Bettiuoli cõmiſiſſent Peregrinis debitoribus ſolutionẽ via cambij Petro de eo, quod ſibi erant debitores ex cauſa de præterito, tum abeſt id factum à delegatione nominis commiſſionatorum quantum ab ea diſtat extinctio prioris obligationis cum noua creatione. Vno verbo; quantum differt a nouatione. Vide eamdem queſtionem octauam.*

C *De hac irreuocabilitate non eſt dubitandum, etiam circumſcripta quacumque acceptatione; & id quidem non ex eo, quod res non ſit integra per iura allegata, quæ de mandato loquuntur; ſed ex eo quod continent contractum vltrò citrõque obligatorium nominatiũ & irreuocabile ad inſtar emptionis, & venditionis, vt vidimus diſputatione prima quæſtione decima cum duabus ſequentibus. Quinimò etiam circumſcripta ſubſtantia contractus, de quibus in litteris; ſi ſermo ſit de litteris ipſis; nec etiam eas variari poſſe, retenta ſubſtantia cambij, poſtquam ſequuta ſit acceptio earum ab ipſomet ſtipulatore probaui diſputatione ſecunda, quæſtione. Et hanc eadem irreuocabilitatem procedere etiam reſpectu Petri, ad quem tractꝰ dirigitur poſt acceptationem cum obligetur ex conſtituto, patet ex eis, quæ conſideraui diſputatione ſecũda, queſtione decima octaua cum ſeq. & ſic patet quam verè ſit dictum de dicta irreuocabilitate, quæ vera eſt vndequaque.*

D *Et vndè ſit hæc differentia planè conſtat ex iam dictis. Nec ſi ad rem facit ſverum eſt obligationem ex litteris cambij eſſe in diem licet huius contractus perfectio exigat diſtantiam localem, & indè temporis dilationem, vt probaui diſputatione prima quæſt. octaua.*

B *Planè credit Peregrinis, dum eorum fidem ſequutus acceptat eorum tractam, & per dictam acceptationem ad ſummam contentam in litteris obligatur; habetur latè in diſputatione ſecunda, queſtione decima tertia.*

F *Ideſt obligati erga Petrum actione mandati contraria, tunc futuri verè, & realiter debitores quantitatis quando per Petrum factã fuerit ſolutio, vt dicta queſtione decima tertia cum proxima præcedente.*

G *Tum dimum cum facta fuerit ſolutio in dicta queſtione duodecima.*

H *Non verſari factum in delegatione admonuimus ſupra littera B*

I *Quinimò nec Bentiuoli delegantes erant debitores Petri, cui proponitur facta delegatio quod ſaltem exigit doctrinam Decij; de qua quid ſit ſentiendum vide diſputatione ſecunda queſtione octaua.*

DECISIO VIII.
alias 369. par. 3.

1 *Cambium proprijs pecunijs ſoluendum an ad ſoluentem, an verò ad committentem damnum fallimenti ſpectet.*



A DEM die in vna florentin. Cambij propoſiti, dato, quod Paulus ſolueret de proprijs pecunijs ſuper his cambijs an damnum fallimenti ſpectet ad ipſum vel ad Bartolum. Et fuit dictum, quod primo debebat produci prima commiſſio data per Bartolum ipſi Paulo: quia illa die 9. Septembris non erat prima per Bartolum, cum eadem die eſſet data in Ciuitate Florentina; quia fuit factum cambium hic in Vrbe; & quando procederet prima commiſſio, & diceret id quod dicit commiſſio data die 9. dum dicit, procurabit exactionem, & poſtea mittatur; erit dubitãdum an cambium factum per Paulum de proprijs pecunijs ſit
A quid diuerſum *A* a commiſſione data per Bartolum Paulo.

F *Actum, ſuper quo emanauerit hæc deciſio ſeu verius dubij propoſitio ſic intelligo. Bartolus Florentiæ degens mandauit Paulo Romæ exiſtenti, vt exactis a quodam tertio pecunijs ſibi debitis, eas ſibi via cambij Floren-*

tiam

tiam remitteret. Paulus acceptato duplici mandato ante quamcunque exactionem, de propriis pecuniis contracto cambio, de illis remiſſam fecit Bartolo Florentiam; Sed ante perfectionem illius cambij, & ſic ante ſolutionem, debitor decoxit, & propterea dubitatur ad quem ex prædictis Bartolo, & Paulo ſpectet damnum fallimenti. Quod tamen dubium non fuit deciſum.

A Quid ni ſit diuerſum? Et quidem per multiplex genus cauſæ. Commiſſio ſit miniſterio vulgatiſſimi contractus mandati, cambium per celeberrimum contractum vltro, citroque obligatorium, de quo in diſputatione prima, quæſtione undecima. Illud inter Bartolum mandantem, & Petrum mandatarium, hoc verò inter Paulum ſtipulatorem, & fallitum promiſſorem. Verumtamen cum cambium hoc licet cura, & ſolicitudine ſpectet ad Petrum contrahentem: quod tamen intereſſe ſpectat ad Bartolum committentem, vt habuimus ſupra diſputatione ſecunda, quæſtione ſexta. Indè facile defumi poteſt dubij reſolutio ad fauorè Petri, quamtumuis de propria ipſius pecunia is contraxiſſe proponatur. Niſi fortè dubitatio oriri poſſet ex ordinis præpoſteratione; cum ſcilicet ex religione mandati; debuiſſet Petrus ovius exigere, deindè cambiare, nec per conſequens ei fuiſſe integrum, cambium ex propriis pecuniis cõtrahere, quod ex exactis contrahere mandatus erat. Cuius dubij reſolutio pendet ex forma, qua erat cõceptum vtrumq; mandatum, quæ diuinanda non eſt.

DECISIO CCCLXXXIX.

DIE xi. Maij, in vna Florentina cambij dubitaui, an cambium factum per Paulum de proprijs pecunijs ſit quid diuerſum, *A* in commiſſione datum per Bartolum Paulo, & pro parte Bartoli, quod eſſet quid diuerſum dicebatur, quod duo erant remedia. Primum quod exigerent 400. ſibi tranſmiſſa in Benedictũ Clauarium. Secundũ, quod dictam ſummam remitteret. Vndè cum Paulus dictam ſummam non exegiſſet prius, ſi poſtea de propijs pecunijs cambium facit, dicitur quid diuerſum à forma commiſſionis feciſſe, & tunc ſubintrat, quod forma mandati eſt ſeruanda diligẽter etiam ſi melius compleatur, *l. præterea, & ibi Fulgoſ. ff. mandat. Paul. Caſtr. in l. ſi quis mihi bona, §. pen. ff. de acquir. hæred. Petr. de Anchar. conſ. 332. 5. col. Bart. conſ. 93. num. 3. vol. 1.* Hoc non obſtante facit contrarium deciſum, & eſt præmittendum, quod 26. Auguſti fuit dicta commiſſio data per Bartolum Paulo, in qua dicebatur, quod curaret hodie pagamentum 400. ſibi tranſmiſſorum, & poſtea remitteret cum poſſibili auantagio quo poſſet. Idem reſcripſit idem Bartolus 7. Septembris. Et ideò Paulus die 9. Septẽbris, qui erat dies Sabathi manualiter fecit cambium etiam ſoluendo incontinenti pecunias, licet de more Vrbis ſit ſoluere in ſequenti Sabatho, tamen propter ſolutionem manualiter factam fuit factum auantagium in cambio. Item prætiponendum erat, quod licet nona Septembris fuit factum cambiũ, & pecuniæ non eſſent exactæ, tamen die Lunæ ſequenti cadebat, & dicebatur dies ſolutionis ipſorum 400. qui realiter à Paulo die 13 fuerunt exacti *B* 16. ciuſdem fuit ſequutum fallimentum, videlicet cum eſſet modicum interuallum à die cambij ad diẽ ſolutionis per Benedictum factæ, poterat dici, quod Paulus fuiſſet ſecutus formam commiſſionis, videlicet quod de pecunijs exactis cambium feciſſet, ex quo Paulus de ſoluendo eadem die promiſſionem habuiſſet, & tempore facti cambij dies ſolutionis erat de proximo ventura. Item dicebatur, quod pro Paulo nullus dolus conſiderari poterat; cum illud feciſſet ad vtilitatem committentis, cui poſtea caſus ſuperueniẽs decoctionis imputari non debebat.

B

A Sentit quod ſi eſſet diuerſum; decoctio illa debitoris ex cambio imputanda eſſet ipſi Paulo, ex eo, quod hic cambium contraxerit ex propria pecunia. Quod non eſt tutum; ſed contrarium verius, ſi ſuſtineri poſſet Paulum non exceſſiſſe fines mandati, prout in hac deciſione ſuſtinetur. Et ratio eſt, quia Paulus dictum cambium contrahẽdo, ſequutus eſt mandatum Bartoli, & propterea non obſtante quacumque diuerſitate, cum habet obligatum actione mandati. Vide quæ in proxima precedenti deciſ. litt. A.

B Date

B *Data hac exactione, Paulus eſt extra omnem difficultatem; nam illa anticipatio celebrationis cambij reſpiciebat fauorem ipſius Bartoli, & tardior exactio damnum ſolius Bartoli, qui ex proprijs pecunijs contraxit cambium, id fecit ſpe futuræ exactionis, quæ ſpes ſi eum fefelliſſet ex aliquo cauſu, puta, ciuſdē debitoris fallimento, pecunias illas exigere nequiuiſſet. Tunc ardua fuiſſet difficultas. Bartolus namque tali caſu dicere potuiſſet, ſe quidem voluiſſe remiſſam ſibi fieri quantocitius de ſumma prædicta via cambij, ſed præcisè de ea, quam exigi mandauit, & non aliter, vndè ex fallimento debitoris prioris, & debitoris ex cambio duplex detrimentum ſentire ſe non debere; ſed imputandum mādatario, qui per illam anticipationem vltra mandatum: nanque dantem ipſum duplici periculo obiecerit. Et ſi caſus contingeret, non eſſet facilis ſolutio, deſumenda ſemper ex natura mandati, & in dubio fauendum bonæ fidei, ſecundum eius naturam.*

DECISIO GIPTII X. alias XXIII.

Quæ habetur poſt ſecundum Volumen Conſiliorum Criminalium Farinacij. Romana Cambiorum. Lunæ 17. Decembris. 1584.

ARGVMENTVM.

Mercator qui pro alio tamquam fideiuſſor ſoluit, non poteſt prætendere damna, & intereſſe, & illorum loco cambia, niſi ſolutionem principali debitori notificauerit, eumque ad ſoluēdum interpellauerit.

1 *Cambia, ſeu damna, & intereſſe, ob retardatam ſolutionem mercatori non debentur, niſi ob moram debitoris, & interpellationem ſequutam num. 2. & nu. 4. vbi declaratur hæc concluſio, & num. 5. & ſeq.*

2 *Mora non habet locum niſi aduerſus eum, qui eſt in dolo ſaltem præſumpto, ſeu lata culpa num. 3.*

3 *Ignorantia præſumitur in muliere præſertim facto alieno. num. 4.*

4 *Fideiuſſor ante ſolutionē aduerſus principalem agere non poteſt nu. 6. in fin.*

5 *Fideiuſſor pecunias ſub vſuris accipere poteſt, vt creditori ſatisfaciat, & debitor tenetur ad vſuras declara vt nu. 7.*

6 *Interpellatio requiritur ad hoc, vt debitor, fideiuſſori, qui pro eo ſoluit teneatur ad damna, & intereſſe, n. 2. & omnib. ſeqq.*

1 Andatum ab Auditore Cameræ relaxatū fuerat tam contra Illuſtr. D. Herſiliam de Monte, quam D. Petrum Antonium Bandinum qui vti principalis in quadam officij ſocietate pro ipſa ſe obligauerat, mutuque dicti mandati ſortem, & fructus habita iurium ceſſione ſoluerat, & ſummam poſtmodum ſimilem, vt ſibi ſatisfaceret, ad cambium acceperat, & in ſuis libris D. Herſiliam vt dicitur, *per conto a parte*, debitricem creauerat, & ſuper cambijs tenuerat, quæ ſucceſſiuè in pluribus, & diuerſis partitis per quinquennium, vel paulo amplius pecunias creditori ex cauſa ſocietatis ſolutas D. Bandino reſtituerat, ſed ad damna prouenientia ob moram D. Herſiliæ an ēcbeantur cambia, cauſa propoſita, Domini poſtremo ad duas præcipuè difficultates reſtrinxerunt. Videlicet an iſto caſu fuiſſet opus D. Herſiliam prius certiorare, aut interpellare, ſecundo an de dictis damnis ſufficien-
A ter conſtaret. A

2 Quod attinet ad primam difficultatem concluſum fuit interpellationem requiri, ſiquidem negari non poſſe dicebatur intereſſe ſiue
B damnum abſque mora non deberi, *B ad not. in l. quod te l. lecta ff. ſi cert. pet. gl. in c. conqueſtus de vſur. Gabriel. de ſolut lib. 10. Nauarr. in compend. de vſur. num. 46.* & hoc adeo verum eſt, vt pactum non valeat, quod mora ceſſante illud debeatur. *Aret. qui de communi teſtatur conſ. 151. col. fin verſ. ad ſecundum dubium, Aſſin. conſ. 320. num. 2.* Sed mora præſertim regulariter abſque ſcientia vel interpellatione non cōmittitur, *l. mora de vſur. l. titia §. ſi vſuras de leg. 2. & vtrobiq; docē. Bart. & Paul. de Caſtr. in l. ſi duo §. hac autem verba de*

conſtit. pecun. ſcrib. in d. l. quod te ff. ſi cert. Bero. conſ. 205. num. 7. lib. 3.

3 Quoniam mora non habet locum niſi aduerſus eum, qui eſt in dolo ſaltem præſumpto,
C ſu lata culpa *C l. fin. §. idem iuris erit ad l. rod. de tactu Alex. in l. ſi mora ſolut. matr. Alciat. conſ. 104. num. 3. lib. 8.*

4 Non obſtat quod Mohed. deciſ. 102. in fine contrarium tenuerit, quoniam ibi aduerſus eum agebatur, qui ad certum diem præcisè reſtituere debebat, alias ad omnia damna & intereſſe deuinctus erat, & ſic ignorantiam nullo pacto prætendere poterat iuxta doct. Innoc. quam ipſe allegat *in cap. 1. de vſuris* qui in iſtis terminis loquitur, & cum multi ſequuntur, quos refferunt *Addent. poſt Rom. conſ. 94 & 101. Rel. conſ. 55. num. 2. lib. 1.* ſed in hac ſ. cti ſpecie hoc locum ſibi vindicare
D non D reſtituere, niſi in euentum ſolutionis, non debebat, quando quidem ſolutionem iſtam extitiſſe affirmat ignoraſſe, & ſibi credendum videtur maximè cum in muliere ignorantia præſumatur *Iaſ. in l. ſi quis id quod. de iuriſdict. omn. iud. Mohed. dec. 157.* eoq; magis in facto alieno, *l. fin. & ibi Bar. ff. pro ſoc. Bero. vbi ſupra nu. 3.* ideo dictam Mohed. deciſionẽ caſui noſtro minimè adaptari ſatis dignoſcitur.

5 Sed eſto quod veriſimiliter ſocietatis ex-
E tinctionem ſciuerit E, non ideo in tali mala fide, & mora conſtituta cenſetur, vbi ſub
F cambiorum vſuris F tenenda eſſet præſertim ſi interpellata ſoluere parata illico erat *ſecundum Cor. conſ. 206. n. 7. lib. 2. vbi ponderat d. l. quod te ſi cert. peta.*

6 Et interpellationem neceſſario deſiderari, tum ex illa, ratione ſuaderi poſſe DD. videbatur, quod valdè iniquum eſſet; vno, atque eodem tempore, quem obligari, & in mora
G conſtitui *G ad dictr. Bart. in l. eum qui §. ſi iuramento num. 3. & ibi Caſtr. de tureiur. Cagnol. qui alios citat in l. 2. qu. 41. numer. 160. C. de pact. inter empt. & vend. & nonnulla in hunc ſenſum congerit Grammat. deciſ. 103. nu. 165. Bero. d. conſ. 205. num. 11. lib. 3. & ante eum Dec conſ. 2. num. 5. verſ. nã quando*, tum etiam quia hodiè præualeat opinio Angel & Caſtr. *in l. fideiuſſor pro vẽditore de fideiuſſ. & animaduertit Galles. ad tertiam partẽ oblig. Cameral. de perſonis peten. exequut. num. 5.* ſecundum quod fideiuſſor ante ſolutionem aduerſus principalem agere nequeat.

Nec quicquam facit obiectum de fideiuſſore, qui pecunias etiam ſub vſuris accipere, & creditori ſatisfacere poteſt, *l. ſi vero non remunerari §. mihi l. ſi mandatum §. ſi fideiuſſor ff. mandat.* quia ad effectum ſatisfaciendi ipſimet fideiuſſori non applicatur, niſi
H præcedente notitia, *H* vel debitoris interpellatione, per ea quæ ſupra dicta ſunt, &c.

A HVius partis deciſio omiſſa eſt de more Rotæ cũ ex reſolutione negatiua prioris, partis hæc poſterior reddatur fruſtratoria.

B Hoc vtique regulariter veriſsimum eſt; vide quæ ſupra hac eadem tertia diſputatione, quinona. Sed hoc caſu, qui in fideiuſſore verſatur, videtur quod ſcientia ſufficiat, vt agnoſcit hæc eadem deciſio in fine.

C Quia certè non videtur is immunis, qui ſciẽs ſuum fideiuſſorem timore mandati executiui, pro ipſo ſoluiſſe, non curat de illius indemnitate.

D Si non Bandino, vti fideiuſſori, ſaltem eidem, vti ceſſionario creditoris principalis, nec fuiſſet ferenda ignorantia huius mulieris, quæ cum ſciuiſſet ſe obligatam in forma Camerę in ſocietate officij, nullam ſolutionem per quinquennium curauerat faciendam creditori.

E Hanc ſcientiam inficiari non poteſt, tum ex eo quod non fuit moleſtata à creditore principali circa ſuctuum ſolutionem, tum & multo maximè ex ſolutione ſortis, quam feciſſe intra quinquennium proponitur fideiuſſori.

F De hoc particulari, & ſpecifico intereſſe non diſputo, & putarem cum moderatione aliqua reſciendum eſſe. Vide quæ dixi hac eadem diſputatione quæſt. decima.

G Regulariter verum eſt. Sed in caſu non videtur procedere cum de natura obligationis ſocietatis officiorum adſit certa dies ſolutioni præfixa, vltra obligationem principalem, & propterea non intrat conſideratio, de ſimulta neo ortu obligationis, & mora cõtra indecuſſorem, & ceſſionarium.

H Et hanc præceſiſſe nemo dubitare poteſt, qui ſciat per quinquennium debitricem hanc ceſſaſſe à ſolutione erga principalem debitorem, ſed ſortem ſoluiſſe ipſimet fideiuſſori.

DECI-

DECISIO LITTÆ XII. alias CCXI.

Romana, ſeu Lugdunenſis pecuniaria Veneris 2. Aprilis 1604.

ARGVMENTVM.

Pactum quod Mercator creditor per moram debitoris poſſit accipere pecunias ad cambium, & recambium valet, dummodo realiter appareat, quod ſic pecunias acceperit ad cambium, & recambium aliter dicitur illicitum, & vſurarium, prout & vſuraria eſt taxatio certi intereſſe a principio, & an & quãdo mercatori ſolito negotiari debeatur intereſſe lucri ceſſantis.

1 *Cambia, & recambia non debentur, niſi pro parte creditoris probetur debitam pecuniã acceptiſſe cum effectu ad cambia nu. 4.*

2 *Intereſſe certum, & conuentum non debetur vti vſurarium & nu. 5.*

3 *Cambia, & recambia ſi fuerit conuentum vt non excedant ſcuta octo pro cẽtenario quo libet anno valet talis conuentio & nu 5.*

4 *Intereſſe lucri ceſſantis debetur mercatori ſolito negotiari & n. 6. vbi hæc concluſio declaratur.*

1 ANNO 1589. 4. Innij in Ciuitate Florentiæ Illuſtriſs. D. Marchio de Piſanis bo. mem. mediante publico inſtrumento, obligatione Camerali vallato ſe recognouit debitorem hæredum q. Petri Antonij, & Iacobi de Iacominis; & pro eis D. Laurentij Iacomini illorum tutoris in ſumma ſcutorum 6354 ſol. 8. denar. 11. auri ſolis ex cauſa ſimilis ſũmæ ipſi Marchioni ſolutæ per DD. Vbaldinum, & ſocios hic Romæ in vim litterarũ cambij d. q Petri Antonij, & Iacobi, & vltrius ſe recognouit eorumdem debitorem in ſumma ſcutorum 242. ſol. 12. den. 2. nec nõ & in ſumma ſcutorum 529. ſol. 6. den. 8. auri ſolis occaſione intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis eiuſdem debiti, & inter dictas partes ad dictam ſummam calculatur a die ſupradicti debiti reſpectiuè contracti per D. Marchionem vſq; ad diem 7. Septẽbris eiuſdem anni 1589. de quo tempore idẽ Marchio dictas ſummas reſpectiue ſoluere promiſit liberè, & abſq; aliqua exceptione dd. hęredibus, & D. Laurentio, vbiq; locorum fori, & quocumq; alio priuilegio non obſtante, pacto adiecto, quod ſi non ſoluerit poſſint dicti hæredes, & eorum tutor ſummam dictorum ſcutorũ 6354. ſol. 8. den. 11. retinere ſuper cambijs, & recambijs per quaſuis mundi partes, dummodo damnum non excedat 8. & tertium vnum pro quolibet centenario, & anno, quia ad maius intereſſe noluit teneri ipſi Marchio, ſed tantum ad dicta ſcuta octo tertium vnum, declarãdo etiam, quod id quod ſoluitur primo debeat poni ad computum intereſſe debiti, ſci licet ſcutorum 242. ſol. 12. den. 2. & ſcutorũ 529. ſol. 3. den. 8. & deinde in computum, & diminutionem ſupradictæ ſortis principalis ſcutorum 6354. ſol. 8. den. 11.

Hoc ſtante inſtrumento, & nonnullis apparen-
2 tibus ſolutionibus in dicta cauſa factis a D. Marchione, & eo defuncto ab Illuſtriſs. D. Iulia Sabella eius vxore de quibus infra dicetur anno 1600. 7. Iunij D. Vincẽtio Mazzingo vti procuratori ſupradictorum hæredum de Iacominis, cum promiſſione de rato & particulari obligatione, qua infra ſoluta fuere ſcuta 4555 hic Romæ nomine ſupradictæ D. Iuliæ pro reſiduo ſupradicti debiti vt aſſeritur in inſtrumento dictæ ſolutionis vbi inter cætera promiſit dictus D. Vincentius ſupradictis nominibus, ac etiã vti principalis, principaliter, & inſolidum, quod in euentum in quem dicti hæredes de Iacominis, vigore ſupradicti inſtrumẽti die 4. Iunij 1589. celebrati, non eſſent creditores, nec conſequi deberent dictam ſummam ſcutorũ 4555. prout non debere Illuſtriſs. D. Leo Strozzius Procurator D. Iuliæ prætendit, quod tunc, & eo caſu dictus D. Vincentius teneatur dictę D. Iuliæ, ſeu dicto D. Leoni reſtituere realiter, & cum effectu totam sũmam prędictam ſcutorum 4555. ſeu illorũ portionem, & ratam, quæ non eſſet debita, remittens ſe in hoc dictus D. Vincẽtius declarationi etiam extraiudiciali faciendę per R. P. D. meũ Seraphinũ, & per me, vt larius cõtinetur in dicto inſtrumẽto, ad quod, &c.

His ita ſe habentibus, cum pro parte dictæ Domiæ Iuliæ valdè inſtaretur pro declaratione ſupradicta, hinc auditis pluries partibus, & conſideratis illarum rationibus, Reuerendiſſimus Dominus meus

Seraphinus, & ipſe venimus in hanc ſententiam, vt pro maiori partium ſatisfactione, & animi noſtri quiete proponeretur in plena Rota ſupradictum dubium, ſcilicet ſtante promiſſione D. Vincentij Mazzinghi de reſtituendo Illuſtriſs. D. Iuliæ Sabellæ ſcuta 4555., vel aliquam illorum partem cuius in neceſſarijs copia datur, & alijs hinc inde deductis, an ſit locus reſtitutioni, & pro quantitate in caſu, & ad effectum de quo agitur; quo propoſito, vtraque parte informante affirmatiuè fuit reſſolutum, videlicet eſſe locum reſtitutioni ſupradictæ ſummæ, ea ratione, quia pro parte hæredū de Iacominis, & ſic pro parte D. Mazzinghi non docetur, quod debitum Marchionis q. mariti dictæ D. Iuliæ reſultans ex ſupradicto Inſtrumento anni 1589. 4 Iunij, Florentiæ facto tranſcendant ſummam in eo expreſſam, videlicet ſcuta 6354. ſol. 8. den. 11. auri ſolis ſortis principalis, item ſcuta 242. ſol. 12. den. 2. & ſcuta 529. ſol. 6. den. 8. auri ſolis ratione intereſſe, quæ ſummæ ſimul coacertatæ conſtituunt ſummam ſcutorum 7126. ſol. 7. den. 9. pro parte Iuliæ vero decetur de pluribus, ac diuerſis ſolutionibus in dicta cauſa factis, quæ etiam bene iuſtificantur ex calculo exhibito per ipſum Mazzingum, & quæ circumſcripta hac partita ſcutorum 4555. de cuius reſtitutione agitur, longè tranſcendunt ſummā dicti debiti, & clarum eſt, quod ſolutione eius, 9 debetur, tolliturque omnis obligatio.

4 Nec facit quod in Inſtrumento ſupradicti debiti Marchionis ſit conceſſa facultas hæredibus de Iacominis retinendi fortē principalem ſuper cambijs, & recambijs, in euentum in quem ſolutio totius prædicti debiti non fuerit facta tempore conuento, prout minimè facta prætenditur; Quia fuit reſponſum, quod in omnem caſum pro parte dictorum hæredum non probatur, quod A vſi fuerint dicta licentia. A quodq; verè, & realiter dictam ſortem principalem ſuper cambijs retinuerint, & alia ſeruauerint ſeruanda ad effectum vt ipſis debeantur prætenſa cambia, vt in ſimilibus fuit reſſolutum in illa Romana de Zabrerijs 7. Aprilis 1581 coram bon. mem. Cantuccio, & in Romana Vineę de Brunis 12. Decembris 1591. coram bon. mem. Dorano in Romana cambiorum de Gradis 15. Maij 1592. coram R. P. D. meo Milino, & coram me in Romana pecuniaria 15. Decembris 1599. & in Mediolanen. pecuniaria 27. Martij 1602.

5 Nec obſtat, quod fuerit conuentum inter partes quod Marchio in plus non teneatur ratione cambiorum quam ad ſcuta 8. tertiū pro centenario, pro quolibet anno, quodq; ad dictam rationem factus fuerit calculus, & creatus debitor; quia fuit reſponſum, quod aut volumus ex dicto pacto reſſultare certā & indubitatam obligationem ipſius Marchionis, reſpectu dictorum ſcutorum 8. tertij vnius pro ſingulo centenario, & anno, etiam quod ſors principalis non fuerit cambiata, & recambiata per dictos hæredes in exequutionem eis datæ facultatis, & hoc caſu contra eos vrget illa concluſio, quam Rota ſemper amplexa fuit, quod certum intereſſe conuentum non debetur vti vſurarium, B *Dec. conſ. 115. num. 5. & conſ. 119.* & fuit in ſpecie dictum in vna Mediolanen. ſimulationis contractus 1. Iulij 1592. coram R. P. D. meo Milino, aut volumus ex dicto pacto reſultare obligationem Marchionis reſpectu dictorum ſcutorum octo tertij vnius vbicumque cambia, & recambia dictæ ſortis principalis ſummam prædictam excedant, prout & verba dictæ conuentionis importare videntur, & hoc caſu, licet talis conuentio licita ſit, vt in ſpecie dictum fuit in dicta cauſa Mediolanen. ſimulationis contractus 9. Decembris 1562. cotam eodem, & tunc ad effectum, vt dictum intereſſe ſic taxatum debeatur, eſſet neceſſarium probare, quod dicta ſors principalis fuerit verè, & realiter cambiata, & recambiata in exequutionem facultatum ipſis hæredibus conceſſarum, & quidem ſeruatis ſeruandis de quibus in ſupradictis deciſionibus, quodque cambia ipſa, & recambia dictam ſummam taxatam, conuentam inter partes exceſſerint, vel ſaltem eamdem, æquauerint, quorum neutrum; cum minimè probatum apparear ideò &c.

Nec facit ſi dicatur, quod mercatori, & ſic ſolito negotiari regulariter debeatur etiam intereſſe lucri ceſſantis *c. cum venerabilis, vbi Abb. & Felyn. nu. 7. 8. hoc not. decept. Dec. conſ. 116. nu. 2. Alex conſ. 141 nu. 9. verſ. & patet. lib. 5.* quia fuit reſponſum, id demum cum effectum deberi, ſecundum opinionem quam ſeruat Rota, vbi probatum ſit concurrere requiſita C per Caſtren. C *in l. fin. §. nunc de offic. num. 3. ff. de eo quod cert. loc. Aym. conſ. 89. nu. 4. Affl. deciſ. 20. nu. 2. Chiſſan deciſ. 75. Put. deciſ. 237. lib. 2.*

&

& fuit sæpè resolutum, de quibus quidem requisitis, cum nec etiam doctum fuerit pro parte dictorum hæredum, meritò &c.

A HÆC adde ad confirmationem eorum, quæ posui supra hac eadem disputatione quæstione . . . . de hac re.

B Nisi tamen essemus in terminis illis; quando creditor pecunias, quas actu habebat expositas in negotiationibus cambiorum, vt rem gratam faceret debitori; eas demptas ex negotiatione prædicta, debitori accomodasset nam tali casu, constito tamen ex post facto, ac plenè probato tanti cambia respondisse, nõ est prohibitum taxare certum interesse ab initio iustificandum, tamen ex posto facto per legitimas probationes, vt plenius probaui supra hac eadem tertia disputatione quæstione undecima & alibi. Et vide infra decisione proximè sequenti.

C Quæ requisita quomodo probentur vide quæ supra notaui ad decisionem tertiam.

DECISIO XIII. aliàs CCCXXXI.

Illustrissimi D. Cardinalis Lancellotti Iunioris

Ianuensis pecuniaria. Lunæ 6. Iunij. 1611.

ARGVMENTVM.

Vsurarius, an, & quando sit contractus mutui cambij, seu alius in quo interesse damni emergentis, vel lucri cessantis fuit a principio deductum in pactum, explicantur in hac decisione plures notabiles declarationes in hac vsurarum materia.

1 *Taxatio certi interesse ab initio est illicita, & vsuraria.*

2 *Taxatio certi interesse ab initio super pecunijs retentis super cambijs est vsuraria.*

3 *Taxatio certi interessi ab initio super pecunijs retentis super cambijs tunc demum est licita & non vsuraria, quando ex circunstantijs contractus interesse iustificatur per veras probationes, & abest dolus, & prava intentio.*

Confessio partis non attenditur in taxatione interesse a principio tamquam simulata, & in fraudem vsurarum dict. nu. 3.

Vbi quod hoc non procedit, quando apparet fraudem non extitisse, & taxatio est verisimilis & proportionata.

4 *Creditor de certa quantitate, soluenda ratione interesse pacisci non potest.*

Vbi quod hoc fallit, quando ex circunstantijs & conditione personarum taxari potest, aliqua pars proportionabilis honesti lucri, & creditor verè probet, quod tantum erat suum interesse.

Taxatio certi lucri non reddit contractum illicitum, sed exactio nu. 4.

5 *Taxatio certi lucri a principio, quando commensuratur ad fructus, seu interesse valet.*

6 *Taxatio certi lucri permittitur, quãdo res est de sui natura fructifera, secus in pecunijs, & cambijs.*

Vbi quod hoc non procedit quando non datur pro fructibus pecuniæ, sed ratione interesse passi, & probati, ob datam pecuniam, qua fiebat actu super lucro.

7 *Taxatio interesse tunc demum non est licita in materia pecuniarum, quando constaret sciũ per confessionem partium, secus quando iustificatur, & probatæ fuerunt circunstantia.*

8 *Constitutio Pij V. prohibens taxari a principio certum interesse habet locum in Cambijs non autem in alijs contractibus*

9 *Interesse lucri cessantis non datur sine mora.*

Vbi quod non habet locum quando adest pactum.

Interesse quando verisimiliter, & iustè taxatum est, & in conuentione deductum non attenditur mora, & sic tam antequam post illã debetur, dict. nu. 9.

10 *Dilatione pendente non adest mora, & sic interesse non debetur. Vbi declaratur.*

11 *Taxatio vniformis in cambijs non admittitur cum aliquando percipiatur minus aliquando plus, vbi quod non procedit, quando a principio concurrit verisimilitudo, & proportio habita consideratione variationis.*

12 *Instrumentum continens certum, & taxatum interesse dicitur vsurarium, nisi concurrant circunstantia facti ex quibus illud per veras probationes probetur, & illius taxatio sit verisimilis & proportionata, quo casu erit licitum, vbi in fine afferuntur nonnulle circunstantiæ, quæ faciunt posse ab initio pacisci de futuro interesse.*

13 *Statutum Ianuense loquens de taxatione interesse, intelligitur de taxatione, quæ fit in casu licito, & recipit interpretationem a iure communi.*

14 *Interesse lucri cessantis, nõ potest ab initio in pactum deduci in mutuo, secundum opinionem Innocentij.*

Vbi quod illa nõ procedit in eo, qui verè & actualiter implicauerat pecunias ad lucrum, sed benè, si erat paratus implicare, vbi etiam quod opinio contraria est verior, dummodo cesset fraus, vt praua intentio, & taxatio per veras probationes iustificetur.

15 *Interesse in pactũ deduci, & taxari potest etiã in mutuo, quando est proportionatũ & verisimile, & abest dolus, & fraus palliandi vsuras afferuntur rationes. nu. 16.*

SENTENTIAM Episcopi Sauonensis reuocandam esse tanquã iniustam, Domini censuerunt post maturam causæ discussionem, moti ex depositionibus testium hinc indè examinatorum, & alijs probationibus, in hoc iudicio factis, in prima, & alijs instantijs, & ex circumstantijs, quæ in hoc casu concurrunt, præcipuè verò ex ijs, quæ in alijs decisionibus firmata fuerunt, ex quibus omnibus constat.

Primo, quod Castellinus soluit Odoardo eius fratri scuta 15. mill. non se sponte offerendo, sed ab eodem Odoardo requisitus, & vt ei rem gratam faceret, cumque à maiori interesse liberaret.

Secundo, quod iste contractus fuit celebratus de consilio Theologorum, & præsertim Patris Viperæ è Societate Iesu Theologi famosi, qui consultus in specie de tali contractu, antequam celebraretur respondit, quod licitè fieri poterat, cum Castellinus eadem pecunias in cambijs inuestitas, & implicatas retinere t.

Tertio, quod Odoardus sustinebat interesse cambiorum nedum pro summa scutorum 15. mill., sed etiam multo maiori, à quo per huiusmodi contractum fuit liberatus.

Quarto, quod ipse Castellinus erat solitus suas pecunias negotiari, easque super cambijs retinere.

Quinto, quod in Ciuitate Ianuæ, tam de tempore contractus, quam ante, & post, occasiones erant, & fuerant promptæ, & paratæ retinendi super cambijs nedum scuta 15. mill., sed multo maiores summas,

Sexto, quod interesse cambiorum ad rationẽ sex, & octo, in Ciuitate Ianuæ de eo tempore reputabatur pro interesse probabili, & verisimili, & quasi certo.

Septimo, quod in dicta Ciuitate Ianuæ solitũ erat accipere pecunias ad interesse ad rationem sex pro centenario, & anno ad effectum illas dandi ad cambium.

Octauo, quod Castellinus erat vir bonæ conditionis, & famæ non solitus foenerari,

Nono, quod Castellinus de tempore contractus non solum ista scuta 15. mill., sed etiã maiorem summam retinebat actu super cambijs cum Nigronis, & Pinellis, vnde leuauit scuta 15. mill., eaq; Odoardo consignauit.

Decimo, quod cambia cum Nigrone, & Pinello inita erant contractus ita securi sicuti contractus cum Odoardo, & socijs.

Vndecimo, quod in Ciuitate Ianuæ anno 1590 vsque ad annum 1593. inclusiuè, & sic de tempore contractus cambia excesserint scuta sex pro centenario, & quod lucrum cambiorum quæ fuerunt vera, & realia passim fuit calculatum ad scuta octo pro centenario, licet enim cambia non fuerint vniformia, tamen excesserunt scuta sex, quamuis excessus non fuerit conformis.

1 Ex quibus probationibus, & circumstantijs factis, resultat iniustitia sententiæ Sauonen. nam licet verissimum sit, quod communiter iste contractus de per se nullo iure sustineri possit, sed veniat semper damnandus, cũ taxatio certi interesse ab initio sit illicita, & vsuraria, *Io: Andr. quem alij sequuntur, in cap. salubriter in princ. de vsur. Io: de Anan. in cap. 2 lit. nu. 62. cod. tit. Bald. in l. rogasti, §. si ibi. iff. si cert. pet.* etiam in mercatore solito negotiari, iuxta opinionem Rotæ, *Mohed. d. cis. 2. 3. de vsur.* & fuit resolutum in causa Mediolanensi cambiorum, coram fel. recordat. Clemente Octauo, quæ est est 315. par. 2. & vltimo loco in causa Lucana locationis 19. Martij, & 29. Aprilis huius anni coram me, maximè in mutuo, quod debet esse gratuitum, nihil ab ipso expectãdo, *c. plerique 14. quæst. 3. c. cũ vluit de vsur.* & vtrobique notant Doctores.

2 Et præsertim, quia pecuniæ retinebantur super cambijs, quæ quandoq; plus, quandoq; minus, & aliquando nihil lucri, & aliquando damnum afferunt, prout sæpissimè fuit decisum in Rota, vt in dicta causa Mediolanen. simulationis contractus prima Iulij 1592. coram Illustrissimo Millino, & in causa Romana,

mana, ſeu Lugdunen. pecuniaria ſecunda Aprilis 1604. coram bon. memor. Litta, & in aliis ſimilibus, & tradunt paſſim Doctores pro Ioſ. Iacobo allegati.

3 Nihilominus verum etiam eſt, quod quando concurrentibus tot circumſtantijs contractus iuſtificatur, & abeſt dolus, ac praua intentio, & intereſſe eſt verè probatum, atq;

A per veras probationes iuſtificatum, A vt in caſu de quo agitur non autem per confeſ-

B ſionem B partis valet taxatio, quia quamuis confeſsio partis non attendatur vti ſimulata, nec lex illam admittat timore fraudis, quæ vſuris fomentum præſtat, tamen ſi appareat fraudem non extitiſſe, erit locus intereſſe verè probato etiam ab initio taxato, quando taxatio eſt veriſimilis, & proportionata ita in ſpecie concludit Bald. qui in contrarium allegatur *in d.l.rogaſti 11.§. ſi tibi col. 1. in fin. verſ. in contrarium non valet ff. ſi certum petat.* quod etiam tenuit Rota in cauſa Romana damnorum, & intereſſe tertia Iunij 1575. coram Cotta quæ eſt inter impreſſ 67. puit prima num. 2. ibi, *niſi aliundè probetur de intereſſe prædicto, & in* alia Romana ſocietatis 28. Aprilis 1570. coram bon. memor. Cardinali Lancelloto, quæ eſt 192. eadem par. 1. ibi *niſi aliud aliundè probetur, & poſt Bald. in d.l.rogaſti tradit ibi Purpur. col. 7. & 8. in fine nu. 39. & 51. Alex conſ. 26. viſo themate colum. vlt. in fine & l. 1. in prin. verſ. primo limita num. 45. C. de fement. quæ pro eo, quod inter. Dec. conſ. 29. num. 5. verſ. & ad hoc eſt notabile is deciſio, & conſ. 321. viſis conſilijs, column. penult. in fin. verſ. benefacit, quod not. num. 4. & conſ. 111. in fin. nu. 14. & conſ. 116. num. 6 poſt med. verſ. ad hoc benefacit Menoch. conſ. 1027. num. 1. lib. 11. Cagnol. in l. curabit nu. 54. viſq; ad num. 58. C. de act. empt. Rimin. iun. conſ. 218. nu. 90. lib 2. Rot. Ianuen. dec. 91. in fin. & dec. 193. numer. 10* qui omnes in ſpecie mutui ſequuntur Bald. *in d.l. rogaſti* §. *ſi tibi ff. ſi certum pet.* cum illa diſtinctione, an fuerit probatum intereſſe verè vel per confeſſionem, & de mutuo tradit *Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. quæſt. 1. art. 3. concluſ. 5.*

Amplius licet non poſſit creditor paciſci de

4 certa quantitate ſoluenda ratione iſtius intereſſe, tamen attenta qualitate, & conditione perſonarum, & aliis circumſtantijs poterit taxari aliqua pars proportionabilis honeſti lucri, dummodo poſtea per credi-

C torem probetur, C quod iure tantum erat ſuum intereſſe, quamuis enim eſſet illicita taxatio a principio, tamen ſuſtineretur per probationem poſtea ſubſequutam, ita declarat Lup. *de vſuris* §. *6. in fin. verſ. & quod dictum eſt ſupra num. 26. poſt Dec. conſ. 115. prope tenui, ad fin. verſ. ſecundo non obſtat n. 14. Anch. quæſt. 33. num. 4. lib. 2. Rub. Alex. conſ. 88. in fin. Nauar. in manual. cap 17. nu. 211. & de vſur. notab. 15. num. 42. cum aliis per Burſat. conſ. 320. num. 54. & 86. lib. 3. Flot. in l. ſi quando n. 453. ad med. C. unde vi, laiè Surd. conſ. 327. nu. 54. & 55. lib. 3. & conſ. 455. num. 6. lib. 4. Rota Ianuen. dec. 9. in fine num. 32. Cagnol. in l. 1. num. 51. C. de ſenten. ty. quæ pro eo, quod inter.* quaſi taxatio certi lucri nõ reddat contractum illicitum, ſed exactio, *Aymon. conſ. 189. colum. penult. ad med. verſ. non negarem tamen numer. 8.*

Et quia taxatio eſt conceſſio intereſſe, quæ pendet a iuſtificatione facienda, & operatur fauore recipientis, quod etiamſi cambia reddiderint maiorem ſummam, prout reddiderunt in hoc caſu, nihilominus recipiens non teneatur ad maiorem ſummam, ſi verò reddiderint minus, nõ teneatur niſi in eo, quod re vera cambia reddiderint, vt in hoc ſolum adſit intereſſe illius, qui pecunias accommodauit, ſuumque intereſſe, & damnum iuſtificauit cum tot circumſtantijs.

Ideo etiã in terminis *l. curabit C. de act. empt.*

5 valet taxatio certa a principio, quando cõmenſuratur ad fructus ſeu intereſſe. *Dec. in cap. cum venerabilis col. 7. ante med. verſ. ouarem tamen nu. 65. de except. Pariſ. conſ. 80. num. 33. & 35. lib. 1. Surd. dec. 159. num. 16. & ſæpè deciſum fuit in Rota, vt in dec. Caſ. de Graſſ. 1. num. 4. de vſur. & alys plurib.*

Neque obſtat, quod huiuſmodi taxatio ab ini-

6 tio permittatur, quando res eſt de ſui natura fructifera, ſecus in pecuniis, & cambijs, *Rol. conſ. 55. nu. 31. & 32. lib. 2.*

Quia non ſuſtinetur neq; debetur tanquã pro fructibus pecuniæ ſed ratione intereſſe paſ

D ſi D, & probati ob datam pecuniam, quæ addita induſtria, quando ſtat actu ſuper lucro, prout hic ſtabat reddit vtilitatem, *Molin de contract. bus diſp. 315. n. 7 Nauar. de vſur. numer. 46. Alphonſ. Villeg. cod. tit. quæſt. 18. concl. 1. col. 3. in fin. verſ. qua propter concludendum erit, Conrad de contract. tract. 2. qu. 30. concl. 3. col. 4. in princ. verſ. tertio non valet.*

Maxi-

Maximè quia tunc taxatio non eſt licita in ma-
7 teria pecuniarum, quando conſtaret ſolum per confeſſionem partium, quia tunc videretur facta in fraudem vſurarum, cum in materia intereſſe non ſtetur aſſertioni par-
E tiũ E, ſed de eo debet verè conſtare. *Bald. in l. cũ alleges col. 3. C. de vſur. Dec. conſ. 267. n. 1. Natt. conſ. 49. o. nu. 4.* ſecus in caſu noſtro in quo iuſtificatur intereſſe per tot circumſtãcias tempus contractus, & fuerunt probatæ tot circumſtantiæ, & in quo nulla alia ratione fuit celebratus contractus, niſi ad ſubueniendum vrgentibus neceſſitatibus & indigentijs de conſilio Theologi, cũ dam no illius qui pecunias accommodauit, vt do cuit effectus ſubſequutus, itaut tunc ſaluetur ab vſuris iuxta doctrinam Bald. *in l. rogaſſi §. ſi tibi col 1. in fin. & ibi Purpur. nu. 51. ff. ſi cert. pet. Mcnoch. conſ. 1027. num. 10. lib. 11. cum aliis ſupra allegatis.*

8 Minus obſtat cõſtitutio Pij Quinti prohibẽs taxari a principio certum intereſſe, quia
F legitur in cambijs F neque extenditur ad alios contractus, *Nauar. in manual. c. 17. nu. 211. verſ. & quod inter omnes conuenit, & de vſur. notab. 15. numer. 42. verſ. tert. to inter omnes, & conſ. 1. num. 1. verſ. & non eſt certum de offic. iud.* maximè ſtante probatione veri intereſſe, quod excludit omnem fraudem vſurarum, ob quam taxatio certa prohibetur *Alex. cõſ 27. nu. 11. lib. 4.*

Nec facit quod hic non adſit aliqua mora, ſine
9 qua nõ datur intereſſe lucri ceſſantis *Innoc. in cap. ſin. num. 2. de vſur. Peguer. dec. 33. nu. 6. poſt princ. verſ. & ratio eſſe poteſt col. 4. in fin cum aliis allegatis*, quia non procedit quando adeſt pactum, & ratio differentiæ eſt, quia ille qui recepit. forſan non recepiſſet, ſi ſciuiſſet ſe eſſe obligatum ad vſuras, immo potuit credere contrarium, cum regula ſit, quod ex mutuo nulla debeatur compenſatio; & proindè vt teneatur vltra alia requiſita, requiritur eius voluntas, vel vera prout quando interuenit pactum, vel præſumpta, prout quando interpellatur, & propterea quando intereſſe iuſtum, & veriſimile eſt taxarum, & in conuentione deductũ non attenditur mora, cum tam ante, quam quam poſt illam, debeatur, *Alphonſ. Villeg. de vſur. queſt. 18. in 1. & 2. concl. Gratia. conſ. 49. n. 9. & 10. lib 2. Barb. in l. 2. in prin. par. 1. numer. 48. ff. ſol. matr. poſt Nauar. in manual. cap. 17. num. 211.*

Nec aduerſatur dilatio, qua pendente nõ adeſt
10 mora, neque debetur intereſſe *Rol. conſ. 55. nu. 20. lib. 2.* quia cũ poſſit debitor quandocumque ſoluere debitum principale, nõ conſideratur dilatio, prout debet conſiderari, ſi ante eam non daretur ſolutio inuito creditore, & ſic promiſſio, & taxatio erit facta pro intereſſe, & damnis paſſis, & probatis, ac iuſtificatis non pro dilatione ſolutionis. Ita in ſpecie cõcludit *Alex. conſ. 221. in fin. lib. 2.*

Nec obſtat taxatio vniformis, quæ non admit-
11 titur, cum aliquando plus, aliquando minus percipiatur in cambijs *Rot. diuerſ. dec. 315. num. 6. par. 2.* quia ſufficit, quod a principio concurrant veriſimilitudo, & proportio, nõ habita conſideratione variationi s *Caſ. de Graſ. dec. 1. & 2. de vſur. Couar. lib. 3. var. reſol. c. 4. num. 5. Dec. in cap. cum venerabilis col. 7. ante med. verſ. putarem tamen nu. 14. de except.* aliàs huiuſmodi taxatio neque poſſet admitti *in terminis, l. curabit* cum ad hunc effectum non poſſit conſiderari ratio diuerſitatis.

Ex quibus non obſtãt auctoritates, & deciſio-
12 nes in contrarium adductæ, dum concludunt inſtrumentum continens certum..., & taxatum intereſſe dici vſurarium, quia non loquuntur quando concurrunt tot circumſtantiæ facti, neque de conuentione iuſtificata cum tot requiſitis per veras probationes, prout in caſu noſtro, neque de veriſimili, & proportionato intereſſe, quod facit taxationem licitam ex ſupra allegatis, concurrente probitate mutuantis, neq; ſoliti fenerari, & cum ſuo notabili dam no abdicantis à ſe maius lucrum, quod percipiebat actu ex ſuis pecunijs in negotiatione poſitis, non intentione lucrandi, ſed ſolum vt rem vtilẽ faceret eius affini indigenti ob periculum, quod illi imminebat propter graues ęs alienum, quo detinebatur, & propter maius intereſſe, quod patiebatur, & ceſſante dolo, & praua intentione, vt conſtat ex actis, quæ omnia faciunt poſſe etiam ab initio pacifci de futuro intereſſe, vt in ſpecie declarat Felyn. *in cap. cum venerabilis num. 9. col. 5 poſt med. verſ. niſi mutuans eſſet homo de except.*

13 Non obſtat ſtatutum Ianuen. nam vltra reſponſiones datas, pro parte Simonis tale ſtatutum intelligi debet de taxatione quæ fit in caſu illicito, tum quia recipit paſſiuam interpretationem à iure communi, tum...

quia

quia id probatur ex verbis proemij, ex quo colligitur cauſa finalis, & ſic non comprehendit hunc contractum, & taxationem ſatis iuſtificatam, ex probationibus conſideratis.

14 Denique non obſtat, quod intereſſe lucri ceſſantis non poſſit ab initio in pactum deduci in mutuo iuxta opinionem Innoc. *in cap. nauiganti de vſur. quem ſequuntur ibi Io. Andr. column. 2. verſ. quod ſi habens Io. de Anan. num. 16. Aretin. conſ. 151. nu. 16. verſ. præterea, & alij quorum rationes refert Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. queſt. 1. art. 3. in 4. concl.* nam omiſſo, quod Innocent. non loquitur in eo, qui vere, & actualiter implicauerat pecunias ad lucrum, ſed de eo qui erat paratus implicare: & magna videtur differentia, inter eum qui iam deuenerat ad actum, & eum qui paratus erat deuenire. Item omiſſo quod Innoc. dicit, quod ſuę opinioni alij contradicebant, & quod Io: de Anan. qui cum ſequitur *d. n. 16.* referendo Laurent. de Rodulphis dicit quod dictum Hoſtien., qui contrarium tenuit eſt verum de iure dummodo ceſſet fraus, & ibi Abb. *num. 14.* licet dicat quod opinio Innoc. eſt tutior, tamen ipſe inclinare videtur in contrariam partem, quando non adeſt prava intentio, & omiſſo quod Innoc. & alij qui eum ſequuntur ſolum loquantur in terminis, quãdo eſt facta promiſſio intereſſe, non autem quando vltra actum lucrandi, in quo reperiebantur pecuniæ; intereſſe, & taxatio fuerunt poſtmodum per veras probationes iuſtificata, G & concurrunt tot circumſtantiæ, & qualitates, vthic, quo caſu per ſubſequutas probationes, & iuſtificationes, ac circumſtantias facti, ceſſante dolo & prava intentione ſuſtinetur taxatio etiam in mutuo ex ſupra allegatis.

Nihilominus contraria opinio Hoſtien. quod poſſit a principio intereſſe in pactum deduci, & taxari, quamuis ſimus in mutuo quãdo eſt proportionatum, & veriſimile, & abeſt omnis dolus, & fraus palliandi vſuras H eſt magis communis, & recepta, H vt per eumdem Hoſtien. *in cap. ſalubriter col. 2. in fin. verſ. ideo puto ex mente, & in capit. nauiganti col. 5. poſt med. verſic. quid ergo ſi quis paratus, de vſuris, quem ſequitur Nauar. qui de communi teſtatur in manual. cap. 17. num. 211. verſ. & quod inter omnes conuenit, & conſ. 6. per tot. & conſ. 10 numer. 2. de vſur. & conſ. 1. num. 1. verſ. & non eſt certum de offi. iudic. & in tract. de vſur. not. ab. 15. verſ. tertio inter omnes conuenit Couar. lib. 3. var. reſſol. cap. 4 num. 5. ante med. verſic. item & illud quod maxima, qui etiam de communi, Gratian. conſ. 49. num. 9. lib. 2. Felyn. in cap. cum venerabilis col. 4. poſt med. verſic. niſi mutuans eſſet homo numer. 9. de except. Alc. conſ. 8. num. 10. tom. 1. lib. 1. Hund. conſ. 41. num. 40. lib. 2. de magis vera, & communi opinione teſtatur Gutier. de contract. iurat. part. 1. cap. 2. num. 5. poſt med. verſ. immo, & à principio Barb. in l. 2. part. 1. in princ. num. 48. ad fin. ff. ſol. matrim. Vrſil. ad Afflict. dec. 20. nu. 3. Claud. ad Bertaz. conſ. crim. 264. in fin. verſ. vltimo fallit. Ruin. conſ. 140. col. penult. in fin. verſ. & multo magis eſt dicendum num. 10. lib. 4. Natt. conſ. 477. nu. 3. ad fin. Surd. deciſ. 259. num. 16. & 17. & de alim. tit. 1. queſt. 45. numer. 75. Silueſt. in ſumma in verbo vſura il primo queſtione 23. Angelic. numer. 11. & 16. Armil. numer. 3. Coſm. Philiar. de offic. Sacerd. lib. 5. cap. 3. Ludouic. Lopez. de contract. & negotiat. lib. 1. cap. 23. numer. 3. Conrad. de contract. tract. 2. qu. 3. o. col. 5. ad fin. verſ. tertio auctoritas Molin. eod. tit. diſp 315. nu. quinto, vbi quod iſta eſt verior opinio, prout etiam teſtatur latè Alphonſ. Villeg. eodem tit. de vſur. queſt. 18. concl. 1. & 2. Petr. à Nauar. de oblat. reſt. tom. 2. lib. 3. capit. 2. numer. 287. Adrianus ſextus Pontifex Maximus in quarto lib. ſentent. tit. de reſtit. queſtione quia facta eſt de intereſſe. verſic. ſed quia nihil plus, vbi quod communiter Theologi, & Canoniſtæ ita tenent.* Et hanc eſſe veram & receptam opinionem, patet ex traditis per Michael. Salon. *in ſuis comment. de inſtit ad D. Thomam 2. 2. queſtione 78. art. 2. contr. 9. tom. 2.* qui rationes, & auctoritates hinc indè, & latiſſimè articulum proſequitur, & ponit ſeptem conditiones, quæ in hac etiam facti ſpecie concurrunt a pagina 255. vſq; ad 277. ſecundum vltimam impreſſionem Venetam, idem tenet Bald. *in d. l. rogaſti* cum alijs pluribus, qui etiam ſequuntur in mutuo, & ſic patet, quod quando concurrunt requiſita, prout in hoc caſu, & in ſpecie quod abſit dolus, & fraus, & taxatio ſit veriſimilis, & proportionata cõmunis opinio eſt contra Innoc. alias eſſet

valdè iniquum, quod ille qui requisitus vẽdit ſua ſtabilia, aut loca montium, ad effectum pecuniam accommodandi indigenti, & vt ei rem gratam faciat, eumque a maiori damno, & intereſſe liberet, non poſſit percipere ratione intereſſe id, quod ex ſuis prędijs, aut locis montium percepiſſet, cum tamen nemo debeat alteri beneficium pręſtare ſuo damno, & incommodo, ſecundum iura, & principia naturæ, vt per Michael. Salon. vbi ſupra.

Ratio prædictorum eſt, quia id quod intereſt
16 etiam ex mutuo, non habetur pro vſura quã uis ſimus in intereſſe lucri ceſſantis, *Alex. conſ. 221. col. 2. num 1. lib. 2. poſt Cyn. in auth. ad hæc quæſt. penult. & Bald. col. 2., C. de vſuris l. aſſ. conſ. 151. in fin. lib. 4. Aret. conſ. 9. col. vlt. cum alijs latè per Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gl. 18. num. 71.* maximè in iſtis negotiationibus, in quibus lucrum ceſſans eſt magis vicinum damno emergẽti, quam lucro ceſſanti, *Oſaſch. deciſ. 143. in fin. poſt Couar. lib. 3. var. reſſol. cap. 4. numer. 1. & 2.* & quia taxatio certi lucri non reddit contractum illicitum, ſed exactio, vndè ſi creditor non vult exigere, niſi quod ſuainterſit contractus erit validus, & taxatio habetur pro non facta *Aym. conſ. 189. col. penult. ad med. verſ. nõ negarem tamen nu. 8. poſt Dec. conſ. 11. & in cap. cum venerabilis, de excep.* & ſic faciendo differentiam inter validitatem contractus, & illius inualiditatem, & exactionem, & taxationem intelligitur idẽ Dec. *conſ. 116. & conſ. 119.* & ita deciſũ, &c.

HÆC deciſio magnis teſtibus agitata, & vt inter Gentẽſes de notabili quãtitate, & ſummus ſtudijs proſequuta maximi facienda eſt, & verè pro deciſione habenda eſt.

A *In hac probatione conſiſtit tota vis huius doctrinæ, vt propterea meritò dici poſſit, retinendã eſſe abſq; limitatione regulam, de qua ſupra num. 1. & 2. cum etiam hoc caſu taxatio habeatur pro non appoſita, niſi ad damum creditoris, quando intereſſe maius eſſet taxatos ſed totam vim tribuendam ipſi probationi, quod non repugnat regulæ prædictæ.*

B *Minus propriè tribuitur nomen confeſſionis pacto, quod expreſsè ſonat in promiſſionem; Neque enim illa taxatio ideò ſit, vt debitor recognoſcat tanti intereſſuturum, cum de futuris contingentibus non detur affirmatio; ſed ſit in vim promiſſionis eatenus valitura quatenus reſpondeat euentus, indè dicebam totam vim pendere ab euentu, etiſque probatione, in nihilum autem ſiue a promiſſione alias iniuſta, ſiue à confeſsione omninò impoſſibili.*

C *Iterum ad idem reuoluitur, in quo rei cardo vertitur.*

D *Verè, ac magiſtraliter, licet vulgò homines tamquam ſynonimis abutantur, vide ſupra hac eadem tertia diſp.*

E *De quantitate intereſſe poſſe ſtari dicto cum iuramento creditoris probari ſupra hac eadẽ tertia diſp. quæſt. vndecima.*

F *Si remouetur taxatio certi intereſſe a cãbijs, multo magis à mutuo, per ea, quæ probauimus diſputatione prima, quæſtione decima tertia. Verius eſt, extrauagantem Pij diſponere ſolum in cambijs ſimplicibus, in quibus lucrũ nedum taxari poteſt ab initio, quinimmo nullum in eo reperitur, vt dicta quæſtione decima tertig. In cambijs verò duplicibus procedere taxationem ab initio inteuenientibus requiſitis, de quibus in hac deciſione, eadem iura demonſtrant, ſed inconuincibiliter reſponſum Vrbani Sanctiſſimi ad Genuenſes quartum.*

G *Et ſic continuo vides totam vim fieri ſuper probatione exindè ſequuta; Vide ea, quæ ſupra hac eadẽ tertia diſputatione quæſtione vndecima.*

H *Et hæc vti iuri conſona, ita conformia ijs, quæ ſupra poſuimus hac eadem diſputatione quæſtione decima. Nec vllam recipit in praxi difficultatem poſita probatione per actorem facienda conformi dictæ taxationi vt plenius ex deciſione ſequenti.*

DECISIO REV. P. D. VBALDI. XIV. aliàs 372.

Ianuenſis pecuniaria Veneris prima Martij 1613.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione cumulatè explicatur, an, & quando lucrum ceſsãs poſſit in pactum deduci, & a principio taxari ad certam quantitatem, præſertim, quando eſt veriſimilè, & de eo conſtat aliundè.

1 *Lucrum ceſſans poteſt in pactum deduci a Mercatore qui pecunias amico egenti mutuat quas in promptu habeat eas in mercibus implicare, & nu. 2. declara vt nu. 3. & ſeqq.*

2 *Lucrum ceſſans de iure debitum, & intereſſe de iure debitum poteſt in pactum deduci declarant numer. 4. & ſequentibus.*

4 *Lucrum ceſſans a mercatore poteſt in pactũ deduci quando pecunias quas habebat in cambijs, vt amico rem gratam faciat eidẽ amico mutuat ea ex cambijs eximit, & num. ſeqq. & præcipuè nu. 11. & 12.*

3 *Intereſſe lucri ceſſantis etiam ſine mora debetur quando adeſt pactum vt pendente dilatione aliquid ſolvatur pro dicto intereſſe.*

6 *Certi lucri ſeu intereſſe taxatio præſertim in mutuo regulariter prohibita eſt declarat vt num. 8.*

7 *Cambia cum non ſint vniformia non poſſunt a principio taxari declara vt nu. 8. & nu. 10. vbi contra.*

8 *Lucri ceſſantis, & intereſſe taxatio non eſt prohibita, quando eſt veriſimilis, & proportionata ad honeſtum lucrum attenta qualitate perſonarum, & dumodo per creditorem poſtea probetur tanti ſua intereſſe quanti fuit ſumma ab initio taxata.*

9 *Intereſſe veriſimile taxatum debetur ſi aliũ dè iuſtificetur, & ſi taxatio fuerit exceſſiua, & ſuperflua exceſſus, & ſuperfluitas reſecantur.*

1 DOmini cenſuerunt ſententiam Rotalem eſſe confirmandam, potiſſimũ moti rationibus, & auctoritatibus copioſè adductis in deciſione in hac cauſa facta die 6. Iunij 1611. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto
A tunc Rotæ Auditore, *A* & quia tota difficultas videbatur reduci ad duo capita. Primum an potuerit in caſu propoſito in pactũ deduci lucrum ceſſans, quod Caſtellinus percepiſſet ex cambijs in quibus retinebat pecunias quas poſtea mutuauit Odoardo. Secundum an illud lucrum potuerit taxari ab initio; Domini, re maturè diſcuſſa, & cum præſuppoſitis in facto iuſtificatis, vt in proceſſu, & in deciſionibus in cauſa factis coram eodem Illuſtriſſimo Lancellotto ad vtrumque caput affirmatiuè reſponderunt.

Nam quoad primum, licet non careat contradictoribus opinio Hoſtien. *in cap. ſalubri, ter nu. 4. verſ. ideo puto, & in cap. nauiganti ſub num. 5. verſ. quid ergo de vſuris*, volens
2 quod mercator ceſſante ſuſpicione fraudis qui erat paratus ire ad nundinas, vt pecunias ibi in mercibus implicaret, poſſit ſine labe vſuræ eaſdem pecunias amico egenti, & petenti mutuare pacifcendo de illo lucro quod in nundinis feciſset, quam opinionẽ ſequuti ſunt *Couar. lib. 3. var. reſol. cap. 4. ſub nu. 5. verſ. item & illud vbi de communi Nauar. in manual. confeſſ. cap. 17. num. 211. verſ. & quod inter omnes, & in tract. de vſur. not. 15. num. 43. verſ. pro contraria, vbi addurit pro hac parte treſdecim fundamenta, & conſ. 6. per tot de vſur. cum alijs copioſe congeſtis in dicta deciſione 6. Iunij verſ. mihi tamen contraria*, pro qua etiam opinione faciunt DD. qui dicunt lucrum ceſſans concurrentibus debitis circumſtan
B tijs omnijs iure deberi *B* iunctis alijs, qui dicunt omne illud, quod de iure debetur poſſe in pactum deduci, prout primam concluſionem ponunt latè *DD. in l. vnica, vbi Cagnol. num. 37. Curt. Iun. num. 39. vbi de communi Rebuff. latè nu. 579. & ſeq. Bologn. ſub num. 120. C. de ſentent. quæ pro eò, quod intereſt. Abb. in d. cap. ſalubriter ſub numer. 3. Inoc. & alij in cap. ſacro de ſentent. excommunic. Dec. conſ. 111. num. 9. & in cap. cum venerabilis num. 58. de except. Rota Ianuen. deciſ. 1. num. 43. dec. 34. num. 3. & deciſ. 78. num. 12. & deciſ. 84. num. 5. latè Pedemont. dec. 143. numer. 4. Gaſpar Roder. in tract. de ann. red. lib. 3. qu. 5. nu. 27.*

Secundam verò concluſionem illud quod de
3 iure debetur poſſe in pactũ deduci *C* pro-
C bat *tex. in l. mutuo §. ſub conditione ff. de tutel. Soc. conſil. 176. col. 3. verſic. ſeptimo confirmatur lib. 2. Aym. conſil. 189. ſub numer. 7. verſic. ſecundus caſus Surd. de alim. tit. primo quæſtione 45. numer. 76.* Et in terminis huius lu ri faciũt ea quę dicentur infra ſuper taxatione in ſecundo capite.

Attamen quicquid ſit de illa opinione Hoſtiẽ-
4 videbatur Dominis in propoſito caſu rem tranſire de plano, & in iſtis terminis

non habere contradictorem, quia Hoſtien. & ſequaces loquuntur in caſu quo mercator actu non expoſuerat pecunias in negociationibus, ſed erat paratus exponere, & pactus eſt de lucro quod in negociatione forte feciſſet, ſed in caſu noſtro Caſtellinus actu habebat pecunias in cambijs implica-
D tas, D ex quibus lucrum maius E percipie-
E bat, quam fuerit ſumma deducta in pactō vt fuit iuſtificatum in deciſionibus huius cauſæ, ideo termini ſunt longè diuerſi, & minus fortes in hoc caſu, tum quia differentia eſt inter præparationem, & deuentionem ad actum. *l. ſi defunctus ff. de procurat. Rip. in rubr. extr. de indic. num. 11. cum pluribus ſeqq. latè Dec. Cagnol. & aly in rubr. C. de edend.* tum quia in illo caſu poterat ſubeſſe ſuſpicio fraudandi vſuras, cum facilè potuiſſet mercator fingere ſe iturum ad nundinas offerendo ſe promptum cum calcaribus, & equo ſi poſſet hoc prætextu ſtipulari aliquid vltra ſortem ſub colore ſperati lucri, & ideo vt fraudibus claudatur via emanauit ſequacium Innoc. opinio qui contra Hoſtien. tenuerunt *in d. cap. nauigāti vbi Io. Andr. col. 2. & Anan. num. 16. expreſiè id firmat de vſur. Anchar. in reg. peccati venia in 6. quæſt. 2. de reg. iur. in 6. Grat. conſ. 49. num. 10. lib. 2.*

Incauſa autem noſtro ceſſat omnis fraudis ſuſ-
5 ſpicio propter circumſtantias iam firmatas,
F & ex probationibus factis F ceſſat iam illa incertitudo an effet lucraturus, nec ne, quę erat in caſu Innocentij, & alijs in hac materia magna eſt differentia, an lucrum ſit in potentia proxima, vel potius in actu, vt hic an vero in potentia tantum remota, vt poſt Sanctum Thomam latè tradit Molin. *de cōtract. tract. 2. diſp. 315. nu. 13.*

Non obſtat quod hic non adſit mora durante
6 triennio conceſſo ad reſtitutionem pecuniarum, & ſine mora non videatur deberi intereſſe lucri ceſſantis ex allegatis, quia intelligitur niſi adſit pactum, vt pendente dilatione aliquid ſoluatur pro intereſſe
G G quod poſtea fuit probatum, vt hic Caſtr. *in l. Iulianus §. ex vendito ff. de act. empt. Dec. in d. cap. cum venerabilis ſub num. 63. de except. & conſ. 111 num. 13. Abb. in cap. ſalubriter ſub num. 3. in fin. de vſuris Alex. conſ. 221. nu. 8. lib. 2. & de communi Couar. lib. var reſol. cap. 4. ſub num. 5. verſ. item, & illud Nauar. conſ. 6. in fin. de vſur. latè Barboſ. poſt plures ab eo relatos in l. de diuiſione num. 73. ff. ſol. matr.* vt fuit dictum in dicta deciſione 6. Iunij coram Illuſtriſſ. Lancellotto, vbi etiam fuit conſideratum, quod cum Odoardus poſſet ſoluere ſortem durāte dilatione, ſumma deducta in pactum nō cenſetur promiſſa pro dilatione data, ſed pro intereſſe, *vt per Abb. & Alex. in locis proxime allegatis*, & alias quod idem operetur in iſtis terminis partium conſenſus, quod operatur mora, poſtquam non eſt dubium intereſſe deberi, tenuit Rota in cauſa Romana fructuum dotis 12. Iunij 1606. coram bon. mem. Pænia, & in Bononien. pecuniaria 9. Iunij 1608. coram Reuerendiſſimo Damaſceno.

Circa ſecundum verò caput licet taxatio certi
7 lucri, præſertim in mutuo regulariter ſit prohibita *Io. And. in cap. ſalubriter in princ. de vſur. Dec. conſ. 111. num. 5. & conſ. 119.* & fuit dictum in cauſa ſimulationis contractus prima Iulij 1592. coram Illuſtriſſimo Mullino, & alias ſæpè quæ taxatio multo minus hoc caſu videtur potuiſſe fieri reſpectu cambiorum, cum illa non ſint vniformia immo modo plus, modo minus, & numquā nihil lucri, & aliquando damnum afferant vt dixit Rota *deciſ. 315. nu. 6. par. 2. diuerſ.* & alias in huiuſmodi taxatione certa, vt vni formis videatur haberi reſpectus ad pecuniam, & quantitatem debitam, non autem ad intereſſe, & ſic cōtractus videatur reddi illicitus *Roman. conſ. 520. num. 8. Natt. cōſ. 417. num. 4. cum alijs congeſtis per Caſ. de Graff. deciſ. 1. num. 2. de vſur.*

Tamen quando taxatio eſt veriſimilis, & pro-
8 portionata ad honeſtum lucrum præſertim attentaqualitate perſonarum contrahentiū & dummodo per creditorem poſtea probe
H tur H tanti ſua intereſſe, quaſi fuit ſumma ab initio taxata, quæ omnia in hoc caſu cōcurrunt, huiuſmodi taxatio ſuſtinetur *Bal. in l. rogaſti §. tibi ſub nu. 7. verſ. niſi probaretur ff. ſi cert. pet. & ibi Purpurat. ſub num. 39. dec. in d. cap. venerabilis ſub nu. 65. verſ. putarem tamen de except. & d. conſ. 111. circa fin. verſ. 2. nō obſtat Couar. var. reſſol. lib. 3. cap. 3. ſub num. 3. verſ. quarto hinc, & 44. ſub num. 5. in ſeptima illatione Lup. tract. de vſur. §. 6. num. 26. Caſ. de Graff. dec. 1. nu. 3. & 4. de vſur. relat. inter impreſſ. dec. 340. part. 1. Burſat. conſ. 320. num. 6. lib. 3.* & alij plures cumulati in d. dec. 6. Iunij coram Illuſtriſſimo Lancellotto, quibus adeli poteſt. *Natt. conſ. 417. ſub num. 3. verſ. vbi tamen*

lib.2. Barboſ. in l. de diuiſione num. 72. vbi de magis communi teſtatur ff. ſol. matrim. Gaſpar. Roder. de ann. reddit. quæſt. 5. num. 39. & ſeq. vbi numer. 43. dicit quod in hac ſententiam itum eſt a Theologis, Canoniſtis, & Legiſtis, & ratio eſt quia eiuſmodi taxatio videtur non ſimpliciter prohibita, ſed ad certum effectum, niſi fiat in fraudem vſurarum, & proindè vbi ceſſat fraudis ſuſpicio admittitur, vt in materia, *l. curabit, vbi DD. omnes C. de act. empt. Caſ. de Graſſ. dec. 1. num. 4. de vſur.* & in terminis magis propinquis, nempè lucrorum mercantiæ, dixit Rota in cauſa Ferrarien. Societatis 28. Iunij 1599. coram Illuſtriſſimo Cardinali Millino, vndè eatenus videtur prohibita quatenus ex ea partes vellent probare quod interſit, vel tanti interſit, quia in hoc non ſtatur aſſertioni, vel confeſſioni partiũ, *vt per Bald. in d. l. rogaſti §. ſi tibi & in l. eũ alleges col. 3. C. de vſur. Natt. conſ. 49. num. 3. lib. 3. Cagnol. in l. curabit. num. 14. verſic. & generaliter C. de act. empt.* & fuit firmatũ in deciſione in hac cauſa 7. Iunij 1610, & 6. Iunj 1611 coràm Illuſtriſſimo Lancellotto, etiamſi aſſertio, vel confeſſio fuerit iurata. *Roman. conſ. 520 num. 11. Tiraq. de retract. conuent. ad. ſ. cit. nu. 152. Purpur. d. §. ſi tibi num. 4. & alij congeſti per Gaſpar. Roder. d. qu. 5. nn. 40.* Sed debet aliundè probari verum intereſſe per veras, & concludentes probationes, vndè taxatio prædicta per ſe non videtur vitiare cuntractum, ſed potius ipſa vitiatur, & redditur inefficax, vel ſuperflua cum totum pẽdeat à probationibus poſtea faciendis, ideoq; videtur habere implicatam conditionem, ſi probetur ad tantã ſummam aſcendere intereſſe taxatum, ſicut in ſimili videmus, quod confeſſio illorum quibus de iure non creditur, minimè vitiat contractum, ſed tantum eſt per ſe inefficax niſi aliundè iuſtificetur *Corn. conſ. 230. nu. 4. lib. 2. & in terminis noſtris Alex. conſ. 27. nu. 11. lib. 4. Dec. conſ. 131. n. 4. vbi referunt, & ſequuntur Bald. in d. l. rogaſti §. ſi tibi ſupra alleg.*

Quare cum in hoc caſu taxatio iuſtificetur
9 aliundè non poteſt tamquam ſuſpecta vitiare contractum, ſed ad ſummum redde-
1 retur ſuperflua, vel inefficax, *I* quæ ſuperfluitas regulariter non vitiat *l. teſtamentum C. de teſtam. l. ſancimus C. de donat. l. non ſolent ff. de reg. iur. & ideò eleganter dixit Aym. conſ. 189. ſub num. 8. verſ. non negarem*, quod non eſt prohibita taxatio, ſed exactio, & taxatio pro non facta habetur ex quo creditor illa non vtitur, ſed potius probationibus poſtea factis ad effectũ exigendi intereſſe probatum, immò ſi recte inſpiciatur talis taxatio, neque dici poteſt ſuperflua, cum operetur vt ſi probatio intereſſe tranſcendat ſummam taxatam, prout in hoc caſu probatum fuit cãbia reddidiſſe pluſquam ſex pro centenario, non tamen debitor teneatur ad maiorem ſummam ſed tantum ad conuentam, licet e cõtrario, ſi probatio intereſſe fiat in minori ſumma, non teneatur niſi ad dictam minorem ſummam probatam, cum illud poſſit
K verè dici intereſſe creditoris *K* vt fuit cõſideratum in d. decil. 6 Iunij verbo amplius ex quo eo magis iuſtificatur iſte contractus non obſtante dicta taxatione, cum illa tendat ad fauorem potius debitoris, quam mutuantis.

Neq; videbatur obſtare, quod taxatio videa-
10 tur prohibita in cambijs ratione incertitu-
L dinis lucri, *L* quod afferunt ex ſupra adductis, quia reſpondebatur quo ſi eſſet vera iſta ratio, neque in materia l. curabit, neque ſocietatis officiorum, neque mercantiæ poſſet fieri taxatio ab initio, cum tamen cõtrarium conſtet ex ſupra allegatis, præſertim ex dicta Ferrarien. ſocietatis coram Illuſtriſſimo Millino, & fuit dictum in Cauſa Romana ſocietatis 8. Iunij 1612. coram R. P. D. meo tunc Decano, immò nec iactus retis emi poſſet, nec vita hominis, qua nihil eſt incertius eſtimari poſſet, cum tamen contrarium habeamus, *in l. ſi iactum retis ff. de act. empt. & in l. hæreditatum ff. ad l. falcid.* non enim materia taxationis attẽditur quod aliquando ſit, ſed quod communiter, & veriſimiliter fieri poteſt *Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. & 2. de vſur. Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. q. 5. art. 3. concl. 5. Nauar. in manual. c. 17. num. 211. Couar. var. reſſol. lib. 3. c. 4. num. 5. Surd. conſ. 32. num. 54. lib. 3.*

Vnde cum in hoc caſu concurrant tot circunſtantiæ ſaltem principales, quæ bene probantur ex actis & teſtibus, quorum ſummarium fuit per dominos alias viſum, & conſideratum, & ex ijs tollitur pænitus, quælibet ſuſpicio fraudis, quæ fuit vnica ratio prohibitę taxationis & cum ex probationibus conſtet intereſſe taxatum non modo fuiſſe veriſimile, & proportionatum ad

lucrum,

lucrum, quod dominus Castellinus feciſſet ſi pecunias non mutuaſſet, ſed minus, & inferius dicto lucro ſequitur, vt dicta taxatio non debeat in hoc caſu vitiare contractum, & hunc ſenſum videtur alias habuiſſe Rota *apud Caſ.de Graſ. deciſ. 1. num. 1. de vſur. & deciſ. 87. num. 2. & 192. part. prima diuerſ. & Rota Ianuen. deciſ. 91. in fin. Dec. conſ. 321 viſi nu. 5. Paris conſ. 60. nu. 38. lib. 1. Couar. var. reſol. lib. 3. c. 4. nu. 1. ad fin. Cagnol. in l. vnica num. 51. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt Surd. d. conſ. 327. num. 55. lib. 3. & conſ. 485. num. 6. lib. 4.* cum aliis ſupra allegatis dum pŏderarunt iuſtificationem intereſſe poſtea faciendam.

Tandem nec videbatur facere, quod maximè
12 extollebatur per informantes pro D. Iacobo, nempè quod ſi approbaretur iſte cŏtractus, fierēt mille fraudes, & vſuræ, quia retētis terminis in quibus verſamur, & extra quos Domini non intendebāt aliquid
M firmare. M nulla poterit fieri fraus: Nā ſuppoſito cum, qui mutuat pecunias iam eas habere implicitas in honeſto lucro, & quicquid fuerit taxatum pro intereſſe non poſſe ipſum mutuantem conſequi, niſi illud quod probabit ſe fuiſſe lucraturum ſi pecunias ibi retinuiſſet, vbi erant, immo quantumuis probet ſe fuiſſe lucraturum pluſquā importet taxa nihilominus non poſſe obtinere ſupra taxā certè vix erit; vt h› mines lucri cauſam profiliant ad iſtum contractū cum plus lucrari non poſſint ſic contrahendo immŏ minus ex prædictis quam ſi pecunias reliquiſſent, vbi erant, vndè benè videtur applicari cŏcluſio, quod non datur præſumptio fraudis vbi non adeſt lucrum, *Aym. conſ. 75. num. 16. & ſeq. Corn. conſ. 63. num. 9. lib. 3. Decian. conſ. 57. num. 36. lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſump. 2. n. 18.* & ita fuit deciſum.

A FT *ſic Iuremerito præcedens deciſio haberi, debet pro canonizata.*

B *Et per nos latè ſupra hac eadem diſputatione queſt. decima.*

C *Ad confirmationem eorum, quæ nos latè ſupra hac eadem diſputatione quæſtione nona, & decima.*

D *Quanti ſit ponderis hæc actualis implicatio, ex qua pecunia deducitur habes ſupra hac eadem diſputatione queſt. nona.*

E *Et hoc etiam, quod inſtificat ex poſt facto taxationem certi intereſſe, ponderani ſapè, vt in notis ad præcedentem deciſionem.*

F *Ex quibus probationibus ſit, vt alias dicebamus, quod intereſſe tali caſu non debetur vt taxatum ſed vti probatum, & per conſequens taxatio illa, de qua in pacto ſolum eſt conſiderabilis ad exoerationem debitoris, cum ei pariat exceptionem, quatenus verè probaretur ex Maiori intereſſe.*

G *Et hoc ad confirmationem eorum, quæ ſupra hac eadem diſputatione quæſtione decima.*

H *Et hic nota totam vim tribui probationi poſtea factæ, vt ſæpius dictum.*

I *Perpende igitur vim, & neceſſitatem probationis ſæpius requiſitæ.*

K *Hoc eſt illud ipſum, quod alijs verbis notabā ſupra hac eadem deciſ. litt. f.*

L *Quinimò quando taxatio ſit ad commodum debitoris, nihil magis æquum, nec alienum ab vſuraria prauitate; & habemus in puncto reſpectu intereſſe cambiorum Reſponſi Vrbani ad Genuenſes quartum. Vide quæ ſupra hac eadem diſputatione quæſtione vndecima.*

M *Et ſic nota non de facili hanc deciſionem poſſe trahi ad conſequentias, ſed cum exigatur concurſus tot circunſtantiarum ad ſubſtinendam taxationem certi intereſſe vſque ab initio: hac deciſione non obſtante, regulariter tenendum. taxationem hanc in mutuo eſſe reijcendiam.*

Diuerſorum Par. I.
DECISIO XV.
alias 811.
Roman. litterarum Cambij die 10. Decembris 1584.

1 *Litteras recipiens ſimpliciter, & ſine contradictione, non conſetur conſentire, & approbare contenta in illis, ad eaque ſe obligare, & num. 4.*

Contraria tamen eſt magis communis nu. 9. cum ſeq. & num. 17. & 33. concurrente ſcientia, & num. 23. Vſque ad nu. 30.

Limita hanc communem non procedere ad effectum obligandi procuratorem ad ſuſcipiendum iudicium & defendendum ſuū principalem nu. 44.

2 *Pater quare non contradicendo videatur con-*

ſen-

ſentire in mutuo facto filio in xta l. ſi filius familias la ſecunda ff. ad maced.

3 Præſentia & taciturnitas Patris, quod operata fuiſſet ab initio, idem operatur eius ſcientia ſuperueniens ex poſt facto cum taciturnitate: ſecus tamen in extraneo.

5 Recipiens litteras ſimpliciter ſine proteſtatione, & ſciens contenta in illis videtur tunc conſentire, quando mandatum in eis contentũ conſtat iudicialia, & ſcribens cauet pro eo, ad quem ſcribit: ſecus tamen ſi concernit extraiudicialia & quare, Amplia in quacunque epiſtola miſſa ad obligandum num. 7.

6 Conſentire non videtur per ſemplicem receptionem litterarum, niſi interueniant omnia requiſita, de quibus in clem. 1. de procurat.

8 Recipiens litteras mandati, & ſciens contenta in eis, tunc demum præſumitur conſentire, ſi cautio debito modo interuiniat, alias deficit præſumptio conſenſus.

10 Mercatores accipientes litteras, & non contradicentes, eo ipſo dicuntur ratificaſſe.

11 Litteræ cambij eo ipſo quod ſunt lectæ, & receptæ dicuntur approbatæ, niſi in contrarium proteſtatum fuerit ex communi nu. 23. & num. 30.

12 Campſores acceptantes litteras cambij, non poſſunt poſtea ſolutioni contradicere, etiã ſi mercator, q litteras ſcripſit, decoxerit. Declarat tamen, vt ibi.

13 Recipiens ſciemter epiſtolam ſibi directam; in qua ſibi mandatur vt ſolnat certam pecuniam pro mandante, videtur in dubio recepiſſe animo ſuſcipiendi mandatũ, & ad hoc cogi poterit.

14 Mercator recipiens litteras Cambij, & eis lectis, ponens eas in filcia, & non contradicens videtur acceptaſſe illas, & ſe obligaſſe ad contenta in eis,

15 Campſores prudentes, quando recipiunt litteras Cambij, & nolunt eas approbare, ſcribunt in dorſo litterarum ſe illas recepiſſe, & non acceptaſſe, quæ ſcriptura probat.

16 Scriptura quæ dependet ab animo, & ſola voluntate ſcribentis plenè probat pro eo.

18 Actus facti magis oſtendit voluntatem alicuius quam actus verbi, & num. 21.

19 Conſenſus ex factis colligitur.
Immo facto ipſo quis multis caſibus conſentit.
Immo etiam plus eſt facto, quam verbis conſentire nu. 20. & ſeq.

21 Voluntas magis oſtenditur factis, quam verbis.

22 Conſenſus inducitur ex taciturnitate cum qua concurrit actus poſitiuus, ex communi.

23 Intellectus l. ſi filius familias la ſeconda ff. ad maced. traditus à Pau. de Caſtr. reprobatur, & verus aſſignatur nu. 25.
Item reprobatur alius intellectus traditus à Bald. in ea l. nu. 26.

24 Diſpoſitio l. ſi tamen ſciente ff. ad maced. quo caſu loquatur.

25 Pater abſens non videtur conſentire mutuo accepto per filium, niſi receptis litteris.

27 Conſenſus, & ratihabitio non inducitur ex notificatione, ſed ex receptione litterarum.

28 Cautio vltra receptionem litterarum debito modo facta de qua in clem. 1. de procur. quos operetur effectus.

29 Procurator expreſsè acceptans mandatum nõ compellitur illud præcisè exercere, quãdo non eſt præſtita cautio, ſed ſolum tenetur ad damna, & intereſſe.

31 Litteras cambij dimittens penes campſorem acceptat tum debitorem, & è contra campſor acceptat dimittentem in creditorem.

32 Nouatio tacitè facta videtur ex permutatione debitoris, & loci.

33 Litteras ſimpliciter recipiens, vt obligetur debet etiam ſcire contenta in eis.

34 Litteras apertas recipiens præſumitur ſcire contenta in eis.

35 Item ſi penes ſe retiniſſet ſaltem per vnum diem.

36 Verbum, continuo, intelligitur arbitrio Iudicis, & nu. 40.

37 Conſenſus qui nititur legis præſumptione, debet eſſe veriſimilis.

38 Mercator litteras calculi de datis, & acceptis retinens, non præſumitur ſe obligare.

39 Litteras Dominus recipiens ab eius procuratore ſibi ſignificante ſe centum alicui donaſſe eius nomine non cenſetur ſibi praindicaſſe.

40 Verbum, continuo, de quo in l. filius familias la 2. ff. ad maced. refertur ad contradictionem.

41 Litteras recipiens non ſtatim obligatur, quin ex aliquo interuallo poſſit cõtra proteſtari.

42 Subſcripsio, qua ſit à mercatoribus ad litteras receptas per hac verba, viſa a di, &c. quid operetur, cum nu. ſequent.

VBITAVI 10. Decembris 1584. in causa Romana litterarum cambij inter D. Dominicum Tuscum, & Horatium, & Ludouicum Aquilanos mercatores, an aquilani sint obligati de iure communi ad soluendum D. Dominico summam contentam in litteris cambij, de quibus agitur, circumscriptis pro nūc quibuscumque probationibus factis, & fiendis de stylo, & consuetudine mercatorū, & præsuppositio in facto quod D. Dominicus in bancho Aquilanorum in Vrbe præsentauerit Ludouico, complemētū habenti A die Iouis 3. Nouembris 1583 litteras cambij, vt vocant, *à vso* scutorum mille directas Aquilanis, & apertas more similium litterarum, & transmissas ex Ciuitate Bononiæ per Iosephum Gandulphū Bancherium Bononien. & quod Ludouicus receperit, & legerit dictas litteras, easque dederit Cæsari Venturino iuueni Banchi, qui illas recepit, & retinuit, & registrauit in libro aliarum litterarum cambij eorumdem Aquilanorum, & quod die Sabbati 5. Nouembris 1583. quo die D. Dominicus redijt pro suis litteris cambij, Horatius pariter complementum habens dederit eidem Dominico dictas litteras cambij scriptas a tergo manu ipsius Horatij sub his B verbis, *B vista a dì 1. Nouēbre 1583.* prout latius in præsuppositis de consensu partiū firmatis, proposito igitur in Rota dubio, de quo supra, deducta per informantes fuerūt in tres principales difficultates distincta. Prima fuit, quæ sit communior opinio in illo articulo, an recipiens litteras simpliciter, & sine contraditione, censeatur consētire, & approbare contenta in illis, ad eaq; se obligare. Secunda an affirmatiua sit de iure vera, & attendenda. Tertia an applicetur casui nostro.

Quoad primam difficultatem pro negatiua citatur Paul. de Castr. *in l. interdictum num. 3. circa med. ff. rèm rat. hab.* vbi vult quod in casu, *l. si filius familias 2. ff. ad macedd.* ideo Pater non contradicendo videtur consentire, quia si filio mutuū factum fuisset, patre præsente, & tacente, vtique Pater fuisset obligatus, tanquam consentiens, & non haberet locum Macedonianū quod est odiosum, *l. sed & Iulianus §. interdum ff. ad Macedd.* vndè quod ab initio operata fuisset præsentia, & taciturnitas Patris, operatur eius scientia superueniens ex post facto et taciturnitate. At secus in extraneo, & alio casu diuerso, prout latius per Paul. de Castr. vbi supra, quem sequuntur *Rip. in cap. cum Marcus Ferrar. num. 131. & ibi Dec. nu. 23. post med. vers. adde tamen, & num. seq. de constit. lat. Crot. in l. non solum §. morte nu. 95. & 96. ff. de non. oper. nuncia.* Citatur etiā pro negatiua Bald. *in l. col. 2. circa med. vers. si vero non est coniuncta persona ff. mand. quem sequitur Addit. ad cons. Alex. 78. sub nu. 1. in fin. addit. lib. 1.* Nā Bald. distinguit mādatū, quod cōtinetur in litteris, aut enim concernit iudicialia, & scribens debito modo cauet pro eo, ad quem scribit, & tunc recipiens litteras simpliciter sine protestatione, & sciens contenta in illis videtur consentire, & ita inquit procedere Clem. primam. de procurat: aut mandatum cōtentum in litteris concernit extraiudicialia, vt negotia, & tunc recipiens litteras nō videtur consentire per solam receptionē litterarum, si aliud non appareat quia non videtur se obligare, *iuxta materiam l. inuitus C. de procurat. l. filius familias §. inuitus ff. cod. cum simil.* & ratio diuersitatis secūdum Bald. est, quia plus interuenit in iudicialibus quam extraiudicialibus, & ideo de mente dictę Clem. potest dici quod per receptionem litterarum nō videatur quis cōsentire, cum nō interueniant omnia requisita dictæ Clem. & subdit Bald. idem intelligi de quacumq; epistola missa ad obligādum, quod eam recipiens non obligatur per solam receptionem, nec videtur consētire prout latius deducit Bald. vbi supra. Demum pro negatiua citantur. DD. *in d. Clem. 1. Cardin. ibi post Zenzelin. nu. 1. vers. ex hoc. Immo num. 15. circa fin. vers. quod si Dominus, & Vital. nu. 50.* qui DD. volunt quod recipiens litteras mandati, & sciens contenta in eis, tunc demum præsumatur consentire, si interueniat cautio debito modo præstita, deficit præsumptio consensus, & non procedit d. Clem. alioquin verba illa *debito modo cauit*, frustratoriè ponerētur.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

Contrariam tamen opinionem, quod recipiens litteras missiuas simpliciter, & sine contradictione videatur consentire, & approbare contēta in illis & ad ea se obligare,

C firma-

c c firmarunt Domini ſine difficultate eſſe ma gis communem, quam tenuerunt *Bar. Bal. Salic. Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. in d. l. ſi filius familias Bar. in l. Titius in fin. & ita Bald. in med. verſ. ſed quæro, & Fulg. num. 3. ff. de conſtit. pecun. Bart. in l. cum tabernam §. 1. in fin. ff. de pign. & in l. quo n. §. 1. propè fin. verſ. quandoque ſuperuenit ff. rem rat. hab. Bald. in l. fin. numer. 4. ff. ad Senatuſconſult. Macced. Abb. in d. Clem. 1. num. 3. & in cap. non inſtè num. 7. circa fin. de procur. & conſil. 18. ſub numer. 5. lib. 2. Alex. conſ. 78. num. 1. lib. 1. Barb. conſ. 15. nu. 9. circa med. lib. 2 Corn. conſ. 319. num. 5. poſt med. verſ. nec eſt verum lib. 3. Iacobin. de Sancto Geor. in l. emptor §. Lucius Titius nu. 4 ff. de pact. Ias. in l. admonendi nu. 142. ff. de iureiur. in l quæ dotis num. 92 ff. ſol. matrim. & conſ. 47. nu. 2. verſ. modo ſuccedit lib. 1. Felyn. in d. cap. cum M. Ferrarien. & melius in cap. 2. num. 20. & ibi Dec. ſub num. 15. ff. de fideinſtru. idem Dec. conſ. 632. nu. 16. Gon. ad. conſ. 23. num. 6. Calcan. conſ. 19. num. 6. circa fin. Marſ. in rub. C. de prob. nu. 246. & ſing. 344. Curt. Iun. conſ. 32. num. 5. in fin. marſ. ſing. 22. Caſſ. dec. 3. ſub num. 2. de reſcrip. Pariſ. conſ. 47. nu. 15. conſ. 91 n. 3. conſ. 112. nu. 41. & conſ. 127. num. 32. lib. 1. Zuccar. in rub. C. de pact. n. 67. Gab de præſumpt. concl. 2. Gabr. Saray. alios citãs in addit. ad Mathef. vbi ſup. Cour. in cap. Ioan. ſub numer. 4. de teſtam. Menoch. de arbitr. cal. 21. Ruin. Iun. in rub. inſtit. quib. alien. lic. vel non numer. 190. Burſat. conſ. 39. num. 14. & 15. Strach. de aſſecur. gl. 11. numer. 47. vbi alios allegat, & multi alij inf. citandi idem tenent, & hanc eſſe communem teſtatur Alex. d. §. morte num. 27. ad fin. Rip. in l. admonendi num. 138. Dec. d. cap. cum M. Ferrarien. nu. 23. in fin. Gabr. d. concl. 2. ſub num. 15. Zuccar. in d. rub. C. de pact. ſub numer. 72. Rimin. Iun. & Burſat. vbi ſupra.* Et in terminis, quod mercatores, qui acceptant litteras eo ipſo ratificant, quod non contradicunt inquit Bald. *in l. ſi abſentis numer. 6. verſic. tu dic. C. ſi cert. pet. & in individuo de litteris cambij traddit. Angel. in d. l. ſi filius familias in fin.* vbi notat illam legem pro litteris cambij, quæ quotidie mittuntur

11 mercatoribus, quæ eo ipſo quod ſunt lectæ & receptæ videntur approbatæ, niſi in contrarium proteſtatum fuerit, & Ang. refert, & ſequitur Corſe. *in ſuis ſingul. in verſic. taciturnitas num. 2. bene Salycet. in d. l. ſi filius familias num. 1.* vbi notat

12 illum textum contra campſores acceptantes litteras cambij, vt non poſſint poſtea ſolutioni contradicere, etiam ſi mercator, qui litteras ſcripſit decoxit: quod putat verum ſi penes campſorem litteræ ſint admiſſæ, & ab eo retentæ, & Salyc. refert, & ſequitur Coraſ. *in d. l. admonendi num. 73. verſ. vndè melius Vital. in d. clem. 1. numer. 69.* vbi inquit, quod Titius recepit ſcienter epiſtolam ſibi directam, in qua ſibi mandatur vt ſoluat certam pecuniam pro mandante, videtur in dubio recepiſſe animo ſuſcipiendi mandatum, & ad hoc cogi poterit. Benè

13 Veron. *caut. 9. num. 1.* dicens quod mercator recipiens litteras cambij, & eis lectis ponens eas inter alias, puta in filia, & non contradicens, videtur acceptaſſe illas, & ſe obligaſſe ad contenta in eis, & non poterit eum poſtea pænitere, & conſequẽter non poterit recuſare contenta in illis *Alex. in addi. ad Bar. in d. l. cum tabernam §. 1. n. 4. in verbo ex hac lege Soc. Iun. conſ. 121. nu. 31. lib. 2. Pariſ. conſ. 5. nu. 206. lib. 4. Dec. Ian. 135. ſub nu. 2. And. ab exea. de pac. n. 62. vbi cir. fin. verſ. ait* ideo

14 prudẽtes campſores quando recipiunt, & nolunt eas approbare ſcribunt in dorſo litterarum ſe illas recepiſſe, & non acceptaſſe: talis enim ſcriptura in dependentibus ab ani-

15 mo, & ſola voluntate ſcribentis plenè probat, *l. ſi Neſcenius, vbi Bart. ff. de neg. geſt. cũ aly ſ ibi adductis.* Nec obſt. auctores in contrarium citati. Quia non tenent contra communem. immo eam ſequuntur, excepto Bal. Pau. & Caſtr qui fuerunt ſibi contrarij, cum *in d. l. filius familias* ſequendo intellectum Pau. de Caſtr. Dec. *in d. cap. cum M. Ferrar. n. 131.* non impugnat communem, ſed dicit eã non probari *in d. l. filius familias.* ſequendo intellectum Pau de Caſt. Dec. *in d. c. cum M. Ferrarien. numer. 24.* expreſsè approbat

16 communem concurrente ſcientia *per d. clem 1. de procurat. Crot. in d. §. morte num. 100. in fin.* & ſequitur communem ea ratione, quod actus facti magis oſtendit voluntatem alicuius, quam actus verbi, *Dott. in d. clem. 1.* non ſunt contra communem, ſed loquuntur in alijs terminis, & ad alium effectum, vt mox dicetur. Quoad ſecundam difficultatem an cõmunis opinio ſit de iure vera, & attendenda, Domini affirmatiuè concluſerunt. Moti ex pluribus. Primo ex illa generali re-

17 gula quod ex factis conſenſus colligitur, *l. de quib. & ibi gl. in verſ. facti ff. de legib. l. recu-*

fari, & ibi gl. in verbo recusari te ff. de acq. hared.

Et multis in casibus quis facto ipso consentit, vt inquit *gl. fin. in fin. in d. elem. 1. & ibi Laud. & post eum Card. num. 19. versanduc. tamen, & ibi Imol. num. 28. in fin. & nu.*
20 *129. circa med. vers. item quia sæpè*. Immo plus est facto committere, quam verbis, *cap. dilecti, vbi gl. in verbo facto, plura ad id iura cumulat extra de appellat. l. Paul ff. rem rat hab. l. si tamen S. ei, qui seruum ff. de adil. edict. Rota decis. 15. de off. deleg. in nou. Paul. de Castr. in d. l. de quibus num. 9. Anch. cons. 302. nu. 3. Rom. cons. 291. nu. 4. Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. num. 75. circa med. Gram. consil. ciuil. 150. nu. 24. conf. cri. 13. num. 3. & conf. 31. nu.*
21 *35*. Et ex hac ratione quod actus facti magis ostendat voluntatem alicuius, quam actus verbi, tuetur communem opin. *Crot. in d. S. morte num. 100. in fin.* Vndè ex illo facto receptionis litterarum cambij absque contradictione colligitur consensus recipiẽtis non minus, quam ex verbis. Secundo ex illa communi conclusione, quæ passim in
22 ore Doct. versatur, quod ex taciturnitate, cũ qua concurrit actus posituus, inducatur cõsensus, *vt per Doct. in l. quæ dotis ff. sol. mat. & in c. nonne de præsump. & in d. cap. cum M. Ferrar. & alibi passim*. Vndè recipiens litteras cambij, & non contradicens, sed tacẽs censetur consentire, quia cum eius taciturnitate concurrit actus posituus receptoris. Tertio communis probatur *ex d. l. si filius familias*. Nec obst. intellectus Paul. de Cast.
23 *in d. l. interdum sub n. 3*. Quia illum reprobat Alex. *in d. S. morte num. 27. post med. ostendens tex. in l. sed. & Iulianus S. interdum ff. ad maced. allegatum a Paul. de Castr. non probare eius intentionem*, prout etiam reprobat Hermanottus Det. *in d. S. morte nu. 76. propè fin. vers. non ob tex.* dicens illum text. non probare, quia ibi ille Pater incepit soluere, & ex hoc consensus elicitur. Reprobant etiam intellectum Paul. de Cast. Alciat. & Rub. Alex. in locis infra citandis. Et quam
24 uis Rip. *in d. cap. cum M. Ferrar. num. 131. & ibi Dec. num. 29. post med. vers. adde tamen, & num. seq. & Crot. in d. S. morte numer. 95. & 96.* tueantur opinionem Paul. de Castr. per illum tex. *in l. si tamen scitẽ ff. ad maced.* nihilominus ille tex. loquitur, quando Pater tempore, quo fiebat mutuum, erat præsens, & poterat contradicere; & non contradixit, & ita illum tex. intelligit Rub. Alex. *in d. S. morte n. 262. propè fin. vers. item ad tex. & Alci. in d. l. de iesta tio. nu. 50. vers. quod autem sola*
25 At secus quando Pater est absens, quia tunc non videtur consentire, nisi receptis litteris, & ita procedit tex. *in d. l. si filius familias*, prout declarat Alcia. *in d. vers. quod autem*. Nec obst. ratio odij S. C. Macedon. quia pro ut benè considerat Alc. *d. nu. 50.* regulare est in Patre, vt ipse ex cõtractu filij obligari, nõ
26 debeat, nec odium aliquod adest. Minus obstat intellectus Bald. *datus ad l. si filius familias in l. 1. propè fin. vers. nõ ob. l. si filius ff. mand.* quod scilicet ille tex. loquitur in eo qui gẽsserat actum nomine alterius, & si actum notificauerat, quo casu videtur cosentire, & habere ratum, si non protesteretur. quem intellectum sequitur *addit. ad consil. Alex. conf. 78. sub num. 1. in fin. addit. lib. 1.*
27 Quia pro reprobatione dicitur quod consẽsus & ratihabitio non inducitur ex notificatione sed ex receptione litterarũ. Quarto quando etiam tex *in d. l. si filius familias* circa probationem communis opin. pateretur difficultatem, tamen illa probatur *in d. elem. 1. de procurat*. Nec obstat quod ibi vltra receptionem litterarum, requiritur etiam cautio debito modo facta, quia cautio requiritur ad
28 effectum obligandi procuratorem ad suscipiendum iudicium, & defendendum suum principalem, alias sine cautione procurator recipiens litteras mandati, & sciens contenta in eis censetur consentire, immo est sola receptio facta simpliciter, & scienter idem operatur, quod expressus cõsensus, vt inquit
29 Vital. *in d. elem. 1. num. 55.* & ideo procurator expresè acceptans mandatum non compellitur præcisè illud exercere, quando non est præstita cautio, sed solum tenetur ad damna & interesse, vt inquit *gl. in l. sed. & hæ personæ S. prætor in verbo accipere iudicium ff. de procurat.* quam ibi sequuntur omnes & Paud. de Castr. appellat eam meliorem gl. quæ sit in illa materia. Et Angel. *num. 6.* dicit illam optimè loqui in qualibet sui parte; & eã sequitur Vital. *in d. cle. 1. nu. 34. & 40.* Quinto
30 communis opinio in specie litterarum cãbij, probatur ex duplici ratione assignata per Salic. *in d. l. si filius familias sub nu. 1. quem sequitur Coras. in d. l. admonendi numer. 73. versic. vndè melius*. Prima ratio est quia dimittens litteras cambij pænes campsorem acceptat eum debitorem, *l. inter causã S. abesse ff. ad Maced.* & è contra campsor

acce-

acceptat dimittentem creditorem. Secunda
D 32 ratio, quia videtur tacitè facta nouatio. D
E Cũ ſit facta permutatio debitoris, E & loci, l. inter omnes ff. de nouat. Quoad tertiam difficultatem an communis opinio applicetur caſui noſtro. Domini affirmatiuè reſoluerunt.

33 Quia licet vltra receptionem litterarum factam ſimpliciter, hoc eſt ſine contradictione requiratur etiam in perſona recipientis ſcientia contentorum in ipſis litteris, vt in d.clc.1.ibi ſcienter receptis, & ibi gl.verb. ſcienter, quam ibidem D D. ſequuntur, & in ſpecie tradit Rip. in d. cap. cum M. Ferrar. num.132. verſ.1. requiritur, & ibi Dec.nu. 24. Felyn.in cap.2.ſub num.20. de fide inſtr. Hermanot.dec.in d. §. morte num, 76. in fin. nihilominus in caſu noſtro non poteſt dubitari de ſcientia mercatoris recipientis litte-
34 ras cambij de quibus agitur, tum quia recepit illas apertas, quo caſu præſumitur ſcictia vt poſt Laud.tradit Anch. in d.Clem. 1.num.4.verſ.ſed dices, & ibi Imol. in c. fin. Tum etiam quia illas penes ſe retinuit ſal-
35 tem per vnum diem, ex qua retentione præſumitur habuiſſe plenam notitiam tenoris ipſarum litterarum, vt inquit Anchar.& Imol. vbi ſupra, & ſequitur Gabr. de præſumpt. concl.2.num.12. Felyn.in d.c.2.nu. 20. verſ. præſumitur Angel. Aret. in §. certum numer. 5. verſ. vel dicas inſt. quod cum eo. Tum & tertio, quia fuerunt lectæ, & adnotatæ in alio libro litterarum cambij. Vndè cum habeamus receptionem litterarum ſine contradictione, ſcientiam contentorum in illis, retentionem & adnotationem in alio libro, non videtur dubitandum de applicatione communis opinionis. Non obſtant in contrarium allegata. In primis non obſtat declaratio Alciat. in d. l. deteſtatio num. 59. verſ. illud fateor, declarantis verbum *continuo*, de quo in l.
36 *filius familias*, intelligendum eſſe arbitrio iudicis, ita vt recipiens litteras habeat tempus legendi, cogitandi, peritio-
37 res conſulendi, quia conſenſus qui præſumptione legis nititur debet eſſe verisimilis. Hoc idem voluit Rub. Alex. in d. §. morte numer. 262. in fin. Menoch. de arbitr. caſu 20.21. in fin. Anch. regien. queſt. 48. nu. 6. Nam reſpondetur multipliciter. In primis doctrinam Alciat. debere intelligi ſecũdum exempla per eum adducta, quorum primum eſt litterarum, in quibus continetur calculus rationis de datis, & acceptis, & vltimo loco ponitur, quod debet reſtitui certa ſumma. Nam hoc caſu licet mercator
38 huiuſmodi litteras viſas retineat, nõ videtur ſe obligare immo potius videtur eas retinere, vt videat an ibi relata ſint vera, prout per text. in l. ſi ſervus ff. de condit. & demonſtr. limitat. Veronen. cautel. 9. numer. 1. poſt med. verſ. hoc tamen. Sequitur Iaſ. in d. l. admonendi num. 142. ante med. Rip. in d. cap. cum M. Ferrar. n. 132. verſ. ſecundo intellige Gabr. de præſumpt. concl. 2. num. 15. Secundum exem-
39 plum eſt quod ſi procurator ſcripſiſſet Domino ſe eius nomine centum Titio donaſſe, quod etiamſi Dominus litteras recepit; non propterea ſibi præiudicauit, quia poſſet perſcrutari, an donatio eſſet rectè facta, vel ne, iuxta conſ. Cum. 177. ſequitur Rip. in d. cap. cum M. Ferrar. num. 132. verſ. 3. declara. 2. Gabr. d. concl. 2. num. 6. Vnde declaratio Alcia. non applicatur, cũ in litteris cambij, de quibus agitur, non contineatur calculus rationis, vel quid ſimile, itaut fuerit neceſſaria aliqua perſcrutatio, ſiue diſcuſſio. & licet Alcia. loquatur exemplificatiuè, & exempla non reſtringant regulam, tamen eam declarant. Et ideo doctrina Alci. poſſet etiam exemplificari in his, qui alijs ſucceſſerunt, vel qui debitum antiquum habent ſecundum Menoch. d. caſ. 21. ſub numer. 4. verſ. quod viſa. Secundo reſpondetur quod Aquilani, in caſu noſtro, nec in continenti, nec ex interuallo proteſtati ſunt, ſiue con-
40 tradixerunt, nam verbum *continuo in d. l. filius familias* refertur ad conteſtationem contrariæ voluntatis, & ſic ad contradictionem. Verbum *continuo* intelligitur arbitrio iudicis, ne via fraudibus aperiatur, ita vt quis ex receptione litterarum non ita
41 in continenti obligetur, quin ex aliquo interuallo poſſit contra proteſtari, vt inquit Rub. Alex. in d. §. morte num. 262. in fin. Nec poteſt accipi pro contradictione, vel proteſtatione illa ſubſcriptio facta ſub illis verbis
42 viſta à dì, &c. quia iſta ſubſcriptio circumſcripto ſtylo mercatorum, qui nunc circiſcribitur, nil aliud ſignificat, niſi quod litteræ cambij fuerint viſæ, hoc eſt lectæ, & per conſequens habita notitia contentarum in illis. Vndè iſta ſubſcriptio non ſolum nõ inducit contradictionem, nec etiam ſuſpenſionem, ſiue deliberationẽ, ſed deducit notitia cõtentorũ in litteris, quę notitia vltra

receptionem litterarum requiritur, vt ſupra diximus. Tertio reſpondetur, quod cũ D. Dominicus recepiſſet litteras cambij, ſatis veriſimile eſt, quod etiam Aquilani recepiſſent litteras, quas vocant *auiſi*, & ideo petuiſſent, quando receperunt dictas litteras cambij, dicere, nos non habemus litteras auiſi, vel dixiſſent quid ſimile, & ideo petiſſent tempus ad deliberandum. Vndè illa ſubſcriptio *viſta à dì, &c.* facit potius pro D. Dominico, quia vltra quod
43 operatur notitiam, vt ſupra deduximus, eſt maioris momenti, quam ſit ſubſcriptio, de qua loquitur Alex. *conſ. 146. num. 12. & 13. lib. 2.* Secundo non obſtat, quod communis opinio ſit inapplicabilis litteris cambij quæ præſentantur, & reſtituuntur. Quia reſtituuntur poſt acceptationem, vel recuſationem. Vndè ex recuſatione non infertur, quod retinendo non acceptentur, & tãto magis quod præſentatio fit ad effectum vt acceptentur. Tertio non obſtat quod retentio poteſt fieri ex alia cauſa, quam acceptationis videlicet animo deliberãdi. Quia ſemper diceretur retentionem fieri animo deliberandi, & deſtrueretur communis concluſio. Poſſet autem obiectum procedere, quando natura negotij, vt inquit Alci. diſcuſſionem requirit, quæ ceſſat in caſu iſto.

Quarto non obſtat quod communis opinio nõ procedit, quando quis ex receptione litterarum poſſet recipere damnum, & præiudicium, *vt per Card. in Clem. 1. ſub num. 1. Imo. num. 15. in fin. & Vital. num 50.* quia ſi hoc eſſet verũ, falſa eſſet communis opinio, cũ ex obligatione poſſit quis pati damnum, & præiudicium, & nihilominus DD. dicunt, quod recipiens litteras cambij obli-
44 gatur, & obiectum procedit ad effectum obligandi procuratorem ad ſuſcipiendum iudicium, & defendendum ſuum principalem, vt ſupra deduximus.

A *QVi ſcilicet erat inſtitor dictæ ſocietatis Aquilanorum. Vide quæ ſupra hac eadem diſputatione quæſtione ſeptima, vbi latè de inſtitore, & de inſtitoria.*

B *Hæc eſt materia quæſtionis, de qua latè in diſputatione ſecunda, quæſtione duodecima ad cuius confirmationem hæc optimè poſſunt adduci.*

C *Obligatione ſcilicet illius generis, quæ oritur ex conſenſu, etiam circumſcripta promiſſione, prout diſtinguitur dicta diſputatione ſecunda, qu. duodecima concluſione prima ad cuius confirmationem hæc optimè ſacunt.*

D *Ab hac autem ratione maximè cauendum eſt quæ falſa videtur; Neque enim per dictam præſentationem, & acceptationem litterarũ aliqua reſultat trãſlatio actionis, ſiue donatio, cum perduret obligatio datoris litterarum, reſpectu dum per dictum acceptantem litteras actualis fiat ſolutio, quæ obligatio vetus deſcendens ex cambio, & ſubſcriptione litterarum in illius executionẽ datam, nulla ratione eſt incompatibilis cum obligatione noua, quæ ex dicta acceptatione litterarum oritur inter diuerſos. Præſertim quando præſentatio illarum litterarum, & ſolutio earumdem eſt facienda adiecto ſtipulationi, vndè abſq; fundamento iuridico hic præſupponitur nouatio. Vide quæ latè in hoc eodem propoſito habentur in dicta diſputatione ſecunda, quæſtione duodecima, concluſione ſecunda, vbi reprobaui doctrinam Baldi in l. pro debito C. de bon. auth Iud. poſſid.*

E *Hoc eſſet probandum; nec enim verum eſt per dictam acceptationem liberari primum debitorem, vt ibi vidimus, licet veriſimum ſit alium debitorem accedere primæue obligationi.*

---

mi

DECISIO XVI. REV. D. ORTEMBERGHI aliàs 209.

Mediolanenſis prętenſæ ſimulationis contractus Veneris 27. Ianuarij 1604.

ARGVMENTVM.

Cambia non debentur mercatori à debitore propter moram ſolutionis faciendæ, quando mercator debitam pecuniam verè ad cambium non accepit, licet benè valeat promiſſio mercatoris de tenendo pecuniam alienam ſuper cambijs.

1 *Vſura non excluditur per aſſertionem contrariam factam a partibus, quia in earum poteſtate non eſt facere licitũ, quod alias illicitum eſt.*

2 *Mercator*

2 *Mercator, qui promisit alterius pecunias tenere ſuper cambijs cum promiſſione tenetur ad cambia Domino pecuniæ, ſiue eam tenuerit ſuper cambijs, ſiue non.*

3 *Cambia non debentur mercatori a debitore pecuniarum ob moram in ſoluendo, ſi mercator verè pecunias debitas ad cambium acceperit.*

4 *Societas ad limitatum tempus contracta, non cenſetur prorogata ex eo, quod lapſo dicto tempore remaneant aliqua negotia peragenda.*

5 *Confeſsio vnius quando alteri præiudicet, & e contra præſertim in indiuiduis nu 6. & ſeq.*

1 DOMINI confirmarunt deciſionem maximè in hac cauſa factâ, & pars acquicuit concluſionibus in ea deductis. Nec viſum fuit obſtare quod in prohibitis non ſit ſtãdum aſſertioni partium, nec in ea rum poteſtate ſit facere licitum, quod alias illicitum eſt. Et in ſpecie quando ſit ad coloradam vſurariam cambiorum exactionem, iuxta deciſionem R. P. D. Littæ in Mediolanenſi pecuniaria 27. Martij 1602.

2 Quia non eſt prohibita conuentio cum mercatore, vt teneat pecunias ſuper cambijs cum promiſſione, ſed prohibitum eſt exigere cambia pecuniarum creditarum, quando creditor verè non accepit ad cambium.

A & per hoc detegitur æquiuocum, quia Io: Baptiſta non promittit cambia Ioan. Andreæ de pecunijs accipiendis ad cambiũ per Io: Andream, quo caſu promiſſio eſſet illicita, ſi Io: Andreas non accepiſſet ad cãbium, *Mohed. eadem dec. 1. de vſur. Rota Genuenſ. dec. 134. num. 3.* Sed Io: Baptiſta, qui habebat in manibus pecunias Io: Andreæ promiſit illas tenere ſuper cambijs, & ſiue cambiauerit, ſiue non cambiauerit tenetur

B ad cambia ex conuentione, B vt dictum fuit in vna Romana cambiorum de Ruſpolis 26. Octobris 1601. coram R.P.D. Lancellotto, deindè probatur aliundè veritas huius cõfeſſionis ex proprio facto Io: Baptiſtæ, & fratrum.

3 Non obſtat deciſio Reuerendiſs. Pacen. in hac cauſa facta 28. Aprilis 1600. quia in ea minimè fuit dictum cambia fuiſſe illicita, & prohibita ſimpliciter, ſed non adfuiſſe cambia vera, & realia, quia non apparebat extitiſſe a principio tantam ſummam præ-

C ſentis pecuniæ C quæ potuerit cambiari, & illa conſiſtebat in mercibus, nominibus debitorum, falteni pro maiori parte, cuius fuit habita ratio in inſtrumento in quo poſita fuit dicta confeſſio, itaut in eadem deciſione inſtrumentum conuentionis fuit præſuppoſitum, & non reprobatum.

Non obſtat quod ſocietas nõ eſſet finita elapſo triennio, quia contrarium eſt deciſum. Nec facit quod poſt triẽnium remanſerint aliqua negotia peragenda, quia ex hoc ſocietas ad limitatum tempus contracta non cenſetur prorogata, *Rota Genuen. dec. 27. nu. 8. & ſeqq.*

Poſtremo non obſtat quod Io: Baptiſta non potuerit confiteri in præiudicium fratrum, & quod ſicut ipſis non præiudicat confeſſio ita nec Io: Baptiſtæ confitenti ratione indiuiduitatis, *iuxta tex. in l. in hoc iudicio ff. fam. herciſc.* quia Io: Baptiſta habuit complementum, & ceſſat difficultas, quia probatur veritas ex libris omnium fratrum in quibus fuerunt calculata cambia, neq; fratres vmquam impugnant talem confeſſionem.

Præterea d. l. in hoc iudicio non procedit in caſu noſtro, quia loquitur ſpecialiter in iudicijs diuiſorijs, vt declarat *Hyeron. Gab. conſ. 6. num. 15. lib. 1.* in illis enim quilibet eſt actor, & reus, in hac autem conuentione & negotio cãbiorum Io: Andreas eſt actor Io: Baptiſta, & fratres ſunt rei, reliqua fuerunt ſublata in præcedẽti deciſione, &c.

A *VT pleniſsimè ſupra hac eadem tertia diſputatione quæſt. vndecima.*

B *Et hoc facit ad confirmationem eorum, quæ dicebamus ſupra hac eadem tertia diſp. qu. decima de mercatore, qui promittit alienas pecunias negotiari ſuper cambijs.*

C *Nec hanc deciſionem Pacenſis videre potui. Cerè ex eo præciſè, quod non apparuerit extitiſſe à principio tantam ſummam, præſentis pecuniæ; inſufficientiſsimè cambia, ſeu recambia damnari tamquam illicita, & prohibita patet ex eis, quæ latè ſupra hac eadem diſp. qu. tertia, & quarta.*

Diuer-

Diuersorum Par. II.

DECISIO XVII. ALDOBRANDINI alias 315.

Mediolanensis cambiorum siue vsurarum 20. Iunij 1569.

1 *Vsura quando dicatur commissi ex cambijs, & sentẽtijs in tali materia latis, & quare.*

2 *Vsura dicitur omne lucrum excedens, ex mutuo perceptum.*

3 *Pignus neque hypotheca rei sue consistere potest.*

4 *Rupta res ex vsuris dicitur infecta, vt saltem in subsidium dicatur pro illarum restitutione obligata.*

5 *Sententia pro parte iniusta continente plura capitula potest pro ea parte reuocari.*

6 *Cambia, & recambia, vt dicantur realia, & quis ea consequi possit, quæ requirantur.*

7 *Interesse pro tempore futuro certum ab initio taxari non potest.*

8 *Interesse taxatum, vt in capite anni efficiatur capitale, prohibitum est.*

9 *Sententia incerta ferri non potest.*

Limita in accessorijs nu. 10.

DIV fuit inter Illustriss. Dominos Cusanos, ac Illustriss. D. Paulum Sormanum occasione cuiusdã societatis Lugduni inter eos contractæ lis Mediolani agitata. Primo coram Illustriss. D. Danesio Piliodono, deinde coram Illustriss. D. Camillo Porro, qui D. Camillus vltimo loco tulit sententiam continentem plura capita, in quibus ad inuicẽ prædictæ partes vna alteri condemnabantur, & inter cætera declarauit quandã partitam quam partes appellant de Forlù librarum Turonen. triginta duarum milliũ, nouẽcentum, & triginta septem, ponendã esse in debitum Cusanorum, & in creditũ Sormani. Iussit etiam fieri debere calculum per D. Cæsarem Foppam vti eḍoctum de hoc negotio inter ipsas partes, & ad dictũ effectum reducendas esse ad scuta auri Italiæ Mediolani, & partes constitui debere creditrices de pecuniarum quantitatibus in eorum fauorem declaratis sub illis temporibus, sub quibus ea constitui debitores, & creditores debere ex libris, & alijs scripturis, vel aliter eidem constiterit, & successiuè inter partes fieri debere inuicem compensationem creditorum, & debitorum vna cũ cambijs, & recambijs, & expensis prouisionum. Quæ cambia, & recambia ex auctoritate sibi attributa declarauit taxanda fuisse, & etiam ita, & taliter, quod non excedãt decem pro centum, vt dicitur *a capo d'anno* intelligendo, quod dictum interesse in capite anni faciat capitale vsque ad tempus, seu tempora, quo seu quibus fieri debebit compensatio, seu fieri debebunt compensationes, quæ cambia, & recambia, vt supra vnicuique ipsarum partium poni debeant in creditum, iuxta quantitates suorum creditorum, & in futurum, donec, & vsque quo ea pars, quæ creditrix remanserit, fuerit satisfacta. Condemnauit quoque Cusanos ad soluendum Sormano omne id, de quo reperientur eius debitores. facta dicta compensatione vna cum cambijs, & recambijs, & interesse ad caput anni, vt supra etiam totius temporis cursi, & curturi vsq; ad effectualem satisfactionem, &c. Cusani putantes supradicta ad quę condemnabantur esse vsuraria 18. Iulij 1579. adierunt Vicarium Illustriss. D. Archiepiscopi Mediolan. & ab eo obtinuerunt inhibitionem cum clausula, & si senseris, &c. contra D. Paulum, quæ eadem die, & 21. Iulij fuit executa, & dicta die etiam 21. reproducta coram quo comparuit Sormanus cum clausula citra consensum, & multa opposuit, & petijt prædictam inhibitionem tolli, Et tertia die Augusti Cusani, citato Sormano produxerunt prædictam sententiam D. Porri. Item computa transmissa à Venanrio de Bartholanris in quibus adest supradicta partita de Forlù, & nonullas litteras Sormani, & quãdam scripturam datam a Sormano coram prædicto D. Camillo Porro, quam appellãt comparitionẽ, & attestationem Notarij quod litteræ prædictę fuerant coram Filiodono productæ, & obtinuerunt præcisè inhiberi sine clausula iustificatiua. A quo decreto Sormanus 2. eiusdem Mensis appellauit, & ab omni vlteriori processu nonnullis expressis causis in appellatione, quã Vicarius reiecit, ac 19. eiusdem recusauit Vicarium prædictum, vti sibi suspectum, allegatis

gatis quibuſdam cauſis per relationem ad primam appellationem, & etiam appellauit, quod idem fecit 21. Auguſti. Et quia non obſtante ſupradicta recuſatione, & appellatione. Vicarius ſupradicta die 21. Auguſti, tulit ſententiam in qua declarauit ſupradictã partitam nuncupatam de Forlù, & omnia, & ſingula eidem partitæ acceſſoria, & ab ea dependentia, ſeu pertinentia, & laudum, ſeu ſententiam reſpectu dictæ partitæ latum, ſeu latam, tam per ſupradictũ Filiodonum, quam per D Camillum Porrũ reſpectu etiam condemnationum, & declarationum ab eodem D. Porro factarum, ſubſicto, & palliato nomine cambiorum, & expenſarum, & prouiſionum faciendarum, ita taliter, quod non excedant decem pro centum *a capo d'anno*, intelligendo, quod prætenſum intereſſe ad caput anni faciat capitale, fuiſſe, & eſſe vſurarium, & vſurarias, vitioque vſurarum ſubiacere, & vſurariam prauitatem continere, & tamquam tales nullas declarauit, dictamque partitam del Forlù in creditum prædicto D. Sormano, & in debitum Dominis Cuſanis poni, & dictas declarationes, & condemnationes, in fauorem Sormani fieri non potuiſſe. A qua ſententia, cum fuiſſet à Sormano appellatum, & mihi commiſſa cauſa appellationis, prætendebatur pro parte ſua prædictam ſententiam nullam eſſe defectu iuriſdictionis, propter ſupradictam recuſationem, & appellationem. Cum itaque die Lunæ 24. Octobris præſentis anni dubitaſſem, num ſententia prædicta eſſet nulla Domini, antequam quicquam circa huiuſmodi nullitatem ſtatuerint, voluerunt guſtare negotium principale, quod ab eo pendebat, an ſententia prædicti D. Porri contineret vſurariam prauitatem. Dubitaui igitur Veneris die 26. Decembris, an in caſu de quo agitur, ſententia à Vicario Mediolanen. reuocata, contineret, vel ne vſurariam prauitatem ad effectũ nullitatis, vel validitatis ſententiæ prædicti D. Vicarij. & 1 Domini concluſerunt ſententiam prædictã per ſe ferre vſurariam prauitatem taliter quod Vicarius prædictus, nequeat dici partem grauaſſe, dum properanter ad inhibitionem proceſſit etiam præciſam, & ad alia cõtẽta in ſupradicto proceſſu corã eo agitato. Si tamẽ D. Sormanus voluerit particulariter audiri ſuper aliquo capite, dixerunt A in hoc ei ſatisfaciendum eſſe. A Ratio reſolutionis fuit quia quoad partitã del Forlù ex cõfeſsione D. Pauli producta coram Vicario, apparet prædictum Forlù tunc Chriſtianiſſimi Regis Theſaurarium cupientem emere bonam ſummam creditorum magni partiti, quæ tunc videbantur ad rationem 70. pro centum plus minus, nec habentem pecunias mutuo ſumpſiſſe à Michaelibus, & Arnolfinis mercatoribus Lucen. Lugduni reſidentibus libras centum, & quinq; mille plus minus conuertendas in emptione prædictorum creditorum, cum pacto quod eas reſtitueret in ſequentibus feriis cũ dono quinque pro centum in ſequentibus feriis. Et pro cautione, conuenit, quod credita prædicta ponerentur ſub nomine prædictorum mercatorum, qui mercatores nolentes totam hanc ſummam erogare, communicarunt hoc partitum cum quodam Venantio Bartholomeo pro tertia parte, qui Venantius dictam tertiam partem communicauit Sormano pro ſcut. 30000. quas Sormanus ſoluit, ex quo apparet Michaeles mutuaſſe D. del Forlù, & aſſumpſiſſe quodãmodo in ſocium huius mutui pro tertia parte Venantium, & Venantium aſſumpſiſſe Sormanum pro libr. 30000. pro quo mutuo cum mutuantes ſperauerint decem pro centenario in duabus ferijs conſequi, id ſine incurſu vſuriarũ prauitatis; facere nequiuerunt B quocumque nomine huiuſmodi interuſurium fuit appellatum, *cap. ſi generaleris cap. plerumque 13. qu. 3. DD. in l. rogaſti §. ſi tibi ff. ſi cert. pet. cum alijs all. eq.* Nec placuerunt reſponſiones datæ pro parte D. Pauli prætẽdũt enim informãtes pro ipſo huiuſmodi confeſsionem *tibi*, vti erroneam, non præiudicare, quem errorem elicere conabantur ex partita huius crediti lib. 32937. ſcripta a Venantio. Dicebant enim apparere ex illa, nullum fuiſſe contractum mutuum niſi euentualiter. Aiebant namq; Michaeles emiſſe ſupradicta credita cum ſa cultate, quod Forlù poſſet iſta reſtituere ſupradictis pecunijs recipere, interim tamen ſecundum ipſos erat venditio, & emptio, ſed reſſolubilis in mutuum in ſupradictum euentum, qui cum non euenerit, cum Forlù numquam pecunias, inferebant nullum adfuiſſe mutuum, & conſequenter ceſſare vſuram, quæ interpretatio, vt dixi Dominis nõ placuit. Quia cum confeſsio ſit clariſsima & partita non ſit clara, partita non clara potius ex aperta partis confeſsione, quã clara

B 2

con-

confessio, ex obscura partita interpretationem recipit: idque tanto magis, quia descriptio partis cum confessione bene conuenit, vt liquet ex illis verbis, *& restano per sicurta di detto partito*. Quod fieri non poterat, si re vera pro se, & non simulatè pro Forlù, Mi-
3 chaeles credita emisset, cum rei suæ neque pignus neque hypotheca consistat, *l. neq; pignus ff. de reg. iur.* & quamuis subiungatur in ea, *& non restano obligati ad altro, che a dare il terzo di detto creditor a ciascheduna*, si tamen non obstat, quia in hac parte loquitur partita respectu Michaelium, & Venātij ac aliorum participantium in prædicto mutuo, quos prædicti Michaeles, & Arnolfini in Socios dicti mutui admisserunt. Si namque prædictus Forlù, prout præsupponitur euenisse pecunias non restituebat, Michaeles, & Arnolfini noluerunt, quod participantes in dicto mutuo pecunias ab ipsis repetere possent, sed solummodo voluerunt teneri ad sibi cedendum tertiam partem prædictorū creditorum oppignoratorum pro prædicta restitutione, ex quo non excluditur mutuum contractum inter Michaeles, & Arnolfinos, & alios participantes ex vna, ac D. de Forlù ex alia.

Quod manifestius probatur, quia si mutuum fuisset euentuale in euentum, quod Forlù restitueret pecunias cum illas numquam restituerit, nec declarauerit velle prædicta loca, non poterant prædicti mercatores se describere, prout fecerunt creditores in summa librarum 32937. ad rationem 5. & deinde decem pro cētenario super pro interusurio promissarum. Cum itaque D. Porrus in sua sententia totam hanc partitam, coacerruata forte cum vsuris, poni iusserit in debitum Cusanorum, & consequenter Cusanos debitores harum vsurarum constituerit, vsuram in sua sententia inclusit, quod excusari nequit sub eo prætextu, quod inter Cusanos & Sormanum nullum fuerit contractum mutuum, quia cum debitum Cusanorum proficiscatur ex eo, quod Cusani sibi appropriauerint hanc partitam, & consequenter in solutum, vt prætendit Sormanus acceptauerint, possunt ipsi dicere, partita mihi cessa non est bona, vti vsuraria, quas vsuras Forlù debitor principalis a quibus illæ exigendæ
4 erant soluere non compellebatur. Si namq; nedum ipsemet vsuræ, sed res ex illis empta est adeo infecta, vt saltem in subsidium sit pro illarum restitutione obligata, *cap. cum tamen* §. *possessiones de vsur. Host. in sum. de vsur.* §. *est autem vsura reddenda sub nu. 12. vers. quid si vsurarius*, tanto minus possunt cogi Cusani suo debitori accepto ferre, & in solutum recipere vsuras eorum debitori ab alio debitas. Et quamuis fors vsura nō videretur, non tamen grauauit Vicarius declarando vsurariam hanc partitam continētem totam hanc summam, forte cum vsuris coacerruata, quia ita facit etiam prædictus Porrus qui, & ipse vnam integralem summā librarum 32932. constituendo, iussit illā poni in debitum Cusanorum, & consequenter
5 etiam, quod pro parte tantum fuisset iniusta in totum debuit reuocari, secundum eam opinionem, quam passim Rota sequitur *Put. dec. 317. nu. 1.* & fuit resolutum in vna Latinen. frumenti coram R.P. D Robusterio. Quo vero ad cambia, & recambia cum corā
C Vicario non constaret illa fuisse realia, *C* &
6 quoad ea consequenda probata essent ea,
D *D* quę requirit Pau. de Castr. *in l. 3. §. penul. ff. de eo quod cert. loc.* quem sæpissimè Rota sequuta est. *Put. 232. lib. 1. Mohed. 208.* potuit inhibere, ne exigerentur, & etiam sentētiam reuocare, quia vsuraria apparebant: idque tanto magis quia videbat Vicarius condemnare Cusanos ad eadem cambia, & ad eamdem rationem etiam pro tempore futuro
E *E* cuius futuri temporis respectu impossibile erat, quod essent probata supradicta,
F requisita *F* cū non entis nullę sint qualitates. Quod idem dixerunt Domini respectu taxationis *G* prædictorū cābiorū: nam cum illa fuerunt vniformiter taxata ad rationem decem pro centenario ad caput anni, id euenire non potuit ex probatione aliqua facta, sed ex quodam arbitrio Iudicis: cambia enim (vt experiētia docet) numquam sunt vniformia, modo enim plus modo minus, nonnumquā nihil lucri, quandoq; etiam damnum afferunt. Et quod ideò arbitrio, & non ex probatione processerit, liquet ex eo, quod ad eamdem rationem futura etiam cambia taxauit, quod triplici ratione illicitum fuit, quia scilicet respectu futurorum cambiorum supradicta requisita non potuerunt esse probata, & quia interesse pro tempore futuro
7 certum ab initio taxari nequit *Io: Andr. in c. salubriter in princ. de vsur. Bald. in l. rogasti* §. *si tibi ff. si cert. pet. Dec. cons. 119. num. 3. & 189. n. 3. cum aliis pro hac parte adductis.*
8 Et quia ita taxantur, & vsuræ, siue interesse in capite anni efficiatur capitale, quæ superfetatio,

ſetatio, anatociſmus, & fœnoris renouatio prohibita eſt de iure ciuili, *H l.fin.C. de vſur.l.improbus C.ex quib.caus.infam.irrog.* Nec dominis placuit ſaluatio allegata pro parte Sormani, quod non intellexerit Iudex taxare poſitiuè vſq; ad illam ſummam, ſed condemnare in cambijs licitis, & licita taxare, ita vt etiam, quod legitimè probarentur, non tamen poſſent excedere illam quantitatem, quam conſtituere poſſent in decem pro centenario ad caput anni, *I* quia ſi ita fuiſſet intentio Iudicis, in certam omnino fuiſſet ſententiam contra §. curare *inſt. de off. iud.* Diuerſimodè enim ab vno vſque ad decem huiuſmodi cambia aſcendere poterant: nec etiam eam fuiſſet ſecundum illam practicam, ſecundum quam in acceſſorijs tolleratur ſententia incerta *ad not. in cap. ſecundo de libel. oblat.* referendo ſcilicet, vel ſibi vel futuro Iudici liquidationem. Comprobatur inſuper, quia in prædicta ſententia ipſe eligit calculatorem, & mandat fieri computa', & calcula ad quę computa, & calcula deuenire non potuiſſet, ſi taxatio non fuiſſet certa, niſi prius facta liquidatione cambiorum, & eorum in quibus concurrerent a iure requiſita, & ad quam ſummam aſcenderent, & cum in his partes plurimum potuiſſet grauare, non fuit veriſimile D. Porrum voluiſſe ſupradictorum omnium Iudicem conſtituere illum Foppam in calculatorem electum. An autem ſententia prædicta ex probationibus vel factis, vel faciendis iuſtificetur, productis proceſsibus, vel factis coram prædictis Iudicibus particulariter videbitur,

11

1

9

nam, & notani ſupra ad deciſionem decimamquartam.

C Hic vero maturius eſſet inſiſtendum. Nec enim in propoſito agitur de cambio ipſo inter aliquos celebrato, de quo liceat dubitare an reale ſit, nec ne; Sed de intereſſe cambij, quod cum nullum contractum cambij celebratum inter partes ſupponat extra rem eſt quærere an ſit reale, vel fictitium. Vide quæ latè hac eadem tertia diſputatione, quæſtione nona, & decima.

D Finalis vtique eſſet probatio cum ageretur inter mercatores cambiorum, & de pecunijs vnuenatis, quæ erant expoſitæ ſuper ijſdem negotiationibus, vt non poſſit dubitari de illo tertio requiſito, quod eſſent parati recipere, vt planè ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione nona propè finem, & adnotani ſupra ad dec.3.

E Quod aquius in debitore moroſo? quinimmo hoc adeò permiſſimum eſt, vt licitè etiam poſſit in pactum deduci, vt debitor durante mora, ſeu dilatione ad ſoluendum teneatur ad intereſſe cambiorum. Vide quæ ſupra hac eadem diſputatione, quæſtione decima.

F Hoc certè nullius eſt ponderis; Neque enim inter requiſita à Caſtrenſe illud eſt, quod probat creditor, emma illa tria requiſita per totum tempore, quo differs ſolutionem debitor, ſed ſolum exigit tempore mutui celebrati, quo tempore debet habere pecunias nedum paratas implicatoni, ſed etiam habere paratum contrahentem, quibus ſemel adimpletis, nullus vnquam dixit exigi commodum omnium perdurationem per totum tempore dilationis.

G In hac taxatione verè tam de præterito, quam de futuro poterat adeſſe iniuſtitia. De præterito quidem, ſi cambia tanti non ſtetiſſent, id perſe eſt manifeſtiſſimum, & ſi tanti, adhuc ex duplici capite oriri poſſet, videlicet ſi dictum intereſſe cambiorum, quod verè interfuiſſet, non fuiſſet moderatum attenta ſecuritate creditoris, vt conſideralam hac eadem diſputatione, quæſtione nona, propè finem; Et quatenus duplum exceſſiſſet, vt ibidem probaui per l. vnicam. C. de ſent. quæ pro eo. De futuro multo certius, cum taxationi debeat reſpondere probatio ſequatorum, quæ diuinari non poteſt, vndè eatenus admittitur quatenus ad fauorem debitoris cuneatur ne intereſſe prædictum excedere poſſit ſummã taxatam, vt plenè probaui hac eadem tertia diſp. qu. decima.

A HINC collige optimum morem Sacræ Rotæ ea ſolum diſcutiendi, quæ præſens vſus poſtulat; *& propter ea quæ in hac deciſione continentur non ita firmari, vt ex alijs plenius adducendis in facto nequeant retractari, vt expreſsius in fine deciſionis.*

B Optimo iure regulariter. Neque in caſu concurrunt circumſtantiæ inſtificantes intereſſe taxatum in mutuo, de quibus ſupra hac eadem tertia diſputatione, quæſtione no-

H Licet uſuræ uſurarum de iure non debeantur cum tamen agitur de intereſſe, & quanti interſit creditori ſolutionem ſibi debito tempore non factam non procedit illa diſpoſitio, ſed recurrendum ad ea, quæ de intereſſe latius diſputauit ſupra quæſtione nona. Vbi cum hoc eſſe intereſſe extrinſecum admiſerim, ea tenus deberi probaui, quatenus creditor ſit in damno, vel ceſſauerit à lucro; Quod (vt per ſe patet) non excludit hanc ſuperfœtationem; quinimmo ea connaturalis eſt contractui cambiorum, cui intrinſeca eſt, & in quo contractu verſantur mercatores. Benè verum eſt, quod duplicem illam limitationem probaui, de moderatione ſcilicet ex certitudine, ac ſecuritate creditoris, & quod excedere non poſſit duplum ex eo quod cum extrinſecum ſit, eſt tamen reponendum inter illa, quæ certa dicuntur, vt latius ibi.

I Leuiſſimum effugium, quod verba ſententiæ omnino determinatæ ad certam quantitatem præcludunt argumentationi cuicumque additam l. 1. C. ſi plur. vna ſent. Bald. l. ſi mandato §. Paulus reſpondit il 3. ff. mand. Aſſi. Cf. dec. 215. plenè Curt. Iun. conſ. 74. num. 11. verſ. item ſuccedit, & conſ. 153. nu. 19. & conſ. 442. nu. 8. & conſ. 607. nu. 7.

Diuerſorum Parte III.

DECISIO XVIII. alias 923.

De Cambijs.

1 Pecunia in dubio non præſumitur data ad cambium, niſi aliter probetur.

2 Cambij nomine in dubio non præſumitur ſolutum, ſed pro credito, & ſorte principali

Vetana pecuniaria inter Franciſcũ de Caraualaz, & Petrum Sarmiẽte, & hæredes Anſaldi de Grimaldis 27 Octobris 1544. cum fuiſſet reſolutum corã Marſicano, mercatores non poſſe petere intereſſe ob ſolutionẽ eis non factam in tempus niſi probetur ſe omnes illas pecunias ſemper tenuiſſe ad cambium, ita vt neceſſario inferatur, ſi illas de quibus agitur habuiſſent, omninò dediſſent
A ad cambium. A Mohed. & Put. dixerunt iſtũ articulum non eſſe amplius reuidendum, vt alias tempore maiorum in plena Rota fuit reſolutum. & ego id recordor. Sed Aquen. dixit, quod licet fuerit reſolutum, tamen ipſe cum Marſicano fuerat in cõtrarium, quia
B videbatur deciſio rigoroſa. B Mohed. replicauit, quod fuit æquiſſima, & Puteusdixit ſe annotaſſe reſolutionẽ pro deciſione firmata. Ideo noluerunt amplius reuocare in dubium. Et teſtes dicebant, quod licet Anſaldus eſſet ditiſſimus, inierat tamen ſocietatem cum alijs, cum ipſa ſocietas indigebat, nec ipſe indigenti tenebatur ſuccurrere, & ipſe indigens cepit ad cam-
C bia, C & quod non requiritur proteſtatio vel interpellatio contra curiales capientes ad cambium, ſed ſolum contra mercatores. Et voluerunt Domini 1. Iunij 2000. ſoluta non poſſe retineri pro cambijs ad dictum Caſtr. in l. 3. ff. de eo, quod certo loco, quod Rota tenuit coram Marſicano, qua cambia non ſunt debita, & verba de credito intelliguntur de ſorte principali, etiam quod inſtrumentum D. Mohed. Peregr. & Thom. fuerunt, quod cambia ſunt (vt ſupra) illicita, & de illis non intelligitur inſtrumentum loquens de damnis, & intereſſe liquidatis, ſed tantum cambia iſta non ſunt intereſſe. Put. Fabius Roman. in contrarium; Aquen. non notauit, quod alias non eſt indifferentia ad intereſſe vel cambium: cum cambiũ proueniat, vt intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, & licet ſint illicita propter iuramentum Caraualaz, quod tenetur ſoluere, & petita abſolutione repetere, & 8. Iulij omnes fuerunt, inſtrumentum facere pro mercatoribus, quia Caraualaz promiſſit tantum facere depoſitum, non autem conſignare mercatoribus, & poſtea propoſuit 22. Iunij an ſaltem deberentur cambia a die litis conteſtationis, vſque ad diem ſortis ſoluæ. Et Domini fuerunt quod non, quia Paul. de Caſtr. præſupponit moram, nam aliter non ageretur ad intereſſe. Tamen non vult intereſſe debiti, niſi vt ſupra, & concurrebat etiam æquitas. Idem enim fecerunt mer-

mercatores intuitu Gitraleonis, cuius multas pecunias habuerunt, & 25. Iunij 1545. pronunciaui pro Francisco de Caraualaz contra mercatores.

A *Hic est defectus illius tertij requisiti Castrensis, de quo supra, & adductæ decisiones supra decis.*

B *Verius dixisset sententiam Castrensis vtique æquam, sed mercatorem, qui habet pecunias super cambijs, semper habere paratos, maximè in feriis, quibus eas det ad cambium, vt disputatione secunda quæstione decimanona, & vigesima, & propterea in eis de facto non posse dubitari de hoc requisito, vt probaui supra hac eadem disputatione quæstione nona.*

C *Mirum valdè est hac non fuisse ponderata. Si enim verum est societatem illam indigentem ijs pecunijs, cambio cepisse æqualem seu maiorem summam, intrat in casu consideratio damni emergentis, quod omni iure debebatur vt dicta quæstione nona hac eadem disputatione, nec facit ad casum doctrina Castrensis procedens in lucro cessante.*

Diuersorum Parte IV.

DECISIO LITTÆ XVIIII. alias 475.

Mediolanensis pecuniaria Merc. 27. Martij 1602.

ARGVMENTVM.

Cambia, & recambia vt debeantur mercatori propter retardatam solutionem pecuniarũ sibi debitarum, quę requirantur.

1 *Cambia, & recambia, vt debeantur, quæ requirantur.*

2 *Assertioni partium non est standum in prohibitis. Et quare ibid.*

3 *Reipublicæ interest, ne via aperiatur fraudibus, & vsurariæ prauitati.*

DVBITATVM fuit, an constet pecunias, de quibus agitur, fuisse, vel nõ fuisse captas ad Cambium, & recambium in casu, & ad effectum de quo agitur. 1

qui est, vt pro dictis cambijs, & recambijs potuerit de iure Dominus Constantinus Magnus constitui debitor societatis alias cantantis sub nomine de annonis, & Blanchis, & hodie de Verganis, & post maximam contumaciam illorum de Verganis in informando, pro negatiua fuit resolutum in informantibus dumtaxat procuratori, & aduocatis Domini Constantini *A* & ea ratione moti fuerunt Domini, quia vt debeantur Cambia & recambia mercatori propter retardatam solutionem pecuniarum sibi debitarum plura requiruntur. Primum est, quod vbi creditor non habet facultatem à debitore in casum moræ accipiendi pecunias sibi debitas ad Cambium, & recambium damno ipsius debitoris, non posset id facere nisi præmissa protestatione, *B* & intimatione de hoc ipsi debitori. *C* Secundum est vt vtroque in casu cum effectu, & realiter dictæ pecuniæ per creditorem accipiantur, *D* in dictum casum ad cambium. idque notificetur ipsi debitori, ad effectum, vt certo sciat debitum suum iam esse sub vsuris, & vbi velit, valeat se liberare a futuris, soluendo quod debet, vt fuit resolutum in illa Romana pecuniaria de Sambeccarijs 7. Aprilis 1582. coram Cantuccio, & in illa Romana Vineæ de Brunis 2. Decembris 1591. coram Orano, & in illa Romana cambiorum de Gradis 11. Maij 1592. coram Reuerend. P. D. meo Millino, & tandem coram me in Romana pecuniaria 15. Decembris 1599. vndè licet in hoc casu ex conuentione partium, de qua in summario num. 1. constet de facultate concessa *E* creditoribus accipiendi pecunias debitas per Dominum Constantinum, & fratrem ad cambium, & recambium vsq; ad integralem solutionem debiti eorum, non tamen, constat de alijs requisitis, & sic, quod verè, & realiter *F* pecuniæ prædictæ fuerint ad cambium, & recambium in ipsamet causa

2 D

3

A

B

C

D

E

F

expreſſim acceptę, fuerint ipſi debitores de prædictis certiorati, prout requiri videtur ad effectum de quo ſupra, cum ex retroſcrip-
ne proceſſus de partibus p quã ſolet probari negatiua, non conſtat de litteris cambij in dictam cauſam, & quod ille verè tranſmiſſę
G fuerint ad nundinas, G prout requirit videtur ad effectum vt conſtare dicatur de ipſis cambijs licitis tantum. *Sap. in tract. de vſur. concl. 3. §. 2. num. 23.* & proponit Rot. Ian. *dec. 3. num. 11.* & quod magis expreſsè declaratur in conſtitutione Pij V.

Nec facit quod in ſolidationibus factis inter
2 partes fuerint admiſſa cambia, & recambia de quibus agitur, ſi quidem quia in prohibitis non eſt ſtandum aſſertioni partium, ne in eorum poteſtate ſit facere licitum, quod
H alias illicitum eſt *H Bartol. in l. ſi forte ff. de Caſt. pecu. 1. ſi in l. ſi donatione 2. de col.* cum mille ſimilibus, quia plurimum Chriſtianæ Reipublicæ conducit, ne hoc modo
3 aperiatur via fraudibus, & vſurariæ prauitati, quæ omni iure prohibita eſt *auth. ad hoc cum ibi not. per gl. & Io. Andr. C. de vſur. & cap. 1. per tot. tit. ex eod.*

Accedit quod ex pactis debiti ipſius Conſtantini de quibus in ſummario num. 2. non poteſt colligi, quod in rei veritate pecunię per eum debitę, fuerint cambiatæ, ſed potius quod dicti debitum fuerit in dies auctum habita ratione cambiorum, quæ commu-
I niter fiebant per nundinas Beſenzoni, I & quod res ita ſe habeat, non parum arguitur ex denegatione exhibitionis librorum dictæ ſocietatis, in quibus per mercatores omnia diligenter abnotantur, maximè cum impedimentum reſpectu dictę exhibitionis cauſatum, vt prætenſus à Senatore Mediolanenſi præfumatur procuratum ab ipſis Verganis, quorum intereſt, ne appareant dicta cambia eſſe minus realia *ad tex. in l. 1. §. ſed & ſi quis C. de lat. lib. toll cum aliis hic latius deductis per informates.* Ex quibus fuit reſolutum, vt ſupra.

A *Cautius propterea intelligenda ea, quæ ad ipſius fauorem fuere deciſa, parte inaudita.*

b *Quomodo ad effectum prædictum, ceſſante faculiate, debeat fieri proteſtatio, & de ſtilo mercatorum fieri ſoleat, Vide ea, quæ lati in diſputatione ſecunda, quæſtione decimæ tertiæ.*

C *Siue illi, cui erat directa tractа cambij; vt vidimus dicta quæſtione decima tertia; Dũ ipſimet debitori cambij fieri intimationem, & proteſtationem omninò impoſsibile eſt, cum ſupponatur abeſſe, & degere in loco celebrati contractus, qui perneceſſe debet eſſe diſtinctus à loco, in quod cambium ipſum dirigitur, vt in diſputatione prima quæſtione nona. Qui nemini poteſt imputare defectũ dictæ notificationis, cũ deſtinauerit ſolutionẽ in alium locum, in quo eſſe debebat per eum, ad quem tractam dirigebat, cuius notitia optimo iure ſupplet notitiam ipſius.*

D *Quatenus de facto nõ accipiantur ad cambiũ non poterit debitor cõueniri perindè ac ſi acceptа fuiſſent, cum deficiat ſuppoſitum obligationis, vt latè probaui hac eadem tertia diſputatione quæſtione undecima; Non per hoc tamen fit, quin data proteſtatione litterarum in loco deſtinata ſolutionis, non debeatur intereſſe cambij; cum id debatur ſummo iure, etiam circumſcripta quacumque cambij materia; ex eo quod ille, qui non curat ſolutionem in loco conuento, tenetur vltrà ſortem etiam ad intereſſe actione arbitraria l. prima cum toto titulo ff. de eo, quod cert. loc. & per nos latiùs diſputatione ſecunda quæſtione decima tertia in prin. ip. o.*

E *Quando ſumus in terminis huius faculiatis conceſſæ cambio capiendi, non intrã hæc requiſita, ſed ſolum quand ea creditor verè ſit vſus hac faculiate, & quidem legitimè. Vide hac eadem tertia diſputatione quæſtione vndecima.*

F *Quatenus de prædictis non conſtet, res caret difficultate, vt plenius dicta quæſtione vndecima.*

G *Nec id ſufficeret, cum litterarum tranſmiſio non ſufficiat, earumque remiſsio ad realitatem cambij, ſed diligentius eſſet inſpiciendum; ex eis & alijs probationibus, am cambia, & recambia, de quibus in dictis litteris ſic miſsis, & remiſsis verè, & realiter fuerunt celebrata, vt in dicta diſputatione vndecima.*

H *Veriſsima aſſertio, ſed aduertendum quod cum verſemur in materia probationum, in quibus aduerſarij, confeſsio magnam vim habet regulariter ſiultra confeſsionem, in verificationem facti aliqua vrgerent indicia, non facile eſſet reſpuenda confeſsio: Nec poſſet dici confeſsio ſuper illicito, niſi prius conſtaret cambia illa accepiata fuiſſe illicita, quod eſſet fundamentum exceptionis*

debitoris, & hac assertia posset adduci ad corroborationem eorum quæ posui hac eadem disputatione quæstione undecima, dum probaui non posse per debitorem remitti dictò, etiam iurato, creditoris, hunc verò vsum fuisse facultatis cambiandi sibi a debitore cessa.

1 *Hæc assertio in lucro cambij, & in vsu facultatis capiendi cambio, optimè iure procedit, in quo requiritur celebratio multiplicata ipsius contractus, in qua debet formaliter seruari distantia localis, nec sufficit per aquipollens, vt probaui in disputatione prima, quæstione vigesimanona. In interesse verò cambij debito ob moram non esset necessarium, tum in eo non exigatur actualis celebratio contractus cambij. Vide quæ in proposito supra hac eadem tertia disputatione quæstione nona.*

DECISIO IVSTI XX. alias 886.

Romana cambiorum 28. Februarij 1600.

ARGVMENTVM.

Cambia quando debeantur.

1 *Cambia debentur, si adest promissio releuationis, mora, & protestatio.*

DOMINI dixerunt cãbia deberi Hyeronimo Spinulæ à Domino Comite Mutio Tautilla, cum præsupposito, quod multa cambia vere exitant, quoniam adest promissio releuationis, mora, & protestatio. Vndè tanto magis facit decisio Mohed. 1. de vsur, quam sæpè sequuta est Rota, & nouissimè coram R. P. D. Litta in Romana pecuniaria 15. Decembris anni proximè præteriti, & ita conclusum, vna parte tantù informan &c.

SAtis iciuna hac decisio; nec ex ea plenè de facto constat; Cum autem mentionem faciat de promissione, releuatione, & more suspicor creditorem habuisse expressè facultatem cambio capiendi in defectu restitutionis, eaque vsum ob moram debitoris; Et sic tendit ad confirmationem eorum, quæ supra hac eadem disputatione quæstione vndecima. Sed cum etiam addatur protestatio, non video quomodo quadret casui, nisi forte debitor dedisset litteras cambij à semet ipso subscriptas, cuius cambij tractam fecisset cuidà tertio, remissam verò ipsimet creditori; acto vt in defectum solutionis liceret creditori vti dicta facultate. Hoc enim casu ad prædicta opus etiam esset protestatione litterarum, vt constaret tractam illam non fuisse adimpletam, & sic fuisse locum facultati concessæ, Vide quæ posui in secunda disputatione, quæstione decimatertia.

DECISIO SERAPHINI XXI. alias 262.

Anconitana attentatorum Lunæ 12. Februarij 1581.

1 *Dictio, ac, etiam de sui natura est ampliatiua.*

2 *Inter mercatores litteræ cambij vbique locorum in eorum foro paratam habent executionem.*

3 *Littera cambij continent tria commercia, vnum inter numerantem, & dantem litteras, alterum inter numerantem, & illum cui litteræ diriguntur, & tertium inter dantem litteras, & eum, cui diriguntur, & in omnibus istis casibus potest verificari debitum vigore litterarum cãbij.*

DOMINI strictè votando, super intelligentia statuti recessuntab interpretatione alias data sub die 16 Iunij 1581. & tenuerunt quod ex forma statuti ipsius procedi

A executiuè A contra debitorem vigore litte-
1 rarum cambij propter dictionem ac etiam

quæ

quæ eſt de ſui natura ampliatiua, *Lea tamẽ adiectio de legat. 3.* Nec obſtat quod poſtea ſubdatur, tunc etiam pro dictis litteris contractis vigore litterarum cambiorum, ex quibus verbis videtur ſtatutum reſtringere ſe ad inſtrumenta, quia ſi bene aduertatur videtur illa oratio imperfecta eſſe, & deficere aliquid, alias caret ſenſu, videtur autem ita ſupplenda, tunc etiam pro dictis litteris, & inſtrumentis contractis vigore litterarũ, & ita ſenſus eſt perſpicuus, a lias valdè abſurda eſſet oratio, dicere pro litteris contractis vigore litterarum cambij; intellexerunt ergo ſtatutum, vt tam pro litteris ipſis cambij, quam pro inſtrumentis *B* deſuper confectis, detur via executiua, & hoc ſuadet ſubiecta materia, cum vbique locorum inter mercatores huiuſmodi litterę habeant paratam executionem in eorum foro *C* Nec obſtat quod ex aduerſo informantes velint reſtringere materiam reſpectu recipientis litteras, quia qui dat litteras ſatis dicitur debitor vigore litterarum nam vt inquit Bald. *D in conſ. 340 factæ fuerũt lib. 1. in princ.* litteræ Cambij continent duo commercia, vnum inter numerantem, & dãtem litteram, alterum inter numerantem, & illum cui litteræ dirriguntur; *E* poteſt etiam addi tertiũ inter dantem litteras, & eum, cui dirrigũtur; *F* & ideò ſatis in omnibus iſtis caſibus verificatur *G* debitum cõtractum vigore litterarum Cambij: quia numerans *H* ſoluit, vt illas litteras haberet, obligatio licet re contracta, tamen eſt correſpectiua *I* ad illas litteras, & militat eadem, & eriam maior ratio contra dantẽ *K* litteras, quam contra recipientem, *L* quod ſuaderi poteſt ex dictionibus, qualitercumque, & quomodocumque *Salyc. in l. ſi ſeruus col. 2. nu. 8. C. de noxal. Grat. in conſ. 21. 77. nu. lib. 2.*

a VIDE *quæ in diſputatione prima quæſtione duodecima, Vbi probaui cambium contractum eſſe bonæ fidei, & propterea in controuerſijs, quæ circa ea contingunt procedi ſummariè.*

B I. à expreſsè diſponitur per ſtatutum Gemæ lib. 2. ſub rub. de cauſ. breuiorib.

C Et hæc ad confirmationem eorum, quæ habentur deciſa quæſtione duodecima, diſputatione prima.

D Quomodo intelligendus ſit Baldus vide pleniùs ſupra diſp. ſecunda, gu. hac de re inſtituta.

E Inter numerantem, ſeù ſtipulatorem, & eum cui dirigũntur litteræ, nullus contractus reſultat, nec comercium; niſi poſt acceptationẽ per eum factam, cui dictæ litteræ dirigũntur; quæ acceptatione ſequuta, tunc demum reſultat eius obligatio ad fauorem eius, cui dirigitur remiſſa; & per conſequens ſi ſtipulator ſeù numerans curauit ſibi ipſi remitti, quod fieri poſſe probaui ſupra diſputat. ſecunda quæſtione ſexta, tunc verificatur inter dictam numerantem, & eum, qui litteræ dirigũntur, obligationem oriri, vt in eadem diſputatione ſecunda quæſt. duodecima.

F Sanè poſt acceptationem earumdem litterarũ nãm ea circunſcripta, nulla inter eos oritur obligatio, vt vidimus diſputatione ſecunda quæſtione tertia; licet quædam inſint ſemina contractus, ex quibus accedendo alterius conſenſu per acceptationem, oritur contractus, & obligatio, vt ex eadem diſputatione ſecunda quæſtione quarta.

G Verum quidem eſt, ſed iſtæ obligationes cum diuerſi generis ſint; & diuerſa requiſita exigant ad effectum, vt contrahantur; vide quæ latè in diſputatione ſecunda a quæſtione tertia vſque ad decimam ſextam.

H Non ſoluit ſtipulator, vt litteras habeat, ſed vt id conſequatur, quod vigore cambij fuit conuentum, vt diſputatione prima quæſtione vndecima, & licet litteras obtineat à recipiente, id non eſt ſubſtantia eius quòd intendit, ſed vehiculum quoddam cuius, miniſterio rem ex contractu præambulo conuentam conſequi curat; Vide diſputatione ſecunda quæſtione tertia.

I Iſta correſpectiuitas non terminatur ad litteras cambij; ſed ad rem in cambio deductã in cuius executionem litteræ ipſæ dantur, vt ſupra proximè.

K Contrà dantem litteras verè competit actio ex cambio, ex defectu ſcilicet adimpleti litterarum; ſicuti contrà venditorem ex defectu rei non traditæ. Vide in diſputatione ſecunda, quæſtione decima tertia; Vbi tamẽ probaui ad hoc, vt detur actio contrà datorem litterarum prius, conſtare debere de nõ adimpleto litterarum; & id quidem per proteſtationem earũdem factam contrà eũ, ad quem tracta illa dirigebatur.

L Contrà recipientem poſt acceptationem competit actio ex cõſtituto quia obligatione obſtringi eum per acceptationem probaui ſupra diſputatione ſecũda quæſtione decima octaua.

DE-

DECISIO XXII.
alias 946.

Romana cambiorum die Veneris 17. Maij 1591.

1 *De veris cambijs, & legitimis, & non fictis, non dicitur conſtare, quando de eis nec per litteras cambij, nec per librorum mercantiliter tentorum partitas doceatur ſed præſumuntur ſuſpecta.*

2 *Scriptura producta ab eo, contra quem agitur pro debito, ei non præiudicat, ſi fuit producta ad non effectum fatendi debitū, ſed ad effectum tantum interpellandi releuatorem, vt in ſe ſuſcipiat neceſſariam defenſionem.*

3 *Confeſſio tacita in vno iudicio, in alio non probat.*

4 *Cambia iuxta conſuetum ſtylum mercatorū de facili præſumuntur ficta, & ficca.*

5 *Ad hoc vt peti poſſit intereſſe propter cambia tamquam damnum emergens, debent probari requiſita per Caſtr. in l. 3. §. fin. nu. 3. ff. de eo, quod cert. loc.*

6 *Ad dilationem iuramenti probatorij ſuper damno emergenti debent concurrere requiſita per Doctores in l. admonendi de iureiurand.*

7 *Confeſſio, quæ elicitur ex reſponſione ad poſitiones, quibus reſponſum fuit, credit prout in actis non præiudicat ſi in actis non adſint concludentes probationes.*



VIT reſolutum non conſtare legitimè de cambijs, de quibus agitur, & in hac parte ſententiam auditoris Cam. non eſſe exequēdam; nam de veris cambijs, & non fictis

1 neque per litteras cambiorum, neque, per librorum mercantiliter tentorum partitas,

A docetur, *A* quæ res magnam affert ſuſpicionem contra prædicta cābia, *vt per Egid. dec. 9. cum ſimilib.* probationes verò quæ aſſeruntur, ſunt valdè debiles; nam iſta

2 quę dicitur reproducta pro parte bon. mem Domini Chriſtophari, contra Dominum Tarquinium releuatorem, eſt illa eadem, quæ fuerat per Dominos de Grandis producta pro liquidatione prædictorum cambiorum, quæ cum eorum probationem non contineret, neque ex ea dici poſſet liquere de cambijs non poteſt ſuper ea fieri fundamentum, cum fuerit reproducta non ad effectum confitendi, ſed ad effectum interpellandi Tarquinium, vt ſuſciperet neceſſariam defenſionem, & ideo non præiudicat. *Aym. in conſ. 175. num. 7.* Vltra quod talis

3 confeſſio eſſet tacita, & ideo in alio iudicio facta nō probaret in iſto *Achil. dec. 2. de cōfeſſ. in nou.* articuli vero ponunt cambia iuxta conſuetum ſtylum mercatorum, quę res facit vt de facili præſumantur ficta, & vt dici ſolet, ficca: nam ſecundum verum vſum

5 cambiorum non ſunt vniformia, & per teſtes deſuper examinatos non reperitur probatum fuiſſe capta in hanc cauſam, vt requiritur ex deciſ. Mohed. 102. Simon Centu-

B rio *B* in manuſcript. quia potuerunt capi in cauſam banchi: ideo ſi tamquam damnum emergens petantur, neceſſe eſt probare requiſita Caſtren. *in l. 3. §. fin. n. 3. de eo, quod cert. loc. Mohed. deciſ. 208. Put. 230. lib. 1.*

6 Neque hoc caſu locus erat delationi iuramenti, cum non concurrant requiſita per Doctores *in l. admonendi de iureiur.* confeſſio vero quæ elicitur ex reſponſione ad poſitiones, dum reſponſum fuit, credit, prout in actis, nihil releuat; cum enim in actis non adeſſent concludentes probationes, nihil ex hac reſponſione colligi poteſt, quod præiudicet. Amiſſio ſcripturarum, neque caſus præcedens amiſſionem probatur: ideo nihil quod releuet deducitur ad probandam cambiorum veritatem. Quod autem allegatur obtentum fuiſſe mādatum, & exequtum pro iſtis cambijs contra releuatorem, ſi eſſet verum in facto, releuaret, ſed de hac re hactenus nihil in actis conſtat nam quod ad mandatum attinet, non ſufficit, quia eadem facilitate concedi potuit, quia contra Dominum Chriſtophorum cōceſſum fuerat.

A Totam difficultatem verſari in probatione hac quod cambia verè, & realiter fuerint celebrata probaui ſupra hac eadem tertia diſputatione, quæſt. undecima.

B Vide quæ notaui ſupra ad hāc eādē deciſionem quæ eſt quarta in ordine, quā hic non repeto.

DECISIO XXIII. alias 134.

Romana pecuniaria die Lunæ 13. Maij 1602.

1 *Cambia, & recambia contra decoctum non currunt.*

QVÆSITVM fuit an D. Ioannes Franchinus teneretur restituere hæredibus Ioannis Bertæ scuta 633. exacta ex bonis Dominorum de Gottardis, & Ceulis vigore cessionis sibi factæ a dominis de Iustinianis, & quia pro causæ decisione erat necessarium statuere an debitum scutorum duodecim millium scutorum per Dominos Iustinianos, pro quorum assecuratione Franchinus obligauerat se pro scutis quattuor millibus, esset principaliter debitum D. Balduini Massæ cuius nomine fuerat initus contractus, an potius dictorum de Gottardis & Ceulis, ad quos peruenerant pecuniæ; volui vt prius videretur ad quos principaliter spectaret hoc debitum; nam multum intereat an Frãchinus esset confidiussor Gottardorum, an vero Gottardi essent principales debitores, & cum vellem hoc dubium proponere, pars hæredum videns ex multis apertissimis argumentis, constare Gottardos fuisse principales debitores, & negotium illud gestum fuisse sub nomine Balduini, ne detegeretur eorum indigentia, cessit dicto dubio, & consentit, vt hoc præsupponeretur pro constãti; Quare fuit cum hoc præsupposito conclusũ per Dominos Franchinum non teneri ad restitutionem dictarum pecuniarum, cũ enim legitimè soluerit Dominis Iustinianis totã summam scutorum quatuor millium pro qua se obligauerat, ita etiam potuit legitimè exigere à Gottardis, & Ceulis dictam summam vigore cessionis habitæ à Iustinianis, exceptio enim, quæ prius deducebatur Franchinum, & Gottardos fuisse confidciussores sublata fuit per præsuppositum concordatum. Alia exceptio, quæ proponebatur Franchinum tempore solutionis vltimo factæ de duobus millibus scutis Dominis Iustinianis malè soluisse, cùm iam de illo tẽpore ipsi Iustiniani fuissent integraliter de eorum credito satisfacti, non placuit, quia contrarium apparebat ex sententia graduatoria, qua apparebat eos esse creditores maioris summæ: vndè non poterat ipse ftãte dicta sententia, euitare solutionem. Nec obstat quod dicitur illam maiorem summã prouenire ex cambijs, & recambijs quæ cũ contra decoctum non concurrat, non debebantur, quia Franchinus non soluit ad cõputum cambiorum, sed pro sorte principali, pro qua se obligauerat, & effectus tribui debet suæ causę, neque ad eum spectabat onus opponendi hanc exceptionem contra graduationem, sed ipsis Gottardis quatenus de iure competeret, quod tamen falsò asseritur fuisse in Rota decisum, numquam enim hoc habitum fuit pro certo, quod cambia contra A decoctum nõ currant, A & solutiones prius factæ debent imputari in causam cambiorũ non autem sortis principalis. Et ita conclusum.

A *HOC est valdè notandum, tamquam maximas tnuoluens difficultates, maximè si quæstio sit inter concreditores eiusdẽ decocti. Nam in odium solutis debitoris quæstio careret difficultate; & forte vtilitate, sed in concursu creditorum, sic obiter terminandam censerem. Vel huiusmodi cambia repetuntur ex mora, vt explicaui hac eadem disputatione quæstione nona, & tunc nullam rationem habendam esse horum cambiorum in concursu creditorum censerem, cum ad iniquitatem accedat mora debitoris impotẽtis, & cui ob decoctionem est interdicta administratio, imputari deberi non sibi (nam id fieri posset ob eius dolum) sed tertio. Si verò deberentur ex stipulatu ad terminos quæstionis decimæ, & vndecimæ hac eadem disputatione tertia. Nullam rationem adhuc vidi cur ex facto debitoris, siue culposo, siue doloso actio quæstio creditoris possit infringi, aut aliqua ex parte labefactari; licet sæpius inopia eiusdem inanis reddatur.*

DE-

Recentiorum Parte I.

DECISIO XXIV. alias 315.

Illustriis. & Reuerendiss. D. Card. Lancelloti.

Ianuensis pecuniaria Lunæ 24. Maij 1611.

ARGVMENTVM.

De probatione valoris cambiorum præsertim per testes. Et si testes sunt hinc indè contrarij, quod magis credatur deponentibus de maiori valore, & summa, quam de minori.

1 *Valor cambiorum probatur per testes practicos, & versatos in similibus cambiorum negotijs, & quomodo testes debeant super probatione deponere, & nu. seqq.*

6 *Valor cambiorum probatur etiã per listã Notarij, & Cancellarij Gabellæ cambiorum.*

7 *Testibus deponentibus de minori summa, minus credendum est, quam deponentibus de summa maiori.*

8 *Testes plures magis probant, quam numero minori.*

Testibus excludentibus dictum magis creditur, quam illud includentibus ibid.

9 *Cambia non debent esse vniformia, quia possunt variari secundum qualitatem personarum.*

PROPOSITO dubio reseruato in decisione die 7. Iunij 1610. ad quam scilicet summam ascenderint cambia in Ciuitate Ianuæ anno 1590. vsque ad annum 1593. inclusiuè, Domini censuerunt probari, quod excesserunt scuta sex pro centanario, idque primo per quinque testes pro Simeone in prima instantia examinatos, qui concludunt, quod de dicto tempore cambia excesserunt scuta sex, & reddunt causam scientiæ, quia viderunt libros, siue listas, & fecerunt computa, A & isti testes multum faciunt, & de per se soli sufficerent. Tum quia sunt quinque, tum quia sunt practici, & versati in similibus negotijs cambiorum.

2 Secundo idem probatur per alios tres testes pro eodem Simeone in secunda instantia examinatos, quorum secundus deponit de interesse cambiorum spatio 15. annorum vsque ad tempus suæ depositionis ad rationem scutorum decem. Quartus quod ad minus ascendit ad scuta octo pro centanario septimus vltra octo pro centanario, qui testes sunt similiter in negotijs cambiorum versati.

3 Non obstat, quod isti testes fuerint nulliter examinati ex defectu citationis ad videndum iurare, quia in actis adsunt huiusmodi citationes.

4 Tertio talis excessus probatur ex duobus testibus per partem aduersam examinatis, nempè pro Io. Iacobo, qui propterea plenè contra ipsum probant, & qui dicunt cambia reddidisse octo pro centanario, & est ponderandum, quod tam isti testes Io: Iacobi, quam alij Simeonis dicunt etiã quod lucrũ cambiorum in Ciuitate Ianuę passim calculatur ad rationem octo pro centanario & quod tale emolumentum semper dant, & dederunt cambia realia, & quod hoc reputatur pro vtili ferè certo.

5 Quæ probationes excessus cambiorum in scutis sex de per se sufficientes adminiculantur ex alijs pluribus testibus, vigore remissoriæ examinatis qui vno ore deponunt, quod cãbia de dicto tempore reddiderunt, quandoque scuta octo, quandoque 10. & 12. pro centanario, & numquam fuerunt minoris redditus scutorum sex, qui testes licet nulliter examinati, negari non potest, quin magnum faciant adminiculum, ex opinione quam tenet Rota.

6 Et confirmatur ex attestatione, siue lista Notarij, & Cancellarij Gabellæ cambiorum, qui recenset cambia, in qualibet feria inter B negotiatores Ianuæ firmata, B & factis computis, & per peritum deputatum calculatis, apparet quod illa excesserunt scuta sex singulis annis incipiendo ab anno 1590 vsq; ad annũ 1593. inclusiuè quæ attestatio

tamquam de pertinentibus ad eius officium
C C & de his, quæ in ſuis libris reperiuntur deſcripta, multum facit ad veritatem comprobandam.

Non obſtant teſtes pro parte Io: Iacobi adducti
7 ad probandum, quod cambia non rediderint ſcuta ſex, tum quia iſti non probant de hoc tempore, ſed dicunt de anno 1589. & dum dicunt de anno 1590. verificari poſſunt in prima feria Meſis Ianuarij dicti anni, nec concludunt de integro anno 1590. nec de annis 1591. 92. & 93. de quibus agitur, tum quia iſti teſtes loquuntur deductis
D impenſis gabellæ, & prouiſionis, D quæ vt plurimum ſoluuntur ab illis, qui pecunias recipiunt ad cambium, vt dicunt teſtes tam examinati pro Simeone, quam pro Io: Iacobo, tum quia in omnem euentum iſtis deponentibus de non exceſſu, & de minori ſumma, eſſent præferendi alij deponentes de exceſſu, & de maiori ſumma, cum de ea deponant concludenter, & aſſertiuè *Alex. conſ. 64. num. 7. & ſeq. lib. 2. Salic. in l. 2. nu. 28. & ſeq. C. de reſcind. vend. Caſ. de Graſſ. dec. 10. num. 7. & ſeq. de teſtib.*

Maximè, quia iſti deponentes de maiori ſum-
8 ma, ſunt plures numero, quo caſu præferuntur paucioribus deponentibus de minori. *Aret. conſ. 65. ante Med. verſ. hic tamen non eſt caſus noſter*, & quia iſti ſunt practici, & benè informati, & deponunt de affirmatiua, illi verò de negatiua, & quia cum iſtis concurrunt adminicula, & in ſpecie dicta atteſtatio Cancellarij Gabellæ cambiorum, & quia inter iſtos adſunt etiam aliqui pro parte aduerſa examinati, prout etiam ſunt præferendi iſti, quia eorum depoſitio excludit delictum, quod includeret depoſitio illorũ. *Nat. conſ. 542. num. 24. Gabr. de teſt. concl. 4. num. 20.*

Non obſtat quod cambia nõ debeant eſſe vni-
E formia, E vt dicũt teſtes, & fuit in pluribus cauſis reſolutum in Rota, & quod poſſint va-
F riari, ſecundum qualitatem perſonarum, F quia non dicitur, quod debeant eſſe vniformia, ſed quod exceſſerunt ſcuta ſex, & licet exceſſus nõ fuerit vniformis, & teſtes deponunt de cambijs, quę communiter currebãt, quod ſufficit pro reſolutione præſentis dubij. in quo agitur ſolum de firmando, & ſtabiliendo facto.

A *Iſta probatio videtur ſatis manca, nam ex viſione librorum, liſtarum, nec ex confectione computorum, præciſa oritur probatio reſpondentis cambiorum, ſed erat neceſſe facere vim maximam ſuper computis, ſeu pretijs reſpectiuè appoſitis tam in feriis, quam in Plateis, à quibus oritur pinguius, ſeu lucrius intereſſe, vt probaui ſupra diſputatione prima, quæſtione vigeſima quarta. Cum enim dictæ prætorum conſtitutiones ſint ille ex quibus poſita contractus geminatione lucrum oriatur, vt dicta prima diſputatione, quæſtione decima tertia, de eis præcipuè deponere debent teſtes ad probandam quantitatem intereſſe, & lucri ex cambio.*

B *Hoc ipſum ſi legitimè per teſtes deponeretur eſt illud ipſum, quod ſupra admittebam; cambia enim numquã celebrantur ſine certo pretio, vt probaui diſputatione prima quæſtione nona; Vnde cum teſtes deponerent cambia in dictis feriis, & locis inter negotiatores taliter celebrata, ideſt tali pretio, & ſuper eis facto computo colegiſſe quantitatem intereſſe tali caſu ſatis concludentem rationem ſcientiæ includeret.*

C *Cancellarij feriarum officium nullum eſt niſi recipere acta, & propterea Cancellario atteſtanti pretia in feriis taliter fuiſſe poſita, vtique credendum, ſed qua reſpiciant computa ipſa, & ad cumulandum intereſſe, aliter eſſet probandum.*

D *Quæ impenſa prouiſionis, & gabellarum deberi in illo intereſſe cambiorum, quod debetur vigore facultatis conceſſæ capiendi ad cãbium, & vſu eiuſdem non autem in eo cambiorum intereſſe, quod ſimpliciter debetur ex mora, vel ex ſtipulatu, & qua de cauſa habet ſupra hac eadem tertia diſputatione quæſtione vndecima.*

E *Iſta vniformitas, quæ negatur in lucris cambiorum, non indè deducitur, quia aliqua inſit incompatibilitas, ſed quia attenta variatione pretiorum, quibus cãbia celebrãtur, & ex quibus lucrũ prouenit, vt probaui ſupra diſp. prima, quæſt. vigeſima quarta, rarò contingit, vt in quattuor feriis, totidemq; reditibus, quibus pretia ſtatuuntur, in eadem quantitate prorſus conſtituantur, hinc oritur negatio vniformitatis, quæ tamen non eſt impoſſibilis, ſed datis ijsdem pretijs cõſtitutionibus eadẽ quãtitas prorſus intereſſe, & lucri reſultat*

F *Quid*

Quid conferat personarum qualitas ad variandum cambium, non quoad sui substantiã, sed quoad quantitatẽ pretij, quo cambia celebrãtur, vide disp. prima, qu. vigesima quarta.

Ad quam quantitatem facta fuit moderatio maioris interesse; quam moderationẽ optimo consilio fieri, quo vtrique contrahentium cõmodis optimè consultum est, probaui supra hac eadem disp. quæst. undecima.

DECISIO XXV.
alias 331.

Illustr. & Reuerend. D. Card. Lancellot.

Ianuensis vsuratum Lunæ 6. Iunij 1611.

ARGVMENTVM.

Vsura an sit, & quando sit taxata à principio interesse.

Vsura est in mutuo certa taxatio interesse, & hoc procedit etiam in mercatore.

Vsura non est taxare interesse in commodo rei fructiferæ declara, vt num. 4 & nu. 5. Cambia non dant lucrum vniforme, sed aliquando plus, & aliquando minus, & quãdoque etiam sunt in damno ibid.

Vsura an sit taxare à principio interesse, concurrente verisimilitudine, & proportione, & nu. 4.

Vsura non est taxare interesse ab initio fauore matrimonij,

ORDINARIVS Ianuẽsis declarauit contractum, de quo agitur fu stineri, Sauonẽsis verò, ad quem fuerat appellatũ, dixit, benè pro parte Ioan. Iacobi appellatum, & male per Ianuensem iudicatum. Modo dubitatur an sententia Sauonensis sit confirmanda, vel infirmanda. Et pro confirmatione videtur extare firmum fundamentum, quia in mutuo certa taxatio ab initio est illicita, & continet vsurariam prauitatẽ *A Bal. in l. rogasti. §. si tibi ff. de reb. credit. cum alijs allegatis per infurmantes pro Io: Iacobo.* Quod proceditetiam in mercatore *Cruett. cons. 87. nu. 5. & cons. 189. nu. 8. Dec. cons. 216. num. 2. Mandel. cons. 211. nu. 7. Rota Ian. dec. 193. nu. 5. & 6.* & hanc sententiam profitetur Rota, & signanter in Romana pecuniaria Mediolanen. simulationis die 1. Iulij 1602 coram D. Card. Mantica tunc Rotæ Auditore, & in causa Lugdunen. pecuniaria die 2. Aprilis 1604. coram bon. mem. Litta, & est etiam sententia communis Theologorum in quibus antesignanus est sanctus Thom. pater veritatis *2. 2. quæst. 78. art. 2. ad primum argumentum.* Vndè cum in terminis quæsiuisset vtrum pro pecunia mutuata, liceat aliquam commoditatem expetere, ad primum argumentum dicit, quod licet ille, qui mutuum dat, possit absque peccato in pactum deducere recompensationem damni, non poteſt tamen in pactum deducere, quod aliquid ex pecunia debeatur. Idem profitentur Scholastic. *lib. 4. sent. dist. in. 37.*

Non obstat. quod ista regula limitatur in commodo rei fructiferæ, quia hic articulus non est talis, & pecunia de sui natura sterilis *B* est, & infructifera, vt dixit Aristoteles. Nec etiam obstant decisiones in hac causa factæ, quod Castellinus respectu instrumenti retinebat pecunias super cambijs, & quod cambia ab anno 1590. vsq; ad annum 1593. excesserint summam ducatorum sex pro centa nario, quia respõdetur id casualiter euenisse quia regulariter cambia non dant lucrũ vniforme, *C* cum aliquando plus, aliquãdo minus aliquando nihil vtilitatis conferant, immò aliquando sint in damno, vt sæpè dixit Rota, & signanter in causa Mediolanen. cambiorum die 16. Maij 1591. coram bon. mem. Cardinali Seraphino, tunc Rotæ Auditore.

Non obstat, quod aliquando Rota admiserit taxationem ab initio concurrente verisimilitudine, & proportione, *vt apud Cast. de Graff. dec. 1. & 2. de vsur. in xta opin. Dec. in c. cũ venerabilis nu. 14 de except.* quia respondetur primò istam opinionem esse valdè controuersam, & contrariam opinionem esse veram. *Rol. cons. 55. nu. 2. in fin. lib. 2.*

Secundo respondetur quod quando agitur *D* de re fructifera, & fructus ascenderent ad interesse tunc non defuerunt, qui senserint posse ab initio taxari certum interesse, & in his terminis loquuntur duæ decisiones Cæsaris de Graffis allegatæ, ibi enim agebatur de Castro S. Angeli cesso a quodam Antonello cuidã Camillo Vrsino, & fuerat.

conuentum, quod pro pretio ſcutorum trium millium ſoluendorum in caſu, quo ille non ſolueret promiſit ſingulis annis ducatos 170. pro intereſſe pretij non ſoluti, & in illa facti ſpecie non reſpicit prædictam taxationem, ſed in caſu propoſito ſecus eſt, quia pecuniæ, non ſunt fructiferæ, ſed ſteriles, & iſta taxatio ab initio nullo iure ſuſtineri poteſt in mutuo, nec debet ab hoc tribunali ſimilis deciſio prodire, non prohibetur tamē Simon conuolare ad alia remedia. Non omitto me audiuiſſe a maioribus de Rota, & ſignatura, quod illæ deciſiones Cæſ. de de Graſſ. in ſignatura Sanctiſſimi non audiuntur.

5 Poſtremo non ambigo, quia in aliquibus caſibus particularibus a iure deciſis admittatur iſta quaſi taxatio ab initio, vt fauore matrimonij in cap. ſalubriter, & in venditione rei fructiferæ, vt proximè dictum eſt, ſed iſte caſus ægrè toleratur a ſignatura. In

E mutuo tamen numquam *E* eſt licita taxatio ab initio, vt benè diſtinguunt Doctores allegati per inſormantes pro Io: Iacobo.

A IDregulariter verum, ſed quando etiam in mutuo poſſit legitimè peti certum intereſſe taxatum etiam ab initio, probatum eſt hac eadem tertia diſputatione, quæſtione vndecima.

B Licet ſit ſterilis in ſe, vt propterea abſolutè loquendo, fructus parere non poſſit, tamen iuncta cum induſtria hominis vberrimos fructus etiam intrinſecos poteſt producere in cambio, vt explicatum eſt hac eadem tertia diſputatione, quæſtione nona. Vnde merito ille mutuator, qui habet pecuniam in promptu vnitam induſtriæ, ex qua emolumenta erat facturus, ſi ea amico petenti ex cauſa mutui concedit, licitè poteſt ſibi pacifci vtilitatem, quam alias erat percepturus etiam ad certam quantitatem taxatam; dum tamē ex poſt facto, & ex probationibus ſubſequutis legitimè conſtet tanti mutuantem ex illa pecunia fuiſſe lucraturum, vt explicatum eſt, hac eadem diſputatione tertia, quæſtione vndecima.

C Quo pacto procedat, & verum ſit lucra ex cambio non eſſe vniformia notatum eſt ſupra ad deciſ. ab hac ſecunda, lit. *E* Sed taxatio, quæ ſit, vt vlterius cambia excedere nequeant, licet in ſe vniformis, non excludit difformitatem in ſe, vt ibi vidimus.

D De his nullus vnquam dubitauit, nec in iure recipit dubitationem ad textum, l. curabis de act. empt. vbi DD. communiter.

E Et tamen contrarium fuit deciſum in hac eadem cauſa per eamdem Rotam ſupra dec. 13. edita eadem die coram eodem Lancelotto iuniori, vnde hac mente videri poteſt apocrypha.

DECISIO XXVI.
alias 679.

Reuerendiſſimi P. Domini Remboldi.

Romana litterarum cambij Lunæ 1. Iunij 1615.

ARGVMENTVM.

Litteræ cambij etiam acceptæ, niſi fuerint ſolutæ non liberant debitorem.

1 *Creditor poteſt ſibi ipſi ſatisfacere de pecunijs debitoris penes ipſum exiſtentibus num. 2.*

Litteræ cambij etiam acceptatæ, niſi fuerint ſolutæ, non liberant debitorem num. 2. niſi per creditorem ſteterit exactis pecuniarum nu. 3.

Mandatum datum ad exigendum ſi reuocatum fuerit, cenſetur reuocatum etiam mandatum ad ſoluendum declara vt n. 4.

Compenſatio, & retentio non datur pro credito non liquido, & turbido nu. 5.

DOMINI Errera, & Coſta, recepris a D. Ioan. Rotulo ſcutis duobus millibus, eidem conſignatūt litteras cambij vt vocant, quibus mandabant Fornarijs, & Franchis Neapoli mercaturam exercentibus, eadem duo millia ſcuta Michaeli, & Laurentio de hæredē ſolucrent. Cum autem poſtcaquam dictæ litteræ a Ioane Rotulo Neapolim trasmiſſę, & ab eiſdem Fornarijs, & Franchis acceptatæ fuiſſent, DD. Michael, & Laurentius pē-

dente

dēte ſolutionis termino foro ceſſiſſent, atq; inſtantibus eorumdemmet creditoribus, penes Fornarium, & Franchum Iudicis auctoritate dicta ſcuta duo millia ſequeſtrata fuiſſent Ioannes Rotulus prætendere cepit, quod ex quo ſolutio ſequuta non ſit, nec conſequenter dictorum Errera, & Coſta ſequuta liberatio, ſibi liceret penes ſe retinere alia ſcuta duo millia ſimilia, ab ipſo ex alia cauſa D. Erreræ, & Coſtæ debita.

Verum cauſa inihi committa, & ex more in Rota DD. abſolutè id ipſi licere negabant, non quidem quod controuerſia eſſet, quod creditor non poſſet ſibimet ipſi de pecunijs debitoris penes ſe exiſtentibus ſoluere, *l. ſiſtulas §. fundum ff. de contrah. empt. l. ſi pupilli §. fin. d. debitor vbi gl. in verb. mihi ff. de neg. geſt.* ſed quia de prætenſo Ioannis Rotuli credito non ſatis ſufficienter conſtare putabant, nã & ſi pro firmo haberent, quod litteræ cambij eius ſint naturæ, vt habeant in ſe tacitam conditionem, quatenus ſcilicet acceptatæ, & completæ fuerint, nec propterea recipiens litteras a debitore liberetur, niſi vltra litterarum acceptationem realis
A pecuniarum numeratio ſequuta fuerit. A cũ numquam præſumatur facta notatio, *vt per doctr. Salic. in l. filius nu. 2. verſ. ſed dubitari poteſt ff. ad Maced. Caſtr. in l. ſi debitorem, num. 3. ff. de nouat. Cagn. in l. ſingularia in prima lectura, num. 161. verſ. non obſtat ff. ſi cert. pet.* reprobata Bartoli opinione in dicta l. ſingularia. Sepius in Rota reſolutum fuit, & ſignificatur in vna Bononien. pecuniariæ 15. Ianuarij 1551. coram bon. mem. Card. Lancellotto, & in vna Venetiarum litterarum cambij 22. Maij 1583 & Romana litterarum cambij 3. & 12. Maij 1595. coram Gyptio, & alias ſæpiſſimè.

3 Nihilominus dicebant concluſionem ita accipiendam eſſe, vt tunc demum locum habeat quando facto, vel voluntate ſcribentis litteras, aut illius, cui dirriguntur deficeret nu-
B meratio, ſecus vbi per ipſos non ſtaret, B nam tunc perinde habetur, ac ſi fuiſſent adimpletæ ad regulam cum non ſtat. *de reg. iur. in 6. cum ſimilibus.* Vndè cũ dicti Fornarij, & Franchi prompti ſint ad faciendam ſolutionem iuxta formam litterarum cambij Michaeli, & Laurentio, vel mandatum legitimum ad recipiendum ab eiſdem habentibus, ſed impediantur mandantibus ſequeſtris ipſis, vt dixi, factis, atque ita culpa propria Michaelis, & Laurentij, qui dicta ſequeſtra remouere non curãt, ſumus extra caſum, quo ſcribens litteras cambij acceptas pecunias reſtituere compellitur.

Non obſtat quod Ioannes Rotulus re integra
C reuocauit mandatum C Michaeli, & Laurentio datum ad exigendum dicta ſcuta duo millia, & conſequenter cenſeri debet reuocatum etiam mandatum ad ſoluendum. *Caſtr. in l. vero procuratori num. 4. ff. de ſolut. cum aliis ab inſtrumentibus allegatis.*

Quia fuit reſpõſum, quod obiectum procedit in mandato: ſolus mandantis gratia
D D facto, non autem in contractu cambij,
E E in quo vtrique principaliter vtilitas,
F F vtriuſque partis, quæ non poteſt auferri ſola voluntate vnius, *l. aliud ff. de ſolut. l. ſi cum fundum ff. de pact. & pluribus declarat Bal. conſ. 348. ſub num. 1. verſ. & arguo ſic, & ſeq.* & fuit etiam dictum in vna Romana litterarum cambij 26. Nouembris 1604. coram bon. mem. Iuſto.

Et denique DD. dixerunt, quod in omnem caſum, ſaltem negari non poteſt, quin ex ſupra, & alijs ab inſtrumentibus deductis reddatur ita turbidum G creditum Io. Rotuli, G vt merito præſentiæ retentioni, vel compenſationi locus eſſe non poſſit, *l. fin. vbi Doct. Cde compenſat. Alex. conſ. 93. num. 1. lib. 4. cum aliis per Surd. dec. 184. num. 6. bon. mem. Card. Seraph. dec. 1455. nu. 4.*

A HÆC faciunt ad confirmationem eorũ, quæ ſupra firmaui: contra ſententiam Afflictã, & aliorum diſputatione ſecunda, qu. duodecima.

B *Magna hæc eſſet limitatio ad ea, qua ibi dicebamus ſi vera de iure eſſent. Ego verò valdè de veritate huius aſſertionis dubito. Illi nãq; Furnarij, & Franchi, qui litteras acceptauerunt, nullam aliam obligationem per dictam acceptationem, præterquam ex conſtituta pecunia, vt memini ſæpius me probaſſe, & præcipuè in diſputatione ſecunda quæſtione decima octaua; de cuius natura cum ſit, vt principalem, cui accedit obligationem non tollat, niſi ſequuta tum demum ſolutione, aniua voluntas conſtituentis non poteſt impedire compenſationem, ſicuti non tollit actionem.*

C *Fruſtra reuocatur mandatum poſt acceptationem litterarum factam ei, cui remiſſa dirigitur. Cum enim non ſit ſimplex mandatarius, ſed etiam adiectus ſtipulationi, vt probani*

huius diſputationis ſecunda quæſtione ſeptima poſt Ius ſibi quæſitum fruſtrà ſit mandati reuocatio. Verum quidem eſt, quod in caſu huius deciſionis ſi iſti Michael, & Laurentius; ex alia cauſa extitiſſent de præterito debitores eorundem Furnarij, & Franchi cum tali caſu reſultet ſolutio per viam compenſationis, vt probaui dicta diſputatione ſecunda, quæſtione decima nona. Item ſi remiſſa ipſa ſpectaret etiam ratione intereſſe ad eoſdem, quibus dirigebatur; ceſſaret ius in ſtipulatore, qui ſtante decoctione ſequuta, non poſſet concurrere cum prædictis. Et hæc eſt illa vtilitas, quam dicta quæſtione ſeptima ſignificabam in caſibus decoctionum concurrentibus ſtipulatore, & illo, cui remiſſa dirigitur, nàm in caſu decoctionis omiſſo rigore ſtipulationis, attenditur æquitas, & rei ſubſtantia, vt in illo nomine cauſato per illud cambium præferatur ille, ad quem cambium ipſum verè ſpectat, illum ſcilicet, ad quem ſpectauit incommodum ſolutionis pretij, vt latè probaui dicta diſputatione, quæſtione ſexta.

D *ſed non probat mandatum, de quo in caſu, factũ fuiſſe in gratiam mandatarij; niſi etiam probet cambium illud ad eumdem ſpectauiſſe, ne dum cura, & ſolicitudine, ſed etiam ratione intereſſe, vt mox dicemus, ſe de hoc nulla ne lenis quidem ſuſpicio in tota hac deciſione.*

E *In contractu cambij, vt ſic, nullum interuenit mandatum, cum ſit contractus à mandato, & ab alio quocumque longe diſitus, vt in diſputatione prima, quæſtione vndecima; Mãdatum verò, quod neceſſariò interuenit in cõtractu cambij, eſt extrinſecum cambio, & ſolum introductum ad illius executionem, & perfectionem extrinſecam, vt probatum fuit diſputatione ſecunda, quæſtione tertia.*

F *Licet ſemper in cambio, ſicut in qualibet alio contractu vltro citroque obligatorio verſatur vtilitas æquè principaliter in vtroque cõtrahente; Non ità in mandato, quod in executionem, & pro executione emanat in litteris, quod ſciat naturam mandati in cambio, ſicuti in alijs negotijs; qua de re latè dicta diſputatione ſecunda, quæſtione quinta.*

G *Et hoc fundamento poſſet ſuſtineri hæc deciſio, ſi & quatenus per informantes reuocatũ fuiſſet probabiliter in dubium, ad quem ex prædictis, ſtipulatorem ſcilicet, aut eum cui remiſſa dirigebatur ſpectaret illud cambiũ ratione intereſſe.*

Recentiorum Parte II.

DECISIO XXVII. aliàs 27.

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Card. Lancelloti.

Mediolanen. Cambiorum Veneris 25. Iunij 1610.

ARGVMENTVM.

Dare pecunias mercatori ad eas traficandum non eſt vſura, & quando iſto caſu mercator poſſit aſſecurare capitale.

1 *Mercatori pecunias dare ad eas traficandum in cambij licitum eſt & num. 2.*

2 *Cambium quod ſit reale, & quibus pactis cognoſcatur.*

Cambium quando ſit illicitum ex eo, quod capitale dantis pecuniam ſit ſaluum nu. 3. verſ. nec obſtat num. 4.

Capitale quando eſt ſaluum in datione pecuniarum mercatori ad eas traficandum in cambijs an reddat cambium illicitum nu. 3. & ſeqq.

Cambia non ſunt vniforma, quia quandoque creſcunt, & quandoque decreſcunt nu. 5.

Vſurarius in dubio non præſumitur contractus nu. 6. Verborum ſignificatio applicari debet ad intellectum ſanum, bonum, ciuilem, & vitio carentem nu. 6.

Mercatores poſſunt aſſecurare capitale recepta aliqua competenti mercede nu. 7. vbi hoc ampliatur, tam in eodem contractu cum eadem perſona nu. 8.

Valor iuſtificatur ſecundum loci conſuetudinem num. 9.

Societatis contractus non eſt quando mercatori dantur pecuniæ ad eas traficandum in cambijs nu. 10.

Contractus qualisſit cognoſcitur ex verbis, & pactis in eo contentis nu. 10.

Societatis contractus non dicitur, vbi lucrũ non communicat nu. 11.

Societatis contractus, quando, que accipitur largo modo nu. 12.

CVM

VM anno 1583. Annibal Braſca, & Martialis Coquus Mediolanen. recepiſſent a quondam Fracisco Pirouano quandam pecuniarum quãtitatem, vt illam ſuper cambijs realibus retinerent, aſſignata eis certa prouiſione iuxta ſtylum, & cum alijs pactis, prout in apocha deſuper confecta, fuerunt inter iſtas partes, ſiue illorum hæredes poſt modum anno 1587. & 1589. ſolidata computa, & firmatum creditum DD. de Pirouanis, tam reſpectu ſortis principalis, quam reſpectu cambiorum pro cuius conſequutione cum egiſſent coram Senatu Mediolanen. ſententiam fauorabilem, & mandatum exequtiuum obtinuerunt contra D. Braſcam, & fideiuſsorem, qui iudicium ſuper inualiditate, & vſuraria prauitate huiuſmodi cõtractus contra eoſdem de Pirouanis introduxerunt in foro Archiepiſcopali Ciuitatis Mediolanenſis quoad Rotam, vigore commiſſionis deuoluto, coram me dubitatum fuit, præſuppoſita apocha, ſeu apochis in inſtrumento 26. Octobris 1587. inſertis, an contractus eſſet validus, & licitus in cauſa, & ad effectum de quo agitur.

1

2 Et DD. validum, & licitum eſſe, neque aliquid vſurariæ prauitatis in ſe continere cẽſuerunt, nam de iure licet dare pecunias ſuas mercatori, qui illas retineat, & trafficet ſuper cambijs licitis *A ca. per veſtras, & ibi Abb. nu. 6. Palat. Rub. in 6. notab & alij paſim de donat. inter vir. & vxor. Nauar. in man. c. 17. nu. 257. verſ. quia huiuſmodi contractus Sylueſt. in ſum. in verb. ſocietas il ſecundo queſtione 3.* & pro licito & valido admiſſit Pius V. felic. record. Mercatoribus Bononienſibus, per ſuum breue anni 1569. & fuit reſolutum in Rota in cauſa Mediolanen. cambiorum 23. Iunij 1604. coram R. D. meo Ortembergo.

A

3 Neque forma huiuſmodi contractus poſſet pati difficultatem, quia imò apparet de mẽte contrahentium, quod cambia fierent realia, & adfunt verba realitatem Cambiorum importantia, ibi, *accioli teniamo ſopra li cãbi reali*, &c. & ibi, *per ſuo commodo, per quella raggione di conto, che ſarà ſtabilito per la generalità de mercanti.* & ibi, *con darle diſtinta, & particolare ragione di quanto ſarà ſopra queſta cauſa negotiato.* Ex quibus apparet verè & realiter fuiſſe conuentũ vt pecuniæ in negotium impiegarentur, non autem vt ſtarent mutuo apud recipientem, & fierent Cambia, vt dicitur, ficta. Nec obſtat, quod Pirouanus voluerit aſſecurare capitale, & illud conſequi ſaluum, & ſic ſtare ad lucrum, non autem ad damnum, per illa verba apochæ ibi, *tutto a noſtro riſico &c.* & ibi *come è detto vogliamo che tutto ſia ſopra di noi*, nam primo fuit reſponſum illam non eſſe aſſecurationem capitalis B ſed potius ſuſceptionem incommodi expenſarũ negotij, mediante mercede vnius tertij pro centanario in ſingulis nundinis, quod patet ex verbis ſubſequentibus ibi, *ſenza che eſſo patiſca alcuna ſorte di ſpeſa, C ne di cenſaria &c.* quod verbum *ſenza* importat exceptionem, quæ exceptio cum debeat eſſe de regula *iuxta notata in l. in jis ff. de legi.* oſtendit, quod regula data ſupra, & diſpoſitum de riſico referri debeat ad omnes expenſas negotij, quia alias fuiſſet inepte de expenſis actum per viam exceptionis.

B C

4 Secundo fuit reſponſum quod verba illa apochæ nõ intelliguntur de periculo amiſſionis capitalis ex natura negotij proueniẽte, quo caſu illicitum eſt aſſecurare capitale quia contra naturam negotij, quod geritur eſt. quod capitale ſit ſaluum, cum poſſit tã perdere, quã lucrari, & ideo emanauit Bulla Sixti Quinti prohibens capitale remanere ſaluum. Hoc enim periculum amiſſionis capitalis ex natura negotij prouenientis, a quo pendet validitas contractus, ſpectat ad ad Pirouanum, qui dum voluit fieri cambia ſecundum generalem conſuetudinem mercatorum, vtique ſaltem tacitè aſſumpſit in capitali, vt diſtinguendo declarat Roman. *conſ. 238. ante num. 7.* dum gloſſat verba ſimilis pacti, ibi cum generalis conſuetudo hoc admittat, ſcilicet, quod adueniente caſu perditionis ſortis principalis, damnum hoc ad dantem pertineat.

5 Quod comprobatur, tum quia Braſca & Coquus in apocha non ipſe obligarunt ad reſtituendum quid certum ex eorum proprijs pecunijs, ſed ad dandum duntaxat particularem, & diſtinctam rationem eius quod negotiatum fuiſſet, quod intelligitur eo modo, quo paulo ante in eadẽ apocha fuerat conuentum, ibi, *a quella raggione del cõto che ſarà ſtabilita per la generalità de mercanti, così quà in Milano come in fera.* Quæ verba cum præſupponant variationem valoris

loris aurei ſub cenſura Magiſtratus mercatorum, quod capitale poſſit augeri, & minui quia cambia non ſunt vniformia, cum modo plus, modo minus, & quandoque nihil lucri, & quandoque damnum afferant, vt fuit con ſideratum in cauſa Mediolanen. cambiorũ 20. Iunij 1596. corã fel. record. Clem. VIII. inter impreſſ. 315. num. 6. par. 2. conſequitur quod obligatio reſtituendi capitale intelligitur de illo capitali, de quo ſecundum generale mercatorum ſtabilimentum Pirouanus remanſiſſet creditor, vt in ſimili fuit etiam reſolutum in Rota in cauſa Ferrarien. ſocietatis 28. Ianuarij 1599. coram Illſtriſs. Card. Mellino, vbi fuit dictũ, quodobligatio de reſtituẽdo capitale nõ intelligitur quod capitale ſit ſaluũ ſed de capitali remanente.

6 Tum etiam, quia in apocha nullum verbum de toto capitali aut integro capitali, ſed ſim pliciter de capitali, quod propterea debet intelligi ſecundum iuris diſpoſitionem, & ſic de capitali remanente, tum deniq; quia quatenus adeſſet aliquod dubium talis interpretatio fieri debet, cum actus dubius nõ debeat iudicari vſurarius *Bald. in l. rogaſti §. ſi tibi in fine ff. ſi cert. pet. Alex. conſ. 221. num. 5. lib. 2.* & cum verborum ſignificatio debet ad intellectum bonum, ſanum, ciuilẽ, & vitio carentem applicari *deciſ. 10. num. 4. & 5. de teſtam. in antiq. Alex. conſ. 191. num. 6. lib. 2.* & fuit conſideratum in allegata cauſa Ferrarien. ſocietatis, & in cauſa Foroliuien. ſocietatis 2. Decembris 1583. coram bo. mem. Lauretano, quæ eſt inter impreſſ. 673. nu. 13. & ſeq. par. 1.

7 Verba igitur illa apochæ, *tutto a noſtro riſico*, & alia, *come è detto vogliamo, che tutto ſia ſopra di noi*, intelliguntur, & verificantur in periculo amiſſionis capitalis ex accidenti, &

D & præter naturam negotij D veluti per decoctionem mercatorum, quibus dantur pecuniæ ad cambium, cum ſimilibus, quia cũ periculum capitalis tam de iure, quam ex vi negotiationis, quam ex natura cambiorum, quam ex communi ſtylo mercatorum negotiantium pecunias alienas ſpectet ad Pirouanum pactum illud de aſſecuratione capitalis, intelligitur de alio periculo, quam proueniente ex natura negotij, nempè *del ſtar, del credere*, quæ aſſecuratio capitalis licita eſt, & permiſſa, data aliqua competenti mercede iuxta conſ. Decij 7. ne propter negligentiam culpam, aut dolum illorum, qui pecunias alienas cambiant fiant cambia cũ

E perſonis minus idoneis, E aut fraudes in hoc cõmittantur, & quotidie videmus practicari inter mercatores, nec non inter aſſecuratores nauium, & deducit Ludou. Molin. *de contract. diſp. 417. per totam*, quod procedit nedum in diuerſo contractu, & cum diuerſa perſona, nempè quando quis dat pecunias vni exercendas, & cum alio conuenit, vt recepta mercede aſſecuret capitale, ſed etiam in eodem contractu cum eadẽ perſona inito, ſcilicet quando eadem perſona negotiatur pecunias alienas, & aſſecurat capitale, cum nihil obſtet, quin duo contractus, qui ſeparatim permitturtur coniunctim poſſint fieri, & permiſceri. *Conrad. de contract. q. 71. verſ. 1. concl. & poſt Petr. de Vbald. Couar. & alios* deducit Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica *de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 6. num. 3. & 5. & ſeq. Molin. vbi ſupra.*

8 Prout & aliud periculum, quod contingere poterat in traijciendo pecunias de loco ad locum, aſſumpſerunt in ſe Braſca, & Coquus, mercatores, per illa verba apochæ, *& auanzando mobili, dichiariamo che eſſo Sig. Pirouano non ne habbia a ſentire danno alcuno delli contanti ſi mandaſſero a Milano*,

F *ò altrone*, F quod quidem pactum in ſe nõ eſt illicitum nec vſurarium, nedum quando fit cum tertio, ſed etiam, quando fit inter dantem, & recipientem pecunias, vt per Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 2. num. 5. Lup. in cap. nauigantes in præfatio. num. 11. de vſur.* maximè quia videtur appoſitum ad euitandas fraudes, ne poſſit allegari pecunias in ferijs non potuiſſe cambiari, & aſportatas in itinere fuiſſe furto ſubtractas, abſq; culpa aſportantium, vt propterea non teneantur de caſu fortuito, *l. qua fortuitis C. de pignorat. actio.*

9 Non obſtat, quod merces aſſecurationis, hoc eſt tertia pars aurei pro ſingulis cẽtum

G aureis, pro qualibet feria, ſic modica, G nec correſpondeat periculo, quia hoc non facit contractum inualidum, ſed vt fuit etiam cõſideratum in allegata cauſa Ferrarien. corã Illuſtriſſimo Mellino, pertinet ad illius iuſti tiam, quæ neque in hoc contractu deficit, cum aſſecuratio fuerit conuenta iuxta ſtylũ vniuerſalem, etiam ſecundum ipſorum mercatorum atteſtationem, vt patet ex apocha ibi, *eccetto che haueremo ogni fera da leuarli*

H *la prouiſione H del luoghe, nue ſi farà la fera a raggione di vn terzo per cento, come ſi ſtila*

vniuer-

vniuerſalmente, quod ſufficit ad iuſtificandum valorem, *Bart. in l. pretia rerum, ff. ad lex. falcid. Cagnol. in l. 2. num. 232. C. de reſcin. vend.*

10 Neque obſtat, quod iſte contractus ſit societatis, vt propterea videatur illicitus, & vſurarius, quia Bal. *I conſ. 453. vol. 2. & conſ. 395. vol. 5.* omiſit inueſtigare, & ſtabilire, quis contractus ſit iſte, an ſocietas, depoſitum, mutuum, vel mandatum, & validitas pendet ab eo, an periculum amiſſionis pecuniarum ſpectet ad dantem pecunias, vel ad illas recipientem, & exercentem, *Gl. in c. plerique 14. q. 3. Roman. in 1. alleg. conſ. 520.* Sed reuera, hic, de quo agimus, non poteſt eſſe contractus ſocietatis, quia apocha, nullum verbum de ſocietate, *L* & talis præſumitur in dubio contractus, qualis ex verbis deſignatur, *Calderin. conſ. 1. de vſu. Dec. conſ. 32. num. 3.* neque adſunt aliquæ conuentiones, ſeu pacta, quæ conueniant contractui ſocietatis, ex quibus pactis, & conuentionibus cognoſcitur qualitas contractus ad tradita per Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gl. 14. nu. 87.*

11 Quin potius pacta repugnant ſocietati. Nam non fuit communicatum capitale *M* mercatoribus, aut illius lucrum, ſed totum lucrum *N* ex cambijs prouentuum ad Pirouanum ſpectat, neque mercatoribus aliud datur, niſi illorum prouiſio, ſcilicet tertio pars vnius auri *O* pro centum, quæ prouiſio non eſt commenſurata, neque ad capitale, neque ad lucrum, quia, ſiue adſit lucrum, ſiue non, ſemper prouiſio debetur, ceſſante autem communicatione lucri, vel capitalis, ceſſat ſocietas, de cuius ſubſtantia eſt huiuſmodi communicatio, *P l. 1. Iſi non fuerit, ff. pro ſoc.* & fuit reſolutum in allegata cauſa Foroliuien. ſocietatis 2. Decembris 1583. quæ eſt 263. nu. 3. par. 1. inter impræſſ. vnde ſiue ſit locatio operarum, vt tenet Molin. *diſput. 411. verſ. dictum in deſſinitione*, vel quædã inſtitoria, vt per Bald. *in l. 7. num. 12. C. de fruct. & lit. expenſ.* vt dicitur in d. deciſ. Foroliuien. nu. 6. ſiue alius contractus non eſt illicitus, neque vſurarius, *c. per veſtras, cum ibi notatis*, & ſupra dictum fuit.

12 Nec releuat quod in quodam inſtrumento inter Fratres de Pirouanis, & Martialem Coquum celebrato anno 1590. fuerit adſcriptum nomen ſocietatis, tum quia de hoc non conſtat in actis, tum quia largo modo, & impropriè potuit appellari ſocietas, prout locatio operarum, & inſtitoria largo modo poſſunt vocari contractus ſocietatis, non tamen eſt vera ſocietas, neque capitalis, neque lucri, vt dictum fuit, tũ quia huiuſmodi inſtrumentum non fuit inter eaſdem partes celebratum, tum quia diuerſa eſt natura contractus inſtrumentalis anni 1590. a contractu apodiſſæ anni 1583. vt merito non poſſit de vno ad alium inferri *l. Papinianus exuli, ff. de minor. 25. ann. cum vulgaribus.*

A HÆc optimè duci poſſunt ad confirmationem eorum, qua latè poſui ſupra hac eadem 3. diſput. quæſtione decima, dum de ſocietate cambiorum agebam, reiectis tribus contractibus, de quibus per Nauar. & ſectatores.

B Hoc verè eſt contra intentionem contrahentium, & contra vim verborum, nam verè creditor noluit eſſe ſolicitus de nominibus cauſandis occaſione dictæ negotiationis, quod nullo iure prohibente; quinimò maximè aquitate permittente fieri poſſe probauimus ibi dicta quæſtione decima.

C Et hoc vltrà ſuſceptionem periculi, de quo ſuperius, & quod in opaca fuit poſitum in vim additamenti ad onus debitorum infæliciter trahitur ad eorumdem ſublenationem, & deſtructionem eorum, quæ ſuperius verbis expreſsis cauta fuerunt.

D Nunc demum probo ingenium meum; quo nullo certo anthore deduxi diſcrimen inter ſocietatem cambiorum, & ſocietatem aliarum rerum, & negotiationum, reſpectu ſuſceptionis periculi quoad ſortem per eum, qui negotiationem adminiſtrat; quod cum fieri nequeat in alijs negotiationibus; in illis verò quæ ſuper cambijs ineuntur nihil impedit ſuſcipi, attenta rationis diuerſitate, quam ego ponderabã dicta quæſtione decima. Et Sacra Rota Romana hic vocat ex accidenti, & præter naturam negotij; & ego ibi potius alijs verbis, quam alio ſenſu idipſum ſignificabam.

E Hoc eſt illud ipſum, quod ibidem conſiderabam, licet fuſius explicatum, & confirmatum.

F Hæc eſt notabilis cautela, & nunquam aliàs à me audita, & ideò de illa nullam mentionem feci dicta quæſtione undecima, nec duabus illi præcedentibus, vbi la-

iſſimè hoc argumentum pertractaui. Nec dubito de validitate illius, rationib⁹ adductis. Sed aperit locum quæſtioni. An ceſſante huiuſmodi cautela, ſi Adminiſtrator huius ſocietatis, vt cambia vtilius celebraret, pecunias realiter tranſmitteret, quæ cum effectu interciperentur à graſſatoribus viarum, huius periculi caſus dicendus eſſet comprehenſus in generaliori illa periculi nomine ſuſceptione facta per Adminiſtratorem; An vero exponens pecunias, damnum ſentire deberet de illis pecuniis. Difficultatem facit, quia tranſinſitio actualis, & realis pecuniarum de loco ad locum non egreditur terminos negotiationis cambiorum; quinimmo ſæpius vtiliſſima eſt, vt probaui diſputatione prima, quæſtione tertia, & quarta, vnde non videtur prohibita negottatori, qui habet mãdatum negotiandi ſuper cambijs, ſeù verius inijt cum exponente pecunias, ſocietatem negotiationis cambiorum. Sed ſic eſt, quod ſecundum intentionem exponentis pecunias, ſiniſtrum omne, quod in capitali contingeret oneri debet eſſe adminiſtratoris vi pacti ſuſceptionis periculi, eo certius videri poteſt ad adminiſtratorem ſpectare, quo verſamur in contractu ſocietatis, in quo bona fides exuberare debet. Ego obiter ſic terminarem. Primo non eſſe expeditum dictum Adminiſtratorem poſſe dictam tranſportationem abſque conſenſu exponentis curare, qua licet ad cambium ordinetur, tamen certum eſt cambia paſſim abſque illa tranſportatione celebrari, vt diſputatione prima, quæſtione ſecunda, & plenius diſputatione ſecunda, quæſtione decima octaua, certumque habeo exponentem pecunias ad effectum prædictum nunquam de dicta tranſportatione cogitaſſe; & per conſequens ex eadem bona fide ad illam promiſſionem trahi non poſſe, nec debere. Sed quatenus trahi poſſet, cum ſiniſtrum prædictum circa ipſam ſubſtantiam rei contingeret, nec eſſet extrinſecum, putarem in ſuſceptione dicti periculi non comprehendi per ea, quæ habui dicta quæſt. decima hac eadem diſputatione.

G Hæc verba expreſsè innuunt hanc tertiam partem non dari occaſione ſuſceptionis periculi; ſed occaſione mercedis; vulgo la prouiſione.

H Nec modica dici debet conſideratis ijs, quæ deducebam dicta quæſtione decima; attenta multitudine eorum, qui ſunt parati pecunias cambio accipere.

I Quomodo intelligendi ſint Bald. & Roma. vidimus ſupra in ſuis peculiaribus quæſtionibus in diſputatione ſecunda.

K Quid ni ſit ſocietas, cum adſit communicatio induſtriæ, & pecuniarum ad effectum lucri conſequendi, & inter eos repartiendi.

L Alias probaui nec ex verbis contrahentium, contractus ſubſtantiam deſumendam, ſed ex vi eorum, quæ in ſubſtantia per contrahentes geruntur, vt in diſputatione prima, quæſtione ſeptima.

M Capitalis communicationem non eſſe neceſſariam ad ſocietatem, in qua vnus ponit pecuniam, alius induſtriam probaui plenè dicta quæſtione decima.

N Ex hoc vnique pacto deſtruitur ſubſtantia ſocietatis, vt ibidem vidimus; ſed an concurrat in caſu inſpiciendum eſſet ex apoca.

O Si eſt verum prout ſupra litt. H. ſuſpicatus ſum hanc eſſe prouiſionem more mercantili debitam ob adminiſtrationem cambij, vere hic ceſſat ſubſtantia ſocietatis. Sed euidentius ceſſat ex eo, quod iſta tertia pars vnius aurei etiamſi eſſet pars lucri; non inducit rationem quotæ eiuſdem, & per conſequens excludit ſubſtantiam negotiationis, vt plenè diſputabam dicta quæſtione decima.

P Nec ſufficit quacumque communicatio, ſed eſt neceſſaria proportionalis, & per viam quotæ, vt mox dicebam.

Q Et hoc etiam eſt valdè notandum, recipientem pecunias alienas, & non ad cambium, & vt ſuper cambijs eas detineat, licitè id fieri poſſe, quantumuis periculum debitorum ſuſcipiatur à recipiente, & vniuerſa vtilitas ad exponentem ſpectet; & id quidem non. miniſterio ſocietatis; ſed ſuſtineri per inſtitoriam, vel per locationem operarum. Qua tamen intelligenda ſunt, dummodo cõſtet verè, & realiter recipientem negotiationes prædictas cambiorum actu exercuiſſe, nam ad illorum ceſſationem ceſſaret ſubſtantia inſtitoriæ, & locationis operarum, & eſſet merum ſigmentum ad palliandas vſuras.

D E.

DECISIO XXVIII. alias 379.

Reuerendiſs. P. D. Manzanedi.

Bononienſis quaternę Veneris 23. Martij 1612.

ARGVMENTVM.

Debitor an teneatur ad recambia abſq; aliqua interpellatione ſtante facultate cõceſſa creditori recambiandi vſque ad integram ſatisfactionem, & quid ſi creditor accepit pecunias ad cambium a ſe ipſo.

1 *Recambia debentur creditori, qui ea petit nõ tamquam creditor, ſed tamquam negotiorum geſtor ſiue mandatarius actione mãdati, quando in mandato fuit data facultas recambiandi toties, quoties donec eſſet ſatisfactus integrè.*

Diſpoſitio non intelligitur de primo actu, quãdo nõ conſumatur effectus in illo actu ibid.

Cambia vbi debentur vſq; ad integralẽ ſatisfactionem debentur etiam recambia ibid.

2 *Perſonam duplicem repræſentare quis poteſt videlicet mandatarij, & creditoris vbi de eo, qui accepit pecunias ad cãbiũ a ſe ipſo.*



VIT in hac cauſa reſolutum ſub die 22. Iunij præteriti corã Illuſtriſſimo Card. Lãcellotto, quo ad recambia non fuiſſe neceſſariam intimationem cui deciſioni cum pars DD. de Pepulis, & Maluetijs non acquieſceret. Hodie ego in locum eiuſdem Illuſtriſſimi Cardinalis ſuffectus cauſam ſuper eiſdem propoſui, & Domini in deciſis ſtandum eſſe dixerunt moti ex eo, quod cum iam fuerit deciſum ſub 22. Aprilis coram eodem Illuſtriſs. Lancellotto Pepulum, & Maluetium abſq; alia interpellatione teneri ad cãbia ex eo, quod Scappi non petunt hoc intereſſe tamquam creditores propter morã

A debitoris, ſed tamquam mandatarij actione mandati contraria *A iuxta notata in deciſ. Ianuenſ. 125. n. 2. & 3.* eadem ratione videtur dicendum teneri etiam ad recambia, cũ in mandato etiam illa comprehendãtur, ibi, *& queſto quante volte vi piacerà, che ne ſarete rimborzati di tutto cõ le ſpeſe di voſtra prouiſione, & altri cãbi che vi concorrerano*, quæ verba non niſi in recambijs verificari poſſunt, cum enim in principio Pepuli, & Maluetij mandatum dediſſent accipiendi ad cambium, non erat opus dare aliam facultatem cambiandi, vndè dicta facultas cãbiandi *tante volte, &c.* intelligitur de recãbijs, præcipuè iunctis ſequentibus verbis, *che ne ſarete rimborzati di tutto, e d'altri cã. bi, che li correranno*, alias dicta verba eſſent ſuperflua, & Scappi non poſſent integrè ſatisfieri, ſi facultas cambiandi reſtringeretur ad vnam vicem. *Dec. conſ. 362. in princ.* cum integra ſatisfactio hoc caſu conſiſtat in recambijs *dec. Ianuen. 134. nu. 4.* item, & ſæquereturque quod Scappi non recãbiando cogerẽtur ex proprijs pecunijs prima cambia ſoluere, quod non eſt credendum, ipſos, qui ſunt mercatores acceptaſſe.

Quibus nõ obſtat, prædicta procedere ſi Scappi
2 accepiſſent pecunias ab alijs. Sed cũm illas acceperint à ſe ipſis fuerunt effecti creditores ipſorum mandantium, qui propterea de hoc erant certiorandi mediãte intimatione. Quia vltra, quod hoc negatur in facto, dicebatur, quod cum in mandato fuiſſet data facultas accipiendi ad cambium, etiam a ſe ipſis, id potuerũt facere abſq; aliqua interpel-
B latione *B* & hoc caſu repreſentabant dupli-
C cem perſonã *C* mandatarij ſcilicet, & creditoris dantis pecunias ad cambium, quod nõ eſt nouum, *l. 1. ff. de off. conſul. cum alijs adductis per Surd. conſ. 183. num. 42. lib. 2.* Ad alia verò, quæ in contrarium placuerũt Dominis reſponſiones datæ per informantes, & in dicta deciſione ſub 22. Aprilis.

A HÆC *non ſolum confirmãt ea, quæ latè poſui ſupra hac eadem tertia diſp. qu. 11. ſed eodem præcipuè fundamento à priori.*

B *Hic tandem agnouit Sacra Rota interpellationem hanc non eſſe neceſſariam, quam alias non requiſiuit nulla iuridica ratione, nec de ea vllam mentionem nos fecimus d. queſtione vndecima. Cũ enim interpellare nihil aliud ſit niſi admonere, vel requirere l. mora ff. de vſur. & traiectitia ff. de act. & oblig. & nõ poteſt.*

ff. de iud. Nõ apparet qua ratione is, qui habet ex mora debitoris facultatẽ cãbio capiẽdi, & recãbiandi sũmã debitã teneatur ad hoc faciendum interpellare debitorem, cum alias certum habeamus in facti obligatione non exigi interpellationem DD. communiter l. si ita, & l. existimo §. ex hac ff. de verb. oblig.

C *In hoc fuisset fortasse ductius, & diligentius inistendum, & examinandum an, & quomodo duplicem hanc personam creditores adimpleuerint tam in perfectione prioris cambij, quam in celebratione secundi, & sic in recambiando; nam non de facili administrari posse patet ex eis, quæ posui supra hac eadem tertia disp. quæstione octaua; iuncta quæstione decima quarta disputationis primæ, vbi in specie perpendi cum alijs iuribus dispositionem l. primæ ff. de offic. consul. quæ in proposito adducuntur ad probandam duplicitatem personæ.*

DECISIO XXIX. aliàs 559.

R. P. D. Dunozetto.

Romana, seu Florentina pecuniaria. Lunæ 9. Iunij 1614.

ARGVMENTVM.

Cambia debentur ab eo, qui ordinem dedit, si sint realia,

1 *Mandans accipi cambium tenetur de suo.*
2 *Cambia quæ non sunt realia non approbantur.*
3 *Assertioni partium non est standum, ne appeariatur via fraudibus.*

DOMINI censuerunt deberi cambia vsque ad diem solutionis scutorum 4000. Cum enim Pisotus indigens pecunijs dederit ordinem Antonio Rembo accipiẽdi dicta scuta 4000 ad cambium, & Antonius illa acceperit, tenetur Pisotus ex lege conuentionis ad omnia cambia, etiamsi non dedisset mandatum

A expressum pro sequentibus cambijs, A ex quo Antonius non tenebatur de proprio exhinguere nec prima, nec secunda cambia. *Dec. conf. 562. nu. 1. & seqq. Cagnol. in l. 1. num. 45. & seqq. C. de sent. quæ pro eo. Strach. de mercatur. tit. mandat. nu. 20. Tiraq. in l. boues §. hoc sermone limitat. 6. nu. 8.* ideoque eo magis procedit hoc casu, stante consuetudine in Ciuitate Florẽtiæ, vt semel datus ordo accipiendi pecunias ad cambium, duret donec, & quousque per ordinantem fuerit facta solutio, secundum quam consuetudinem censetur Pisotum ordinem dedisse *Roman. conf. 114. nu. 5. vers. quoad secundum Dec. conf. 441. nu. 9. & seqq. Strach. loc. allegat. nu. 19.* Quod verò Antonius habuerit in manibus pecunias redactas ex mercibus Pisotti, ex quibus potuisset extinguere prius d. summam nullibi iustificatam, & cõtrarium colligitur ex litteris eiusdem Pisotti, & ex computis per ipsum approbatis.

Verum quia in hac positione non videbatur
2 iustificatum cambia fuisse realia, & propterea reprobata tam ex constitutione Pij V. quam de iure, vt fuit resolutum in Mediolanen pecuniaria 27. Martij 1602. coram Litta, ex qua tollitur fundamentum, quod fiebat super approbatione Pisoti in computorum solidatione non enim standum est

B assertionipartium, B ne aperiatur via fraudibus, & vsuratiæ prauitati *Bart. in l. si forte de Cassr. pecul. Iaf. in l. donationi C. de collat.* licet posset etiam dici approbationẽ intelligendã esse quatenus cambia sint realia. Ideo domini resoluerunt cambia deberi, & illa probabuntur realia, & ita decisũ.

A *HÆC conclusio potest adduci in vim ampliationis ad ea, qua disputauimus supra hac eadem tertia disputatione quæstione vndecima de facultate cõcessa cambiandi. Nam si mandatum de cambio capiendi de per se nullam continens expressam reiterationis cõcessionẽ id operatur, multò certius id verum erit, quando expressè conceditur facultas iteratò capiendi, & toties quoties casus contigerit vsque ad integram satisfactionem, l. ille, vel ille ff. de leg. 3. cum vulgaribus. Et pro hoc dicto stat, expressè Stracc. mandat. num. 20.*

Et

B *Et hæc etiam tendunt ad corroborationem eorum, quæ poſuimus ſupra in dicta queſtione undecima, in fine, vbi adduxi rationem à priori cur facti ipſius probato, ideſt cambia fuiſſe celebrata, non poſſit remitti dicto etiã iurato creditoris, quia ſcilicet, id quod iuratum eſſet, nõ eſt reducibile arbitrio boni viri.*

DECISIO XXX.
alias 283.

Ex deciſionibus Card. Manticæ.

Romana Cambiorum Veneris 3. Iunij 1594.

2 *Cambia ſunt licita, quando recipiuntur, vt pretium periculi, quod in tranſmiſſione pecuniarum verſatur, neque generalis cõſuetudo ſeruanda eſt nu. 2.*

3 *Argumentum à contrario ſenſu rectè ſumitur, quando ad limites verborum ſenſus directi reſtringitur, nec aliquid extrinſecùs adijcitur.*

4 *Tacitus conſenſus, qui colligitur ex facto, nõ extenditur vltra limites ipſius facti.*

5 *Cambia non debentur quamuis pecunia tradita fuerint ad cambia, & deberent cambiari, niſi verè fuerint cambiata.*

6 *Intereſſe poſt moram petitionis ab eo, qui eſt ſolitus negotiari, & damni emergentis, & lucri ceſſantis, ſed debet probari, quod habuerit merces paratas ad emendum, & quod propter defectum pecuniarum non potuit emere, vel alio modo lucrum reddatur certum.*



ONCLVSVM fuit cambia Do. Antonio Mariæ de Gradis tam quam hæredi q. Petri eius fratris in caſu pro poſito non deberi.

1 Nam tunc cambia ſunt licita, quando recipiũtur, tamquam periculi pretium, quod quidem in tranſmiſſione pecuniarum verſatur,

A *l. periculi de naut. fen. Bald. in rubr. C. de conſti. pec. num. 1. & in conſ. 348. num. 6. lib. 3. Rem. in conſ. 238. n. 6. & 8.* in propoſito autem non apparet vllam ſuſcipiendi periculi factam eſſe mentionem, quando pecuniæ à dicto Petro de Gradis q. Iulio Boſco, & q. Paulo Gauotto nummulatijs, fuerunt traditæ: ergo non debentur.

2 Non obſtat, quod ex ſtylo, & generali conſuetudine mercatorum, cambia ſint permiſſa: quia hoc ſane intelligitur de cambijs licitis, ahoquin conſuetudo tamquam inducens vſurariam prauitatem ſeruanda nõ eſt *clem. vnic. ad fin. de vſur.* & in terminis conſulit Rom. *d. conſ. 238. nu. 11. verſ. ad tertiũ & verſ. præterea.*

Neque obſtat quod ex quibuſdam partitis librorum colligatur tacitum mandatum dicti Petri de Gradis ad cambiandum pecunias, dum in eis dicitur, quod pecuniæ illarum partitarum ex ordine Petri retinentur indiſpoſitæ, quia ex hoc non infertur tacitum mandatum ad cambiandum alias pecunias

B cum periculo B ipſius, quod eſt neceſſariũ, vt cambia ſint licita, vt ſuperius dictũ eſt.

3 Neque enim in argumento, quod a contrario ſenſu deducitur, aliquid extrinſecùs ſumi poteſt, ſed reſtringitur ad limites verborum ſenſus directi, *Anton. de But. in c. cum apoſtolice in vlt. not. de his quæ fiũt à pralat. & tradit Dec. in l. 1. num. 53. de off. eius, & Zac. ad tit. nu. 7. & Crau. in conſ. 460. num. 12. & Decia. in conſ. 32. num. 33. cum ſeqq. lib. 2.*

Accedit etiam quod mandatum ad vnguem debet obſeruari *c. cum dilectæ, de reſcrip. & l. diligenter ff. mand.* & ideo non videtur poſſe ſumi hoc argumentum a contrario ſenſu, *c. vlt. & ibi not. Anto. de But. de verb. ſign.* & hanc opinionem licet aliqui contradixerint, ſequitur *Iaſ. in l. inter ſtipulantem §. Sacram. nu. 26. verſ. limita de verb. oblig. Iacob. de Nigr. in d. l. 1. nu. 41. de offic. eius*, itaque cum de periculo pecuniarum in dictis partitis nihil dictum fuerit, ex tacito mandato Petri non poteſt intelligi, quod in reliquis pecunijs, periculum ad eum deberet pertinere, & conſequenter dici non poteſt, quod cambia ad eius periculum ficri

C poſſent: nam ſi damnum C contigiſſet, ipſe facilè potuiſſet contradicere: ergo cambia non debentur.

Neque obſtat quod aliqua cambia eidem Petro fuerint ſoluta: quia primo fuit reſponſum, quod conſenſus tacitus, qui colligitur

4 ex facto, non extenditur vltra limites ipſius facti, *cap. ſollicitudinem de appel. Bar in l. 1.*

§. ſi

§. si quis hoc interdicto, de itin. actuq; prima Decis. conf. 460. num. 7.

5 Secundo fuit responsum, quod, & si pecuniæ eo anno non fuissent traditæ, vt deberent cambiari (quod tamen non conceditur) adhuc cambia petri non possunt, nisi pecuniæ verè

D fuerint cambiatæ. D Nam si non apparet fuisse factam veram, & realem commutationem pecuniarum cambia dicuntur ficta, & simulata, vt fuit sancitum in constitutione f. l. ec. Pij V. super exercēdis cambijs, quæ est in ordine 148. & ita decisum fuit coram Sanctissimo tunc temporis Rotæ Auditore in Mediolanen. cambiorum de Cusanis 19. Decembris 1580.

Vnde si pecuniæ verè non fuerunt cambiatæ, potest solum agi ad interesse propter morā,

E habenda est ratio, non solum damni emergentis, sed etiam lucri cessantis, *l. 3. §. vlt & ibi Bart. & alij de eo, quod certo loco. Rom. in l. si constante §. quoties num 21. vers. nona conclusio, ff. Sol. matr. & in l. in insulam §. viuras nu. 12. cod. tit. Anch. in clem. 1. §. sanè vers. secundo quero de vsur. & plerique alij*, quod tamen est intelligendum si probetur, eum qui est solutus negotiari habuisse merces paratas ad emendum, & propter defectum pecuniarum, non potuisse emere, vel si aliquo modo luctum redditur certum, vt explicat Paul. Castr. *in d. l. 3. §. vlt. num. 3. de eo, quod certo loco, & Dec. in cons. 232. nu. 5. vers. sed ista lucra cessante*, & ita sæpissimè fuit resolutum in Rota *Put. dec. 227. num. 1. lib. 1 Mobil. dec. 102. & 103. alias 1. & 2. de vsu.* quod fuit etiam dictum in d. Mediolanen. cambiorum de Cusanis in vers. quo vero ad cambia, & ita intelligendum est etiam laudum D. Venerei, quod a partibus fuit emologatum, dum declarat ab vtraque parte, solui debere interesse, quod legitimè decurrum est; nam de cambijs nō loquitur, sed de

F interesse Fl legitimè decurso, & decurrendo quod intelligitur secundum leges. *l. de pollic. & l. legitima conuentio ff. de pac.* & de hoc interesse in hoc dubio non agitur.

Ex his itaque placuit Dominis cambia D Antonio Marię non deberi nisi aliud probetur.

ma, quæstione decima tertia, & disp. tertia, quæstione nona. Nec huiusmodi assertio videtur probari per textum, qui adducitur in l. periculi ff. de naut. fen. Nam in illo textu Scæuola 1. C. nihil aliud respondet, præterquam ad instar traiectitiæ pretij periculum esse, si quis mutuans sub conditione quamuis penali non extitura vltra pecuniam mutuatam quid præter eam receperunt sit. Quæ dispositio quam sit aliena à quæstione proposita, in qua non de mutuo, sed de cambio agitur, quod ab illo toto cælo differre notissimum est & probaui disputatione prima, quæstione septima. Nec valdius fundamentum fieri potest super allatis consilijs Baldi, & Romani, de quorum doctrina latius egi in peculiaribus quæstionibus vigesima tertia, & vigesima quarta secundæ disputationis.

B *Nullum mercimony genus periculosius cambio, & nullum magis extra periculum codicis respectu diuersorum, vt exposuimus supra hac eadem tertia disputatione, quæstione decima ad finem. Propter ea si periculum, de quo hic agitur intelligi deberet de periculo nominis, quatenus scilicet debitor futurus ex cambio sit cessaturus non soluendo, tunc absque dubio procedit assertio, quæ tamen non esset admittenda, quatenus intelligeretur de alio periculo prout supra lit. A.*

C *Dum de domino meminit referret scire an de illo intelligat prout respicit periculum, prout videtur referendum retento supposito, de quo in principio decisionis, & tunc eadem cum moderatione accipiendum, Quod si de damno intelligit, prout correspondet lucro, & quādoque contingere potest, vt exposuimus dicta quæstione decima tertia disputationis primæ, tunc absque dubio cum sit de natura cōtractus cambij, vt ibi vidimus absque dubio procedit assertio.*

D *Et hæc adduci possunt ad confirmationem eorum, quæ exposuimus supra hac eadem tertia disputatione quæst. vndecima.*

E *Et hæc ad confirmationem eorum, quæ hac eadem disp. quæst. nona.*

F *Hinc colligo vtilitatem eorum, quæ ex professo disputauimus supra hac eadem tertia disputatione, quæst. nona.*

A NON esse tutū hoc fundamentū, sed lucrū cāby aliundè prouenire quam ex periculi prætio probant sæpius, sed præcipuè disp. prima

R. P. D.

DECISIO XXXI.

Coram R. P. D. Remboldo.

Romana Cambiorum Veneris 19. Iunij 1626.

1 *Forma mandati eſt diligenter obſeruanda, eſt enim ſtricti iuris.*

2 *Geſta contra formam mandati ſunt nulla.*

3 *Habens mandatum cambiandi cum quibuſuis Mercatoribus non dicitur habere mandatum cambiandi cum ſe ipſo.*
Contrarium tamen num. 13. & plur. ſeq. & num 27. declaratur.

4 *In mandato quantumuis generali nunquam venit perſona procuratoris, niſi illa exprimatur.*

5 *Procurator ad reſignandum non poteſt ſibi ipſi reſignare, ſed vide nu. 23.*

6 *Procurator ad vendendum, eligendum, non poteſt ſibimet vendere, aut ſe ipſum eligere. Sed vide num. 22.*

7 *Procurator ad girandum non poteſt girare in ſe ipſum.*

8 *In mandati obſeruatione non inſpicitur, an interſit mandantis, nec ne. ſed ſola intentio, vtrum voluerit perſonam procuratoris in mandato comprehendere, quod in dubio non præſumitur.*

9 *Intereſſe mandantis pro excluſione perſonæ mandatarij poteſt conſiderari ſi detur poſſibilitas vt inde intereſſe, & nu. 10.*

11 *In mandato verborum ſonus tantum attenditur.*

12 *Omnis interpratatio pro excluſione vſurarum debet adhiberi.*

DOmini dixerunt cambia de quibus agitur non deberi, quia D. Aſtius non habuit mandatum ad cãbiandum cum ſe ipſo; cambia verò de quibus agitur, ſunt facta cum ſe ipſo, atque ita contra formam mandati, *A* nec per conſequens debentur dicta cambia, mandata enim ſunt ſtricti iuris, & debent diligenter ſeruari, & facta contra formam mandati non tenent, *l. diligenter, ff. mand. cap. cum dilectæ de reſcript. Rot. deciſ. 469. num. 2. par. 2. in recent.*

A 1

3

Non obſtat quod Aſtius habuit mandatum cambiandi cum quibuſuis mercatoribus, & propterea videatur habuiſſe mandatum cambiandi cum ſe ipſo, quia in mandato quantumuis generali numquam venit perſona procuratoris, niſi illa exprimatur, *B l. ſi mandauero tibi, §. tibi certum, ff. mand. Bal. in l. ſi is cui, nu. 2. C. de fort. & in l. dono nu. 7. uerſ. quæro data eſt poteſtas creditori, C. de exec. rei iudic. Calder. conſ. 31. tit. de teſtam.*, atque hinc habens mandatum ad reſignandum, non poteſt ſibimet ipſi reſignare, *C. Menoch. conſ. 296. num. 2 ocum aliis per Pariſ. qui teſtatur ac communi de reſig. lib. 2. tit. 17. nu. 192.*

4

B

C

5

Nec qui habet mandatum ad vendendum, *D* ſubſtituendum, eligendum, poteſt *D* ſibimet ipſi vendere aut ſe ipſum ſubſtituere, vel eligere, *Bart. in l. ex facto num. 37. ff. de vulg. Menoch. d. conſ. 295. nu. 10. Burſat. conſ. 395. nu. 24. lib. 4. Cald. d. conſ. 31. tit. de teſtam.*

6

D

Et in ſpecie quod Procurator conſtitutus ad girandum non poſſit ſe ipſum girare tenet *Surd. conſ. 4. nu. 38. verſ. nec mouent.*

7

Non obſtat, quod Octauij, qui dedit mandatum Aſtio ad cambiandum, non intereſt, quod Aſtius cambiauerit cum ſe ipſo, vel cũ alijs, quia præterquam quod in hac materia non inſpicitur an mandantis interſit vel non, ſed ſolum attenditur ipſius mandantis intentio, *E* vtrum ſcilicet voluerit comprehendere in mandato perſonam procuratoris, & in dubbio non præſumitur, quod voluerit eam comprahendere, niſi perſon eriam procuratoris ſit expreſſa, vt patet ex ſupra allegatis.

8

E

Videtur etiam in caſu iſto conſiderari poſſe *F* aliquod intereſſe mãdantis, *F* propter quod non voluerit comprehendere in mandato perſonam procuratoris, quia ſcilicet contingere poterat, quod Aſtius non inueniret mercatorem, qui illi credere voluiſſet, quo caſu Octauius remaniſſet ſub nuda obligatione reſtituendi mutuum, nec fuiſſet obli- *G* gatus ad cambia, *G* aut certè Octauius cogitare poterat, quod ſi Aſtius non haberet mandatum cambiandi cum ſe ipſo ſed cum alijs, vt ceſſante ſuo intereſſe eſſet adhibiturus omnem diligentiam, vt inueniret mercatorem, qui cambiare voluiſſet pretio quod facturus non fuiſſet, ſi habuiſſet facultatem cambiandi cum ſe ipſo, *H* & ſic non ſine ratione Octauius non voluit ei dare facultã-

9

F

10

G

H

cultatem cambiandi cum ſe ipſo.

Et in omnem euentum, ſatis eſt ad effectum, de quo agitur poſſe eſſe dubiũ, an Octauius voluerit comprehendere in mandato perſonam Aſtij: in hac enim materia facienda eſt ſtricta interpretatio, & non vltra, quam verba ſonant, quinimò omnis potius interpretatio ſumi debet ad excluſionem vſura-
12 rum ex allegat. per Card. Mant. *de contrad. lib. 3. tit. 16. nu. 43.*

Non obſtat quod de ſtylo mercatorum ſub facultate cambiandi cum quibuſuis mercatoribus ſemper cenſetur comprehenſa perſona procuratoris, quia ſtylus iſte non probatur, quin etiam conſtat de ſtilo contra-
1 rio: *l* quando enim mandantes volunt cõprehendere etiam perſonam procuratoris id ſolent exprimere, vt paſſim fieri conſueuit, atque ita cum Octauius non expreſſerit perſonam Aſtij, cenſeri debet noluiſſe eam comprehendere, quia ſi voluiſſet eam comprehendere id expreſſiſſet.

HÆC deciſio continet argumentum valdè ſingulare, & niſi tanta eſſet auctoritas Rotæ non ità de facili cum ea tranſeundũ eſſet, ego certè ſi iudex eſſem adhuc ſubſiſterem. Neque enim valdè ſtringunt ea generaliora; quod ſines mandati diligenter ſunt cuſtodiendi; cum non minori vi vrgeat in contrarium alia regula: mandatum ſcilicet poſſe adimpleri per æquipollens. l. vltima §. vltim. ff. mandat. l. non ſolum & ibi Alex. n. 5. ff ſolut. matr. Iaſ. l. 1. n. 16. ff. de lib. & poſth. Ruin. conſ. 111. nu. 11. lib. 4. Curt. iun. conſ. 19. nu. 15. verſ. Poſſet enim mandatum cum ſequentibus præſertim quando ſumus in caſu mandati, in quo non eſt expreſſa clauſula illa (non aliter, nec alio modo) c. cum dilectæ, de reſcript. c. cui de facerdotali. de prabend. Et cum certum habeamus mandatum ad ſimilem caſum extendi quando eadem militat ratio. d. l. vlt. ff. mandat. & per eam Aret. l. non ſolum in princ. ff. ſolut. matr. Alex conſ. 34. num. 11. lib. 2. plenè, Cravett. conſ. 748. num. 32. præſertim quando conditio mandatis deterior non ſit l. ſi quis mihi bona §. inſtam ff. de acquir. hæredit. Non apparet de quo nam conqueri poſſit debitor, qui creditori conceſſit facultatem cambio capiendi ſummam debitam; ſi eam à ſe ipſo non ab alijs capit, dũmodo iuſto id pretio fecerit, & cum ille dicatur ſimilis caſus, qui eundem habet effectum l. qui liberis, in princ. & ibi Imol. & Alex. quo inſpecto ſatis eſt vt quoquomodo ſequatur l. mulier ff. ad Trebell. l. ſi mater. C. de inſt. & ſubſt. Grat. conſ. 159. nu. 11. lib. 2. videtur in caſu eundem effectum prorſus conſiderari poſſe, & per conſequens in mandato comprehendi; prout in puncto in effectu mãdatum impleri tradit Purpur. conſ. 600. verſ. nec refert. Cravett. conſ. 748. num. 32. Decia. conſ. primo nu. 117. lib. primo. Vnde cum in deciſione nihil proponatur, per quod conditio debitoris effectu fuerit deterior, nullumque diuerſum effectum futurũ fuiſſe, ſi debitor non à ſe, ſed ab alijs pecunias cambio epiſſet abſque iuridico fundamento videtur deſiderari mandatum magis ſpecificum.

Accedat propius ad caſum, de quo agimus, quod non eſt in facultate indigentis pecuniæ ad cambium, eas ad habitum habere, nam ſæpe ſæpius, & ex pluribus cauſis poteſt contingere, vt requirens pecunias ad cambium, ab alijs eas obtinere non poſſit, vel non ità de facili, præſertim in feryis, & explicuimus in prolegomenis ad hanc tertiam diſputationẽ 7. & in diſputatione ſecunda, quæſtione decima octaua; Quod ſi contingeret, tunc certius eſt poſſe à ſe ipſo recipere, cum facilius recipiendum ſit per æquipollens adimpleri poſſe mandatum, quando ad limites verborum impleri non poteſt, c. ſtatuimus, & ibi Io: And. de off. delcg. in 6. Cravett. d. conſ. 478. nu. 16. facit l. in teſtamento; arguendo de vltima voluntate ad contractus, ff. de condit. & demonſtr. Quibus in terminis non eſſet faciendavis ſuper eo, quod tali caſu deberet creditor probare non habuiſſe à quo recuperet cambio, prout videtur connaturale ei, qui aliquid aſſerit. Nam hoc caſu, quo per debitorem datur culpa creditori, quod ab alijs non receperit, tenetur ipſe culpam in ſpecie probare, vt in ſpecie probat Bart. l. idem crit. ff. pro ſoc. inquiens quod ſi quis probare voluerit culpã eius, qui debuit procuratorem mittere, probare debuit facilè procuratorem, quem mitteret habere potuiſſe; idem in marito, cui culpa obijcitur, quod Medicum in curanda vxore non adhibuerit, idem Bart. l. tutor qui repertorium, §. ſi poſt depoſitionem, in fin. ff. de adminiſtr. tut. ſequitur exornando Dec. conſ. 430. Gem. in conſ. 832. probat Strach. tit. mand. num. 39. & 40. Cum igitur in caſu deci-

decisionis admittatur creditorem habuisse vt debitore facultatem cambio capiendi ab alijs id, quod si debebatur, interesse, & damno debitoris, nihilq; aliud obijciatur ei reposenti creditum eum dicto interesse, praterquam a se, non ab alys recepisse pratextu deficientia mandati, put arem debitorem contra bonã fidem agere: quæ li in omnibus contractibus bonæ fidei exuberare debet, vt probaui disp. prima, quæst. duodecima, certè in mandato, quod ab officio, & amicitia originem traxit ieste Vlpiano l. prima, ff. mandat. iniquissimum esset defiderari.

B *Hæc quidem doctrina facile posset euitari, cũ in longe diuersis terminis procedat. Textus namq; in allegata l. si mandauero tibi 22. §. si tibi centum ff. mandat. loquitur in tradẽte rem, & mandante, vt alij, cui vellet, daret, nam sibi habere non potest, prout explicat ibi glos. verb. vt quæ velles, in emendatiori lectura, & sequitur Bald. in allegata l. si is, cui C. de fact. cum id absque dubio faciat cõtra voluntatem mandantis, nec per dictam retentionem sequatur effectus a mandante contemplatus, contrarium eius, quod procedit in casu decisionis, in quo idem effectus a mãdante contemplatus, contrarium eius, quod procedit in casu decisionis, in quo idem effectus prorsus sequitur, a quocumq; tandẽ creditor cambio accipiat, siue ab alio, siue a se ipso. Nec magis stringit traditio eiusdem Baldi in allegata l. ordo. C. de except. rei iud. num. 7. vbi firmabat quod iussus vendere nõ potest sibi emere. Nam quicquid sit de illa doctrina, quam certè non probat textus allegatus in l. non licet. C. de contr. empt, procedens in officiali, cui non licet ea emere, quæ ad suam administrationem pertinent, & cõtrarium videtur probare. Bart. in l. 2. C. si in caus. iudic. & solum prohibitum ex præsumpta simulatione ad textum cum sua materia in l. Et qui sub imagine C. de distr. pignor. non autem ex deficientia potestatis, cũ præcedente, vel subsequente consensu Domini nihil prohibeat aliquẽ sibi ipsi emere, vt fusius prosequutus fum disp. prima, quæst. 15.*

C *Sed hoc non prouenit ex defectu mandati præcisè, sed ex natura actus resignationis, quam etiam si specialissimè iussus esset procurator sibi ipsi facere, adhuc expedire non posset. Et ratio est: Quia ad resignationem non solum resignantis consensus, sed etiam resignatarij necessarius est c. r. c. ne captanda de conces. præben. in 6. Imol. & alij in c. accedens de præbend. Vnde sicut ad resignandum exigitur mandatum speciale c. qui ad agendum, de procur. lib. 6. Cardin. & alij in clem. vna, de renunciation. ita etiam requiritur ad acceptandam renunciationem. Panorm. & alij d. c. accedens. Et hinc fit, vt impossibile prorsus sit, vnam, eamdemq; personam posse verũ que consensum expedire, quod esset sibi ipsi resignare, vt plenius probaui d. quæst. decima quinta. Cũ nec prædicta ratione possit vnus & idem procurator constitui, licet specialissimè ad resignationem faciendam, & acceptandam, vt in puncto Rebuff. de procur. ad resign. constit. num. 16. Dato igitur casu, qui supponitur in decisione, creditorem cepisse cambio à se ipso, quod fieri posse, & hæc decisio admittit, & quibus concurrentibus procedat, posui supra hac eadem disput. quæstio. octaua, ineffaciter videtur reprobari ex defectu mandati, exemplo resignationis, cuius defectus aliunde prouenit; quæ inductio si procederet, nec etiam capere quis posset cãbio à se ipso, etiam si expresse mandatum esset, quod est contra suppositum decisionis.*

D *Procedit. sed non viget vt in gl. præced.*

E *Quæ tamen impleri potest per aquipollẽs per supra dicta litt. A & sequitur Rot. nostra de mereat. apud Bellon. decis. 8. num. 8. & dec. 154. nu. 2.*

F *In hoc (ni fallor) fuerat insistendum pro hac parte; Nam vix fieri posse puto, quod non interfit, nisi præfinitum esset pretium a mãdante, quo pretio cambium illud celebrari deberet, vel Platea, pro qua cambiandum esset, quod quidem pretium quemadmodum possit augeri, vel minui, posui in disputatione prima, quæstione decima tertia, & plenius quæstione 4. & de diuersitate Platea eadem disputatione quæstione vigesima octaua, & disputatione secunda, quæst. decima octaua. Cum enim (vt posui in locis prædictis) ex pretio, quo cambia celebrantur, & ex Plateis, in quas solutio desiuatur, maius, vel minus lucrum proueniat in cambijs, vix esse posset (vt dixi) vt non interfit debitoris potius hoc, vel illo pretio pro hac, vel illa Platea celebratum fuisse cambium, idque remissum esse libero arbitrio creditoris, qui a se ipso capiendo, vilitati proprie potius, quam alienæ sit consultus; Et propterea absolute loquendo ex hoc capite non esset permittenda hæc facultas; Sed si in mandato esset expressum pretium, & Platea, pro quibus cambium celebrandum, tunc intrepide censerem substi-*

uendum eſſe, licet à ſe ipſo cepiſſet, quantũuis hæc facultas in mandato non fuiſſet expreſſa, cum tali caſu nihil interſit, nec intereſſe poſſit debitori.

G *Hoc gratis dicitur, nam facit ſemel ſolutione de mandato debitoris certum eſt venire cũ ſorte quodcumque intereſſe ex obligatione. l. inter cauſas §. cum ſeruus ff. mandat. plenè Cruet. conſ. 247. Rot. noſtra de mercat. apud Rellon. dec. 120. nu. 2. dec. 174. num. 2. & dec. 178. nu. 2.*

H *Et in hoc (ni fallor) fuerat inſiſtendum.*

I *Et hic apud nos frequentiſſimè ſeruatur.*

DECISIO XXXII. aliàs 380.

Coram Pirouano

In eadem 18. Iunij 1627.

1 *Mandatum ad cambiandum cum quibuſuis mercatoribus non impletur cambiando cũ ſe ipſo.*

2 *Mandatum poteſt conferri ad cambiandum cum ſe ipſo.*

3 *Concurſus plurium perſonarum in vno, & eodem mercatore datur.*

4 *Mãdatarius nõ venit appellatione mercatoris.*

5 *Contationes ſunt vniformes, ſcilicet cambiorum pretia. Sed contrarium nu. 6. &*

7 *In mandato veniunt ea, quæ ſunt de generali conſuetudine mandantium.*

8 *Mercatoribus fides integra non datur in his, in quib. poſſũt habere intereſſe in genere.*

9 *Conſuetudo quæ requirat, vt probata dici poſſit, & valeat.*

10 *Si diuerſimodè ſe habeat, attendi debet illa, quæ iuri communi eſt conformis, & quæ minus ſit præiudicialis tertio nu. 11.*



Auſa iterũ poſita ſuper dubio, an debeatur cãbia, dictum fuit ſtãdũ eſſe in deciſis, quia huius reſolutionis fundamenta vera ſunt, nẽpe

1 mandatum non ſit ſufficiens ad cambiãdum cum ſe ipſo, cum de hac facultate mandatũ non loquatur, & quod cõſuetudo, aut ſtylus mercatorum in caſu controuerſo non probatur.

Non obſtat quæ replicantur ad ſubſtinendum

2 mandatum reſpectu facultatis cambiãdi cũ ſe ipſo tamquã a iure non improbatæ *Rota Ianuen. dec. 32. nu. 4. Scac. de commer. & cãb. §. 3. gl. 2. nu. 25. in fin.* Rota in Romana, ſeu Florentina pecuniaria 12. Ianuarij 1615. coram bo. mem. Seleucien, *& deciſ. 370. nu. 2. part. 2. recent.* & poſſibilitatis, ac vtilitatis repreſentandi plures, perſonas in eũdem mercatorem Nauarr. conſ. 31. verſ. ad octauum de vſur. & in Romana cambij 10. Iunij 1620. coram Cardinali Sacrato.

Quia non eſt quæſtio de facultate cambiandi

3 cum ſe ipſo, aut de poſſibilitate concurſus plurium perſonarum, in eumdem, & de facilitate ſatisfaciendi, ſed de voluntate cõſtituentis procuratorem, cui magis placuit dare facultatem cambiandi cum quibuſuis mercatoribus, quorum mercatorum appellatione de iure non includitur perſona mãdatum recipientis nedum ex propria ſignificatione, *l. ſi mandanero tibi §. ſi centum tibi ff. mand. Bald. in l. ſi is cui num. 2. C. de furt. & in l. ordo num. 7. verſ. clara eſt poteſtas eredit. C. de execut. rei indic. cum alijs allegatis in prima deciſ.* Sed nec etiã ratione intereſſe debitoris mandantis, pro quo poteſt ſecurius, & vtilius cum alijs mercatoribus negotiari, quam ſi ſibi ipſi mercator contationem, vt dicunt, faciat & quamuis replicetur intereſſe non probari, ex quo contationes ſemper ſolent eſſe

5 vniformes, dum pretia cambiorum alte-

A rari non poſſunt *A* tamquam declarata ab vniuerſitate mercatorum, vt notum dicitur. & teſtes examinati deponunt, attamen ſi de contatione, quæ fit in feriis Placentiæ, aut de altera, quæ fit in reditu feriarum agatur, reſponſio poſſet eſſe concludens, ſed de prima, quæ fit in Vrbe,

B cum mercator accipit à ſe ipſo *B* illa non

6 eſt ſemper vniformis, ſed variabilis, quia ex accidenti poteſt emere aurum viliori pretio, & vt dicunt, *a minor prezzo del conto*, ſi ab extraneis accipiatur, quam ſi a ſe ipſo, qui ſemper contentus erit communi, vti magis vtili propriæ contationi, & nihilominus in hac materia intereſſe nõ arteniditur, ſed id voluerit mandans, vt in prima deciſione fuit firmatum.

Non obſtat quod adhuc in generali mandato,

7 veniãt ea q̃ ſunt de genera cõſuetudine mãdantium.

dantium. *Bart. in l. fin. n. 5. ff. quæ in fraud. credit. Rom. conſ. 114. nu. 4. Dec. conſ. 449. nu. 27. cum aliis alleg.* & conſuetudinem, quod mandata comprehendant etiam perſonam procuratoris dicebatur probari ex teſtibus formiter examinatis iux. 12. & ſuper 4 & ex atteſtationibus mercatorum fori vniuerſalis Italiæ quæ datæ fuerunt.

Quia vltra quod tam teſtes examinati, quam alij, qui atteſtationes ſubſcripſerunt ſunt
8 mercatores, & deponunt mercatorum intereſſe ſtylum huiuſmodi ſuſtineri quibus proterea integra fides adhiberi nõ poteſt *Ale. conſ. 107. num. 3. lib. 1. Soc. Sen. conſ. 57. num. 45. lib. 4. Gab. de Ceſ. lib. concl. 4. nu. 73. & 93.*

9 Non etiam concludunt illa tria, quæ ſolent probari ad firmandam conſuetudinem, & ſignanter vltimum conſiſtens in conſenſu populi, diuerſimodè enim populus recipit hũc ſenſum, dum apparet ex diuerſis inſtrumentis datis, quod ſpecificatur etiã a ſe ipſis etiã deciſ. 31. Ianuarij ponit caſum in mandato expreſſo, & dec. 379. eũdẽ casũ ponit de mãdato expreſſo, vndè quãdo cõſuetudo diuer-
10 ſimodè eſt recepta vel allegari nõ poteſt ad interpretandam voluntatem conſtituentium vel illa eſt ſeruanda, quæ iuri communi eſt conformis *Rim. iun. conſ. 261. n. 24. & ſeq. lib. 3. Hond. conſ. 53. n. 14. lib. 3.* & prout in præſenti conuenit proprietati verborum, vt perſona recipientis mandatum, non comprehẽ-
11 datur, & quia tertio eſt minus præiudicialis *Seraph. dec. 1410. nu. 6.*

Et ita fuit reſſolutum.

A HOC *in praxi verum non eſſe, ſed variarè quandoq; & poſſe, & ſolere, patet ex eis, quæ latè poſui diſput. prima, quæſt. vigeſima ſexta.*

B Hic etiam laqueus enormis ex praxis ignoratione. Neq; enim creditor ex mutuo, qui habet facultatem à debitore ſumendi conſimilẽ ſummam cambio, cuius vſum legitimum eſſe, & hac cum præcedenti deciſione firmat, & facit ad corroborationem eorum, quæ de hac facultate latè diſſerui ſupra hac eadem tertia diſputatione, quæſtione vndecima, is, inquam, creditor non accipit cambio à ſe ipſo, vel ab alijs conſimilem ſummam in loco celebrati contractus, neque ad eum celebrandum; nam ſi id faceret, ridiculus eſſet, & priorem ſummam, quam debitori mutuauſſet, otioſam relinqueret, & lucrum, quod ex negotiatione, & reiteratione cambiorum conſequeretur, iuxta ea, quæ tradidimus ſupra hac eadem tertia diſputatione, quæſtione nona, imputaret ſummæ à ſe ipſo, vel ab alijs captæ; nullo autẽ modo mutuatæ; Quantitas namque, quam in vſum dictæ facultatis cambio capit à creditore, non eſt quantitas, qua contrahatur cambium, ſed illa, qua perficiatur per ſolutionem, & ſic non loco, vbi celebratur contractus, ſed in loco, vbi diſſoluitur, in ferijs videlicet, ad quas creditor tractam facit, vel fieri facit æquiualentem ſummæ mutuatæ, quæ vt compleatur per ſolutionem opus eſt pecunia, quæ cambij miniſterio comparatur per creditorẽ ipſum ab alijs, vel etiam a ſe ipſo, eaque comparata vtitur pro adimplenda tractæ illa ad ipſum ſpectante nedum cura, & ſollicitudine ſed etiam quoad intereſſe, vt explicatum eſt diſputatione ſecunda, quæſtione ſexta ſibiq; imputata, & cum ſimul remaneat debitor ex illo cambio ad ipſum ſpectante rattione curæ, & ſollicitudinis; ſed ratione intereſſe ad debitorem eamdem quãtitatem in alijs, & alijs cambijs vſque ad ſatisfactionem continuat, quæ quando facere poſſit ſecum ipſe, diſputaui ſupra qu. octaua. Ex quibus patet quo pacto impracticabile ſit id, quod aſſeritur.

DECISIO XXXIII. aliàs 381.

Coram R. P. D. Pirouano.

Romana Cambij Veneris 11. Maij 1635.

1 *Cambia realia dicũtur quando littera intercueniunt, & non redeunt inanes.*

2 *Creditor recambians cum ſe ipſo ex mandato an dicatur repreſentare perſonã debitoris.*

3 *Admonitio ſibimet non neceſſaria.*

4 *Littera exemplatæ ab originalibus probant, quando originales fuerunt producta, & aliquo caſu omiſſa.*

5 *Facultas cambiandi, & recambiandi indiſtincta non admittit reſtrictionem, vel à Placeis, vel à mundinis.*

6 *Mandatum ad cambiandum non impletur cũ ſe ipſo.*

7 *Quando cambiat mandatarius cum ſe ipſo, rigoroſè ſemper exiquitur, ſed quomodo procedat, nu. 10 & 12.*

8 *Ratificare cenſetur qui ſoluit ex contractu.*

9 *Solutum debet poni in cauſam duriorem.*



Præceſſerat contractus mutui inter Oricellarios, & Vincentium Mazzingum uſque de anno 1607. pro ſumma ſcutorum 10437. auri ſtamparum, data facultate per formalia verba'; *Che detto Mazzinghi li tenga ſopra Cambij, & recambij ſino al total ſuo imborſo, promettendo rimborſare detto Mazzinghi ſempre ad ogni ſuo piacere, & ritorni delle Fere, tanto della ſorte principale, quanto dell'intereſſi, che decorriranno.* Exinde ab eodem tempore uſque ad annum 1614. eadem ſumma ſuper cambijs, & recambijs fuit tenta, & continuata, & ad computum extinctionis debiti diuerſæ pecuniarum ſummæ pro Oricellarijs fuerunt ſolutæ, & inſuper cum noua apoca conuenerunt, quod ipſe Vincentius Mazzingus poſſet tenere ſuper Cambijs reſiduum eius, de quo poſſet eſſe creditor uſque ad integralem ſatisfactionē, & cum limitatione, quod Cambia non excederent ſex pro centanario in fine cuiuslibet anni, pro habenda igitur veritate ipſius reſidui, quam Domini etiam deſiderarant, dum hæc cauſa alias fuit propoſita die 18. Februarij 1628. electis hinc inde peritis cōcorditer retulerunt dictum reſiduum eſſe de ſumma ſcutorum 4925. 8. 6. de quo, cum hodie quæreatur, an debeatur, & pro qua ſumma, reſponſum fuit deberi.

Deberi autem reſiduum huiuſmodi ſufficienter probat realitas, & iuſtitia cambij, cum qua proceſſit Mazzingus, ſecundum formam mandati ſuſcepti, & ſeruando requiſita conſtitutionis ſanctæ mem. Pij Quinti, tam per litterarum tranſmiſſionem, vt vocant *dell'andata*, quam aliarum quas nuncupant, *del*
1 *ritorno*, cum quibus contractus cambij per-
A ficitur, & probatur *A* Rot. Ianuen. *deciſ. 1. n. 27.* & apud nos, idē ſæpius fuit firmatum, vt in Romana, ſeu Florentina cambiorum 12. Ianuarij 15. coram Archiepiſcopo Seleucię. & in Romana pecuniaria 14. Maij coram bo. me. Franciſco Vbaldo, & in Romana diſcuſſionis bonorum 16. Iunij 1630. coram D. meo Decano.

Nec in reintegratione cambiorum, & continuatione poteſt hæſitari quaſi pro pluribus nundinis ex forma eiuſdem Conſtitutionis Pij Quinti non licuerit, vel ſaltem propter grauius intereſſe cauſandum, neceſſaria eſſet intimatio, & ſcientia debitoris, vt in Mediolanen. pecuniaria coram bon. me. Litta, quæ eſt 82. part. 1. recent.

Quia primo caſu tollitur difficultas ex præcedenti mandato de accipiendo eamdem quātitatem ad cambium, & recambium uſque ad integralem reimburſationem, cum quo, ſicuti Oricellarij poterant pro pluribus nūdinis cambia reiterare, id & Mazzingo licuit, qui non ſuam, ſed mandantis perſo-
B nā repræſentabat *B* in recambijs contrahendis, *Dec. conſ. 562. in princip.* & in Bononien. quadern. 22. Aprilis 1615. coram bo. mem. Horatio Lancellotto in Romana, ſeu Florētina pecuniaria coram eodem Archiepiſcopo Seleucien. quæ eſt 459. par. 2. recent. & plenius fuit firmatum in Romana pecuniaria 13. Iunij 1616. coram D. Cardinali Pamph. Secundo verò caſu per eamdem rationem intimatio non requiritur ne ſibi ipſi perſonæ repræſentatæ fieret monitio ad ſoluendum Rot. Ianuen. *deciſ. 125. nu. 2.* & in eadem Bononien. quadern. coram Cardinali Lancellotto, & in Romana pecuniaria coram D. Card. Pamphilio ſupra allegatis plenè fuit firmatum.

Neque obſtant prætenſæ detractiones per Oricellarios. Primo nempe quod non debeantur cambia decurſa ab anno 1612. vſque ad annum 1614. cum deficiant litteræ originales, & vltimi duo periti tantummodo copias viderint, quæ ad perfectam probationem non ſufficiunt.

Quia verè non deficiunt cum realiter fuerint in actis productæ, ſed accommodatè computatori non fuerunt per Notarium recuperatæ, qui interim illis non reſtitutis deceſſerit, & nihilominus alias fuerunt exemplatæ a ſuis originalibus, & de nouo pro-
4 ductæ, quæ eamdem fidem faciunt, *Felin. in cap. cum l. Tabellio nu. 7. de fid. inſtrum. Mohed. deciſ. 1. cod. tit.*

Secundo pariter non obſtat oppoſita detractio, vt demantur cambia per plateas, & nō
C per nundinas *C* girata, tamquam magis rigoroſa, quæ in materia vſurarum cenſeri nō debent comprehenſa in mandato habente ſtrictam interpretationem.

Quia facultas data in mandato generalis eſt ad

ad cãbiandum,& recambiandum non facta expreſſione cambij per plateas,quod vocant per litteras , aut cambij per nundinas, & quamuis promiſſio ſoluendi dicat *a ritorni d'elle ſiere* non tamen adimit facultatem, ſed indicat tempus ſoluendi, & in caſum nõ reiterationis cambij.

Tertio, Detractioni non etiam locus eſſe videtur, vt ſcilicet demantur cambia contracta cum ſe ipſo quorum facultas data non legitur in mandato, neque expreſsè, neque
6 tacitè per legalem interpræationem, & in his terminis reſolutum dicitur in Romana cambiorum, primo coram bo. me. Remboldo 18. Iunij 1616. & poſtea coram me 18.
D Iunij 1627. D

Quia non eſt quæſtio in allegatis deciſionibus in facultate cambiandi cum ſe ipſis, ſed in voluntate euitandi maius intereſſe, & dum
7 cambiatur cum ſe ipſo ſemper fiunt contra-
E tiones ad rigorem, E vt dicunt *al conto*, non autem ad pretium currens, quod in preſenti ceſſat, quia in ſolidatione anni 1614. fuerunt indiſtinctè admiſſa huiuſmodi cambia cum ſe ipſis contracta ex quibus voluntas ſufficienter videtur declarata generalis, & non limitata ad extraneos, *l. ſed Iulianus, §. proinde. ff. ad Maced. Card. Mantic. de contract. lib. 2. tit. primo, nu. 4.* & eo clarior voluntas mandantis apparet, quia de eadem ſumma cambiorum fuerunt creati debitores Abbates illi, pro quibus Oricellarius promiſſerat, & contra eoſdem, pro eadem
8 ſumma fuit actum, itaut ſemper intret ratificatio *per legem ad ſolutionem, C. de re iud. Bald. conſ. 34. num. 1. vol. 2. Surd. conſ. 60. nu. 13. vol. primo.*

Quarto, Demum detractioni nõ etiam releuat, quod Mazzingus non contraposuerit ſummam ſcutorum 3500. de anno 1607. ab Oricellarijs receptam, debito currenti ſuper cambijs, ſed pro parte ſcutorum 207. non ſubiectam cambijs, neque in mandato contrahẽſam extinxerit, quod dicebatur ignorante debitore facere non potuiſſe, ſed tenebatur extinguere illud, quod ſub vſuris non ſtabat, tamquam continens cauſam durioré.

Quia ex facto tollitur & ſoluitur obiectũ nam ex enunciatiua ſecundæ apocæ apparet cõtrahenſa ſub eadem facultate cambiandi, & recambiandi vſque ad integralem ſatisfactionem ibi. *Il medeſmo Sig. Vincenzo accomodò doppo nel conto ſotto li 8. Ottobre di detto anno altri ſcuti 207. d. 8. d'oro ſimili, con facoltà di tenere le dette ſomme ſopra Cambij, & recambij ſin'al ſuo rimborſo.*

Vnde cum per contrapoſitionem prius extinxerit ex duabus ſummis minorem, inde reſſultabat idem effectus in fauorem debitoris, quoad maiorem, & pro vna ſumma, non autem pro duabus cambium factum fuerit.

Quo verò ad ſecundam partem dubij, ſcilicet ad quam ſummam reſiduum aſcendat, cum inter partes non adſit diſcordia in relatione arithmetica, Domini tranſierunt cum illorũ ſententia. Et ita &c.

A HÆC aſſertio intelligenda eſt cum grano ſalis; nam ſi vt ſonat, acciperetur, falſa eſſet; neque enim ſole litteræ cambij de itu, & reditu iuſtificat hunc contractum, nam ſi redijſſent inanes, vt loquitur Bulla allegata, tantum abeſſent à cambij probatione, quod imò demonſtrarent totum contrarium. Quod ipſum patet ex primo, & tertio caſu ex propoſitis, & reſolutis, negatiuè per Vrbanum ſanctiſſimum, in quibus licet ſupponatur litteras de itu, & reditu interuenire, adhuc tamen negatur cambia, de quibus in eis ſubſiſtere. Intelligenda igitur eſt aſſertio hæc, quando ex iſtis litteris poteſt apparere, & de perfectione prioris cambij, & de celebratione ſecundi, ſeruatis debitè ſeruandis ſecundum ea, quæ expoſuimus ſeptem prioribus quæſtionibus huius poſtremæ diſputationis.

B Minus propriè accipiendum, quaſi dicat ad eius incommodum, cum totum intereſſe dictorum cambiorum ad debitores ſpectet, nam verè, & propriè nulla adeſt repræſentatio, ſed creditor ipſe per ſe, & proprio nomine totam negotiationem exercet, actiones acquirendo, & ſubeundo, modo explicito ſupra d. ſp. 2. quæſt. 6. & hac eadem 3. diſput. quæſt. pariter ſexta, & ſeptima.

C Cambiorum continuationes fiunt vtique per plateas; numquam tamen inter plateas ſolas; Ideſt in continuationibus non interueniunt cambia irregularia, quæ ab vna platea ad aliam fiunt ad explendam indigentiam, vel ad copiam generandam modo explicito in diſput. prima, quæſt. 24. & 26. vbi etiam probaui in cambio irregulari iuſtè celebrato nullum dari lucrum, ex quo vana eſſet circulatio cambiorum per Plateas, & irregulare.

Sed

'Sed ſemper in continuationibus prædictis cambia omnia, vel celebrantur in nundinis, vel in nundinas deſtinantur, in quibus lucrum verſatur, vt expoſui diſputatione prima, quæſtione decima tertia, & hac eadem diſputatione tertia, quæſtione ſecunda. Vnde ſuſpicor huius obiectionis expoſitionem lapſu impreſſorum minus correctè editum. Sed obijcientes intellexiſſe de Plateis magis rigoroſis, quam alie, ad quas à nundinis creditor cambia direxiſſet maiori incommodo debitoris, in quo verè de facto verſatur induſtria creditoris, ad hoc ſcilicet, vt ex ſuis pecunijs vberiores fructus colligat. Licet namque, vt agnoſcit deciſio, & ego probaui in diſputatione prima, quæſtione decima tertia, & vigeſima quarta, & alibi, in feriis à conuentu mercatorum pretia ponantur pro omnibus Plateis, in quas de conſuetudine dirigi ſolent cambia, vt eadē diſputatio. prima, quæſtione vigeſimaoctaua quod pretium tamquam legale iuſtiſſimum eſt reſpectu omnium, & quæcumcumque Plateārum, nihilominus ex coniectura, quæ ràrò fallit ſciunt ſeu præcognoſcunt mercatores quenam Platea attenta pretij determinatione ſit reſpondura maius intereſſe, ſi non verè, & formaliter, ſaltem virtualiter, & in ſpecie explicito d. quæſtione decima tertia, diſputatione prima. Et hæ dicuntur Plateæ magis rigoroſæ intuitu maioris intereſſe. Et hinc forte erat ratio dubitandi, quod venetes hac facultate cambia direxiſſent ad huiſmodi Plateas, quod videtur ſapere iniquitatem quamdam, cum mandatarius ex fide agere debeat, & commoda mandantis ex qualitate muneris procurare, vt meritò difficultatem facere videri poſſit. Quæ tamen difficultas de ſtylo Ciuitatis noſtræ omninò tollitur ea addita clauſula cambiandi, & recambiandi prout adhuc Platea, ſeu mundi partes, reſtringenda verè ad loca illa, pro quibus in illis nundinis computa ponuntur, iuxta tradita in diſputatione 1. qu. 28.

D Vide quæ obſeruaui ad dictam deciſionem.

E Videas igitur me non temerè opinatum, dum totam vim deciſionis illius collocatam, non in defectientia mandati, ſed in intereſſe creditoris, quatenus lederetur ex huiuſmodi cambijs ſecum ipſo à creditore celebratis.

DECISIO XXXIV.
alias 382.

Romana Cambiorum.

1 *Negatiua probatur ex inſpectione actorum.*
2 *Aſſertioni Cardinalis ſine iuramento non ſtatur etiam fauore Eccleſiæ, & etiam ſi deponat in Iudicio.*
3 *Nec etiam creditur, vel ſtatur aſſertioni Legati de latere.*
4 *Nouatio non inducitur, niſi expreſsè agatur*
5 *Mandatum primum non reuocatur per ſecundum, niſi ſit incompatibile.*
6 *Verbum (ripigliare) denotat continuationē.*

ILluſtriſsime Domine? In vltima cōgregatione habita ſub die 22. Aprilis præteriti in qua diſputabatur an D. Marchio poſſet reuocare in dubium cambia per Bacellum contracta cum ſe ipſo, fuit ordinatum, vt videatur.

Primo an primum mandatum anni 1616. cenſeatur reuocatum per aliud anni 1624.

Secundo an per ſolidationem computorum, & approbationem partitarum per D. Marchionem factam inducatur talis declaratio quæ ſuffragetur D. Baccello,

Ad primum igitur videtur reſponderi mandatum anni 1616. non fuiſſe reuocatum per aliud anni 1624. Primo quia non conſtat de aſſerto mandato anni 1624. nec illud fuit in actis productum, vt patet ex reuolutione
1 actorum quæ benè probat negatiuam productionis *Rot. dec. 611. nu. 2. par. 1. & 455. nu. 4. par. 2. recent. cum aliis per addent. ad Greg. dec. 416. nu. 8.*

Non obſtat atteſtatio Eminentiſſimi D. Cardinalis Capponi aſſerentis vidiſſe dictū ordinem, quia omiſſo quod de dicta aſſertione non conſtat. & non eſt credendum virum natiuitate, & ſanguine nobiliſſimum, & dignitate Eminentiſſimum voluiſſe in re tam graui Baccello viro ingenuo præiudicare; Reſpondetur quod aſſertioni Cardinalis non creditur Bellam. dict. 628. ibi nulli etiamſi
2 eſſet Romanæ Eccleſiæ Cardinalis creditur tam-

tamquam teſti, *l. ius iurandi extra de teſt. cap. ſuis*, & *cap. nuper cum ibi notatis, & c. at ſi Chriſtus eod. tit. Maſcard. de probat. concl. 269. nu. 3. & 4.* vbi ampliat quod nec etiam creditur Cardinali in iudicio deponenti abſque iuramento Panorm. *in c. cum olim de priuil.* qui hanc doctrinam extẽdit etiam in quocumque viro bono quanta maximè ſit vitæ integritate, vel quantumcumque bonè audiat etiam in fauorem Eccleſiæ & alios cumulat idẽ Maſcard. *de probation. concl. 140. num. 10. cum ſeq.* vbi quod quando agitur de præiudicio tertij, vt hic non creditur Cardinali, nec etiam Legato de latere aſſerenti de ſua commiſſione, niſi litteras oſtendat *Abb. conſ. 18. & 4. lib. 2.*

3

Secundo quia data exiſtentia etiam dicti mãdati anni 1624. adhuc ex eo dici non poteſt reuocatum aliud præcedens anni 1616 neque expreſſe neque tacitè. Non expreſsè, quia non legitur, & hodie nouatio non dicitur inducta niſi de ea expreſsè fit actũ, *l. fin. C. de nouat.* Nec tacitè, quia tacita reuocatio primi mandati non inducitur per ſecundum niſi, vbi ſecundum eſt contrarium & incompatibile cum primo, *Bero. conſ. 205. num. 13. vol. 3. Surd. conſ. 145. num. 24. lib. 1.* ſecundum autem mandatum non eſt contrarium nec incompatibile cum primo quia in primo datur facultas accipiendi ad cambium, & recambium etiam a ſe ipſo vt in ſummario num. 1. & in ſecundo datur facultas reaccipiendi partitas ad cambium, & recambium vt ibi. *Di poterli ripigliar à cãbio, e recambio* ſummario num. 2. & ſic ſecundum mandatum dicitur continere eamdem facultatem accipiendi ad cambium, etiam a ſe ipſo iuxta tenorem primi ex vi verbi *ripigliare*, quod importat iterum accipere, & dictioi(terum)importat repetitionem, *l. veluti §. fin. ff. de eden.* & ponitur continuatiuè, *l. item ſi ff. de procurat.* & ſic habet naturam coniungendi, & de duobus facit vnum, *c. litteris de tempor. ordinan* & coniuncta pro vno habentur *Grat. de diſtio. diſtio. 111.* ideo cum ſecundum mandatum anni 1624. non ſit contrarium, & incompatibile cum primo anni 1616. ſed conforme ac idem & vnum primum per ſecũdum reuocatum non cenſetur.

4

Et hoc corroboratur, tum quia ſecundum mãdatum non continet cum quo cambia ſint facienda, nec per quas nundinas, & Plateas, ſed continet nudam, & ſimplicem facultatem reaccipiẽdi ad cambium, vt dicto ſummario num. 2. ideo tamquam imperfectum ex eo quod non habet qualitates neceſſarias ad cambiandum dicitur habere relationem ad qualitates in primo mãdato contentas, & ab eo perfectionem recipere, ne alias remaneat cluſorium quod benè declaratur ex verbo *ripigliare*, quod vti appoſitum in nudo, & ſimplici mandato ad cãbiandum, intelligitur pro continuare, & ad vlteriora procedere, ſed quia non explicat quomodo intelligatur iuxta formam mandati præambuli, quod habet qualitates neceſſarias ad cambiandum, & ſupplet ea, quæ deficiunt in ſecundo.

Tum etiam, quia mandatum interpretatur a ſolito mandantis, & intelligitur factũ prout mandans facere ſolebat, *l. vel vniuerſorũ ff. de pigno. act. l. qui ſemiſſes §. ſi. ff. de vſur. Dec. conſ. 441. num. 9. qui loquitur in ſpecie de mandato ad cambiandum Greg. dec. 311. num. 7.* Vnde cũ D. Marchio de anni 1616. feciſſet mandatum ad cambiandum etiam cum ſe ipſo ſecundum poſtmodum factum intelligitur iuxta ſolitum, cum interpretatio actuum, & verborum debeat fieri ſecũdum ea, quæ ſolita ſunt obſeruari, & practicari, & ſufficit, quod ſemel tantum ita fuiſſet obſeruatum, cum ſolitum inducatur etiã ex vnica vice *Gozad. conſ. 23. num. 5. Decian. conſ. 24. nu. 7. & 8. vol. 3.*

Tum & tertio, quia clauſulæ appoſitæ in primo mandato intelliguntur repetitæ in ſecundo pro eadem cauſa facto, exemplo reſcriptorum, & commiſſionum cauſarum, in quibus clauſulæ appoſitæ in primo reſcripto, & commiſsione, intelliguntur repetitæ in ſecunda & aliis ſuccedanijs *Bellam diſt. 41. 104. & 127. Caſſad. dec. 8. de reſcript.* Rot. in Compoſtellana Parolis coram Orano apud Marcheſ. part. 1. fol. 427. & ſæpè in alijs.

Tertio quia primum mandatum anni 1616. fuit factum non tantum ad commodum mãdantis, quantum & principaliter ad computum mandatarij, qui loco indemnitatis, quam mãdans, per actualem pecuniarum debitarum reſtitutionem præſtare non poterat acceptauit mandatum ad cambiandũ, donec a mandante reciperet ſatisfactionem ſortis, & cambiorum; vndè cum huiuſmodi mandatum in gratiam vtriuſque factum tranſierit in pactum, & contractum non potuit per mandantem, inuito mandatario reuocari,

A reuocari, *A vt in specie casus nostri tradit Bald. cons. 348. lib. 1. Put. dec. 126. nu. 3. lib. 3. in nou. if. Rot. dec. 679. nu. 4. par. 1. & latius dec. 345. nu. 18 par. 5. recent, quæ facta fuit pro eodem D. Baccello contra mercatores Neapolitanum.*

Non obstant duæ responsiones ex. datæ. Altera quod Baccellus acceptauit reuocationes primi miandati, dum vsus fuit secundo anni 1624. & altera quod debitum Marchionis fuit extinctum, & propterea cessauit causa irreuocabilitatis, quia ad primum omisso, quod secundum mandatum nen est reuocatorium primi, sed cumulatiuum, vt supra ostendi, Respondetur non subsistere in facto, quod D. Baccellus acceptauerit secundum mandatum, & eo vsus fuerit, renunciando primo, cum constet semper continuasse vsum primi mandati accipiendo ad cambium a se ipso, & si aliter fecisset accipiendo ab alijs, res esset extra omnem controuersiam, quia pars aduersa admittit secundum mandatum continere facultatem accipiendi ab alijs, & solum negat facultatem cambiandi cum se ipso.

Et licet Baccellus traxerit in nundinis summã scutorum 15000. in secundo mandato contentam, indè tamen non resultat acceptatio

B eiusdem mandati, quia non agitur de cãbijs tractæ dictorum scutorum 15000. quę facta fuit a 98. $\frac{3}{4}$. sic ordinata per D. Marchionem, vt legitur in mandato summ. num. 2. sed agitur de cambijs eorumdem scutorum 15000. postquam rediderunt a nundinis, quo casu D. Marchio dedit facultatem reassumendi, seu reaccipiendi ad cambium, vt ibi, *& se non vi hauerò rimborzato, tanto la sorte principale quanto l'interessi, vi dò facoltà di poterli ripigliare a*

C *cambio, C e recambio*, hoc enim mandatum non fuit a Bacello acceptatum, quia non eo sed primo anni 1616. fuit vsus cambiando, cum se ipso iuxta formam eiusdem primi mandati, & si secundo vsus fuisset cambiãdo cum alijs nõ versaremur in hoc labcrintho.

Ad secundum respondetur quod debitum D. Marchionis numquam fuit extinctum, sed semper durauit, & adhuc durat, & sufficit non fuisse extinctam causam mandati, quæ fuit debitum fructuum montis, pro quibus soluendis, & solutis cambiandis dictum mãdatum datum fuit vt ibi *Signori Baccelli vi piacerà pagare a Signori Montisti, ò suo de-*

positario tutta quella somma ch'io resto douendo per tutto Decembre, & così andarete continuando di bimestre in bimestre. dicto summario num. 1. hæc enim causa tractum succcssiuum habens duraturum, durante debito montis, numquam cessauit, quia mõs nunquam fuit extinctus, nec consequenter cessauit mandatum pro successiua solutione fructuum dicti montis facta, ideo non sufficit pro reuocatione mandati, quod D. Marchio restituerit Bacello fructus decursos, sed necesse fuisset extinguere debitum mõtis, & causam mandati, ad hoc vt cessaret mandatum, & obligatio D. Marchionis, & Bacelli. At quia causa non cessauit, ex eo, quod debitum montis numquam fuit sublatum, ita non cessauit effectus mandati, sed durauit, durante causa, nempe durante monte.

Et prędicta facilus procedunt, D. Marchio de anno 1626. dedit alia duo mandata cum facultate cambiandi etiam a se ipso summ. numero 3., quæ non solum corroborant solitum D. Marchionis dandi mandatum ad cambiandum cum se ipso, iuxta quod est intelligendum aliud mãdatum dicti anni 1624. vt supra ostendi, sed huiusmodi mandata reintegrassent facultatem contentam in primo cambiandi cum se ipso, cum in verbis sint clara, & secundum mentem contrahentium nullam habeant repugnantiam.

Nec aduersantur alia mandata postmodum facta fine expressione a se ipso, quia omisso, quod huiusmodi mandata non fuerunt facta a Baccello, sed a D. Marchione, qui non potuit Bacello præiudicare, nec mandata vltro citroque obligatoria reuocare, vt dictum est, Respondetur verius esse mandata prædicta continere facultatem cambiandi etiam a se ipso, dum in illis dicitur, *tenetemi sopra cambij, trahete per me in fiera ad amici, & continuate a tenermi sopra cambij*, vt in summario nu. 3. quæ verba secundum proprium significatum, & mercatorum stylum important facultatem cambiandi etiam a se ipso, vt testantur primarij mercatores, & negotiatiores Romanæ Curiæ, de qua attestatione datur folium impressum.

Qui quidem stylus in hisce rebus mercantilibus est omnino attendendus, & secundum eum, & mercatorum morem atque intelligentiam iudicandum *Bald. cons. 400. nu. 10. lib. 3.*

lib.5. Cornæus cons. 329.num.12.lib.3. Rot. Iannucen.dec.7.num.10.in fin.& 11. & dec. 91. nu.5. Monach. decis. Bonon. 52. nu. 8. Greg. decis. 126.nu.7. Put. decis. 16. nu. 3. lib. 1. Rot. decis. 159. num. 20. par. 5. recent. vbi quod non apices iuris, sed quid mercatores, senserint attendendum est, & verba nõ signi ficant, sed prout ipsi intelligunt recipienda sunt eadem Rot. dec. 26 nu. 18. ead. par. 5. recent. Buratt. dec. 419. num. 6.

Et huiusmodi stylus, vbi prout hic non est cõtra ius, vt ostendimus in alijs probatur etiã per fides, & attestationes extraiudiciales. *Rot. decis. 644.nu.4.par. 1. & 725. num. 5. part. 2. & dec. 244. num. 14. & 392. nu. 10. par. 5. recent. Greg. dec. 486. num. 6. & ita probatur facit ius Rot. dec. 358. num. 1. in fin. part. 2. recent. Gratian. discept. 191. num. 2.* maximè vbi, prout hic, non repugnat æquitas, sed concurrit, & conuincit. *Rot. decis. 527. num. 3. in fin. par 3. recent.* & concurrit quod in causis mercatorum proceditur de bono, & æquo omni iuris subtilitate eliminata. *Rot. dec. 641. num. 11. par. 1. & 210. nu. 6. par. 3. & 395. num. 12. par. 5. recent. Grat. discept. 64. nu. 12.*

Neque facit quod primum mandatum anni 1616. fuerit concessum pro locis 2350. quę tunc D. Marchio habebat in dicto monte, & propterea non se extendat ad loca postmodum addita, cum mandatum sit strictiuris, quia omisso, quod obiectum tollitur ex approbatione, & ratificatione D. Marchionis infra adducendis in secunda inspectione. Respondetur, quod mandatum fuit factum pro solutione fructuum mõtis Sixti secundæ erectionis, & fuerunt expressa loca 2350. quia tunc D. Marchio non soluebat nisi pro illa quantitate: Vndè patet loca stare demonstratiuè, non autem taxatiuè, & solum inspiciendum esse causam principalẽ dispositionis, & ita, facilcet demonstratiuè de iure stare præsumuntur *Bero. cons. 17. nu. 16. & 17. lib. 1. plenè Grat. discept 256. nu. 20.* & sub eadem denominatione montis Sixti pro quo fuit factum mandatum, & obligatio, comprehenduntur non solum loca, quæ extabant tempore mandati, sed etiam futura, cum illud nomen montis tamquam vniuersale sit aptum ex sui natura comprehendere futuras accessiones, & incrementa *l. greęe legato ff. de lega. 1. Gra. dec. 259. n. 8.*

Et regulare est quod habens mãdatum ad aliquod factũ dicitur habere etiã ad illud, quod est annexum, & dependens *Castr. in l. ad remobilem ff. de procurat. Riminald. iun. cons. 11. nu. 8. & seq. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 15. nu. 3. Seraph. dec. 1146. num. 6. Rot. dec. 670 nu. 1. part. 1. diuers.* & communis antecedentibus, dicuntur etiam commissa subsequentia. *Reu. Coccinus Decanus dec. 470. nu. 3.* & sufficit sola verisimilis mens mandantis *Card. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 14. nu 31 Rot. dec. 374. num. 18. part. 5. recent.* & D Marchio sicuti dedit mandatum pro locis 2350, ita dedisset pro mille, si pro tanta quantitate fuisset tunc obligatus, cũ esset coactus soluere fructus omnium locorum sibi adscriptorum, quo casu mandatum dicebatur necessarium sibi que vtile, & proficuum, & proindè comprehendere etiam accessoria ex supradictis.

Denique non releuat quod Bacellus iuxta tenorẽ dicti primi mandati teneretur contrapoñere debito fructuum dicti montis pecunias per D. Marchionem solutas, quia forma mandati fuit ad vnguem obseruata, dum ex libris, & ordinibus subsequutis D. Marchionis constat pecunias ab eo solutas pro fructibus montis fuisse contrapositas debito eiusdem montis, & alias solutas extra causam dictorum fructuum, fuisse descriptas in causam ab eodem D. Marchione expressam, ponderando, quod D. Bacellus representabat duplicem personam, alteram depositarij montis, & vti talis omnes pecunias pro fructibus dicti montis solutas contraposuit debito montis; Alteram verò depositarij eiusdem D. Marchionis, & tamquam talis posuit pecunias ad computum D. Marchionis iuxta illius ordines, & mandata pro tempore data subsequuta ratificatione, & perpetua approbatione eiusdem D. Marchionis, vt in mandatis, & solidationibus factis: Vndè mandatum huiusmodi, sicuti denotat apertum animum cauillandi, ità potuisset omitti, & cælari.

Firmato itaqne ex prædictis, primum mandatum anni 1616. esse perpetuum, vt lectura docet & comprobauimus in præterita, illudque non fuisse reuocatum, & numquã adfuisse causã, nec animum reuocandi & nõ potuisse de iure reuocari, vt latè ex supra de ductis ostensum esset, non est opus ingredi secundam inspectionem, de approbatione, & ratificatione Domini Marchionis, quia si mandatum præcessit specificũ ad cãbiandũ

cum ſe ipſo, non eſt opus alio mandato ſuper inducto ex approbatione, & ratificatione D. Marchionis, ſed nihilominus, vt omnis remoueatur dubitãdi ſcrupulus dicimus ex multiplicatis oc dinib. in curſu 20 & vltra annorum datis, & ex ſubſequutis cõputorũ, ſolidationibus manifeſtè conſtare D. Marchionẽ approbaſſe, & ratificaſſe per D. Bacciłum geſta, & declaraſſe ea omnia rite, & rectè geſta fuiſſe, vt ibi. *Hauendo viſto, e fatto rinedere le ſodette partite di quelle mi hauete tenuto ſopra Cambij, tanto per quello vi deuo in conto corrente, quanto per quello vi deuo per frutti de monti, trouo che detto conto ſtà bene, & approuo li ſcuti 8600* vt latius in ſum. num. . . . quæ quidem approbatio, & ratificatio æquiparatur mandato, etiam in his, quæ ſpeciale mandatum exigunt, *l. fin C. ad Maced. l. quod ſi de ſpeciali vbi Bald. ff. de minor.* & facit quod negotium dicatur geſtum a ratificante, qui ideò ſicuti non poteſt impugnare factum proprium, ita nec poteſt contrauenire actui ratificato, & approbato, quinimmo tenetur actione mandati *late Sur. d. conſ. 60. nu. 14.* & in proprijs noſtris terminis reſoluit Rota in Romana cambij 11. Maij 1635 coram R.P.D. Pirouano alias data.

Non obſtat ſi dicatur D. Marchionem ignoraſſe Bacellum cãbiaſſe cum ſe ipſo, & ideo ceſſet ratificatio, quæ nõ extẽditur ad ignorata, quia reſpondetur, quod D. Bacellus non agit hodiè ad confectionem cambiorum, & recambiorum, quia de iſtis fuit ſatisfactus, vt conſtat ex ordinibus D. Marchionis, & ſolidationibus factis, ſed agit ad fructus locorum montis Sixti tamquam illius depoſitarius, & nomine etiam Montiſtarum, qui fructus debentur a D. Marchione ſub obligatione camerali, & nihil commune habent cum cambio, & D. Marchio hoc non negat, ſed dicit cambia fuiſſe indebitè ſoluta, eo quia Bacellus cum ſe ipſo cãbiare non potuit, D & propterea poſſe agere ad repetitionem eorumdem cambiorum tamquam indebite ſolutorum, & cum illis compenſare fructus per Bacellus petitos. Vndè cum D. Marchio agat ad repetitionẽ cambiorum tamquam indebitè ſolutorum, & allegat ratificationem ei nõ obſtare propter ignorantiam de cambijs a Bacello cum ſe ipſo factis, intrat concluſio communiter recepta, quod ſoluens, & agens ex conditione indebiti tenetur probare indebitum fuiſſe per ignorantiam ſolutum *iuxta tex. in l. cum de indebit. ff. de probat. ibi. & ideo eum qui dicit indebitè ſoluiſſe, compellis ad probationem, quod per dolum accipientis, vel aliquam iuſtam ignorantiæ cauſam indebitũ ab eo ſolutum ſit*, & niſi hoc oſtendat nullam eum repetitionem habere per quem tenet. ita firmauit Rota in Romana pecuniaria 1. Aprilis 1607. coram Patriarca Manzanedo quæ eſt deciſ. 14 part. 3. recent. regiſtrata etiam penes Fenton. ad ſtat. vrb. deciſ. 311. & propterea cum huiuſmodi ignorantiæ, & erroris probatio incumbat D. Marchioni, & illam hucuſque nullactenus probauerit, intrat diſpoſitio *tex. in l. cuius per errorem 54. ff. de negotiis. & l. eleganter §. fin. de cõd. indeb.* quod tali caſu non poſſit dici, D. Marchionẽ indebitè ſoluiſſe, vt benè poſt alios probauit Rot. videda *d. dec. 145. per. 2. recẽt.*

Quod in caſu noſtro indubitanter procedit, quia non ſolum D. Marchio non probat ignorantiam, prout tenetur, ſed Bacellus probat D. Marchionem habuiſſe ſcientiam de cambijs cum ſe ipſo factis. Primo ex eo, quod D. Marchio in ſpatio 20. annorum, & vltra, pluries vidit partitas, & computa iſtorum cambiorum, vt conſtat ex pluribus ordinibus ab eo factis, in quibus dixit. *Hà viſto, e fatto riuedere le ſodette partite, e trouo che detto conto ſtà benè & approuo, &c.* ex huiuſmodi enim computorum viſione, & reuiſione, ac reiterata approbatione, & ratificatione, reſultat ſcientia omnium ſcripturarum, & computorum quæ ad cambia ſunt neceſſaria ſignãter litterarum, quæ vocantur *dell'andata*, ſeu ſpacci in quibus apparet Bacellum cambiaſſe cum ſe ipſo, pro qua ſumma, & ad quam rationẽ, quæ litteræ cum ſint neceſſariæ ad realitatem cambiorum, non eſt præſumendum D. Marchionem voluiſſe cambia approbare, E & ſoluere, niſi vidiſſet illorum realitatem & quantitatem.

Secũdo probatur ſciẽtia D. Marchionis ex plurib⁹, & reiteratis dictorũ cõputorũ ſolidation bus. in quibus D. Marchio pariter vidit cambia, eaque approbauit, ratificauit, & ſolidauit, ex qua reiterata ſolidatione, & approbatione reſultat ſcientia cambiorum a D. Bacello cum ſe ipſo factorum, cum in F hoc cõſiſtat ſubſtantia F cambij, & ſic quicquid ſit de alijs qualitatibus, de ſubſtantia nemo ſani capitis dixerit, Marchionem nõ habuiſſe ſcientiam.

Tertio

Tertio, quia D. Marchio in prædictis ſolidationibus anni 1624. & 1626. reſeruauit ſibi facultatem reuidendi pretia cambiorum, & an plus debito cambiatum fuiſſet, vndè duo reſſultant, alterum quod Marchio vidit pretia cambiorum per Bacellum factorum, dum reſeruauit ſibi facultatem illa reuidēdi, & adæquandi, & ſic neceſſario vidit cōtationem a Bacello cum ſe ipſo factam; alterum quod ſi huiuſmodi contationem non vidiſſet illam videndā ſibi reſeruaſſet, ſicuti reſeruauit dicta alia duo.

Quarto, quia in cōputis per D. Marchionē viſis, & reuiſis, ſolidatis, & propria manu ſubſcriptis adeſt pretium cōtationis vt in ſum. num. .... quo fit, vt de contatione a Bacello cum ſe ipſo facta, ignorantiam allegare non valeat, quia ſubſcribens ſcripturā præſumitur habere notitiam omnium in ea cōtentorum *Gabr. de præſumpt. concl. 3. num. 29. & 30 Greg. dec. 329. nu. 1. cum aliis per addent. ad Burat. dec. 419. nu. 12. in fin.*

Quinto in ordine anni 1624. exēplo allegato D. Marchio dicit, *trahete per me nella proſſima fiera di S. Marco ſcuti 15000. d'oro di marche a 98. e tre quarti H come ſi è fatto il conto, valutandoli di moneta a giuly 155* vt dicto ſumm. num. .... vndè patet habuiſſe notitiam de computo iuxta quod fiebant cambia, & ordinaſſe Bacello vt traheret iuxta illud ſcilicet *a 98. e trè quarti*, ex quo nō ſolū reſſultat ſcientia, ſed non eſt vl terius quærendū a quo cābia facta fuerint.

Idē reſultat ex alio ordine eiuſdē anni 1624. ibi. *Vi piacerà trare per conto mio à 80. come ſi cābio il giorno de pagamenti ſum. n....*

Sexto, Probatur dicta ſciētia, quia D. Marchio pro recuperanda rata dictorum cambiorum ſpectāte ad Nappios correos debēdos egit contra eoſdem Nappios, & vigore litterarum & partitarū librorum DD. de Bacellis continentium cambia cum ſe ipſis cōtracta recuperauit, & exegit dictam ratam a Nappijs debitam: vndè reſſultat indubitata ſcientia contationis cum ſe ipſo.

Septimo, quia D. Marchio in iſtis mercantilibus negotijs ſe geſſit tamquam mercator, & ſemper mercantiliter tractauit, vt patet ex litteris, & ordinibus ab eo factis, & computorum ſolidationibus, & hodie recuſat exhibere litteras per Bacellos ad eum ſcriptas, & librorum partitas ad eumdem trāſmiſſas, ex quibus clarè conſtat de contatione cum ſe ipſo facta, & ſic de clara, & indubitata ſcientia.

Octauo, probatur ſcientia de contatione cum ſe ipſo, quia præceſſerat mandatum de anno 1616. cum iſta facultate, & de anno 1624. ſubſequutum fuit aliud cū verbo *ripigliare* quod importat iterum accipere cum eadē facultate item alia mandata cum verbis *trahete, tenetemi, continuate*, quæ ſecundum notorium ſtylum mercatorum, important facultatem accipiendi a ſe ipſo, vt ſupra oſtendi, quæ omnia conuincunt ſcientiam indubitatam contationis cum ſe ipſo.

Et ceſſat omnis difficultas quia miniſtri Dom. Marchionis pro tempore acceſſerunt ad bāc eam DD. de Bacellis de ordine eiuſdem D. Marchionis, & viderunt omnes libros continentes cambia ſignanter librum *delli ſpachi*, qui continēt contationem cum ſe ipſis, vt dilertis verbis deponunt octo teſtes formiter examinati, qui deponunt de certa ſciētia, quia manebant in dicto banco, quando miniſtri ad illud acceſſerunt, & oſtenderūt eis libros, & viderunt legere, & partitas *confrontare, & copiare indiuidiando* librum *delli ſpacci*, vt in ſum. nu. ....

Neque obſtat quod ex dictis teſtibus duo ad præſens reperiantur in eodem banco nempè quartus, & octauus, quia vltra quod reliqui ſex ſufficiunt, *l. vbi numerus ff. de teſtibus cap. in omni negotio eod. tit.* etiam dicti duo ſunt recipiendi cum agatur de probando factum in bāco mercatoris, ad quod tamquam difficilis probationis admittūtur teſtes alias inhabiles ſcilicet illi de familia, & domeſtici *Alex. conſ. 24. numer. 12. lib. 2.* præſertim cum octauus ſit omni exceptione maior.

Nec dicatur quod de ſcientia miniſtrorum nō infertur ad ſcientiam Domini, quia vltra, quod contrarium eſt verius de iure, vt probat Roman. *conſ. 152. nu. 4. verſ. 1.* vbi quod quæ facit familia Domini de Domini voluītate, & conſcientia feciſſe videtur; Reſpondetur quod de ſcientia conſtat tam ex confeſſione ipſorum miniſtrorum, qui dixerunt acceſſiſſe ad bancum DD. de Bacellis ad effectum prædictū de ordine ipſius D. Marchionis, quibus eſt credendum, cum ſit veriſimile ex quo acceſſus erat ex cauſa Domini Marchionis, & pro illius vtilitate, & alias nō acceſſerint, quam etiam ex confectione ipſius Domini Marchionis, qui ſub die 9. Ianuarij 1619. ſcripſit Bacellis ſe curaturum, vt per ſuum computiſtam

computa reuiderentur ſumm,nu..... quod conſtat effectuatum , dum computiſtæ acceſſerunt,& viderunt.vt deponunt ſupradicti teſtes , & in ordinibus reiteratis, & ſolidationibus dixit. *Hò viſto, e fatto riuedere*, quod verbum , *fatto riuedere* , intelligitur per ſuos miniſtros adeout ſcientia D. Marchionis negari minimè poſſit , ſtante maximè diuturnitate tanti temporis,in qua præſumitur miniſtros certiorasſe D. Marchionem, qui iſto medio tempore , ſæpius ad Vrbem venit,& computa ſolidauit, & ipſemet vidit,& ſæpius ad dictum bancum acceſsit.& cum eiſdem miniſtris libros vidit, vt deponunt ſeptimus, & octauus teſtes, & feciſſe præſumitur cum nemo in his quæ concernunt proprium cõmodum negligens præſumatur,ita vt non admittatur hoc caſu ad probandam ignorantiam nec etiam cum iuramento. *Roman.conſ.481. num. 8.& 9. Alex.conſ.79.lib.1.& 219.lib.6. Aret.conſ. 36.*

I Denique non obſtant deciſiones I Remboldi de anno 1626. & Reuerendiſsimi Domini Pirouani de anno 1627 in quibus D. Marchio conſtituit totum ſuum fundamentum, quia omiſſo, quod ſi cauſa fuiſſet repropoſita, deciſiones tamquam non ſubſiſtentes fuiſſent reuocatę,vt teſtantur Rotę Auditores,& hac de cauſa partes concordarunt , & D. Octauius Coſta, ad cuius fauorem deciſiones emanarunt, ſoluit cambia,vt patet ex inſtrumento concordiæ rogato per acta fõthiæ ſub die 8. Martij 1629. Reſpondetur dictas deciſiones , toto Cælo diſtare a caſu noſtro in quo habemus mandatum cum facultate cambiandi etiã à ſe ipſo , quod perpetuo durauit, & alia ſubſequẽtia mandata ſunt continuatiua, vt ibi, *ripigliate,trahete, tenetemi &cõtinuate a tenermi*, vt ſupra oſtẽſum eſt, quæ mandata ſecundum propriam verborum ſignificationem , & mercatorum ſtylum , & intelligentiam dicuntur continere facultatem cambiandi cum ſe ipſo , vt ipſa vniuerſalis totius mundi obſeruantia declarauit,& ſupra latius comprobatũ fuit, quod non erat in caſu dictarumdeciſionum in quo mandatum fuerat datum ad cambiãdum cum alijs,& nihilominus Rota coram eodem D. Pirouano de anno 1635. declarauit dictas deciſiones non ſuſtinere niſi in eo , quod importaret intereſſe ſi mercator accepiſſet ab alijs, vt illo dẽpto debitor K teneretur ad cambia : K Vnde patet ex his, & alijs , quæ omittuntur deciſiones prædictas ad caſum noſtrũ nullatenus applicari. Quare.

A HOC eſt in tredicim fundamentum, & ne tatu dignum,& de facili contingibile, nec alibi facilè reperies.

B *Ab hoc fundamento cenſeo cauendum eſſe tam reſpectu iuris,quam praxis cambiorũ. Quoad ius attinet,non puto poſſe reuocari in dubium , quin dicti Bacelli mandatum prædictum acceptaſſe dici debeant, cum id ex ſola receptione litterarum,in quibus mandatum continetur , acceptaſſe dicantur l. ſi litteras, & ibi Bald. C. mandat. clem. prima, de procur. arg. l. ſi filius ff. ad maced. l. qui in aliena. & ibi Bart. ff. de acquir. hared. Bart. in l. non ſolum §. ſi mandato ff. eod. Alex. conſil. 78. vol. 1. Rot. Gen. mercat. apud Bellan. dec. 163. nu. 3. & dec. 180. nu. 2. quod ibi tamen procedit quando recipiens vt illarum litterarum aliquid egit , vt in caſu 3 & nos ſæpius diximus , & præcipuè diſputatione ſecunda queſtione decimą , cum ſeqq. Quoad praxim verò, adeſt idem error , quem adnotaui ſupra deciſione ab hac ſecunda litt. B. Dum enim Bacelli faciunt tractam in nundinis de debito , non egent pecunijs pro illa facienda , quæ iam proponuntur exburſata per Bacellos de mandato Marchionis , ſed ijs opus habent in nundinis ad curãdam tractæ ſolutionem,& per conſequens ibi demum eſt vſus facultatis cambio capiendi,cum in nundinis duplex munus exequi debeat , ſcilicet ſoluendi cambia in Plateis celebrata, & ibidem noua cambia celebrandi,ad quæ opus eſt pecunia,ad quam muneris duplicitatem non animaduertiſſe ſcriptores memini me admoniſſe ſupra hac eadem tertia diſputatione, queſtione tertia in princ. eiuſdemque neceſſitatem latius proſequutum in ſequentibus. Eſto igitur quod tractæ factæ fuerit abſque vſu facultatis predictæ , non per hoc rectè infertur (cum ſit facultati exteranea) non potuiſſe ea vti in nundinis , quinimmò eis conſimilis facultas eſt ingenita, cum ibi creditor pecunia egeat ad tractam complendam vndè conſtat nedum acceptaſſe,ſed etiã executum fuiſſe mandatum poſterius, & per cõſequens parum tutum apparet hoc fundamẽtum,quo tamẽ circumſcripto ad huc procedit deciſio ex alijs.*

C Hac

C *Hæc verba intelligi, & verificari debent vbi primum opus ex pecuniis, quod procedit in nundinis, ad quas tractæ primò dirigitur pro ea complenda; Non autem in reditu earumdem nundinarum, vt supponitur in argumento; in hoc enim reditu verũ quidem est opus esse pecuniis pro adimplendis tractis è nundinis illis factis, non tamen primò, quod constat in nundinis necessarium fuisse tum ad tractam complendam, tum etiam ad cambium incundum.*

D *Vellius fortè fuisset D. Marchioni diligentius inquirere, an verè, & realiter Bacelli cambia uerint secum ipsis, quod plerumque ficticium est, & potius continet quamdam cõtinuationem scripturæ, quam cõtinuationem realis, & veræ negotiationis.*

E *Ista approbatio recitè ponderatur respectu validitatis cambij à se ipso, prout supplet mandatum ad id speciale, secus autem si hæc approbatio respiceret realitatem contractus, quæ cum non pendeat à partium consensu in nulla posset haberi consideratione.*

F *Retento suppositio realitatis cambij, quatenus scilicet dubitaretur tantummodo de validitate mandati, de qua solũ dubitatur in proposito.*

G *Et hac reseruatione sibi plenissimè cautum voluit Marchio, nam vt obseruaui decisione ab hac secunda, eatenus interesse potest debitoris cambia potius a se ipso, quam ab alijs contraxisse creditorem, quatenus in pretio illorum laederetur, circa quod versatur maius, vel minus interesse, nam alias æquipollet cambiare a se ipso, & ab alijs. Et propterea cum vigore huius reseruationis posset cõsuli indemnitati debitoris, in ea foret insistẽdum, omissa consideratione mandati, in quo non fit expressa facultas cambiandi a se ipso.*

H *Fortius induci posset ad demonstrandum, vt aliàs dicebam, quod cum pretio certo cambiũ celebratum fuerit ex mandato debitoris, parum refert mandanti, aut referre potest cambiatum fuisse cum se ipso creditore, an cum alijs, & per consequens mandatum simpliciter de cambio capiendi, comprehendit etiam à ipso. Verum tamen est, quod ista statutio pretij non respicit illud cambium, quod celebrari debet vigore facultatis concessæ per debitorem creditori, ex necessitate curandæ solutionis in nundinis, vt admonuimus supra, sed respicit tractatum primum ex debito primo loco causato, circa quem illa facultas non versatur. Et propterea verè, nec illo modo induci posset.*

I *Vides ergo me non immerito de dictis decisionibus dubitasse, quas poteris cum hac concordare per ea, quæ ibi obseruaui.*

K *Et ex hoc etiam vides me non temerè distinctione vsum in obseruationibus ad dictam decisionem.*

DECISIO XXXV. aliàs 603.

Ex Reu. D. P. Buratto Romana, seu Ianuen. Cambiorum.

Veneris 4. Martij 1622.

ARGVMENTVM.

Ad iustificationem cambiorum realium, an sit necessaria exhibitio literarum originalium expeditionis, siuè *dell'andata*, vel sufficiant literæ reditus.

1 *Litteræ nuncupatæ* dell'andata, *probantur ex litteris*, del ritorno, *ad effectum iustificationis cambiorum.*

2 *Cambia, quæ dicantur realia, & quæ ficta.*

3 *Litteræ cambiorum probantur ex libro registri mercatoris, in quo exemplata fuerũt.*

4 *Libri fides augetur morte scribentis.*

5 *Liber continens verisimilia probat ad fauorem scribentis.*

6 *Libri quãuis priuati fides suppletur ex adminiculis, etiam ad fauorem scribentis.*

7 *Cambia realia iustificantur ex solis litteris reditus, stante conuentione de standō, non solum simplicibus copijs, sed verbis mercatoris, cum beneplacito Apostolico.*

8 *Litteræ originales cambiorum*, dell'andata, *non remanent penes scribentem, siue cambiantem, sed apud correspõsalem, cui fuerunt transmissæ.*

9 *Mercator potest in diuersis locis plures habere negotiationes, quæ adeo diuersa censentur, vt creditores, & merces vnius negotij omninò separentur à creditoribus, & mercibus alterius negotij.*

10 *Cambij litteræ scribi possunt alicui ex socijs, qui pecunias mutuarum, si habeat diuersam rationem, quia tunc repræsentat personam correspõsalis, non cambiantis.*

BON.

ON. mem. Cardinalis Aſcanius Columna de anno 1600, mutuo recepit à Hyeronimo Spinula tunc Vrbis mercatore vti procuratore Mellini, & aliorũ trium mercatorum Ianuen. ſcuta 25510. cum expreſſa facultate dictis mercatoribus data dictam *A* ſummam capiendi ad cambium etiam a ſemetipſis, & cambia continuandi vſq; ad totalẽ ſolutionem faciendam annuatim de certa ſumma per d. Hyeronimum affectuarium Abbatiæ Sublacen. d. Cardinalis, & ita quod ſolutiones *B* cederent primò ad computũ cambiorum ád certam ſummam taxatorum & ſucceſſiuè ſortis, vt in publico inſtrumẽto inter partes celebrato, per Breue Apoſtolicum, in quo regiſtratum fuit, confirmato. Quæ ſumma ſcut. 25510. fuit per d. Hyeronimum *C* vtentẽ facultate, de qua ſupra, tracta ad nundinas Placentiæ ad dd. reſpectiuè mercatores, & Io: Franciſcum Pallauicinum, & continuata tam viuente, quam poſt mortem d. Hyeronimi ſuper cãbijs, & recãbijs; & ceſſantibus hæredibus *D* Hyeronimi in dicta annua ſolutione taxata ſcut. 4000. petierunt dicti mercatores cõtra Excellentiſs. D. Philippũ Magnum Comeſtabilem, & hæredem d. Cardinalis, tam reſiduj veræ ſortis, quam cambia, & recãbia vſque ad totalem ſatisfactionem, & cauſa coram Illuſtriſs. D. Card. Sacrato introducta, fuit primò ſub die 12. Iunij 1615. reſolutum, non *E* obſtare conſtitutionem fel. rec. Pij V. taxationi cambiorum, de qua ſupra, ex eo, quod Card. non dederit litteras pro certis nundinis; poſtea ſub die 10. *F* Iunij 1616. dicti cãbia deberi, *F* ſi litteræ *dell'andata* fuerint regiſtratę in libris mercatorum; neque obeſſe, quod originalia dd. litterarum non exhiberentur, & quod cambia fieri non potuerint pro pluribus nũdinis. Cum autem hodie iſta vltima deciſio reuideretur, informantes pro D. Comeſtabili ſtrictè inſiſtebant ſuper exhibitione dictarum litterarum originalium *dell'andata* ſine quibus prætendebant cambia minimè iuſtificari, nec mercatores illas non exhibẽtes audiri poſſe. Sed DD. dictam deciſionem confirmandam eſſe cenſuerunt, quibus placuit fundamentum deciſionis, quod ſufficiat exhibitio litterarum *del ritorno*, quæ *G* veluti reſponſiuæ probare *G* videbantur litteras prædictas miſſiuas, cum receptio ſine miſſione eſſe non poſſit, habet enim ſe ad illam, vt conſequens, quod ſuum neceſſariũ antecedens præſupponit, *l. ad rem mobilem & l. ad legatum ff. de procur. cum vulg. Rot. Ianuen. dec. 175. num. 6.* & in ſpecie ex litteris huiuſmodi *del ritorno* probari litteras *dell'andata*, ad eumdem effectum iuſtificationis cambiorum tenuit *Rot. in Rom. ſeu Florentina pecuniaria 12. Ianuar. 1615. coram Reuerendiſs. Selecten. & in Rom. pecuniaria 13. Iunij 1616. coram R. P. D. Pamph. confirmata coram me ſub die 1: Decemb. 1617.* Eoque magis cum ex dictis litteris reſponſiuis *del ritorno* probetur nõ ſolum cõfectio litterarum cambij, ſeu *dell'andata*, ſed etiam vera illarum tranſmiſſio, & acceptatio, earumq; complementum, in quibus potiſſimum realitas cambiorum cõſiſtit, *H* ad differentiã eorũ, quæ ficta nuncupantur, & committuntur per ſimulatam, & conficiam litterarum tranſmiſſionẽ, *Lup. in cap. nauiganti de vſur. comm. 3. §. 2. num. 23.* cum nimirum vel litterę non tranſmittuntur, vel inanes redeunt *Gabr. conſ. 158. num. 1. lib. 2.* & declarat eadem conſtitutio Pij Quinti, *I* vt ex eius lectura. Et vifa fuit ceſſare difficultas ex libro regiſtri litterarũ dicti q. Hyeronimi in Vrbe retenti per teſtes legitimè recogniti, vt in particulari *ſummario num. 1.* ſuper quo fuerunt exemplatæ litteræ dictorum cambiorum, quemadmodum etiam ſimili libro delatum fuit *per Rotam in dicta Romana cambiorum 12. Ianuarij 1615.* Huiuſque libri *K* (quę etiã omni ſuſpicione carere, dictum fuit coram me 12. Maij præteriti) fides plurimum augetur ex morte eiuſdem Hyeronimi *Bart. in l. admonendi nu. 27. ff. de iure iur. & ibi Iaſ. in repet. num. 120. Dec. conſ. 42. num. 6. Rot. dec. 292. numer. 4. part. 2. in recent.* & quia dictæ litterę reperiuntur in eo exemplatæ, & continuatæ ab anno 1600. de tempore dicti mutui, vſque ad annum 1616. pro qualibet feria, & continent etiam negotia nundinarum, & cambiorum ad alias perſonas pertinentium, vt ex earum lectura, & ſic veriſimilia, *Bald. in l. 1. num. 11. & ibi Alex. num. 9. C. de eden. Iaſ. in dicta l. admonendi in prima lectura nu. 81. verſ. 4. fallit.* & propterea ſi non plenam fidem, ſaltem magnum facit adminiculum ad ſuppleu-

1
2
3

plendam fidem prædictarum litterarum,
6 *del ritorno*; quia adminicula, ſupplent fidē libri, quamuis priuati, etiam ad fauorem ſcribentis, *vt poſt Bart. & alios in d. l. admonendi tradit Dym. de antiq. temp. par. 1. §. vidimus, & abundè num. 19. Surd. dec. 199. num. 11. Rot. dec. 650. nu. 4. par. in recent.* Accedit ampliſſima promiſſio dicti D. Cardinalis in dicto inſtrumento iurata, Apoſtolica auctoritate confirmata, de ſtando non
7 *L* ſolum ſimplicibus copijs, ſed *L* verbo dictorum mercatorum, & pro eis negotiantium quæ magis clara, & præciſa eſſe non poteſt, vt ex inſtrumento, cui hodie hæredes contradicere non poſſunt, & de conuentionis validitate dubitari non poteſt, ſtante dicta confirmatione Apoſtolica. *Soc. conſ. 28. nu. 11. lib. 1. Menoch. de arbitr. quæſt. 25. nu. 9. Surd. dec. 312. num. 3. in fin. & nu. 4.* Tandem prædictas probationes facilius admittendas in præſenti DD. exiſtimarunt, attēta
8 impoſſibilitate, ſeu ſaltem difficultate exhibendi dictas originales, quæ non remanent penes ſcribentem, ſiuè cambiantem.
M ſed apud *M* correſponſalem, cui fuerunt tranſmiſſæ, *vt per doctr. Molin. de iuſt. & iur. diſput. 409. numer. 5.* bene conſideratum fuit in deciſione, de qua agitur, & fecit Rota Ianuen. *dec. 26. num. 21.* Nec obſtat quod ille correſponſalis in nundinis Placentiæ eſſet Fráciſcus Pallauicinus vnus ex eiſdem mercatoribus mutuantibus, iterū namque placuit reſponſio, indè non conſequi, quod eſſet eadem ratio, & menſa, cum
9 quis poſſit in diuerſis locis plures habere
N *N* negotiationes, quæ adeò diuerſæ cenſentur, vt creditores, & merces vnius negotij in concurſu omninò ſeparentur à creditoribus, & mercibus alterius negotij, *iuxtà doctrinā Caſtr. in l. procuratoris ff. de trib. actio. Magon. dec. Lucenſ. 1. num. 5. verſ. his tamen non obſtan. & num. ſeqq. Strach. de decoct. par. vlt. nu. 20. & ſeqq.* & ad noſtrum propoſitum *Scacc. de camb. §. 6. gl. 1. nu. 97.* & ideo dici poteſt, quod dictæ litteræ exiſterent penes ipſos cambiantes: quod procedit etiam reſpectu eiuſdem Pallauicini, qui in receptione litterarum *dell'andata* in
10 nundinis Placentiæ repræſentabant perſonam non cambiantis, ſed correſponſalis, quod permittitur *ad not. per Bart. in l. 2. §. fin. ff. de ſtip. ſer. & in l. fiſtulas §. 1. ff. de contr. empt.* & licitū eſt etiā in hac materia cambiorum *Lup. in d. c. nauiganti de vſur. com. 3. §. 2. nu. 82. verſ. additur quod ex hoc exemplo. Azor. inſtit. moral. par. 3. lib. 10. tit. de camb. cap. 9. quæſt. 2. verſ. in hac re. Scacc. d. §. 6. gl. 1. nu. 80. verſ. 1. cenſus eſt.* Subdens ibi in hac concluſione videri omnes communiter concordare. Ex quo etiam ceſſat aliud obiectū, quod prædictæ litteræ *del ritorno*, nihil probent, tamquam ipſorum ſcribētium, & mutuantium: cum immò ſint perſonæ diuerſæ, vt patet ex præmiſſis, & profectò cambia huiuſmodi cum ſe, ipſis geſta, iuxta facultatem eis tributam, aliter probari poſſe non videtur, quam per litteras, & ſcripturas ab eiſdem, vti tamen a diuerſis perſonis repræſentatiuè confectas ex ſupra deductis.

Ex quibus DD. vtraque parte informante in deciſis ſteterunt.

A HÆC deciſio aurea eſt, & in practica valdè æſtimanda, cum ea contineat, quæ frequentiſsimè contingunt, & raro deficiare perſuuntur. Et hoc quidem pactum frequentiſsimum eſſe, quod latè proſequutus ſum hac eadem diſp. 3. qu. vndecima per totum.

B Hæc cautela eſt omninò erronea, & prouenit ex ignoratione tabellionum, & contrahentiū qui diſtinguunt intereſſe cambiorum à ſorte principali debita, perinde, ac ſi verſaremur in mutuo cum vſuris; vel in calibus, in quibus vel ex ſtipulatu, vel ex mora ex officio Iudicis debetur intereſſe ſuper aliqua ſorte, quod ei extrinſecum eſt, etiamſi eſſet cambio rum, & recambiorum, vt latè expoſuimus ſupra hac eadem tertia diſputatione, quæſtione nona. Sed cum vigore huius pacti, & vſus eiuſdem, argumentum reſultans ex continuatione cambiorum ſit intrinſecum ipſi contractui, & cū ſorte ipſa confundatur, ſeu verius ex ipſius ſubſtantia tamquam fœtus quidam artificialis prouenīat, non datur realis diſtinctio eiuſdem à ſorte principali, vt dicta quæſtione nona latius probaui.

C Hæc vera eſt praxis circa vſum huius facultatis; non enim creditor in loco facti mutui, & celebrati contractus, conſimilem ab alio mercatore ſummam cambio capit, vt alibi memini me ſupra adnotaſſe; hoc enim eſſet nullum penitus fructum ex propria pecunia mutuata percipere, cum tantumdem haberet in damno reſpectu pecuniæ, quam caperet ab alio, ſed in feriam proximam de ſum-

ma

ma debita tractam facit pro computo debitoris, vel ſao de feria, vel cuidam tertio, quibus eam complentibus creditor id, quod ſibi debetur, conſequitur per ipſam cambÿ perfectionem, ſed non per hoc debitor liberatur, ſed ratione eiuſdem debiti ex alia actione rema net obligatus, vt latius probaui ſupra hac eadem 3. diſp. qu. 6.

D Cane ne erres, nam hac taxatio non reſpicit interaſſe cambiorum, quod pariter taxatum in hoc contractu ſupponitur, ſed reſpicit particulares ſolutiones totius debiti faciendas ſiquidem totum integrum debitum vnà cũ argumentis cambiorum eſſet diſſolutum.

E Et hac faciũt ad corroborationem eorum, quæ in propoſito huius taxationis fuſius expoſui ſupra hac eadem tertia diſputatione quæſtione 11. circa quã omnem tollit difficultatem Reſponſum Quartum Vrbani Sanctiſsimi ad Archiepiſcop. Gen.

F Circa hanc regiſtrationem aduerte; Nam verè litteræ cambÿ de mercatorum ſtilo regiſtrari non ſolent in eorum libris, & ideò fortè accipiendæ ſunt in propoſito pro ſpacchÿs, inter quæ magnum intereſſet diſcrimen vide ſupra latius in prolog. ad ſecundam diſputationem. Niſi fortè dum de libris meminit, intelligat de ſcartafacÿs feriarũ, in quibus nec etiam litteræ regiſtrantur, ſed omnia, quæ adminiſtrantur in feriis cambiorum, tã cica acceptationem tractarum, & remiſſ. vũ, earumque ſolutiones, & negotiationes omnes quam breuiſsimis verbis denotantur; Per quæ ſcartafacia pleniſsimam oriri probationem omnium, quæ ſequuntur in feria, latè probaui d. diſp. 2. qu. 18.

R Arſus aduertè, nam dum in deciſione dicitur vſum facultatis probari, ſi litteræ fuerint regiſtratæ, ad non eſt intelligendum vniuerſaliter ad limitem illorum verborum. Nam etiamſi de regiſtratione conſtaret, nõ per hoc quandoque cambia deberentur, puta ſi illæ litteræ continerent aliquam incompatibilitatem circa celebrationem recambÿ, de qua latè in hac tertia diſputatione, quæſtione ſecunda, cum ſeqq. qua de re in hac deciſione nullum mouetur dubium. Et è conuerſo licet nõ conſtaret de hac regiſtratione, ſed ex aliÿs probationibus de vſu huius facultatis doceri poſſet, adhuc cambia illa deberentur; cum illorum probatio non ſit reſtricta ad hanc regiſtrationem, de qua DD. vim faciũt, quia in huiuſmodi facti contingentia ſuper eaſolum creditores nitebantur.

G Hoc eſt maximè notandum, nec facilè alibi reperies, & cum verſemur in materia probationum, qua tunc concludere dicuntur regulariter, cum inducunt animum iudicis ad ſic credendum certè cum credulitas ſit valdè rationabilis, & à communiter accidentibus cõcludẽtiſsima, maximè facilèda eſt cũ munita appareat auctoritate tanti Tribunalis.

H Hic videsme non temerè loquutũ initio quæſtionis ſecundæ diſputationis tertiæ, vbi dixi neminem in recãbÿs diſtinguere perfectionem prioris cambÿ cum celebratione recambÿ, licet vterque actus longè diuerſus neceſſariò debeat intervenire, ſed ſcriptores omnes ſolam excipere ſolutionem in feria ad effectum recambÿ. Propterea in caſu huius deciſionis nulla vatio habetur celebrationis cambÿ in feria, ſed ex ſola confectione tranſmiſſione, acceptatione, & ſolutione litterarum dicitur perfici cambium, quod quidem, verum in ſe eſt reſpectu cãbÿ ſimplicis, ſed etiã de celebratione recambÿ; huius etiam cõſideratio erat adhibenda ad effectum, vt dignoſci poſſet an dicta cambia deberentur, nã ſi in illius celebratione aliqua incompatibilitas incidiſſet, tunc vtique corruerent, quod facilius euenit, quando, vt in caſu, quis capit à ſe ipſo, eidemque dirigitur tracta vnà cum remiſſa, vt latius proſequutus ſum ſupra hac eadem tertia diſputatione, quæſtione octaua. Sed cum circa hoc nullum formatum dubiũ appareat, in quo fortè pondus difficultatis mains vrgebat, in eo non eſt inſiſtendum, ſed decidendum, ſi caſus occurrit, ſecũdum theoricam, de qua d. qu. 8.

E Et ex hoc apparet libros, de quibus meminit ſupra, non fuiſſe ſcartafacia.

K Et hoc etiam eſt valdè ſingulare in materia probationum.

L Intellige cõcurrentibus probationibus, de quibus in deciſione, quibus dicta permiſſione ad ſtipulatur, nam alias factum hoc nõ poſſe remitti dicto creditoris etiam iurato, ſupra pluries tenuit Rota, & per me plenius hac tertia diſp. qu. 11. in fine.

M Et hoc quidem etiam valdè notabile reſpiciẽs eamdem materiam probationum, & ratio adducta fidatur ſuper facto ab omnib. receptiſsimo, & ſecũdũ naturã actus, de quo agitur.

N Potes & hac adducere ad confirmationem eorum, qua latè examinaui ſupra hac eydem 3. diſp. qu. 7. de vi, & effectibus inſtitoriæ, vbi habes theoricam ex iuris diſpoſitione deprõptam.

R. P. D.

DECISIO XXX.

R. P. D. Verospio.

Placentina pecuniaria Veneris 14. Maij 1632.

1 *Euidens iniustitia tollit conformitatem sententiarum.*

2 *Suprema Tribunalia nõ exequuntur alienas sententias, nisi sibi conset de iustitia illarum.*

3 *Rescripta signaturæ de exequendo sententias intelliguntur si iustæ sunt.*

4 *Cambia ex assertione non probantur.*

Etiam stante pacto præcedenti nu. 5.

5 *Interesse cambiorum requiri probationem, quod aderat persona, cui cambio dare poterat, iuxta doctrinam Castr. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loc.*

6 *Castr. doctrina in l. 3. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc. communiter est sequuta, & per totum ap probata.*

7 *Iuramentum non sufficit ad probandam veritatem, & substantiam cambiorum.*

8 *Fallit si pacto conuentum sit de stando dicto creditoris.*

Declarando, vt nu. 11.

Limitatur tamen vt num. 9. 10. & 13.

12 *Simulatio inter alias prohibitos facillima, immò in nullo facilius, quam in confessione fieri potest.*

13 *Index non tenetur stare declarationi creditoris circa interesse, vbicumque dolus potest præsumi.*

14 *Dolus præsumitur vbicumque summa nõ est modica.*

15 *Declaratio creditoris mutuantis, quod sub alia lege non mutuasset, doli præsumptionem arguit.*

16 *Nimia cautela, & diligentia suspectum reddunt contractum, & instrumentum.*

17 *Creditori non procuranti pignoris capti distractionem, vel decretum quod sibi in solutum adiudicetur, imputandum venit, vt vsuras indè non possit prætendere, quando data fuit dilatio consignationis pignoris.*

18 *Mora cessat quando creditor potest iudicati executionem habere, & per se stat.*

19 *Identitatem crediti sola possibilitas contraria destruit. Contrarium tamen ex veritati concluditur nu. 20. & 24.*

21 *Pluralitas debitorum non præsumitur, & 23.*

22 *L. quingenta ff. de probat. sensus explicatur.*

24 *Cõformitas quãtitatis idẽtitatẽ debiti probat*

DVbitaui in hac causa an constaret de tribus cõformibus ad sanorem Venturę Bramerij occasione rescripti signaturæ ex quo executio earumdem sententiarum cõmissa mihi fuerat, cum clausula, *quatenus illa conformes apparerent*; Et proposito hodie dubio negarunt Domini posse inter dictas sententias hanc conformitatẽ considerari propter euidentem illarum iniustitiam, cuius causa non
1 poterat aliquis esse effectus earumdem sententiarum ex inueterato stilo huius Tribunalis, quod, sicut alia omnia suprema Tribunalia, numquã exequitur sententias aliorum iudicum, nisi etiam sibi constet de illarum iustitia, *vt in dec. 340. de list. contest. in nou. Pur. dec. 391. lib. 1. Mohed. dec. 3. de test. & dec. 11. de sent. & re ind. c.* & ita
2 sæpius huiusmodi rescripta signaturę interpretata fuit Rota, *vt apud Card. Seraph. d. c. 388. num. 12. dec. 134. num. 2. par. 1. decis. 474. num. 8. dec. 194. num. 4. par. 2. recent. coram Reuerendiss. D. meo Dreano dec. 294. num. 1. & in Mediolanen. resistionis contra Eius 4. Iunij 1621. corã Card. nali Lacelloto.*

Et cum plura dictis sententijs obijcerentur ex duobus potissimum fundamentis moti fuerunt Domini, vt illas dicerent iniustas. Primum fuit, quia non probabant cambia, quorum occasione Stephanus Brameriusegerat cõtra Andream Georgettum, & pro quibus mandatum obtinuerat a Vicario Placentino, quod postea confirmarunt sententiæ, de quibus quęrebatur. Etenim ex facto, quod propositum fuerat, cõstabat eumdem Brameriũ egisse cõtra dictũ Georgettũ, tamquam fideiussorem Alexandri a Furno pro ducatis 40. quæ ibidem Alexander a se ad cambiũ acceperat non facta aliqua liquidatione, & nõ iustificatis eisdem cambijs, aliter quã ex
4 sola sua assertione. Hęcverò iustificario licet conformis esset pacto, quod positum fuerat in instrumento cambij, in quo tam dictus Alexander principalis debitor, quam

ipſe Georgettus fideiuſſor ſe obligarũt erga Bramerium (cum in eodem inſtrumẽto hoc expreſsè promiſſum fuerit per ipſos debito res, vt de omnibus cambijs, & expenſis ſtari deberet fidei creditoris) non poterat de
5 iure ſuſtineri, non ſolum dum fuit remiſſa omnis probationis neceſſitas etiam aſſert o
A nis iuratæ, cum ex ſola atteſtatione, & dicto creditoris non poſſet dici probata A ea certitudo, quæ requiritur, vt iuſtè petitum di-
6 catur hoc intereſſe cambiorum *inxta doctr. Caſtr. in l. 3. §. vlt ff. de eo quod certo loco; quam ſequitur, & extollit Mohed. dec. 3. de vſur. Aſſil. dec. 20. Rota Ianuen. dec. 37. num. 11. & plures ſequuta fuit Rota, vt in dec. 407. nu. 1 par. 1. diuerſ. dec. 52. num. 5. part. 1. dec. 559. num. 2. par. 2. recent. in Romana cambiorum de Gradis 15. Maij 1592. coràm Card. Mellino in Mediolanen. pecuniaria prima Iulij 1592. coram eodẽ in Ianuen. pecuniaria 7. Iunij 1610. coram Lancellotto, & in Ianuen. pecuniaria prima Martij 1613. coram bo. mem. Vbaldo;* Sed neque ſi hæc declaratio confirmari deberet iuramẽto eiuſ-
7 dem creditoris, cum ex eodem iuramento probari deberet non ſolum quantitas damnorum, & intereſſe, quæ paſſus fuerit creditor ob dilatam ſolutionem pecuniæ a ſe
B datæ, cum eo onere cambiorum, ſed veritas ac *B* ſubſtantia ipſorum cambiorum, vt optimis rationibus defendit Dec. *conſ. 83. nu. 3. poſt Bart. in l. Diuus nu. 2. ff. de milit. teſtam. & in l. ſi quando num. 4. C. unde vi. Bald. in l. rogaſti §. ſi tibi num. 14 ff. ſi cert. pet. Rota in dict. Mediolanen. pecuniaria 1. Iulij 1592. coram Cardinali Mellino.*

8 Et licet hæc non habere locum ſtante pacto debitoris, qui ſe cum iuramento obligauerit ſequi fidem ſui creditoris, niſi ſint voluiſſe aliqui relati per Plot. qui etiam concluſio nem communem dicit *in tract. de in lit. iurã §. 48. num. 1. Specul. in tit. de probat. §. viden. num. 7.* Et hoc propter virtutem iuramenti, quo ſe idẽ debitor obligauit acceptare hanc probationem, quæ reſultare debebat ex atteſtatione iurata ſui creditoris, *vt per Aſſil. dec. 91. nu. 9. Alex. conſ. 54. num. 5. vol. 2. & habetur in l. iuſiurandum, quod ex con-*
9 *uentione ff. de iureiur.* Quicquid tamen ſit de veritate huius opinionis, quam numquã verificari poſſe contendit Bart. *in l. vlt. ff. de prator. §. ipſul. num. 3.* dum duæ limitationes quæ communiter dari ſolent, & quas poſuit idem Specul. *d. num. 7.* vt ſcilicet non obſtante iuramento adhuc ſit locus probationi contrariæ, & poſſit etiam Iudex hanc probationem non ſequi, euertunt, & tollunt funditus ipſam regulam, quod etiam dixit idem Bar. *in conſ. 168. n. 4. & in l. Theopõpus nu. 11 ff. de dot. praleg. & notauit Io: Andr. in addit. & Specul d. nu. 7 in gloſ. verb. credi-toris Abb. in cap. ſi nem litibus num. 27. Ant. de Butr. num. 28. de dol. & contum. Aret. in §. vlt. num. 18. Inſt. de verb. oblig.* Eamdem opinionem pluribus alijs modis limitat idẽ
10 Plot. & in proposito, & ad caſum præſentis quæſtionis *num. 8.* vbicumque hoc pactum factum videretur in fraudem vſurarum, aut eſſet quocumque modo de vſura ſuſpectum *Aſſlict. d. d. ciſ. 91.* qui in ſpecie conſi-
11 derandum dicit, an perſona, quæ iurare debet, ſolita ſit dare pecunias ad vſuram *Ioan. Andr. vbi ſupra, Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione num. 20. in 6. limit. ff. de iureiur. Bald. in l. rogaſti §. ſi tibi num. 6. & 7. ff. ſi cert. pet.* qui vult præterea ad validitatem huius obligationis ſaltem requiri, vt hoc intereſſe probetur per alias coniecturas. *Rot. decij. 467. num. 6. par. 1. diuerſ.* & rationem adducit Bald. quia inter actus prohibitos non eſt aliquis actus, ſicut confeſſio, in quo poſſit ità
12 facilè ſimulatio præſumi, Et cum plures contra hoc pactum adducerentur coniecturæ, ex quibus maximè ſuſpectum reddebatur, ſatis eſſe putarunt Domini ingenterm ſummam pecuniarum, ad quam aſcendebant cambia decurſa ſecundum declaracionem Bramerij, vt non potuerit hoc caſu valere idem pactum, & vt illius decla-
13 ratione Iudex ſtare non teneretur propter dolum præſumptum, qui ſemper conſideratur vbicumque condemnatio facta ſit in ſumma non modica, *vt in d. deciſ. 467. num. 3. Alex conſ. 47. nu. 6. & 7 vol. 1. Bart. in l. ſocietatem 67. §. arbitror num. 24. ff. pro ſoc. Bald. in l. vnic. num. 23. ff. de his, quæ pan. nom. & in rubr. ff. de pan. Iud c. qui mal. ind. c. num. 2. gloſ. in l. ſi de re ff. de recept. arbitr.* Vt etiam quia in idem pactũ non ſponte conſenſerant Furnus, & Georgettus debitores, ſed quia non potuerunt ſub alia conditione extorquere pecunias a Bramerio, vt conſtabat ex ipſis verbis inſtrumenti, in quibus hoc idem ipſe ex preſsè dixit, & proteſtatus fuit, quod ſcilicet ſuas pecunias non niſi ſub hac conditione dediſſet: hinc enim ſequebatur ex parte debitoris

vt

vt non posset de illius voluntate dici appositum hoc actum, ex parte verò creditoris colligebatur nimia diligentia, & cautela cõtra omnem consuetudinem, quæ pariter
16 suspectum reddere poterant idem pactum, & instrumentum, vt considerauit Bald. *in d. l. rogasti* §. *si tibi num. 3. ff. si certs. pet. 1. sf. in l. testamentum num. 3. & 4. C. de testam. & in cons. 170. num. 1. vol. 2. Surd. cons. 327. num. 4. Menoch. de præsumpt. præs. 122. numer. 67.*

Alterum fundamẽtum, ex quo dubitarunt Domini de iustitia sententiarum etiam ex facto dependebat: Quia idem B amerius antequam contra Georgettum fideiussorem egisset, & obtinuisset mandatum, quod postea sequentes sententiæ confirmarunt, aliã executionem fecerat ex causa huius eiusdẽ crediti contra ipsummet Alexãdrum a Furno principalem debitorem, & illam etiam per fecerat, & consumpserat per apprehensionem pignoris iudicialis, quamuis illud postea reliquerit penes Riccardum, & Fraciscum de Antosijs, qui intra tres menses se obligarunt ei hoc debitum soluere. Cum enim vtrumque potuisset ipse Bramerius,
17 vel procurare eiusdem pignoris distractionem, *vt notatur in l. si creditor l. creditoris, ff. de distract. pign. l. 1. C. si in causa iud. cat.* vel obtinere, vt sibi in solutum adiudicaretur, *vt etiam dicitur in l. 2. & 3. C. si in caus. iudicat. l. à Diuo Pio* §. *si pignora ff. de re iudic.* non potest, dum neutrum horum fecit, imputare hoc debitori, si sui crediti satisfactionem consecutus non fuit, & post eã executionem non potuerunt aliqꝫ amplius vsuræ decurrere propter hanc eamdem rationem, quod scilicet in potestate creditoris fuerit iudicatum exigere, quam ponit textus *in l. 1.* §. *socius ff. de vsur.* cessante
18 enim mora debitoris non erat causa, ob quã debitæ esse poterant eædem vsuræ, vt arguit in his terminis Alciat. *cons. 59. & cons. 113. num. 5. lib. 5. Surd. dec. 262.* licet in casu suæ decisionis cõtrarium sustineat, eo quod debitor impugnaret executionem, quod cessat in casu huius resolutionis, in quo sicut dicebam non potest aliqua mora considerari, nisi ex parte creditoris.

Neque huic fundamento dixerũt Domini obesse solam possibilitatem, vt hoc debitum, pro quo facta fuit executio contra Furnum & obligatio ab illis de Antosijs, esset diuersum ab eo, cuius causa hodie contra Georgettum agitur, vt vel ita præsumi deberet.
19 secundum notata *in l. quingenta ff. de probat.* vel vt contra hanc probationem probari saltem deberet identitas vtriusque debiti per ipsum Georgettum. Contrarium enim
20 in iure verius erat, quod scilicet hæc probatio non nisi ad Bramerium spectare deberet, non solum quia ea pluralitas debitorum non poterat de iure admitti propter regulam, *l. in bello* §. *facti ff. de capitu. & postlim. reuers. vt per glos. in l. omnium in*
21 *verb. comprobetur C. de testam. Bart. in l. si quis seruum* §. *si inter duos ff. de leg. 2. Bald. cons. 344. num. 2. lib. 2, Castren. cons. 128. nu. 2. in fin. lib. 2. Menoch. præsumpt. 15. num. 7. lib. 6.* Sed cum in ea pluralitate se fundaret idem Bramerius, propter aliam iuris regulã *de qua in l. ab ea parte ff. de probat. Aym cõs. 198. num. 4. Corn. cons. 144. num. 11. libr. 4.* Et licet in casu, *l. quingenta* voluerit Iuris
22 Consultus, vt hæc probatio esse deberet debitoris, hoc fuit quia in ea quantitate, quæ ab eodem debitore petebatur, damnatus erat hæres illius quantitatis debitor à Testatore non solum in testamento, sed etiam in codicillis, & cum valeret vtraque dispositio, ideo respondit Iuris consultus, vt hoc probare teneretur hæres quod fuerit inane legatum relictũ in secunda dispositione, prout ita eadem l. interpretantur, & ratione Iuris Consulti explicat Alex. *in l. triticum, nu. 7. ff. de verb. oblig. & in cons. 4. num. 11. lib. 1. Bart. in l. Sempronius 47. num. 3. ff. de leg. 2. Menoch. de arbitr. cas. 213. num. 13.*
23 *lib. 2.* quod non est in casu, de quo agitur, cum non solum non ostendatur hæc scripturarum, aut obligationum diuersitas, sed neque etiam doceatur Furnum fuisse, ex alia causa debitbrem, vt etiam satis esse poterat, ad hoc vt præsumi deberet, quod ex causa antecedentis cambij facta, fuerit executio ex his, quæ docet Bart. *in l. triticum num. 2. & 3. Alex. numer. 6. Imol. num. 4. ff. de verb. obligat. Ias. cons. 70. num. 1. & 2. lib. 1.* & concurrit præterea, quod pignus, super quo facta fuit executio, & quod depositum fuit apud illos de Antosijs captum fuit ex causa crediti pro summa scuto. 43. & solido. 17. auri in auro de marchis, ad quam prorsus quantitatem ascẽdebat debitũ cambij, quod dicitur factũ cũ Furno, & Georgetto, quod pariter satis esse poterat ad probandã iden-
24 titatem huius debiti secundum eumdem

Bart.in d.l.triticum num.4. Alex.num.6.& 7. Iaſ. num.8. ff de verb.oblig Alex.conſ.4. num.11.lib.1.Anin.conſ.223.num.2.& 3. lib.1. Rimin. Sen. conſ.428. num.3.lib.4. Affl. dec.108.num.2.Menoch. de arbitr. caſ.211.nu.2. Et ita,&c.

---

1 HINC videsquanta ſit neceſſitas huius probationis, eamque nulla ratione poſſe remitti d.cto creditoris etiam iurato vt ſæpius adnotaui ad has deciſiones, & plenius proſequutus ſum ſupra hac eadem diſputatione queſtione 11. *in fine*, ad quorum confirmationem valdè faciunt quæ hic dicuntur.

B Et hoc eſt id, quod dicebam d. queſtione 11. ea ponderata ratione, quia factum hoc non poteſt arbitrio boni viri moderari, prout poteſt quantitas damnorum, quæ ſecundum aliquos poteſt moderari, ex quo ceſſat delinquè di occaſione, vt ibi ponderaui.

C Hæc diſpoſitio eſſet valde nobilis, ſi tuta eſſet, præſertim ſi eſſemus in duobus in ſolidum obligatis, & cum clauſulis ſolitis, neque enim de facti culpandus eſt creditor, qui diligentias non adhibuit pro conſequenda ſolutione cum de natura actus debitor ipſe teneatur domum creditoris accedere, eidemq; integram ſatisfactionem re ipſa offerre, & propterea quoad hoc præcisè, ego valdè ſuſtineremſed magna, & meritò eſt Rotæ auctoritas; quibus non inſiſto, cum non ſit peculiare argumenti cambiorum, de quibus agimus.

DECISIO XXXI.

R.P.D. Veroſpio.

Placentina pecuniaria Lunæ 23.Maij 1633.

1 *Diſcrepantia inter litteras cambij quæ dicuntur* dell'andata, *& litteras reditus quæ dicuntur* del ritorno, *reddit vanam iuſtificationis cambiorum probationem, & num.3.*

2 *Reſponſio nõ poteſt præcedere interrogationẽ*

4 *Error ſcripturæ nil confert ad validitatem, vel invaliditatem contractus.*

5 *Inſtrumentum poteſt fieri de cambio primo contracto, & ſic non tollit quin contractus cambij præceſſerit.*

6 *Confeſſio de recepto in contanti, tunc, non poteſt referri ad numerationem præcedẽtem.*

7 *Notarius non poteſt rogari de actu præterito, cui non interfuit.*

8 *Quando non eſt certa perſona, cui ſolutio fieri debet, & poteſt fieri pluribus, tunc ſine interpellatione debitor in mora nonditur. Et per conſequens facultas cambiã di dita exercens nu.9.*

10 *In pacto ſi quid illicitum reperitur, non vitiatur id quod licitum eſt.*

11 *Conditio impoſſibilis de iure non ſolum à cõtractu rejicitur, ſed contractum vitiat, & cuertit, & de ratione num.12.*

13 *Mora non poteſt conſiderari in debitore, pendente dilatione data conſignationi pignoris capti.*

CONFIRMARVNT DD. in dubio, quod hodie propoſui deciſionem factam coram me in hac cauſa ſub die 9. Maij anni præteriti & in qua cum ageretur de executione triũ ſententiarum reſolutum fuerat dictam executionem concedi non poſſe propter iniuſtitiam earumdem ſententiarum, & ſicut etiam hodie fuerunt eadem duo fundamẽta, quæ ad probationem dictæ iniuſtitiæ, tunc conſiderarunt ex pluribus, quæ eiſdẽ ſententijs objiciebantur.

Primum fuit fundamentum eiuſdem deciſio-
A nis quod non iuſtificarentur *A* cambia, pro quibus relaxatum fuit mandatum in prima ſententia, quam duæ poſteriores confirmarunt. A cuius fundamenti confirmationem plura DD. conſiderarunt in hoc dubio, cum non daretur ex parte Venturę creditoris aliqua iuſtificatio eorumdem cambiorum, vel ſi qua dabatur, non poſſet dici ſufficiens; quod vt clarius percipi poſſit, di-
B ſtingnendæ ſunt litteræ, *B* ſub quibus factum fuit primum cambium ab aliis litteris poſteriorum cambiorum, cum hanc diſtinctionem viſe ſint facere eædem partes, tam dum promiſerunt in ipſo inſtrumento Alexander

xander Furnus, & Georgettus debitores reſtituere ſub primis futuris nundinis Paſcatis pecunias, quas ad cambium accipiebant à Bramerio, quam dum voluerunt vt non niſi in caſu reſtitutionis factæ eius primæ pecuniæ cum ſuis cambijs poſſet ipſe Bramerius eaſdem pecunias iterum ponere ſub nouis cambijs.

Contra autem priores eas litteras, duo præcipuè videbantur obſtare, primò notabilis, & maxima diſcrepantia, quæ inter eas intercedebat, ac litteras C reditus, ex quibus iuſtificari hodie deberet veritas dictorum cambiorum. Quæ, cum in ipſo inſtrumento, quod celebratum fuit inter partes atteſtetur Notarius fuiſſe eaſdem litteras tranſmiſſas Mediolanum ad Laurentios Mercatores à Giorgetto, & Furno, qui pecunias acceperunt à Bramerio ponendas ſub cambijs litteræ reditus, de quibus dicuntur fuiſſe Giorgettus & Furnus admoniti de quantitate dictorum cambiorum, contrarium continebant, quod ſcilicet fuiſſent eædem litteræ ſcriptæ ipſis Laurentijs à Bramerio; ſecundò reddebantur ſuſpectæ eædem litteræ, dum litteræ reditus, ex quibus illis D reſpondebatur, apparebant conſcriptæ, per diem antequam factum fuiſſet ipſum inſtrumentum cambij, & augebatur hæc ſuſpicio eo maximè quia licet in dictis litteris reditus, reſponderetur Georgetto, & Furno, eas tamen conſtabat ſemper fuiſſe penes ipſum Bramerium, à quo fuerunt productæ, itaut impoſſibile viſum fuerit, quod aliqua iuſtificatio, aut probatio ſequi poſſet ex eiſdem litteris, tam attenta earũ natura & qualitate, quia cum reſponſionẽ continerent, non potuerunt dare eamdem reſponſionem, antequam facta fuiſſet, tracta, E vt in propoſito notauit *Iacob. de Graſſ. lib. 2. de caſ. conc. cap. 110. num. 2. poſt Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. queſt. 12. art. 2.* quam attenta contrarietate, quæ videbatur eſſe inter dictas litteras reditus, dum pro tracta facta à Bramerio F reſpondebant Giorgetto, & Furno, & inter eaſdem litteras, & alias, quæ dicuntur *dell'andata*, dum litteræ non à Bramerio, ſed a Furno, & Giorgetto ſubſcriptæ fuerunt, cum ex hoc etiã vitio, licet extinctis eiſdem litteris redditus poſſent illæ ſubſpectæ reddi, *vt habetur in l. ſcripturæ C. de fid. & not. DD. in c. inter dilectos de fid. Inſtrum. & in cap. imputari. eod. tit. Aret. conſ. 7. nu. 2. Mandel. conſ. 99. nu. 7.*

Nec dicatur, quod ex ea ſola data litterarum anteriori, quam eſſet ipſe contractus potuerit idem contractus vitiari, tàm ex eo, quod ipſe dies, in quo erratum dicebatur, conſecutus eſſe error ſcripturæ qui propterea nihil conferre poterat ad validitatem, aut inualiditatem cõtractus, vt docet Bald. *in l. Imperator. nu. 23. ff. de ſtat. homin.* & aduertit in his terminis Scace. *in ſuo tract. de camb. §. 2. gl. 1. n. 34* quam etiam quia potuit Inſtrumentum, in quo poſita fuit ea dies poſterior, quam eſſent ipſe litteræ reditus, fieri de cambio, quod multo ante cõtractum fuiſſet a partibus *ex addactis per Felin. in cap. primo, n. de fid. Inſtrum.* Hæc enim difficultas viſa fuit ceſſare ex eodem Inſtrumẽto, in quo inter cætera de duobus apparet fuiſſe ipſum Notarium rogatum, de H ipſa ſcilicet numeratione H pecuniæ actu, *& in contanti*, vt dicitur coram ſe facta, & de ſubſcriptione, quam ijdem Georgettus, & Furnus fecerunt earum litterarum, quibus reſpondere debuiſſent Laurentij Mercatores Mediolanenſes, cum vtraque hæc, confeſſio, & probatio, quæ oriebatur ex dicto Inſtrumento nõ poſſet I referri, niſi ad actum, qui tunc agebatur tum ex natura illorum verborum, in quibus conſtare dicebatur de ea ſolutione, quæ licet præteriti temporis, oſtendebat tamen tẽpus eiuſdem ſolutionis, *vt declarat Ias. in l. ſi ita ſtipulatus §. Griſogonus num. 16. ff. de verb. oblig. Soc. Sen. conſ. 143. num. 1. Rot. 821. nu. 2. par. 3. lib. 3. diuerſ.* tum quia non potuiſſet idem Notarius ſe rogare de actu præteriK to, & quem ipſe non K viderat. *Innoc. in cap. quoniam contra num. 6. Felin. num. 34. de probationib. idem Felin. in c. ſi cautio nu. 69. de fid. Inſtrum. Bald. in l. ex his verbis nu. 3. C. de teſtam. milit. & in auth. ſi quis in aliquo nu. 11. C. de eden.*

Aliæ poſterioriores litteræ, ex quibus iuſtificabantur noua cambia, ſub quibus in caſu nõ reſtitutionis factæ primorum cambiorum à Georgetto, & Furno, potuiſſet Bramerius ponere pecunias eiſdem datas ex illorum promiſſione non minores patiebantur difficultates, ſed omiſſis omnibus, quæ dici poſſent ſuper illarum iuſtificatione, illud DD. ſatis eſſe putarunt in hoc dubio, vt aliqua cambia poſt prima nõ deberentur, eo quod eam facultatem iterum cambiandi primam pecuniam non habuiſſet Bramerius a ſuis L debitoribus, niſi L in caſum, quo illi non reſti-

reſtituiſſent eãdem pecuniam cum ſuis cãbijs in proximis futuris nundinis, cum verò eadem pecunia ex legè data in inſtru-
M mento neſciretur, cui eſſet ſoluenda, M
S quia potuit ex pacto quod in eo poſitum fuit, fieri remiſſio cuilibet mercatori Placentiæ, vel alibi commoranti, vt ſunt præciſa verba ipſius Inſtrumenti, hinc ſequitur
N quod non facta intimatione N eiſdem debitoribus, vt ſoluerent prima cambia, aut quod nouæ vſuræ incipiebant contra illos decurrere, non potuit exerceri a creditore
9 facultas eidem conceſſa, vt iterum eaſdem pecunias cambiare poſſet, & quod videantur intrare concluſiones adductæ in illa.
O Mediolanenſis coram Litta, O quæ ſemper receptæ fuerunt in hoc Tribunali quocieſcunque nõ poteſt conſiderari mora debitoris, & deciſiones referuntur in dicta Mediolanenſis. *quæ eſt deciſ. 42. par. 2. recent. & in Lugdunenſis pecun. 2. Aprilis 1604. coram eodem Litta*, vt hæc mora
P excludebatur in caſu huius contractus, tam attenta incertitudine perſonæ, cui debebat fieri reſtitutio, quam attenta quantitate ſũmæ reſtituendæ, quæ qualitates non concurrebant in caſu deciſ. Bonon. *quaderna 22. Aprilis 1515. coram Cardin. Lancellot.* aut aliarum, quæ poſſent in contrarium adduci, cum in caſu dictarum deciſionum, faciendo eſſet reſtitutio pecuniæ primo cãbiatæ eidem creditori, cui in caſu non factę eius reſtitutionis apparebat cõceſſam fuiſſe facultatem a ſuo debitore iterum ponẽdi eandem pecuniam ſub nouis cambijs.

Et ex his viſum fuit DD conſiſtere primum fundamentum, quod in deciſ. conſtitutum fuit ad probandam iniuſtitiam ſententiarum, quæ dicebantur latę fuiſſe in hac cauſa, licet enim inpugnaretur hodie idem fũdamentum quod nõ potuiſſet vitiari totus contractus ex eo pacto, quod poſitum legebatur in ipſo Inſtrumẽto, vt ſuper quãti-
Q tate horũ cãbiorũ ſtari Q deberet aſſertioni ipſius Bramerij creditoris (in quo fundamẽto inſiſtere præcipuè videbatur eadẽ
10 deciſ.) cum ſi quid illicitè adiectum fuit non poſſet id operari, quin debitæ nõ eſsẽt vſuræ, quæ legitimæ eſſent, *l. placuit 20. l. vſuras 20. ff. de vſur. l. cum allegas. C. eod. tit. & pluribus comprobat Scacc. de camb.* S. *2. quæſt. 7 par. 2. ampl. 20. num. 7.* Tamen cum aliundè ſaltem iuſtificari debuiſſent eædem vſuræ, non poterant videri aliculus

R momenti ea omnia, quæ dicebãtur ſuper R validitate contractus, non obſtante eo pacto, dum hæc iuſtificatio non dabatur ab ipſo Bramerio quamquam difficultatem pati poterat eadem concluſio in terminis huius contractus propter aliam conditionem eidem pacto adiectam, quod ſcilicet alio modo non dediſſet ipſe Bramerius ſuas pecu-
11 nias ad cambium, quia cum reputaretur eaS dem conditio in Iure impoſſibilis, S non ſolum ipſa reijciebatur a contractu, ſed hęc eſſe videbatur illius vis, vt eundem contractum inficeret, & in totum euerteret propter rationem quæ deſumitur, *ex l. non ſolum. ff. de act. & oblig.* quia ſcilicet deficere
12 videatur conſenſus eius, qui talem conditionem appoſuit, quam ſciebat in Iure impoſſibilem cuius legis rationem plenè expe dit, & declarat R P. D. meus Duran. *2o ſuo tract. de condit. & mod. impoſſ. cap. 1. 4. part. nu. 5. & admiſti in his terminis Scacc vbi ſupra adducit. S. primo q. 7. par. 2. amp. l. 20. nu. 14.* quando ipſum pactum quod illicitum, aut impoſſibile eſt, verſatur circa ſubſtantiam ipſius contractus.

Alterum fundamentum eiuſdem deciſionis il-
T lud fuit, vt non potuerint aliquæ vſuræ T decurrere poſt executionem, quam fecit Bramerius contra Alexandrum Furnum ex debitoribus ſibi obligatis pro hac cauſa cãbiorum, quod fundamentum viſum fuit etiam hodie ſubſiſtere. cum controuerti nõ poſſint eæ duæ rationes, quæ fuerunt conſideratæ in deciſione ad illius confirmatio-
13 nem, vt pendente dilatione data Antoſiis, qui ſe obligarunt reſtituere pignus captum in executione, nõ potuerit conſiderari mora aliqua debitoris, & quod poſt dilationẽ
V fuiſſet in poteſtate V ipſius Bramerij iudicatum exigere: Hæc q; viſa fuerunt obſtare, quæ adducebantur hodie contra Inſtrumentum, ex quo probatur ea obligatio eorum de Antotijs occaſione dicti depoſiti, quia ea, quæ dicebantur ſuper diuerſitate cauſæ, vt ſcilicet ex alia cauſa diuerſa ab hoc debito cambiorum facta fuerit executio ſuper bonis Furni, quæ poſtea relicta fuerunt penes Antotios, fuerunt ſublata in eadem deciſione. Quouerò ad ſuſpicionẽ falſitatis, quæ pariter addducebatur contra dictum inſtrumentum præterquam non viſæ fuerunt ſatis ad id eſſe rationes, quæ adducebantur ad probandã eandem falſitatem, quam pro ſe habebat publicum inſtru-

ſtrumentum. Præterea data hodie fuit in hac poſitione copia tam ſententiæ latæ contra dd. depoſitarios pro reſtitutione eiuſdem pignoris, quam aliorum actorum, quę præceſſerunt dictam ſententiam, ex quibus omnibus ſatis viſa fuit iuſtificari veritas inſtrumenti eiuſdem depoſiti.

Et ita vtraque, &c.

HÆC deciſio de more loquitur ad collitigantes, apud quos gnaros ſecutorum omnium, ea ſolum enunciantur, quæ ſtatum articuli controuerſi conſtituunt, omiſſis ceteris, quæ tamen cum ſeriem rerum geſtarum interrumpant; magnam lectoribus alijs pariunt obſcuritatem, eo magis noxiam in re præſenti, quo certius totam vim deciſionis huius conſiſtere in reęiciendis probationibus cambiorum ſequutorum, ex tenore documentorum productorum, quæ cum aliter atque aliter habere ſe poſſint, vt in loco admonebo, magis exactam rei geſtæ ſeriem exigere videbantur. Vt igitur ex inſtituto lucè aliquâ afferam, dubia a certis ſeiungendo, quoad potero, plenius ſtatum controuerſiæ aperiam.

Certum eſt primum cambium, de quo in deciſione agitur, celebratum fuiſſe Placentiæ inter Bramerium ſtipulatorem ex vna, & Alexandrum Furnum, & Georgettum debitores ex alia, qui debitores litteras cambij pro illius executione confecerunt, & de cãbio prædicto tractã fecerunt ad Laurentios mercatores Mediolani degentes.

Sed incertum ad quem dirigeretur remiſſa, an ſcilicet ad eoſdem Laurentios, an verò aliquem tertiæ perſonæ; prout etiam incertum, an ad alios præterquam ad nominatos in celebratione contractus, ſpectaret cambium ratione intereſſe, & proprietatis, modo explicito diſputationem ſecunda quæſtione... Item incertum an Laurentij in complenda tractã cambij, ſequuti eſſent fidem ſoluendo Furni, & Georgetti datorum litterarum, ſed etiam ipſiuſmet Bramerij ſtipulatoris, quod fieri poſſe probaui ſupius ex reſcripto ad Bononienſes, & ex quarto ad Rempub. noſtram.

Certum pariter eſt Furnum, & Georgettum debitores primi cambij, vltra litteras cambij per eos ſubſcriptas, & directas Laurentijs de Mediolano promiſiſſe per Inſtrumentum reſtituere Bramerio in proximis futuris nundinis Paſcatis pecunias receptas vna cum cãbijs, & in defectum ſolutionis, conuentum vt Bramerius poſſet eaſdem pecunias ponere ſub cambijs; prout etiam certum tractam recambij celebrandi Mediolani pro futura feria Paſchatis, dirigi potuiſſe ex forma pacti de quo in eodem Inſtrumento cuicumque mercatori. Incertum tamen inter quos cambium Mediolani eſſet celebrandum, ex quo dicta tractа eſſet proceſſura, & cui in eadem feria fuiſſet dirigenda remiſſa, licet a communiter accidentibus, & ſecundum naturam negotij intelligendum videatur cambium illud celebrandum fuiſſe ab eiſdem de Laurentijs Mediolani, vel ſecum ipſis, vel cum alijs quibuſuis, remiſſa verò dirigenda eſſet eidemmet Bramerio cred. tori prioris cambij, tractа vero dictis Furno, & Georgetto iuxta praxim, de qua in hac tertia diſputatione quæſtione..... quamuis in caſu huius deciſionis ſupponatur incertam fuiſſe perſonam, cui erat fuciendа ſolutio in feria Paſchatis, quod videtur pugnare cum illa promiſſione, quæ ſupponitur factа in inſtrumento de ſoluendo ſummam cum cambijs ipſe Bramerio in dicta feria Paſchatis.

Certum demum, fuiſſe conuentum in eodem inſtrumento, quod de quantitate intereſſe ſtari deberet aſſertionibus ipſius Bramerij, quia alio modo non dediſſet ſuas pecunias cãbio. Quod ſanè intelligendum eſt de intereſſe prouenturo ex cambijs celebrandis vigore facultatis prædictæ à dicta feria Paſchatis inuenturum in caſum non factæ i eam ſolutionis.

Certumque pariter defeciſſe debitores in ſalutari, nec in dicta feria Paſchatis ſolutionem expediuiſſe, dictumque Bramerium vſum facultate prædictа, & propterea petiſſe ſibi debitum cũ intereſſe cambiorum. Sed incertum quo pacto vſus fuerit dicta facultate cambiandi.

A *Hæc eſt illa iuſtificatio, ſine qua fruſtra quiſpiam agere poteſt ad cambia ſibi debita occaſione facultatis ſibi conceſſæ de cambio capiẽdi ſummam debitam, de qua ſæpius in his deciſionibus, quæ omnes valent ad confirmanda ea, quæ in propoſito poſuimus ſupra hac eadẽ tertia diſputatione, quæſtione vndecima, ad finem, vbi etiam probaui cur hæc probatio remitti non poſſit aſſentioni quantumuis iurata creditoris.*

B *Intelligendum eſt, medum de litteris cambij, & quæ verè, & propriè ſunt litteræ cambij datæ in executionem contractus cambij inter partes celebrati, de quibus formaliter egi in d. ſpu-*

diſp. 2. quæſt. 3. Sed cum verſemur in materia probationum, latius accipiendæ ſunt, & impropriè etiam pro illis litteris facientibus mentionem de celebratione cambiorum, & propriè dicunt litteræ aduiſij, vel ſpacchia, de quibus in prolegomenis ad ſecundam diſp. ex quibus non ſecus ac ex ipſis litteris cambij probantur cambia. Et licet appellentur in deciſione litteræ ſub quibus factum fuit primò cambium; non eſſe intelligendas præcisè de primo cambio, ſed etiam de ſecundo, ſeu recambio, quod celebrandum erat Mediolanum cuincit ſequēs ſermo eiuſdem deciſionis, ſed aequiuocatio prouenit ex communi errore, quo non diſtinguitur in loco deſtinatæ ſolutionis, ſolutio, quæ ibi fit pro perfectione prioris cābij, a celebratione recambij, vt memini me admoniſſe initio tertiæ quæſtionis hac ea tertia diſputatione.

C Contextus euincit has litteras fuiſſe vel aduiſij, ſeu verius ſpacchia, vt ſupra admonui. Et hinc eſt (pace DD. dixero) nullam neceſſario contrarietatem continere cum litteris cambij ſubſcriptis a Furno, & Georgetto, hæc enim, cum in executionem initi contractus conficiantur, vt admonui dicta quæſtertia d. ſputatione ſecunda neceſſario dirigi debent ad eum, ad quem dirigitur tractatus, qui ſunt Laurentij de Mediolano, quorum reſponſio conſiſtit in admplemento, acceptando ſcilicet, & ſuo tempore ſoluendo, vt proſequutus ſum dicta diſp. 2. a quæſt. 6. ad vndecimam, ſpacchia vel ò ſeu litteræ aduiſij nihil aliud cōtinent præter certiorationem ſequutorum. Vnde ſi Laurentij acceptatis, & ſolutis litteris Furni. & Georgetti etiam miniſterio recambij, vt expoſui hac eadem 3. diſput. quæſt. 3. & 4. de hoc facto per ſpacchia certiores reddidcrunt ipſum Bramerium, qui eiſdem ſcripſerat, vt prædicta curare deberent, ex hoc pariter nulla cōtrarietas oritur, cum benè inſimul ſtare poſſit, & quod Furnus & Georgetus litteras cambij ſubſcripſerint directas Laurentio, tamquam debitores eo, & ſimul Bramerius creditor ſcripſerit eiſdem de Laurentijs, vt prædicta curarent, ſed eidem dirigendo remiſſam eiuſdem cambij, vel mandando, vt tractam compleret, cui dictus de Laurentijs reſponſum dederit de exequutis; quod reſponſum eſt extraneum a reſpoſione ad litteras cambij, ſed ingenitum reſponſioni litterarum aduiſij ipſius Bramerij, & validiſſimum ad probandam ſubſtantiam ſequutorum Mediolani in executionem litterarum cambij, nullo autem modo duci poſſet eiſdem cōtrariari, quinimmò valdè conforme naturæ rei, de qua agitur.

D Ex hoc etiam conſtat has litteras cambij non eſſe, ſed aussij, vel ſpacchia, neque enim litteræ cambij exigunt reſponſionem aliarum litterarum cambij, ſed vel acceptantur, vel recuſantur, vt in diſp. 2. quæſt. 12. & 13. Et licet neduum data illarum, ſed etiam receptio præceſſiſſet inſtrumentum, involueret aliquam contrarietatem; neque enim inſtrumentum celebratum fuit ad probationem cōtractus cambij primo loco celebrati Placētiæ inter debitores, & ſtipulatores; nec ad magis cautum reddendum creditorem de cambio prædicto, qui ſolo documento litterarum cābij acquieuit, ſed vis inſtrumenti tota dirigebatur ad promiſſionem, de qua in eo, quod ſcilicet in proximis feriis Paſchatis Furnus, & Georgettus ſoluerent tractam de recambio Mediolani celebrando, & in dictam feriam dirigendam, & in deffectum ſolutionis, ſibi in eodem inſtrumento cauit creditor de facultate iterum cambiandi. Et per conſequens cum promiſio, de qua in inſtrumento, extranea ſit ab obligatione, quæ oritebatur ex cambio primo loco celebrato Placentiæ, ad quod refertur hac reſponſio hic ponderata, fruſtra ex tempore data dictæ reſponſionis arguitur contrarietas eorum, quæ in inſtrumento continentur. Nec releuat, quod iſtæ litteræ reſponſiuæ ad Furnum, & Georgettum remanſerint penes Bramerium, & per eum fuerint prodnctæ. Nam cum ea ſupponantur continere probationem eorum, quæ Mediolani a Laurentijs adminiſtrata fuere in executionem litterarum cambij, in quibus agebatur de totali intereſſe ipſius Bramery, nullum eſt inconueniens, quinimmò valdè connaturale negotio, de quo agitur, quod vel ipſis de Laurentijs Mediolani dictæ litteræ reſponſiuæ tranſmiſſæ fuerint ad Bramerium ipſum, maximè ſi Bramerius eis mandaſſet, vt tractam illam cōpleret; vel etiamſi eſſent tranſmiſſæ ipſiſmet Furno, & Georgetto; quod ijſdem ad eumdem Bramerium pro eius cautela & ſequutorum teſtimonio tradidiſſent. Certè cum iſtæ littera reſpōſiuæ ſint, nec ad aliud inferuire poſſint, niſi ad publicationē ſequutorum, cuicumque tandem directæ fuerint, & apud quem reperta, nullum validum argumentum afferre poſſunt contra ea, quæ ex litteris cambij primo loco cōfectis, & ex inſtrumento, quo creditor cauere ſibi voluit de recam-

vecambij's, ab actore proponebantur.

B Si de tracta prioris cambij eſſet ſermo, verum cum nullus effectus prior ſit, vel eſſe poſſit ſua cauſa, ſed ſi de tracta recambij agatur (prout agi debere in propoſito, de quo agimus, euincit contextus deciſionis) benè poteſt antequam tracta ſit per litteras reſponſuas ad mandatum de complendo cambium, & aliud exinde celebrando, certiorari mandans, & de perfectione prioris cambij, & de celebratione recambij, & de tracta exinde facienda.

F Hic vel error amanuenſis, vel valdè impropriè loquitur; Si enim littera cambij ſubſcripta fuerunt à Furno, & Giorgetto pro pretio habito a Bramerio ſtipulatore, nulla ratione verificari poteſt, quod tracta illius cambij ſpectaret ipſi Bramerio, non ſolum ratione curæ, & ſollicitudinis, cum littera ſubſcripta ab alijs proponantur, ſed nec etiam ratione proprietatis, vel intereſſe, cum ipſe proponatur pecunias exburſaſſe pro eodem cambio, ad latè tradita ſupra diſp. 2. quæſt. 6. Vel igitur error in ſcriptore, vel intelligendum eſt ideò dici a Bramerio tractam factam fuiſſe, quia fortè ipſemet mandaſſet eiſdem de Laurentijs Mediolani, puta, ſuis correſpondentibus, vt tractam eis factam à Furno, & Giorgetto complerent, & ſic ex eadem tracta, non ex cãbio, ſed ex mandato remanſit obligatus, quod fieri poſſe, & ſæpius fieri vigore etiam referi pti, & ad Bononienſes, & ad Rempublicam noſtram ſupra admonui.

C Retenta ſuppoſitis; has litteras, quæ ſubſcripta fuere à Furno, & Georgetto eſſe litteras cãbij, ceſſat conſideratio contrarietatis per ea, quæ ſuperius littera C.

H I Ad clariorem, & certiorẽ rei, de qua agitur inueſtigationem, valdè referres inſpectio integri inſtrumenti, cũ certum habeamus Notarium atteſtantem de numeratione pecuniæ, intelligi poſſe, ac debere, & quidem efficaciter abſq; eo, quod verè, & realiter in actu celebrationis inſtrumenti interueniat actualis numeratio, præſertim quando aute aſſertionem prædictam præceſſerit confeſſio de recepto, per gl. in l. ſi ex cautione C. de non num. pec. & ibi Bart. num. 9. Bald. num. 7. Salyc. num. 27. & 29. Et in l. ſi ex pretio C. ſi cert. pet. Bald. in rubr. C. de renoc. his, qua in fraud. credit. num. 8. & alios, quos refert, & ſequitur Farin. de falſ. & ſimul quæſt. 152. num. 59. & num. 65. Vel quando ex conſuetudine Notarius aſſereret de numeratione, licet actu non interueniſſet, vt poſt alios per eumdem Farin. vbi ſupra num. 48. cum ſeqq. qua conſuetudo viget Placentiæ, vbi feria cambiorum celebrantur, vt patet ex capitulis dictarum feriarum cap. 14. vbi iubetur omnia documẽta cambiorum fieri debere pro valuta habita. Adde ad tollendam omnem amarytudinem, & contrarietatem, quod licet littera cambij, quæ præceſſerunt ſubſcripta fuerint pro pretio, & pecunijs habitis, tamen nihil impedit, quominus celebrata fuerint ſub ſpe futuræ numerationis facienda a debitoribus illius cambij, vt alibi memini me dixiſſe ſæpius, ſed præcipuè diſp. prima, qu. ſecunda, & diſp. 2. quæſt. 16. quæ tamen numeratio exinde facta fuerit opportunius tempore celebrati inſtrumenti, cuius vigore debitores obligabantur ad complendam tractã recambij, quod ſupponebat iam cambium primum fuiſſe ſolutione perfectum, & ſic debitores fidem contractu cambij oppignoratam diſſoluiſſe. Quod ipſum verificari poſſet de litteris cambij a Furno, & Giorgetto cõfectis nam precedente confeſſione contrahentium, benè poterat Notarius atteſtare de illarum confectione per ſupradictã, nec eſt neceſſe ad ad verificandam dictam aſſertionem, quod tunc temporis confectionis inſtrumenti eſſet confecta. Nec eſt credendum contrahentes, ita ſtatos, vt cum agerent de recambijs complendis, quæ ſupponunt cambium præceſſiſſe loquantur de cambio, vt tunc celebrato.

K Benè poterat, precedente confeſſione contrahentium per ſupradictã.

L Certè caſu illo non contingere, qui dabat cauſam vſui facultatis prædictæ nõ poterat Bramerius illa vti; ſed allegare caſum non contingere, quia ignotum eſſet cuinam faciendæ eſſet ſolutio in feria, eſt manifeſtè contra inſtrumenti ſtipulationem, quã ſibi cauit Bramerius ſibi ſolutionem faciendam in dicta feria Paſchatis, Quinimmò in praxi, & à communiter contingentibus id erat penitus impoſſibile. Nam ſi ille de Laurentijs Mediolani, ſoluto primo cambio etiam miniſterio recambij tractam de recãbio fecerat Placentiam in feriam Paſchatis, vt littera, quas vocant del ritorno neceſſariò continere debent, debent neceſſariò etiam continere perſonam, cui dirigitur remiſſa eiuſdem, & per conſequens cui eſt facienda ſolutio, vnde nulla ratione poteſt verificari, quod neſciretur perſona illa, cui eſſet facienda ſolutio.

M Neceſſe eſt etiam & hic intercedere aquinoc tionem, dum dicitur conuentum fuiſſe, vt cuilibet Mercatori Placentiam poſſet fieri re miſſio, quod ſi acciperetur, vt verba ſonant, dicendum eſſet Brameruſtipulatorem, & pecuniarum creditorem conceſſiſſe debitoribus, vt id, quod ſibi debebatur, ſolui poſſet, cuilibet bene viſo ipſis debitoribus, quo nihil ineptius. Senſus forte eſt, quod recambium celebrandum in loco Mediolani, vnde fieri debebat remiſſa ſoluenda ipſi Brameroſo, celebrari poſſet cum qualibet Mercatore ibi de gente ad habitum ipſorum de Lauretijs, quod viſitatiſſimum eſt in ſimilibus negotiationibus, vt fuſius retuli hac eadem tertia diſput. quæſt. nona. Sed non per hanc facilitatem reſultat incertitudo, cuinam eſſet faciendæ ſolutio illius recambij, quam ex natura negotij & ſtipulatione inſtrumenti certum eſt fieri debuiſſe Brameriovt notaui ſupra lit. L.

N Et hinc fit hanc intimationem debitoribus, vt ſoluerent, omninò reddi extraneam a facto, de quo agitur. Cum enim ſolutio eſſet facienda vigore recambij è Mediolano in feriam Paſchatis directi, vt conſtat ex ſuppoſito litterarum del ritorno, de quibus toties ſupra facta fuit mentio, poſſet quidem contingere, quod non obſtantibus contextis in dictis litteris aduiſij, ſiue ſpaccij, cambium verè, & realiter non fuiſſet directum miniſterio litterarum in dictam feriã ex aliquo defectu. Sed data tranſmiſſione litterarum cambij in feriam, de qua re non video dubitari poſſe, quælibet notificatio, nam licet in cambijs irregularibus omnibus, & in regularibus, qui tamen celebrantur in feriis, & deſtinantur in Plateas, ſit neceſſaria præſentatio, & acceptatio litterarum cambij, quæ nedum vim notificationis, & interpellationis, ſed multo maiorem habent, vt vidimus diſp. 2. qu. 10. 21. & 12. reſpectu tamen litterarum cambij regularis, quæ diriguntur in feriis, nec etiã eſt neceſſaria dicta litterarum præſentatio, & expreſſa acceptatio; ſed tempore acceptationum in loco, vbi omnes Bancherij conueniunt, per ſolam requiſitionem, quæ à quolibet ſit de ſummis ſibi ſoluendis, & ſimplicè ductum lineolæ omnia ſupplentur, quæ à præſentatione, & acceptatione litterarum cambij in irregularibus contingunt; vt ex prologomenis ſecundæ diſputationis, & plenius ex quæſt. 18. eiuſdem ſecundæ diſputationis. Vnde ſi Bramerius erat in feria Paſchatis, in qua ſibi erat faciendæ ſolutio, & dirigenda tracta cum remiſſa ex recambio celebrato Mediolani à Laurentijs, ceſſantibus debitoribus inſalutari, nec eis iuxta conuẽta curantibus ſolutionem in dicta feria ſibi ex conditis faciendam, benè potuit vti ſuæ cambiandi in defectum prædictum, nec opus habebat notificatione aliqua; cum obligatus ad ſoluendum certo loco, & die, ſolo lapſu eiuſdem conſtituatur, & mora cũ vulgaribus.

O Sed in hoc caſu videtur pleniſſimè cõſtare de mora per lapſum diei præfixi ad ſolutionem faciendam Brameriõ in dicta feria Paſchatis.

P Nec in facto à communiter accidentibus eſt ſibilis incertitudo quantitatis ſummæ reſtituendæ. Nam omiſſo valdè impropriè vſurpari in propoſito verbum reſtitutionis, cum is, qui ſoluit in feria vigore tractæ ſibi factæ è Mediolano, præcedente illius acceptatione, nulla ratione dici poſſit reſtituere cum ante acceptationem litterarum ad nihil teneretur nihilque haberet a creditore in quo poſſet verificari reſtitutio, cum verè ſoluat ad diſſolutionem propriæ obligationis per ipſum ſuſceptæ, vt plenè probaui dicta quæſt. decima octaua diſp. 2. Et ſolius creditoris reſpectu licet lato modo dici poſſet reſtitutio, quatenus ipſe proprias pecunias in primo cambio implicauit, quas in perfectione ſecundi cum lucro receperat; quod valdè impropriè dicitur reſtitutio, ſicut nemo diceret mercatorem, qui pecuniam implicauit in mercibus emendis, dum ijdem diſtractis pecuniam recipit, ſibi reſtitutionem fieri. Adhuc omiſſa vi verborũ quantitas ſoluenda in recambio neceſſario debet eſſe certa omni certitudine ſuppoſita, id quod ſæpius dictum, litteras del ritorno in confeſſo eſſe, nam in eis neceſſario debet exprimi recambium, & quo pretio fuerit celebratum, vna cum ſpecifica quantitate ſcutorum de marchis de quibus in recambio, vnde nulla ratione debitor excuſari potuit à mora.

Q R Diſcrimen, quod intercedit inter pactum: quod de cambijs ſequutis ſtari debeat aſſertioni creditoris; & illud, quo præciſè remittitur aſſertioni prædictæ quantitatis ſola dicto-um cambiorum ſeu intereſſe vt hic, quod ſcilicet illud non teneat, hoc verò ſubſiſtat, & de ratione diſcriminis plenè poſui ſupra hac eadem tertia diſp. qu. 11. ad finem. Et propterea inſtificatio qua negatur in caſu, ſi reſpiceret præciſè ſolam quantitatem dictorũ cambiorum, vtiq; ſuppleri de iure poſſet per creditoris aſſertionem, ad quam debitor ſe remit-

remiſit, ſalua ſibi ſemper facultate reducẽdi ſummam taxatam, eamq; minuendi arbitrio boni viri, vt ibi vidimus. Sed quoniam dicta iuſtificatio reſpicit ipſum factum (vt hactenus diſputatum fuit) an ſcilicet verè dicta cambia ſequuta fuerint, ideò iure meritò ex negatione dictæ iuſtificationis corruit debitum, & cambium. Hinc fit non intrare concluſionem illam, an ex iuſtificatione ſequuta ſubſtineatur pactum alias illicitum; vt de taxatione certi intereſſe in mutuo late diſputatur in Gen. cambiorum, de qua ſupra latè.

S *Non aperit vndè oriatur impoſsibilitas hac. Neque enim illa verba, qua referũtur. Quia alio modo non dediſſet ipſe Bramerius ſuas pecunias ad cambium: ſonant in vim conditionis alicuius; cum habeant potius quamdã vim proteſtationis, & quatenus ſonarent, nullam importare videntur impoſsibilitatem. Præſertim cum non exprimatur ad quid potiſſimum referantur ex eis, quæ recenſentur ex inſtrumento. Cerè cum in inſtrumento conuenerint debitores de ſoluendo in feria Paſchatis creditori ſummam cum cambijs. Item quod in defectum ſolutionis poſsit creditor ſummam debitam ſuper alij cambijs ponere. Item quod de quantitate cambiorum ſtari debeat aſſertioni ipſius creditoris. Hæc declaratio quod alias non dediſſet cambio, ſiue ad aliqua ex prædictis relata nullam videtur afferre impoſsibilitatem, ex qua ſtipulatio poſsit intrari. Quinimmò tendit ad magis corroborandam vim conuentorum, alias & per ſe ſubſiſtentem; cum hac declaratione, & quadam quaſi proteſtatione interueniente, clarius appareat prædicta non ex aliqua formula Notariorum, vt plerunque contingit in clauſulis generalibus, ſed ex determinata, & enixa voluntate contrahentium proceſsiſſe; quod haud dubiè tendit ad maiorem corroborationem conuentorum.*

T *Eſſet hæc magna limitatio, ſi vera eſſet, contra facultatem cambio capiendi, ſed quia nõ exprimitur modus executionis factæ, non habeo vndè quid certius affirmare auſim.*

V *Prout nec etiam, cum non conſtet qua ratione fuerit in eius poteſtate facultas exigendi.*

FINIS DECISIONVM
Rotæ Romanæ.

CAPI-

CAPITOLI ET ORDINI

Delle Fere di Besenzone,

CHE SI FANNO AL PRESENTE NELLA CITTÀ

DI PIACENZA,

CON LI QVALI DETTE FERE, E NEGOTII DE' CAMBII, che si fanno in esse, si douranno reggere, e gouernare, & da tutti i Banchieri trattanti, e negotianti in quelle douerannno esser inuiolabilmente osseruate in tutto, come in appresso si dirà.

1 IPrima, che tutti li negotij, cambij, e partite che saranno indrizzate in le Fere di Bisenzone, ò altri luoghi, doue si faranno dette Fere, si debbano accettare, e pagare in quel luogo Fera per Fera respettiuamente alli termini di esse Fere statuiti, e che si statuiranno come appresso, le quali Fere si douerannno fare in l'auuenire nella Città di Piacenza, ò altro luogo, doue fusse ordinato dal Sereniss. Senato douersi fare, cioè di trè in trè mesi, incominciando la Fera di Apparitione l'accettationi al primo, & li negotij alli 3. del mese di Febraro, la Fera di Pasqua, cioè l'accettationi alli 2. e li negotij alli 4. di Maggio, quella d'Agosto l'accettationi al primo, & li negotij alli trè d'Agosto, e quella de Sãri l'accettationi alli 2. & li negotij alli 4. di Nouẽbre: Et occorrendo, che nelli sudetti giorni d'accettationi, & negotij, ò qual si vogli di essi fusse festa di precetto, douerannno l'accettationi, & così li negotij caduti in tal giorno farsi il giorno appresso, che sij di lauoro, e così ordine successiuo anno per anno alli medemi tẽpi di sopra, & li tẽpi sopra dichiarati di dette Fere nõ si douerannno prorogare per causa alcuna, solo se vi si accordassero li 3. quarti de' Banchieri per causa importante, & restãdo prorogato il tẽpo di vna Fera, non per questo s'intendino prorogate l'altre, & che non sia lecito à niuno in Genoua domandar proroga alcuna al Sereniſſimo Senato, saluo con il consenso delli trè quarti

delli trattanti in le Fere, cioè di quelli, che saranno congregati insieme, chiamati però prima tutti detti trattanti, intendendosi trattanti coloro, che entrano à mettere il conto in le Fere.

Per virtù di Decreto delli Sereniſsimi Collegi di Genoua, fatto à 20. di Febraro dell'anno 1597. viene ordinato come in appreſſo.

Non eſſere facoltà, ne autorità alcuna in detti Conſoli, e Conſiglieri, e Bancheri di traſportare con qual ſi voglia numero de' voti, ne per qual ſi vogli cauſa, ò accidente, le Fere di vna in vn'altra, ma ſolo di poterle prorogare fino à dieci giorni al più in vna, ò più volte con quel numero de voti, che ſi diſtingue nelle Regole delle Fere.

E di più per maggior ſodisfattione de' creditori, che in l'auuenire paſſati otto giorni dal dì che ſi denono per le leggi delle Fere far le accettationi, ſia lecito ad ogn'uno far requirimento, e proteſti in quei luoghi, doue per le dette leggi ſono deſtinate le Fere, contro di cui ſi voglia per quella ſomma, che douesſe hauere per conto ſuo, ò d'altri per cedula di Cambio, ò per altro qual ſi voglia recatto; & il Notaro, e Cancelliere delle Fere ſia tenuto accettare detti requirimenti, e proteſti, e darne copia autentica, & in abſenza di eſſo poſſa farlo ogni, e qual ſi voglia altro Notaro.

11. Che li tempi de' Cambij delle piazze di fuori s'intendino, cioè per Genoua, Milano, Bergamo, giorni xx. dal giorno, che ſi farà no li Cambij eſſo compreſo, per Firenze, Roma, Venetia, Luca, e Bologna giorni 25. per Napoli, Valenza, Barcellona, e Saragoſa giorni 30. Anuerſa, e Collonia, Lecchie, e Bari giorni 35. Palermo, Meſſina, Arcalà giorni 45. Sibilia, e Lisbona meſi doi dal giorno de' negotij eſſo compreſo, e coſi per le ſudette piazze, come per le Fere di Medina del Campo, Lione, e di Francoforte, ſi douerà in ogni Fera mettere il conto, & le lettere di Cambio ſi doueranno fare con la data del giorno de' negotij.

111. Che tutti li Bancheri, e trattanti di Fera ſiano obligati far cono ſcere ogni Fera al Côſole hauer procura per li nomi, che ſpenderanno, e per le partite che ſcoderanno con eſſibirle prima d'entrare in accettationi al Cancelliere delle fere, & ſia tenuto ogni principale in caſo di reuocatione di procura farne far notitia a' SS. Conſoli, e Conſiglieri in atti del detto Cancelliere, quale ne farà ricordo, ne altrimente ſia valida la reuocatione, ma reſti il principale vbligato, come ſe la reuocatione nô fuſſe ſtata fatta, & non oſſeruando il procuratore d'eſſibir la procura, come di ſopra ſi è detto, reſti egli etiàdio *proprio nomine inſolidum* vbligato per tutto quello, che negotierà come procuratore, e di più cada eſſo procuratore in pena di ſcuti cinquãta, che douerà pagare del ſuo proprio applicati alla Camera de gl'Illuſtriſs. SS. Procuratori della

della Sereniſſima Republica di Genoua, & alle ſpeſe di Fera per metà, ne queſto però liberi il principale, anzi reſti vbligato ſe vi ſarà procura baſtante, ancorche non eſſibita. E perche occorre alle volte indrizzarſi in dette Fere lettere di cambio pagabili à qualche perſona in abſentia de' Procuratori ſi dichiara, che tali partite s'intendano ben pagate à quello, ò quelli che ſono pagabili in abſentia de' Procuratori, quando però dette procure non ſiano ſtate preſentate innanzi l'accettationi conforme à quello è ſtato detto di ſopra dell'altre, ne li Procuratori, che preſentaſſero le Procure per ſcuodere partite pagabili ad alcuno in abſentia de' Procuratori doppo dell'accettationi ſe ne poſſino ſeruire, & reſtino tali Procure inualide, e quando fuſſe preſentato qualche procura al Cancelliero per ſpendere il nome, che non fuſſe baſtante, & haueſſe in ſe qualche diffetto il Cancelliero ſarà vbligato farne notitia à tutti li trattanti, mentre che ſaranno radunati per fare li negotij.

